This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07438864 0



Мнемозун

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN,
J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM QUINTUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1907.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
R 1909 L

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO QUAE ANTEHAC E. J. BRILLII FUERUNT

INDEX

Pag.

ommenti Donatiani compositione et origine, scripsit T. KARSTEN . . . . . 1–44.

rica (*contin. e Vol. XXXIV pag. 410*), scripsit J. VAN EUWEN J. F.. . . . . 46–54.

XXXIII. De Nestoris aetate.

cholia Aristophanica, scripsit v. L. . . . . 54.

ciana (*contin. e Vol. XXXIV pag. 179*), scripsit P. . DAMSTÉ. . . . . 55–62.

Marcum Antoninum, scripsit I. H. LEOPOLD. . . . 63–82.

Aristophanis Nubium vss. 530 sq., scripsit v. L. . . 82.

leiana (*contin. e Vol. XXXIV pag. 360*), scripsit C. HAKMAN I. F.. . . . . 83–113.

ona, scripsit J. VAN WAGENINGEN . . . . . 114–118.

onica (*contin. e Vol. XXXIV pag. 330*), scripsit H. AN HERWERDEN. . . . . 119–126.

scholia Aristophanica, scripsit v. L. . . . . 126.

Apollodori Bibliothecam, scripsit C. GUL. VOLLGRAFF . 127–129.

Statii Achilleidem, scripsit P. H. DAMSTÉ. . . . . 130–142.

scholia Aristophanica, scripsit v. L.. . . . . 142.

onica, scripsit S. A. NABER . . . . . 143–177.

Verg. Ecl. 6. 21, scripsit P. H. D. . . . . 177.

tulo quodam attico sepulcrali, scripsit A. E. J. HOLLEDA . . . . . 178—180.

mocreontem Rhodium, scripsit v. L.. . . . . 180.

Pag.

Ad hymnum Homericum in Mercurium, scripsit H. VAN HERWERDEN . . . . . 181 – 191.

Ad Epicharmum, scripsit v. L. . . . . 191.

De Commenti Donatiani compositione et origine (*contin. ex pag. 44*), scripsit H. T. KARSTEN . . . . . 192 – 249.

Ad Photii lexicon, scripsit J. VAN LEEUWEN J. F. . . . 250 – 270.

Ad Aristoph. Pacis 73 scholion, scripsit v. L. . . . . 271 – 273.

De Commenti Donatiani compositione et origine (*contin. ex pag. 249*), scripsit H. T. KARSTEN . . . . . 274 – 324.

Ad Aristoph. Ran. 186, scripsit v. L. . . . . 324.

Ad Procopium (*contin. ex Vol. XXXIV pag. 58*), scripsit H. VAN HERWERDEN. . . . . 325 – 334.

Ad schol. Aristoph. Ran. 501, scripsit v. L. . . . . 334.

Ὁ Αἰτναῖος μέγιστος κάνθαρος, scripsit J. VÜRTHEIM. . . 335 – 336.

De Ennii fragmentis, scripsit J. W. BIERMA . . . . . 337 – 352.

Ad Aristoph. Ran. 1196, scripsit v. L. . . . . 352 – 353.

De Pirithoo fabula Euripidea, scripsit J. KUIPER. . . . 354 – 385.

Ad Plutarchum, scripsit J. J. H. . . . . 385.

Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex Vol. XXXIV pag. 375*), scripsit J. C. NABER S. A. FIL. . . . . 386 – 395.

Platonica (*contin. ex pag. 126*), scripsit H. VAN HERWERDEN. 396 – 402.

Ad Horatii Ep. I, 16, 51, scripsit J. J. H. . . . . 402.

De Commenti Donatiani compositione et origine (*contin. ex pag. 324*), scripsit H. T. KARSTEN . . . . . 403 – 439.

Ad Plutarchi de Tranq. An. c. 1, scripsit J. J. H. . . . 439.

Additamenta ad Cobeti operum conspectum (*cf. Mnemos. 1906 pag. 430 sqq.*), scripsit S. A. NABER . . . . . 440 – 449.

DE COMMENTI DONATIANI COMPOSITIONE ET ORIGINE.

SCRIPSIT

H. T. KARSTEN.

Disquisitio de Commenti compositione et origine hoc spectat, ut ognoscatur, quae scholia Donato, quae interpolatoribus debeantur t qua ratione ex his elementis mira farrago exstiterit. Wessierus in praefatione p. XLVI de tali conamine hoc scripsit: „Iam si quaeritur, num fieri possit, ut aliqua ex parte genuinum Donati commentum ex hac scholiorum farragine eliciatur, equidem hoc non prorsus negaverim, sed res mihi videtur admodum lubrica atque intricata. Quin ipse qui periculum fecit Sabbadini confiteri coactus est rem interdum esse meri arbitri (Stud. Ital. III 346. Cf. Leo M. Rh. XXXVIII 333)."

Concedo quaestionem esse intricatam et perdifficilem, sed esse rem meri arbitri nec Sabbadini illic declaravit [1]) et ego nego, dummodo in discernenda materia caute adhibeantur iusta criteria. Neque haec desunt.

Primum enim omnes consentiunt commenti fundamentum esse Donatianum [2]), h. e. optima quaeque scholia, quae vulgo et longissima sunt, esse genuina. Tum ubicumque scholia discrepant, alterutrum et quidem illud quod re et forma praestat, Donato adiudicandum est, nec minus hoc valet de repetitionibus.

---

1) Postquam concessit in multis errare se potuisse, sic perrexit: Ma cionondimeno io ho fede che il fondo donatiano sia stato con sufficiente approssimazione sceverato e messo in chiaro.

2) Sabbadini Stud. It. II p. 14: A base delle ricerche io vorrei dunque il postulato di un solo commento originario, e. q. s.

Sic iam satis larga genuinorum oritur series, e quibus stili et ingenii auctoris imago conformari ac norma deduci potest, ad quam incertorum auctoritas exigatur.

Alia autem *νοθείας* indicia constituit Sabbadini l.l. p. 340 sqq., quorum haec sunt praecipua: scholia nata ex imitatione, e peculiari interpolatione, quando scilicet primi scholiastae adnotationes continuantur vel explicantur, scholia contradictoria, dittographica, insiticia, quae scilicet alterius ordinem interrumpunt; praeter haec, quae appellavit interpolationes singulares, distinxit, interpolatores systematicos, qui placita sua in commentum introducere soleant per certas formulas et particulas: *et, vel, aut, et bene, et simul, cur, num, quid est, sed, sed melius intellegunt, nam, ergo, ego, ut diximus, ut adnotavimus,* aliaque similia. His usus indiciis, quae iam ante eum Leo, Smutny, alii adhibuerant, in iis Eunuchi scholiis quae edidit permulta partim merito a Donato abiudicavit, partim perperam. Neque hoc aliter evenire potuit, cum particularum illarum usus nullum certum *νοθείας* indicium constituant, quippe quas ipse Donatus sescenties adhibuerit, utpote tritas in scholis et etiamnunc in Aeneidis aliorumque Latinorum commentariis identidem obvias. Quoties autem aliquod scholium iure proscripserit, invenies hanc sententiam a viro sagacissimo non latam esse propter aliquam voculam ab initio positam, sed propter scholii naturam suspectam, insipidam, falsam, contradictoriam, dittographicam, igitur in genere quia ex acuti doctique hominis ingenio prodiisse nequiverit. Quod autem ego quoque scholia ab his voculis incipientia et antea saepe damnavi (Mnem. XXXII et XXXIII) et postea etiam damnabo, hoc ideo fiet factumque est, quod per se ea inepta sint, et quia particulae in iis usurpatae, conclusivae adversativae, causativae, interrogativae, cett. iusta careant ratione.

Wessnerus in editione, ut par erat, ea tantum inclinatis litteris expressit, quae certissime interpolata esse viderentur. Primum notavit „ea imprimis, quibus integrum scholium in „duas vel plures partes disiectum esse videbatur" (praef. p. XLVII), sed deinde „hic illic etiam parva additamenta". In primo igitur genere, cuius in toto commento exempla numeravi LXX, usus est indicio externo, nec tamen eiusmodi verba insiticia, ut per

litteras me certiorem fecit, idcirco a Donato abiudicanda esse indicare voluit; at vero in altero genere, cuius exempla numeravi amplius CLXX, usus est argumento interno, etenim additamenta illa non extrinsecus interpolatorem coarguunt, sed intrinsecus, cum inepte cogitata et per particulas supra citatas perperam affixa esse videantur [1]). Sic etiam Wessnerus, qui labore tantum subsecivo in discernendis scholiis versatus est, normam usurpavit in scholiorum dignitate positam.

Ut haec autem iuste adhibeatur, constare oportet quid Donato dignum sit, quid non, et quale eius fuerit scribendi genus, doctrina, ingenii acumen. Haec, ut supra dixi, nobis repraesentant scholia permulta dubitationi non obnoxia, e quibus viri docti iam olim imaginem Aeli ita conformarunt, ut a clarissimo eius discipulo Hieronymo ad nostra tempora fere nulla sit dissensio [2]). Ex horum testimoniis unum cito Ludovici Schopeni, qui in hac quaestione πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων est. Is in celeberrima dissertatione a. 1821, qua studia de Commento Donatiano felicissime auspicatus est, sic scripsit p. 46: „Igitur si unius Donati esse nequit Scholiorum illorum farrago: iam age videamus, a quibus auctoribus eam profectam esse credibile sit. Et maximam quidem eamque praecipuam Commentariorum partem ab eo, cuius nomen profitetur, magistro abiudicare non ausim. Vel quaevis pagina eiusmodi continet observata, quae, uti scriptoris ingenium pariter atque eruditionem probant, ita illustri isto Grammatico non sunt indigna habenda. Atque his ipsis eadem fere inest dicendi elegantia, eadem narrandi ratio eademque iudicii subtilitas obtinet et acumen [3]). Spectant autem

1) Ex huiusmodi ratione logica eliminata sunt ad Andr. I 1. 3[1-4], [6], 35[1], 54[1]; 2. 25[2], 34; 5. 7. II 1. 10[1-2]. III 1. 2[4]; 2. 23[2]; 5. 5[2], 16[1]. IV 1. 13[1]. V 1. 13; 3. 4[2]; 4. 4[1], 36[4]. Itidem ad rell. fab.

2) Testimonia veterum dedit Wessner praef. p. VI, recentiorum Sabbadini Stud. Ital. II p. 4 sqq, ubi vide quid censuerint Bentleius et Lessingius. Cf. praeterea Hartman de Ter. et Don. p. 82, 118, 120, quae etiam nunc lectu dignissima sunt, et alibi passim.

3) Nihil magis me quoque tetigit, quam mira scholiorum genuinorum aequalitas cum quod orationem tum quod iudicandi subtilitatem attinet per omne commentum. Convenit cum Schopeni iudicio id quod breviter sic expressit Calphurnius, apud Sabb. l.l.: „autore serrato, acutissimo nel giudicare l'arte Terentiana, incisivo nel esporre il significato dei vocaboli e che mira sempre allo scopo, senza superfluità, senza verbosità." Cf. praeterea Schopeni narratio de Donato p. 32 sqq.

notationes istae Donati, quibus nihil aptius umquam dictum est in poetam aut ingeniosius, partim sermonis Terentiani proprietatem, partem fabularum oeconomiam ac personarum ἠθοποιίαν."

Quoties igitur iuxta notationes elegantes, sinceras, pellucidas et eruditas apparent scholia nugatoria et inepta, haec nulla haesitatione interpolatoribus imputanda sunt. Ex hac lege, nec non adiuti particularum aliquarum inepta adparitione, iam Sabbadini in Eunuchi act. I et II et Wessnerus passim per totum commentum multa spuria deprehenderunt. Haec autem norma si a peritis prudenter adhibetur, in hac materia aeque certa est est atque in summorum pictorum et opificum operibus ab imitatorum speciminibus discernendis.

Sed silentio premere non debeo quae Wessnerus nuper in doctissima dissertatione de Aemilio Aspro ad infringendam Donati auctoritatem cum alibi tum praesertim p. 37 contulit, ubi legimus: „Nur wer die Gepflogenheiten der späteren Kommentatoren kennt, weiss, wie oft sie sich mit fremden Federn geschmückt haben, ... um die eigene geistige Armut hinter der erborgten Gelehrsamkeit zu verstecken; sollte es da etwa unmöglich sein, dass Donat, der gewiss nicht besser war wie die anderen, ein von Asper beigebrachtes Zitat dazu benutzt, um sein eigenes Licht dem berühmten Vorganger gegenüber um so heller leuchten zu lassen?"

In hac sententia hoc praesertim aliqua perfidia non caret, quod confirmatur iam Donatum ceteris meliorem non fuisse, dum hoc ipsum id est, quod prius erat probandum. Convicium iusto iniquius esse, facile concedet quisquis perpenderit, primum omnes Grammaticos veteres, etiam Asprum et Probum anteriorum copiis usos esse, neque id dedecori habuisse si illorum fide niterentur aut auctores suos non assidue indicarent; hos tamen Donatus non dissimulavit, cum Probum novies, Asprum ter nominatim citaverit; tum quisquis hoc non omiserit, Wessneri coniecturam, Donatum Naevii Plautique fabulas aliosque veteres non ipsum inspexisse, sed ex Aspro vel Probo citasse, nequaquam certam esse, — nam quod ibidem legimus: „Uebrigens wusste ich sonst auch nicht anzugeben, wie D. anders als durch seine Vorgänger zu Naevius gelangt sein sollte" vix pro argu-

mento esse potest —; denique de Commentario Aspri, cuius ne aetas quidem certo definiri potest, qualis fuerit, nihil constat extra locos citatos a Donato, et quod inde coniectando aliquatenus deduci possit, ut iniustum sit incerta et ignoti fere hominis praestantia abuti ad notissimi hominis famam obtrectandam. At vero, etiam si e tot scholiorum millibus pauca illa, ubi veteres citantur, ipsis fabulis non inspectis descripta sunt ex Aspro vel Probo, quod adhuc nec nego neque adfirmo, ideo illis Donati virtutibus, quas supra commemoravi et unde ponderari debet scholiorum authentia, nihil detrahitur, quandoquidem dicendi elegantia, iudicii sanitas simul et subtilitas, ingenii acumen, aliaque eiusmodi bona, facultates sunt a nemine mutuo sumptae sed Aeli propriae.

Iam vero iuxta quaestionem de scholiorum auctoribus alia est non minus intricata et difficilis de Commenti compositione, nempe qua ratione adnotationum farrago originis et dignitatis tam variae paulatim coaluerit. Hoc aenigma, quod Sabbadini vere appellavit „la sfinge Donatiana" (II 12), pedetemptim solvendum est per hypotheses, quae deinceps ponendae, excutiendae, corrigendae, refutandae sunt, donec tandem aliqua nascatur, quae ad veritatem proxime accedere videatur. Permultas eiusmodi doctorum coniecturas recensuit Sabbadini (St. It. II 5—15), quibus reiectis ipse novam protulit, quam Wessnerus probavit et accuratius sic descripsit in praef. p. XLV sq.

„Quem (sc. Sabbadini) potissimum secutus sic mihi rem composui: genuinum Donati Commentum in duorum excerptorum manus incidit qui servato auctoris nomina scholia maximam partem plus minusve transformata in Terentianorum codicum marginem transtulerunt. Procedente tempore evenit ut variae adnotationes diversae originis sive ab ipsis excerptoribus sive ab aliis adicerentur. Tum sexto saeculo [1]) nescio quis duo illa scholiorum corpora admodum aucta in unum cogere studuit, atque rem ita instituit ut primum singulos scholiorum ordines

---

1) Sabbadini II 22 adn. commenti nostri textum constitutum esse disputat intra saec. VI et VII, Wessnerus praef. p. XLV accuratius tempus definivit, concludens: „Nulla re igitur impedimur, quin medio fere saeculo VI eam quae aetatem tulit scholiorum Terentianorum recensionem esse ortam sumamus.

binis columnis iuxta positis ex codicibus transscriberet, deinde Terentianorum versuum ordinem secutus confunderet; id quod ei non semper contigit. Simul comissuras quam maxime occultare conatus est, ut unius et simplicis operis speciem efficeret; fortasse etiam alia nonnulla de suo addidit. Compilator vero, „cum per quattuor (vel quinque, scilicet Andr. Eun. Heaut. Ad. Hec.; cf. supra § 51) fabulas id egisset sedulo, ut duos commentarios in unum concinnaret et contaminaret, in Phormionis II 3 abiecta subito industria integros posuit, primum alterum a vs. 7 (nam huc usque contaminati sunt) ad vs. 93, deinde alterum a vs. 5 ad vs. 93; dehinc autem quae sequuntur scholia usque ad finem fabulae, ea ita comparata sunt, ut unum commentarium adhiberi intellegas. Quare certum est Phormionis commentum fuisse ultimum, ad quod cum pervenisset compilator, fastidio concepto destituerit, quam usque dederat operam" (Rabbow p. 331) [1]). Hinc igitur numerosissimae illae repetitiones, hinc saepenumero perturbatus scholiorum ordo, hinc porro mira illa ad Phorm. II 3 commenti forma, hinc denique rarescentia ad Phorm. III—V scholia" [2]).

Secundum hanc igitur coniecturam integrum Donati commentum aliquando periit, nempe tum cum incideret in duorum excerptorum manus, qui cum nimirum saepe eadem inde excerperent cumque postea, saeculo sexto, compilator haec excerpta, varie ceteroquin interpolata, in unum denuo coniungeret, fieri non potuit quin orerentur repetitiones numerosissimae. Tum ordo commenti perturbatus repetitur e ratione qua compilator duo illa excerpta, cum aliorum interpolationibus e duorum codicum marginibus versuum ordinem

---

1) P. Rabbow de Donati commento in Terentium spec. observ. primum, repetitum ex Ann. phil. et paed. vol. CLX 1897.

2) Nempe scholia quae pertinent ad Phormionis actus II scenam III in libris melioris notae distributa sunt in duos ordines, quorum alter alterum excipit. Hos Wessn. iuxta ponendos curavit distinctos litteris A et B. Cf. Praef. ad vol. II p. VI sq. Scholiorum ordines inter se diversissimi sunt. Inde ab actu III scholia Phormionis multo rariora et breviora sunt quam ad act. I II et ad reliquas fabulas; hinc orta est suspicio, compilatorem hanc fabulam postremam tractasse et inde ab actu II 8 primo scholia describendi rationem mutasse, dein et ab actu III laboris taedio defecisse et ex duobus illis excerptis (quae ex hac imprimis scholiorum condicione sibi sumpserunt Sabb. Rabb. en Wessn.) alterum tantum descripsisse.

c coniecturarum structura tam ingeniosa videtur, ut facile
.gias faciat imperito lectori. At revera est immatura et
opera, nam et repetitionum atque excerptorum species et
bati ordinis ratio et scholiorum ad Phorm. II 3—V con-
prorsus alia sunt atque coniectores ex leviore, ni fallor,
ı rerum indagatione crediderunt. Nisi enim prius singula
ą non tantum excutiantur et examinentur, sed etiam in
a repetitionum, excerptorum, interpolationum, supplemen-
ı genera disponantur horumque discrimina et auctorum
ietates religiose indagentur et quantum fieri poterit consti-
ur, omnis suspicio de exemplis quibus compilator usus sit
genere de commenti compositione et origine vacillabit et
everti poterit [1]). Praecedere igitur oportet opus taediosum
et operosum, quod olim incohatum spero fore ut ad pro-
ɜm aliquem exitum perducere aliquando possim, quando-
ɜm huius aenigatis solvendi obstinacia me nescio quomodo
ait.

essneri et Rabbovi coniecturam quod attinet ad miram
iorum condicionem in Phorm. II 3 et III—V, iam refutavi
nem. XXXII, 1904 p. 212 sq. et 246 sq. idque in sequenti
tatione efficacius etiam erit faciendum. Nunc imprimis di-
ım erit de repetitionibus.

De scholiis plus minusve similibus.

Loquuntur vulgo viri docti de innumeris commenti repetitionibus ita, quasi hoc unum idemque vitii genus sit per totum opus frequentissime obvium, cum tamen, si rem accurate consideras, et repetitiones proprie hoc nomine vocandae satis rarae sint, et reliquae similitudines rerum ac verborum natura et numero inter se summopere discrepent.

Igitur distinguenda sunt

1. Repetitiones stricto sensu sic dicendae, hoc est, scholia prorsus aut fere similia. Horum numerus valde est exiguus.

2. Scholiorum (Donati) longiorum excerpta vel compendia brevia, modo satis bona modo peiora. Horum numerus paulo maior est.

3. Scholia interpolata easdem res tractantia atque Donatus, sed ratione et oratione diversa, attamen ita, ut interpolatorem Aeli adnotationes respexisse adpareat, quas modo suis verbis reddit, modo impugnat aut corrigit aperte vel tacite et nonnumquam sic, ut Donati verba plura pauciorave repetat.

Hoc genus, quod a repetitionibus probe distinguendum et interpolationum vocabulo designandum est, longe est frequentissimum.

4. A superiore illo genere interpolationum secernendum est aliud, ubi iuxta breves Donatianas verborum, rarius rerum, explicationes, leguntur eorundem verborum vel rerum interpretationes magistrorum, qui cum illo et inter se varie certant.

Hoc genus non nimis frequens est.

Sic evanescunt prorsus „numerosissimae repetitiones", nec minus duo illa, quae viri docti sibi finxerunt commenti excerpta, dignitate et origine satis paria et easdem fere adnotationes, ut aiunt, saepe continentia. Invenimus contra ut dixi: I Repetitiones vere sic appellandas satis paucas. II Excerpta brevia ex Donati scholiis longioribus. III Interpolationes longiores plerumque et graviores Donatianis interpretationibus iuxta positas. IV Interpolationes leviores et breviores.

Non addidi quintum genus interpolationum et additamentorum illorum, quorum centum amplius iam notavit Wessnerus, cum haec maximam partem pertineant ad genus III vel IV.

De causis pertu rbati ordinis viri docti coniectura aeque minus satisfacit, earumque cognitio imprimis est difficilis. Debetur illa perturbatio ab altera parte interpolatoribus, ab altera compilatori et exemplaribus, quae in conglutinando commento ei praesto fuerunt. Utrum de Compilatoris opera et exemplis aliquid statui possit, quod non nimis incertum sit, postea videbimus. Interpolatorum personae et labores varii ex ipso commento cognosci possunt. Iam quod olim de his rebus religiosa scholiorum indagatio praesertim ad Andriam me docuit [1]), id deinceps reliquorum omnium studium iterum iterumque repetitum confirmavit, nempe in interpolando commento unius hominis operam fuisse longe praecipuam. Quod autem tum iuxta hunc magistrum etiam alios assidua opera in commento occupatos fuisse putabam [2]), nunc curas graviores, quas illis adsignaveram, huic uni etiam interpolatori reddendas esse intellexi, iuxta quem laborarunt quidem magistri complures, sed et alia ratione et opera interseciva, subitaria, fortuita.

Huic igitur homini, quem olim ex una aliqua ingenii proptietate Philosophum appellabam [3]), sed nunc ratione minus insigni magisque generali indicabo litteris I vel IP (Interpo-

---

1) Cf. Album gratul. ad Herwerdenum Trai. ad Rhen. 1902 p. 129. Mnem. XXXII 1902 p. 210 sq.

2) Eos volo, quos in Mnem. XXXII p. 281 sqq. persecutus sum, praesertim mag. B, C, D.

3) Non est quod mutem nisi in pauculis hominis descriptionem, quam dedi in Mnem. 11. p. 210; »Laborat immodica philosophandi cupidine, unde factum est, ut eius adnotationes, communi sensu saepe destitutae, adfectent nescio quam interiorem rerum ac verborum intelligentiam, quae a sano et simplici Donati iudicio mirum quantum est remota. Abstinuit illa ab iis interpretis officiis, quae requirunt sinceram doctrinam: vix [raro] tetigit artem grammaticam, criticam, rhetoricam, scenicam, nil habet de exemplis Graecis, sed scripsit maxime de sententiarum interpretatione et de verborum etymologia, significatione, differentia. In manibus habuit commentum Donati, quem modo supplet, modo tecte aut aperte cavillatur et corrigit, libenter ita, ut contra illum non unam opinionem proferat sed plures atque optionem faciat lectori ut eligat, adhibitis particulis *aut — aut, vel — vel, utrum — an, an — quia, potest — potest etiam*, similibus. Eximendus tamen est ex illorum numero, qui levibus brevibusque adnotatiunculis minoris pretii commentum onerarunt. Immo pro suo ingenio dedita opera in textu explicando laboravit, usus scribendi ratione perplexa quidem, sed quae adfectat elegantiam et ubertatem; fecit hoc perverso quidem iudicio, sed sedulo et ita ut sibi aliquid praestare videretur, quod cognitu esset dignissimum et lucem afferret Terentium legentibus.

lator Praecipuus), debetur totum fere interpolationum genus quod supra descripsi sub III et praeterea ex additamentorum genere ea quae exquisitam aliquam doctrinae ostentationem prae se ferant. Itaque tam ampla et continua huius Interpolatoris fuit opera, ut eum commentum perpetuum Aeli retractasse et edidisse suspicer, auctum suis adnotationibus, quas partim ex Donati materia destillavit, ita ut modo iuxta textum genuinum, modo pro textu eius commenta, non oratione sed aliquando rebus similia, legerentur, partim hausit ex ingenio vel ex aliis fontibus, cum etiam aliorum quorundam interpolationes cognovisse videatur ante se commento insertas. Sed haec adhuc est suspicio, quam accuratior scholiorum tractatio in hac ipsa dissertatione mox, ut spero, validis argumentis confirmabit.

Hic in transitu moneo commenta et additamenta eiusdem IP inveniri etiam in scholiorum serie A et B ad Phorm. II 3 [1]), unde sequitur utramque prognatam esse ex uno eodemque fonte ab IP iam interpolato.

Praeter hunc Interpolatorem primarium passim deprehenduntur breviora plerumque et minoris momenti scholiuncula aliorum magistrorum, in quorum genere etiam sunt, quae sub II nominavi excerpta proprie sic dicta e scholiis Donateis, quorum numerus quam parvus sit, infra ostendam. Reliquorum opera varia non facile dignoscitur, nisi quod etiam nunc saepe offendemus bonum illum hominem, quem in Mnem. XXXII p. 287 insignivi littera A, quemque ita describebam: „Est fidus Achates Donati, obsequens et modestus, qui illius adnotationes varie adfirmat, amplificat, breviter repetit, nihil novi ipse usquam addere ausus nisi inventu facillima. Adiunxit additamenta per particulas *ergo*, *nam*, *enim*, *et est*, *id est*, al." Cavendum tamen, ne huic homini adsignemus omnia additamenta ab eiusmodi particulis incohantia, nam in his insunt cum aliorum magistrorum tum etiam quae characterem prodant τοῦ IP.

1) Vide exempla a me edita in Mnem. l.l. p. 246—251, et quae postea in hac dissertatione a me citabuntur. Cf. quae ibid. disputavi p. 213. Ceterum in prima illa disquisitione de scholiis ad Andriam nondum omnia satis bene excussi variisque auctoribus distribui. Ergo errores illic commissos postea aliquando corrigere animum induxi.

Tempus est ut quae perhibui ipsis scholiorum exemplis ordine demonstrem. Et primum quidem dixi, repetitiones vere hoc nomine dignas nec numerosas esse, nec referre continuam duorum hominum operam commentum excerpentium, de his igitur iam agendum est.

§ 1. Repetitiones.

Repetitiones, h. e. scholia prorsus similia, rarissimae sunt, sed etiam fere similia satis rara. Leguntur aut locis diversis aut ad eundem versum. Dabo quae repperi in omnium fabularum commentariis [1]).

a. *Locis diversis.*

Andr. I 1. 81 (1) Don.: „Funus" est pompa exsequiarum, dictum a funalibus: etenim nocte efferebantur propter sacrorum celebrationem diurnam. Sic Donatus. Hinc magistri 88 (1) „in funus" in pompam exsequiarum. (2) A funalibus dictum est, id est uncis et aculeis candelabrorum e. q. s. 100 (2) „funus" a funalibus dictum est, ut supra notavimus; et est „funus" pompa exsequiarum.

Vide quae de his disputavi Mnem. XXXII p. 295 et 310. Prava derivatio in 88 (2) reddenda est IP, et eidem, opinor, 100 (2) funus ... notavimus. Reliqua repetita sunt a mag. minore.

I 3. 13 Amabant veteres de proximo similia dicere ... et quidem si in verbis sunt, *παρόμοια* dicuntur, ‹si› in nominibus, *παρονομασίαι*. Sic D. Hinc magistri: I 5. 7 (3) *παρόμοιον* (D). *nam quotiens verba sunt, παρόμ. dicitur, quotiens nomina παρόν.* (W. curs.) et IV 4. 37 (2) de proximo *παρόμοιον* repetivit (D.). *quando nomina sunt, παρονομασία, quando verba παρόμοιον* dicitur. (W. curs.)

II 3. 9 (1) „Cedo" singularis numerus est, „cette" pluralis, ut salve salvete. Don. 15 (1) „cedo" singularis tantum, „cette" pluralis. Mag.

II 6. 12 (3) Mire hic utitur senis verbis: ipse enim supra

1) Fieri potest ut quaedam me fugerint, sed nec gravia, opinor, nec multa.

dixerat: dum tempus e. q. s. (I 2. 17). 13 (2) prorsus eadem verba leguntur, sed cum observatio pertineat tantum ad vs. 12, repetitio orta videtur e librarii errore.

III 5. 2 (I) sine arte, id est sine ἀρετῇ. Confinxit hoc mag. ex I 1. 3 (5).

IV 4. 12 (1) A u interiectio est consternatae mulieris. Ibid. 42 a u interiectio est conturbatae mulieris.

Eun. I 2. 23 (3) „Contineo optime" proprie a metaphora vasis transtulit verba. IP est, opinor, qui hoc ornatius repetivit et affixit scholio (6) Donati ad 24, sic: (7) translata autem est ab aquario vase fictili. Sabbad. cursive edidit.

I. 1. 112 „Isto" bene additum quasi odioso, ut alibi (in Adelph.) et Verg. (IX 94) ... haec enim pronomina spernentis sunt odiumque monstrantis. Sic D., quem imitatus est IP ad II 3. 74 (1) „Istum" saepe adnotavimus [1]) aut ad contemptum aut ad odium referri, ut Verg. (l. l.) et (XII 808) „isto quidem quia" cett. Sabb. curs.

II 1. 24 (2) „Facie honesta. Sic Verg. (I 591) et laetos oculis afflarat honores. II 3. 66 (1) „Inhonestum" foedum, ut contra (II 1. 24) „facie honesta". (2) ut apud Verg. etc. III 2. 21 (2) „Honestus est" pulcher. Verg. etc. Exemplum Verg. a magistris repetitum e prima citatione Donati ad II 1. 24. Sabb. curs.

II 2. 6 (1) „Quid istuc, inquam, ornati est" Scire nos convenit, cum recto casu profertur interrogatio, non esse contumeliosum, ut si dicatur „quis hic homo est" (Phorm. V 9. 2. cf. Eun. IV 4. 9), si autem non, contemptum significari, ut „quid hoc est hominis" (Eun. III 4. 8), „quid mulieris" (Hec. IV 4. 21),

---

1) Non „saepe" sed semel, nempe ad I 1. 112. Eiusmodi exaggeratio et figurae qualis mox „aut ad c. aut ad od." (cf. verba Don.) in deliciis sunt Interpolatori et identidem manum eius produnt. Ceterum quod dixit „adnotavimus", ut supra I 1. 100(2) „notavimus" et alibi „ut diximus", minor fit haec arrogantia, si ipse novus commenti editor exstitit. De suo addidit alterum exemplum Verg. non ineptum. Cf. infra adn. ad Andr. V 6. 5 et multo post ad Eun. I 2. 98.

2) Attende quam nihil desit huic scholio ad plenam rei intelligentiam et exemplorum copiam. Hoc moneo contra eos, qui excerpta tantum genuini Donati nobis in commento superesse contendant. Immo pleraque scholia Donatea absoluta et perfecta ac rotunda sunt, si modo interpolationes demantur. Quam hoc verum sit plerumque ipsis lectoribus observandum relinquam. Erit, ubi ad hanc adnotationem eos revocabo.

„quid ornatus“ (Eun. III 4. 8). Sic D.[2]). Mag. IP(?) ad V 1. 17 (2) „quid illud hominis est“ per genetivum casum iniuriose dicitur, per nominativum honorifice.

Similis adnotatio ad Andr. I 5. 15 (1) Donato danda videtur, ut etiam ad Hec. IV 4. 21 (5), ubi additur exemplum Verg. Sed Hec. IV 4. 21 (3) inepti magistri est. Cf. Wessn. App. ad h. l.

II 3. 84 (4) „Probes“ ut Verg. (IV 401) „migrantis cernas“. Andr. I 1. 39 „Invenias“ secunda persona pro tertia, ut (Verg. l.l.) „migrantis cernas“. Ibid. III 1. 2 (4) „invenias“ secundum pro tertia persona posuit ... ut Verg. „migrantis c. t. e. u. r.“ Nullum ex his Donato abiudicaverim. Sabb. curs.

III 1. 1 „Agere“ plus sonat infinitivus modus finito. Ibid. 20 plus potest ad significandum infinitum tempus quam finitum. Hoc sane suspectum.

III 1. 11 (3) „Habes“ pro intelligis. 16 (1) „tenes“ pro habes, hoc est quod supra (vs. 11) intelligis. D. tantum dedisse credo „tenes“ pro habes.

III 1. 32 Ὑπερβολή aut superfertur aut aequatur aut subiacet; superfertur nunc, aequatur „milies“, subiacet ut „tantum non milies“. Phorm. I 2. 18 Proverbialis ὑπερβολή facta aut per exceptiōnem aut per superlationem aut ‹per› aequam collationem. Utrumque D.

IV 2. 12 (2) Et hoc recte, quia quinque lineae perfectae sunt ad amorem: prima visus, secunda alloquii, tertia tactus, quarta osculi, quinta coitus. II 3. 76 (3) „Videbit, colloquetur, aderit una“: istae enim sunt amoris lineae, etsi eas non omnes est persecutus. Hoc Sabb. curs. edidit, sed utrumque Donato dandum esse iudico, quem IP interpolavit in II 3. 76 (1) et 82 (1), de quibus postea.

IV 7. 36 (4) „Edico tibi“ superbe et quasi militi; nam edictum praetoris dicitur et imperatoris. V 8. 33 (3) „Miles, edico hoc tibi“ et contumeliose „edico hoc tibi“ et proprie ut militi „miles“, inquit „edico“. Illud Donati, hoc imitatoris.

Ad. I 1. 3 (3) „Si absis uspiam aut ibi si cesses“: „aut ibi“ uspiam; significat enim, scilicet „uspiam“, et in loco et ad locum. Ibid. 12 (1) „uspiam“ et in loco et ad locum significat. Repetitio mag.

IV 7.37 (2) Bene „iracundiam", nam ira de causa est, iracundia de vitio multum irascentis. V 3.8 (2) ira de causa est, iracundia de moribus. Item.

Hec. II 1.11 (3) Resciscere est ‹cum› quod de industria celatur vix argumentorum vi agnoscitur. III 1.5 „resciscere" autem est vix reperire, quod ‹quis› de industria quaerat celatum. V 4.27 (4) resciscere est recognoscere et vix invenire, quod quis nescierit. Hoc tertium prodit imperitum imitatorem.

Phorm. II 3 B 7 (1) „Neque eius patrem se scire" ambiguitas, quae tamen discernitur censu. Ibid. B 19 (1) „Se hunc negligere" *ἀμφιβολία*, sed quae sensu dissolvitur. Vix utrumque D. dedit locis tam propinquis, ergo attende repetitionem inveniri in eadem serie B.

Habes repetitiones omnes vel, si quas forte omisi, fere omnes quae locis dissitis reperiantur. Satis rarae sunt et naturae atque originis diversae, cum modo D. ipse se repetat, modo illum magister, modo manus agnoscatur IP, cuius scholia postea accuratius tractabimus. Duorum excerptorum industria, quorum opera Donatus ipse evanuerit, nusquam deprehenditur; immo iuxta excerpta cuiuscunque auctoris et generis semper comparet commentum plenum et germanum.

b. *Scholia similia ad eosdem versus.*

Andr. I 2.2 (1) Non recessit de loco senex; „sensi" ergo: antequam cum Sosia loqui coepisset. Sic D. Ibid. (3) „modo ‹sensi›" antequam cum Sosia loqui coepisset. Repetitio eorundem verborum ad eundem versum prorsus rara, quam Compilator in margine exemplaris inventam dormitans post (1) iterum intulit.

II 6.26 Quidnam hoc rei est? Quid vult veterator sibi? (1) „Quidnam hoc rei est" verba sunt secum cogitantis senis aut de his quae nunc locutus est Davus, aut de adventu mulierum, quae in scaenam veniunt. (2) Pulsatus est senex argumento falsarum nuptiarum „paululum obsonii" (II 2.23), tamquam se illuderet Davus. (4) Et hi duo versus ostendunt

pulsatum esse senem ex argumento falsarum nuptiarum, illo argumento, quod ait „paululum obsonii", tamquam se illuderet Davus. (5) Sunt ergo verba, ut diximus (schol. 1) [1]), secum cogitantis senis aut de his, quae nunc locutus est Davus, aut de adventu mulierum, quae in scaenam veniunt modo.

Exemplum prorsus unicum, ubi (4) = (2) et (5) = (1). Quod autem in (5) additur „ut diximus", ostendit utrumque in eodem exemplari fuisse et illum, qui dedit (5), fateri se etiam scripsisse (1). Huiusmodi repetitiones IP, hoc est Editorem et et Retractatorem commenti genuini, etiam alibi commisisse videbimus, quamquam tum Donatum non ipsis verbis repetit, ut h. l. ubi nihil addidit praeter „ergo", „ut diximus", „modo". Altera repetitio revocanda erit ad duplicem fontem, quo usus sit compilator; qua de re postea videbimus [2]).

III 1. 18 (3) „Discipuli" Mysis, Lesbia et Pamphilus: omnes per quos agitur fallacia; bene ergo e. q. s. Sic D., cuius verba IP, ut refutaret, in (4) repetitivit: Alii (i. e. Don.) nominativum pluralem putant, ut „discipulos" dixerit omnes, per quos agitur fallacia, e. q. s.

V 6. 5 Haec ita narrantur Davo, ut eadem opera etiam Charinus audiat. Sic D. Mox IP 6 (1) haec omnia, ut diximus (schol. 5) [1]), propter Charinum dicuntur, ut audiat.

Eun. I 2. 36 Scholia (1) et (2) coniuncta fuerunt in commento, horumque finem: „Simul convenit mulieri loquenti huiuscemodi mora", imitatus est aliquis in (4): Vide quam satis muliebriter.

Sabb. perperam proscripsit (2) et (4).

Ibid. 83 (2) et (6). De his postea.

II 2. 32 Tamquam philosophorum habent disciplinae ex ipsis vocabula, parasiti ita ut Gnathonici vocentur. Don. (1) „vocabula" ut Pythagorica, Platonica. (2) Hoc igitur non est

---

1) „Ut diximus", cf. seq. locum et p. 12 adn. ad Eun. I 1. 112. De auctoribus scholiorum per *ut diximus* postea separatim agam.

2) Rabbow de Don. com. in Ter. p. 330 haec scholia citavit pro exemplo duplicis recensionis, sed rarissimum exemplum nulla argumentatione declaravit. Spero fore ut huic dissertationi, quae maxime versabitur in Eunucho et Phormione, etiam accedat dispositio scholiorum intricatiorum ad Andriam.

consequens ad id quod vult (immo quod coepit) dicere, nisi forte „disciplinam" pro discipulis posuit. (3) Non hoc intulit quod coeperat dicere, nisi forte „disciplinam" pro discipulis posuit.

Sabb. recte illud Interpolatori, hoc Donato dedit. (Bentleius correxit discipulis in vs. 32).

II 3. 22 (1) „Haud similis virgo est virginum nostrarum" c. (vel ci) et *ἐγχωριarum*, ut Verg. (Geo. II 89) „non eadem arboribus pendet vindemia nostris". Sequitur: (2) „nostrarum" civium scilicet, id est terrae ac patriae nostrae, ut Verg. (l.l.) et Sallustius „nostri foeda fuga" (Iug. 38. 7).

Pro eo quod in codd. est *c. et* vel *ci et* Wessn. coniecit *civium et* vel *scilicet*, sed „civium" iuxta „*ἐγχωριarum*" otiosum est. Sabb. sprevit has litterulas deditque „nostrarum" *ἐγχωρ.*, idem tamen alterum scholium propter exemplum Sallustii Donato, hoc imitatori adsignavit. Si autem Wessnerum audimus, cum Graecum vocabulum tum exemplum Sallustii Aemilium Asprum Donati auctorem produnt, quod si verum est, eum scripsisse suspicor: „scilicet" vel „id est" „*ἐγχωριarum* ut Vergilius ... et Sallustius ...". Ex hoc pleno scholio excerptor aliquis (1) sumpsit initium omittens exemplum alterum, qualis omissio non raro in posterum se nobis offeret. Alius magister, nempe IP, utrumque exemplum rettulit, sed more suo Donati textum correxit, pro *ἐγχωρ.* praebens „civium scil., id est terrae ac patriae nostrae" per dittologiam duplicem (civ., terr. patr.) satis absurdam, sed homini propriam. Tum igitur statuendum est, Compilatorem praeter editionem IP, aliam adhibuisse in qua legeretur excerptum (1).

II 3. 37 Novistin? Pa. Quidni.

„Quidni" correptio est a se manifesta quaerentis, est enim sensus: quid nisi aut cur non noverim, — *est enim „quidni" aut quid nisi aut cur non*, — quia veteres „ni" pro „ne" ponebant et „ne" pro „non", ut Plautus (Men. I 2. 1) „ni stulta sis" pro „ne" [1]) et „ne vult" pro „non vult". IV 4.7 „Quidni

1) Serv. ad Aen. III 686 „Ni teneant cursus" antiqui „ni" pro „ne" ponebant qua particula plenus est Plautus „ni mala ni stulta sis". Unde hoc a Servio petit unde sit docet Priscianus III p. 61, ubi citat verba Aeneidis additque: quod etiam Donatus in commento Aeneidos affirmat dicens: „ni pro ne, sic veteres": ubi Priscianus omisit exemplum Plautinum, ut iam observavit Ribbecki a

ıbeam": „quidni" quid nisi, hoc est cur non habeam? ıd. III 4. 20 (2) Plus est „quidni?" quam „noveram", nam ıuasi corripit dubitantem dicendo „quidni?", ut subaudiatur „noverim". Ibid. IV 2. 34 (3) „Quidni norim" correptive „quidni" pro „quid nisi". Praeterea confer Eun. III 3. 2 (1) nam „ni" ne significat et „ne" non: „ni" pro „ne" Verg. (III 6. 85) „leti discrimine parvo" cett.; „ne" pro „non" Plautus „ne vult" inquit pro „non vult".

Emblema — *est enim ... cur non* — a Sabb. et Wessn. notatum debetur magistro, quem indicavi olim littera A (Mnem. XXXII p. 287 sqq.), reliqua ipsius Donati sunt, nisi quis etiam Eun. IV 4. 7 et Ad. IV 2. 34 imitatoribus dare malit.

III 2. 19 (1) „Vix" aut difficile significat aut non, ut sit: nec hoc. Lucilius „carcer vix carcere dignus". IV 3. 3 (2) „Scelus" *αὔξησις*: plus enim est „scelus" quam „scelestus", ut Lucilius „carcer v. c. d." Andr. I 2. 12 „Carnifex" aut excarnificans dominum aut ipse dignus carnifice, ut caro fiat, id est lanietur. Lucilius „c. v. c. d." Phorm. II 3. A 26 „Ain tandem carcer" non carcereum (? cf. W.) sed carcerem asperius appellavit. Sic Lucilius „c. v. c. d." Ibid B 26 (3) „carcer" Lucilius c. v. c. d."

Exemplum Lucilianum D. (secundum Wessn. ex Aspro) recte adhibuit ad Eun. III 2. 19 et Phorm. II 3. 26, imitator, IP me iudice, inepte ad Eun. IV 3. 3 et Andr. I 2. 12. Eidem imputandum est additamentum in IV 3. 3: plus enim est „scelus" quam „scelestus", immo „quam scelerosus" hoc enim praecedit vs. 1, nec non (in Phorm. A 26) „non carcereum sed c. a. ap.", nam is est qui fingit nova vocabula amatque antithesin „sed — non". Attende denuo Compilatorem in serie A rettulisse textum ab IP interpolatum, in B exemplum Donateum simplex.

III 2. 25 (3) „Sollers" quasi totus ex arte consistens, ut *ὅλος ὁ ἀμτῇ*, quod Latini S littera pro H solus in arte; huic

---

prolog. in Verg. p. 184. Hi loci alicuius momenti sunt ad quaestionem quam movit Wessnerus, in libro de Aem. Aspro, Donatum nempe Plautina rettulisse non ex ipsius notitia, sed ex Aspri commentario ad Terentium. Quid autem, si videmus Donatum hoc idem exemplum iam multo ante citasse in commento Vergilii?

iners contrarium. (4) Nam „sollers" quasi ὅλης ἀρετῆς tus, ut ὅλον solum, ἥμισυ semis, ἕξ sex dicimus.

IP in (4) partim Donatum secutus est, partim reddidit trinam scholasticam de littera s pro Graecorum aspiration sita, iam a Verri Flacci aetate vulgatam; cf. loci in app. neri: Festus 293. 298. 348 sq. Prisc. II 32. III 16, q locis eadem exempla ἥμισυ, ἕξ proferuntur in etymologia sollers aliorumque similium.

IV 2. 14 (3) „Timida" timens: aliud naturale est, eventus est, ut Verg. (E. VI 20) „addit se sociam timid supervenit Aegle" cett. [1]) Phorm. I 4. 27 (2) „timidum' timentem, ut „addit se s." cett. Hec. III 3. 5 (2) „timi pro timens, nomen loco participii.

Primo obtutu etiam scholium Euu. aliquis Donato tribu sed cum praecedat alia illius explicatio: (2) „timida" modo a cett. (cum ex. Plaut.), deprehenditur IP, quo praeterea est antithesis philosophans de „naturali" et „eventu".

IV 3. 6 (2) „Unguibus" quibus armatur hic sexus. IV 6. „Oculi ilico effodientur" et femineae minae sunt et in libi sos quam maxime; nam hunc amatorem suspicatur esse vir Sic et alibi: „ut ego illi" cett. (IV 3. 6), in oculos a maxime saevire feminas et tragoediae fere et comoediae testantur. V 2. 20 (2) minae istae proprie feminarum et in se et in alios unguibus saevientium, ut (Verg. IV „unguibus" cett. — (3) Sed „involem" ab avibus tractum ut apud Verg. (III 233) „praedam pedibus circumvolet unus (4) Ergo hoc gestu et digito et motu corporis adiuvandum

Repetitiones omnes ipsius D. esse videntur. At vero sc ad V 2. 20 primum nunc nobis exemplum praebent, quod permulta similia sequentur, qua ratione IP in edendo comm saepe versatus sit: scholia de gestu tantum non omnia ger sunt, itaque in commento (4) subsequebatur (2), verum e IP suam correctiunculam de involando inseruit per partic *sed*, addito exemplo inepto.

---

1) Aliter Isidorus, diff. verb. 554 Timidus est qui semper timet, Ti vero qui ad tempus formidat ex causa. Tali intellectu distinguuntur pavidus et providus et providens, etc.

V 2. 68 (2) Interrogatio haec increpationem continet impudentissimi facti. (3) Haec interrogatio irrisionis plena est in eum, quem nihil pudeat.

Fere similia, sed alterum (3) paulo rectius, nam Pythias cum dicit „Quam ob rem tandem (sc. abeas)? An quia pudet?" non increpat, sed irridet subitum Chaereae pudorem, qui paulo ante virginem violare ausus sit. Cum igitur (2) IP tribuendum sit, quaeritur receperitne in editionem modo retractationem suam an etiam schol. genuinum Donati. Primo auditu suspicio satis absurda est, imitatorem sic semet ipsum prodidisse. Sed ipsi hoc aliter videbatur, sua nempe inventa praenitere Donateis et haec illis obscurari. Hac tantum ratione explicari possunt repetitiones manifestae, ubi nempe aliqua coniunctio (*aut vel* sim.) vel formula „ut diximus" aliudve indicium ostendit et exemplum et imitationem ab eo recepta fuisse. Itaque in locis, qualis hic est, non necesse est cogitare de alio fonte, unde Compilator genuinum exemplum hauserit. Alia res est in quibusdam locis, veluti Andr. II 6. 26 (4), quem supra tractavi, sed hi rari sunt et a me indicabuntur.

Ad. III 2. 10 Sostr. Non intelligo satis quae loquitur

(3) Ad hoc Sostrata ignorans inducitur, ut malo nuntio repente feriatur, et quia oportuit priorem loqui, praesens loquitur, quia autem non est perdenda tam suavis ἡδοποιία dolentis ad irascentem, idcirco non audit Geta, conversus ne ob illam loqui desinat.

Sic D. eleganter et plene. Otiosissima est duplex repetitio ad ll: Adhuc non audiente Geta loquitur: idcirco nec audit eam servus nec videtur ab eo Sostrata. Haec nova species est, nempe ut Editor ad sequentem v. brevius repetat, quod ipse e Donato rettulit ad praecedentem.

III 4. 26 Utinam hic sit modo defunctum

(5) „Defunctum" finitum, id est: ut non peiora committat. (6) „Defunctum" finitum, hoc est: ne ulterius peccet Aeschinus. Secundum Donatum in (3) „Utinam" desperandi vim habet. Verba igitur sic accepit: Vereor ut hic defunctum (finitum) sit. Ab hoc voto sententia prohibitiva per „ut non" vel „ne" pendere non potest. Itaque D. exhibuit tantum: „finitum"; unde

explicationes per „id est" et „hoc est" ad magistrum recidunt [1]). Sic D. ad Phorm. V 9. 32 „defungier" defungi, desinere. Nihil amplius.

Hec. I 2. 22 (3) „Quae narravit mihi": „quae" qualia scilicet et quanta. (4) „Quae" acuendum est, ut sit qualia et quanta; et hoc *ὑπερβολικόν*.

Wessn. in Appendice: „manifestum duplicis commenti vestigium". Potius in (4) habemus ipsum Donati commentum, in (3) excerptum. Pleraque scholia per *scilicet* suspecta sunt.

Phorm. I 1. 12 Porro autem Geta ferietur

(4) Ad paupertatem rettulit „ferietur", nam et damnum plaga et res sanguis dicitur. 13 (2) ex consuetudine „ferietur", nam et plagam damnum et sumptum sanguinem nostrum dicimus.

Iunctura causalis per *nam* in altero scholio iusta et perspicua est, ubi locutio „feriri" explicatur e consuetudine usurpandi plagam et sanguinem pro damno et pecunia. In altero obscura et impedita, quia „ad paupertatem" perperam dixit pro „ad iacturam pecuniae". Igitur hoc illius imitatio est vel excerptum.

II 3. 16 A (2) „Opera" hic septimus casus est. B (2) „opera" septimus casus est et „vita" nominativus.

Hoc exemplum probare videtur Rabbovii et Wessneri coniecturam, fuisse duos commenti excerptores quibus utraque series A et B debeatur. Sed quid tum statuendum de scholiis similibus in eadem serie hisce:

Ibid. 73 A (1) haec minantis sunt verba, et A (2) bene imitatus est modum comminantis. Apparet ex hoc loco, et postea ex aliis saepius apparebit, utramque seriem pro se laborare iisdem vitiis aut proprietatibus quae inquinant totum commentum.

Ceterum utrobique habemus genuinum D. (16 B (2) et 73 A(2)) et excerptum (16 A (2) et 73 A (1)).

Igitur in his quoque nullum invenitur specimen duplicis com-

---

1) Sitne ille magister I P an alius, nondum diiudico. Si est I P, quod suspicor, schol. (6) pro correctione adposuit.

menti manifestum, sed aut unum alterumque exemplum excerpti brevioris et deterioris e scholiis Donati plenis et absolutis, aut repetitiones ipsius Donati, aut interpolationes editoris IP et eiusdem vel aliorum magistrorum imitationes tenuiores.

§ 2. Excerpta et compendia in Eunucho et Phormione.

Alterum repetitionum genus brevia scholiorum Donati excerpta vel compendia esse diximus diversorum auctorum et pretii diversi.

Ab hoc inde loco non omnium fabularum scholia, sed Eunuchi tantum et Phormionis persequar. In illius fabulae scholiis ad I et II nobis proderit Sabbadinii recensio, in hac peculiarem scholiorum condicionem ad II 3—V in examen vocare operae pretium erit.

Eun. prol. 10 sq. In fine amplissimi scholii Donatiani ad vs. 10 haec leguntur: quae contra naturam iurisque consuetudinem posita argumenta notat Terentius, quod ille ordo potior erat, ut adulescens prior proponeret causam, qui petitor inducitur.

Haec IP ad vs. 11 sic reddidit: (2) Nam possessorem fecit priorem agere quam petitorem, quod abhorret a consuetudine et iuris et litium. S. c. [1])

Ibid. 27 (1) „Peccatum imprudentia" id est ignorantia, ut „imprudens harum rerum" (vs. 136): non enim stultitia. (3) Ignorantiam, non imperitiam ‹significat?›. Schol. (1) Donati est cum additamento editoris IP: „non enim stultitia", pro quo D. dedisset „non dolo malo". (3) excerptum est scholii (1) ex editione IP [2]). (3) S. c.

I 2. 59 (2) (3) (4). De his postea.

---

1) S. c. = Sabbadini cursive edidit, h. e. a Donato abiudicavit.

2) Huiusmodi excerpta ex editione iam interpolata ab IP stetisse videntur in margine alicuius editionis fabularum, qua usus sit Compilator. Nec non Donati excerpta breviora e tali fonte fluxisse verisimile est, veluti quod statim sequitur III 1. 18 (2).

III 2. 18 Ex Aethiopia est usque haec

(2) „Usque" additum est, ut longuinquitas monstraretur. Hoc mag. aliquis excerpsit e Donato. (4): Ostendit, quid „ex Aethiopia" addendo „usque", ut ex longuinquitate dign muneris ponderetur, cett.

Ibid. 42 Una ire cum amica imperatorem in via

(2) Mirifice „amicam" dixit non „meretricem". Excerpt magistri ex (5): Bene immutavit nomina hinc ad honorem, h ad invidiam: hanc non „meretricem" sed „amicam" dixit, h non „militem" sed „imperatorem".

Qui Donati stilum noverit, mecum ei dabit modo initi (5) „Bene ... invidiam". Reliqua addidit editor IP per *non sed*, ut centies. Eidem debetur insulsa adnotatio (3): „In ratorem" congrue in militem, quasi ipse sit sub quo est!

Igitur in hac sylloge habemus (1) Don.[1]) (2) exc. mag. IP. (4) Don. (5) Don. et IP. Haec omnia IP ordine edid credo, praeter (2), quod Compilator inseruit ex margine e IP, aut alius editionis Terentianae.

IV 3. 24 (4) Si „verum" pro coniunctione accipimus, sul diendum erit hic „amatores mulierum esse maximos". (7) non cogitaram, aut non eram recordata. Utrum excerptum a magistro quodam e Donati schol. longissimo quo postea mihi erit revertendum.

IV 4. 24 Iube mihi denuo respondeat

D. (2) ... „denuo" autem ad „respondeat" pertinet, non „mihi". Excerptum hinc (3) „Iube ‹denuo"›, non „n denuo".

Phorm. I 1. 2 Heri venit ad me: erat ei de ratiuncula

(3) Deest „nam" sed mire subtractum est. Compendi e Donato (5): Moraliter intulit „erat ei": magis enim facet est et comicum, cum *ἀσυνδέτως* infertur, quam si diceret „n erat ei".

Frequentissima huius generis excerpta et compendia bre sima non exhibent vestigia duplicis commenti, sed potius

---

1) Sic se habet (1): Vide *προπαρασκευήν* futurae litis inter Thaidem ac mil Scholia de oeconomia fabulae fere omnia genuina sunt.

editionis alicuius Terentianae margine a Compilatore inventa sunt.

I 2. 3 Accipe, em: lectum est; conveniet numerus quantum debui

(3) Ordine: prius enim qualitas, deinde numerus pecuniae spectari solet. Exc. manifestum e longiore D. (4): Tribus modis debitum pecuniarium solvitur, pensione, spectatione, numero. De reliquis scholiis postea.

Ibid. 24 (3) Bene „meo" ne esset ἀμφίβολον. Item ex longiore D. (1). De reliquis postea.

Ibid. 54 (3) ἀπὸ τῆς καταπλήξεως. Item e longiore D. (1).

Ibid. 58 (3) Bene „exstinguerent", quia forma calor. (4) „Forma" ab igne et calore dicta est. Utrumque secundum D. 57 (3). Notae marginales in duabus editt.?

Ibid. 71 (1) Bono affectu dixit „daret illi?" filius enim familias non tam ducit uxorem quam a patre accipit, quippe cum patri committatur puella potius in huiusmodi condicionibus quam marito. Hinc exc. (4): mire „daret", ut ostenderet nihil esse potestatis in filio.

Ibid. 85 (4) ἀσύνδετον ut supra „imus, venimus, videmus" (vs. 53). E longiore D. (5), ubi plura exempla citantur.

I 3. 11 (3) Hoc cum pronuntiatione infert. E longiore D. 11 (1).

Ibid. 18 (2) Cum modo. E longiore D. (1) „Modeste", cett.

II 2. 12 (2) Totum metaphorice. Exc. e D. 13: παρασιτικῶς totum translationibus loquitur, cett.

II. 3. 3 (2) „Adeste" proprie: adesse enim causae proprie dicuntur patroni et amici. Hinc exc. (6) A: proprie advocatis dixit.

Ibid. A (2) Vide ut veteratorie ostendat contradixisse adulescentem. Exc. e longiore D. B (2), ubi in fine haec leguntur: .... ostendit (Antiphonem) contradixisse sibi et restitisse in iudicio.

Delenda sunt quae de hoc scholio perperam scripsi in Mnem. XXXII p. 250. Phormio audiente patre, cuius tamen praesentiam se nescire simulat, mendaciter rem ita proponit, quasi Antipho sibi in iudicio restiterit, eo consilio ut hunc patri purget et culpa liberet.

Hic igitur non habemus duo excerpta e commento A et B,

ut Wessneri coniectura postulat, sed in B ipsum Donatum, in A excerptum.

Ibid. 18 A: Habet miseriam otiosa narratio. B (2) Miserabiliter et invidiose positum „senex" cett.

Iterum Don. in B, excerptum in A.

Ibid. 25 A (2) „Male loqui" pro maledicere. B (2) pro male dicere; et quaerit Probus, quis ante Terentium dixerit. Idem denuo.

Ibid. 26. Vide supra p. 17 ad Eun. III 2. 19.

Ibid. 27 A: Fingit illi crimina de causa et de negotio. B: Ingeniose de ipso negotio sunt inventa convicia.

In A mag. rhetorice reddidit Don. B, idque perperam, nam verba quae explicantur („bonorum extortor, legum contortor") non sunt ficta crimina sed convicia ingeniose inventa.

Ecce compendia vel excerpta a magistris minoris momenti (raro ab IP) leviter breviterque conficta e Donati scholiis longioribus, quae iuxta compendia nobis integra servata sunt. A Compilatore invecta videntur ex margine edit. Terentianae alicuius, quam iuxta editionem IP adhibuerit.

Perpauca adnotata erant ad Eunuchum, plura ad Phormionem. Similia autem passim reperiuntur in reliquarum fabularum scholiis.

Scholia autem ad Phorm. II 3 ex hac parte nihil habent quo discrepent a reliquo commento.

Hucusque hoc imprimis egi ut refutarem coniecturam de duobus commenti excerptoribus continuis. Vidimus veras merasque repetitiones, excerpta, compendia in tot scholiorum millibus nequaquam numerosa esse et maximam partem magistellorum quorundam operam referre levem et desultoriam, praeter quos hic illic Interpolatoris primarii quoque industriam saepe offendimus.

Dehinc omissa illa coniectura, cuius tamen refutatio in sequenti dissertatione identidem ultro affirmabitur, meam ipsius coniecturam de peculiari illo commenti Editore et Interpolatore [1])

1) Unum interpolatorem insignem iam agnovit Sabbadini Stud. Ital. II p. 18:

illustrare et defendere conabor. Persequar omnia scholia, quae in Eunucho et Phormione ei adsignanda esse putem, quorum duae species distinguendae sunt. Primum is quoque repetitiones dedit atque excerpta et compendia scholiorum Donati, sed stilo longe diverso exarata et quae vulgo aemulum prodant Aelium corrigere et superare cupientem. Accedunt dein interpolationes cuiuscumque generis innumerae, Donateis scholiis suffixae, insertae, iuxta positae aut oppositae. Utraque species nonnumquam tam parum differt, ut non separatim sed una serie utramque tractare satius sit. Efficiam tamen ut aliqua ratione scholia altera ab alteris distinguantur. Haec autem Interpolatoris nostri specimina inducuntur per particulas supra relatas et praesertim per antitheses, *non — sed* sim., interrogationes, *an, utrum — an,* sim., formulas, *rettulit ad — ad* et permultas alias.

His interpolationibus in editione sua locum dedit, ut suspicor, iuxta Donati scholia et talem editionem adhibuit Compilator. Ubi tamen IP pro Donateis nova substituit et genuina omisit, Compilator haec ex alio fonte intulit. Hoc tamen raro accidit, quoniam, ut supra vidimus, Interpolator suarum imitationum comparationem cum scholiis germanis non fugit, sed potius quaesivit et utrorumque notitiam lectoribus praebuit. Compilator autem praeterea transtulit magnum numerum additamentorum, excerptorum, compendiorum, quae temporis lapsu sese insinuaverant in commentum ab interpolatore retractatum, — nam ipsum commentum Donati genuinum ex mea sententia non adhibuit, — aut legebantur in marginibus editionum Terentianarum. Qua ratione ex his elementis nostrae scholiorum collectiones maiores exstiterint, ubi opus est identidem declarare conabor. Compilatoris operam in commento constituendo non magnam fuisse apparebit.

§ 3. Interpolationes in Eunucho et Phormione.

Quale interpolationum genus intelligam supra declaravi p. 9

Parallelamente a Donato abbiamo l'opera di un suo compendiatore (sed plus est quam compendiorum confector), che gli va quasi sempre di pari passu: e così sono nati i doppioni. Stud. Ital. III 841 al. hunc scholiastam appellavit „il continuatore".

sub 3, atque ibidem posui plurimarum auctorem eum fuisse qui Donati commentum iterum ediderit cuiusque personam descripsi p. 9 adn. 3. Itaque huic capiti confidenter praescribo

Scholia varii generis ab Editore praesertim in Eunuchi commentum illata.

Prol. 7 Qui bene vertendo

(2) „Vertendo" in Latinam linguam transferendo, ut „Plautus vertit barbare" (Prol. Trin. 19).. Sic Donatus. Opposuit Editor (3) Aut „vertendo" corrumpendo.

Cf. Schol. Bemb: „Bene vertendo" penitus evertendo.

Ibid. 9 sq. Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit
Atque in Thesauro scripsit, cett.

(1) Apparet pronuntiatum, quasi hoc ipso admonuerit spectatorem, quam turpiter et imperite haec fabula scripta sit.

(2) Et bene „nunc nuper", ut ex vicinitate facti ostenda nihil esse dicendum, quam displicuerit haec comoedia Lusci Lanuvini, propterea quod res recens sit et omnes meminerint

(3) (Narratur argumentum Phasmatis).

(4) Utrum ergo hoc dicat (sc. quaeritur), quod totam fabulam (Phasma) transferendo laeserit Lusc. Lanuv., an non hoc, de quo tantum reprehendat [1]), sed his signis velit ostendere, quem dicat vitiose Thesaurum composuisse, ut in Thesauro sit culpa non in Phasmate.

(5) „Nuper" ex illis verbis est, cett.

(6) „Phasma" hanc fabulam totam damnat, ut apparet, silentio; Thesaurum vero non totam, sed ex uno loco.

Itaque in schol. (1) (2) (6) versus nonus ita pronuntiatus esse dicitur, ut totum Phasma voce et gestu damnaretur, sc silentio, h. e. sine aperta reprehensione, quia spectatores adhu meminerint, quantopere displicuerit. Iuxta hanc explicatione in (4) alia proponitur, nempe versum nonum hoc tantum spectare, ut mentione comoediae nuper a Terentio doctae cognoscatur, quis auctor sit Thesauri, cuius locus reprehenditur vs. 10 s

Prior explicatio unice iusta est, nam totus locus inde a vs -

1) Locus corruptus videtur. Placet lectio Zeunii et Fabiae: „an hoc tantu dicat, non quo reprehendat".

in vituperationem fabularum Luscii comparatus est, nec credibile est aut spectatores ignorasse auctorem Thesauri, tunc temporis sine dubio satis celebrati, utpote qui princeps erat factionis hostilis Terentio, aut prologum sic per ambages illius nomen indicasse. Itaque non assentior Fabiae in ed. ad hunc v. dicenti: „Le vers 9 ne contient donc aucune critique quoi qu'en dise Donat."

Cum igitur (1) (2) (6) Donati opinionem contineant, sequitur scholium (4) ab alio invectam esse, ut opinor ab IP, qui suam vel prioris critici opinionem rettulerit per solitam sibi formulam *utrum — an*. Recte ergo Sabbadini hoc scholium cursive dedit, cui tamen non concedo etiam schol. (5) proscribendum esse totum. Repetit quodammodo Donatus quae aliter dixerat ad And. III 4. 3. Postremam scholii partem: „nam nisi ... significasset", suspectam esse non nego.

Ibid. 17 Habeo alia multa quae nunc (Luscius) condonabitur. Don.: Sic in Phorm. (V 8. 54) „argentum quod habes condonamus te". Sequitur: „nam dono ablativo casui iungebant veteres, condono accusativo". Hoc adiecit IP valde impudens nonnumquam in fingendis regulis grammaticis aliisque hoc genus. Refutant eum exempla Hec. 849 „Egone te pro hoc nuntio quid donem", et Plauti Amph. I 3. 38 „pateram ... tibi condono". Vide Fabia ad h. l., Dziatzko ad Phorm. l. l. S. c.

Ibid. 24. Et nihil dedisse verborum tamen

Don. (2) Dare verba decipere est eum, qui cum rem expectet nihil inveniet praeter verba; et alibi „verba istaec sunt" (Phorm.) et de contrario (Heaut.) „rem cum videas, censeas". IP speciose sed perperam: (3) An aliter: nihil addidisse de stilo suo Terentium?

Ex ambobus autem scholiis alius magister hoc concinnavit: (1) aut neminem fefellisse, aut nihil apposuisse de suo.

S. utrumque c.

Cf. Don. ad IV 5. 1 (3) „data verba" fraus facta. Andr. I 3. 6 (1) „verba dare" fallacia scilicet.

I l. 1 Quid igitur faciam?

(2) σχῆμα διανοίας· διαλογισμός. et apparet multa tacitum cogitasse adulescentem et tandem in haec verba erupisse.

Scholia Donati duo a Compilatore iuncta per et. D. σχήματα λόγου et διανοίας nude notare solet. IP in editione adscripsit hoc suum: (5) Est διαλογισμός perditae mentis post multam frustra cogitationem. Donatum imitans se novi aliquid praebere affectat.

Hoc igitur schol. Sabb. iure obelo notavit, qui non audiendus est, cum idem faciat in (3), cuius auctor Donatus vel, si Wessnerum sequimur, Aemilius Asper, tamen erravit cum „igitur" h. l. interpretaretur deinde.

Idem damnavit etiam (6), ubi ad verba: „Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem ...?" adnotatur: Hoc videtur non esse contrarium, sed est, nam dubitat (scil. in verbis „q. i. g. f") utrum meretricis satisfactionem exspectet, an (scil. in verbis „non eam" e. q. s.) illam omnino non quaerat. Quamquam haec interpretatio dubitationi obnoxia est, tamen hoc scholium a Donato abiudicare non ausim.

Itaque IP in editionem Donati scholia ordine recepit inserto (5); scholia (1)—(5) agunt de priore versus parte, (6) et (7) de posteriore. Compilator nulla sua opera haec transtulit.

I 1. 4 Exclusit; revocat; redeam? Non, si me obsecret

(2) Vides ergo superiorem partem dubitationis (scil. redeam?") in eo fuisse, ut rogatus rediret, inferiorem (scil. „non, s. m. o.") ut ne rogatus quidem. Hoc quoque Sabb. immerito seclusit.

Ibid. 9 Actum est, ilicet, peristi

(1) „Actum est" de iure translatum, „il." de iudicio, „per." de supplicio. Sic D. Sequitur (2) „act." ad „ultro ad eam venies" (vs. 8), relatum est, „ilicet" ad „indicans te amare" (vs. 8), „peristi" ad „ferre non posse" (vs. 9). Hae merae sunt nugae. Huiusmodi relationes in deliciis sunt IP, quod multa exempla docebunt [1]). S. c.

(3) „Ilicet" semper in fine rei transactae ponitur. Adnotatio temeraria ideoque falsa, quae repetitur fere Phorm. I 4. 30 (4): Semper „ilicet" finem rei significat, ut „actum est". Ubi sequitur adnotatio vera et elegans Donati. S. c.

Ibid. 10 (2) „Eludere proprie gladiatorum est, [cum vicerint].

1) Olim ex Andria quaedam citavi: I 5. 44 (1). 56 (2), 60 (4). Mnem. XXXII p. 232 sq.

Cicero (Catil. I 1) „quam diu etiam furor ista tuus eludet?" Sic Don. Sequitur (3) „Eludere" est finem ludo imponere. Haec significatio, aliunde non cognita, ficta videtur ab Interpolatore, de cuius falsis verborum definitionibus vide exempla ad Andriam in Mnem. l.l. p. 219 sqq. Posuit hanc correctiunculam iuxta schol. Don. (2). S. c.

Etiam uncinis inclusi additamentum ineptum in (2).

Ibid. 20 Egone illam, quae illum, quae me, quae non ...! Sine modo!

(1) Familiaris ἔλλειψις irascentibus; — nam singula sic explentur: „egone illam" non ulciscar, „quae illum" recepit, quae me „exclusit", „quae non" admisit — etenim ‹nec› necesse habet nec potest complere orationem, qui et secum loquitur et dolore vexatur. — (2) Nam amat ἀποσιωπήσεις nimia indignatio, — ut Verg. (I 135) „Quos ego ...! sed motos praestat componere fluctus".

Lineolis inclusi duas interpolationes I P, insertas per *nam*, quo facto restituitur unum Donati scholium continuum. D. nec hoc loco Terentii explendi conamen fecit, neque Andr. I 1. 138, qui locus citatur a Servio ad Aen. l.l., ubi Servius praeter adnotationem e Comm. Donati Vergiliano, etiam supplementum aliunde citavit („subauditur: ulciscar" cett.). In supplendo nostrum locum sic lusit Priscianus vel is quem sequitur, III 111: „Egone illam" digner adventu meo, „quae illum" praeposuit mihi, „quae me" non suscepit heri.

Sabb. perperam seclusit alteram scholiorum partem, inde ab „etenim" usque ad fluctus".

Attende hoc exemplum interpolationis, cui multa similia nobis occurrent, cum supplemento textui inseruntur per particulas *nam*, *sed*, etc.

Ibid 28 Et prudens sciens, vivus videnque pereo

(1) Mire et nove „vivus pereo" — et „pereo" sic dixit, ut intelligamus occidor, et „vivus" quasi sapiens et sentiens. — (2) Bene addidit „videns", — nam „vivus" perit etiam qui dormiens opprimitur, „videns" autem qui vigilans vim patitur ut pereat. — (3) nam „videre" pro vigilare posuit, ut etiam Verg., cum de Sileno dicit (E. VI 21) „iamque videnti sanguineis frontem moris et tempora pingit".

(4) Ergo „vivus" non mortuus, „videns" non dormiens.

Scholii genus superiori prorsus simile et denuo bis interpolati ab IP, nunc per *et*, *nam*. Dicere vix opus est, quam inepti sit occidor, et sapiens sentiens iuxta id quod praece „prudens sciens", aut quam insulsa sit observatio „videı addi, ne quis dormientem etiam vivum perire obiceret; postre denique sumpta sunt ab ipso Donato in (3). Scholium (4) ill est magistri, quem designavi littera A in Mnem. l.l. p. 2 ubi vide additamenta eius per *ergo* in Andria. Sabb. immer servavit (2) et reliqua omnia damnavit.

Ibid. 22 sq.

Haec verba una mehercule falsa lacrimula,
Quam oculos terendo misere vix vi expresserit,
Restinguet

ad 22 (2) Expressio ad *αὔξησιν* ducens. — et non „vera", „falsa", et non lacrima sed lacrimula et non „ultro flens" „oculos terendo" et non „facile" sed „vi" et non „exstillaver sed „expresserit". — Hinc Verg. (II 196) „captique dolis crimisque coactis". Ecce splendidum exemplum interpolatio per *non — sed* [1]), qua verbose id reddidit, quod Donatus sequer scholio breviter sic expressit: Totum sensum verbis significa tibus protulit, ut Verg. (Ecl. III 27) et (Aen. IV 95). Sab haec aliaque huiusmodi immerito Donato reliquit.

I 2. 4 Tremo horreoque

(1) Ex amore nimio; nimius ignis effectum frigoris reddi ut ex frigore nimio effectus ignis exsistit, secundum illud qu physici aiunt *ἀκρότητες ἰσότητες*. Hinc et Verg. (G. I 93) „a Boreae penetrabile frigus adurat".

Sic D. Supplevit IP: (2) Natura magni caloris etiam hor rem incutit, ut nimiae febres. S. c.

Ibid. 5. Accede ad ignem hunc (Thaidem), iam calesces pl satis

(2) „Plus satis" nove, id est <plus> aequo; et al (Heaut. I 2. 24) „quam ne quid in illum plus satis faxit, ter". — (3) nove, sed intelligitur plus satis quam h

1) Exempla ad Andr. in Mnem. l.l. p. 392 sq.

rueras. — (4) Hoc quidam putant, at mihi videtur de his esse, quae a veteribus geminabantur, ut „plerique omnes" (Andr. I 1. 28. Phorm. I 3. 20) id est omnes et „pleraque omnia" (Heaut. IV 7. 3) id est omnia. Sic etiam „plus satis" pro satis.

Scholium (3) a proposita quaestione aberrat, cum explicandum sit, quid sit plus iuxta satis. Quid autem Don. hac de re sentiat, novimus e scholiis ad Andr. et Phorm. l.l., nempe plus esse *παρέλκον* s. adiectionem abundantem, igitur „plus satis" =satis, ut est in (4). Cum igitur schol. (4) Donati opinionem referat, aut ipse hoc scripsit aut imitator; sed de imitatore in scholio sanissimo cogitare vix licet; itaque D. est qui scripsit: „Hoc quidam putant, at mihi videtur". Pronomen „Hoc" non designat praecedens scholium (3), quod hanc quaestionem non tangere vidimus, sed (2), ubi „plus satis" et h. l. et in Heaut. explicatur plus aequo. Quis autem fuit, qui hoc censuit, quemque refellit D in (4)? Asper aut Probus aut alius grammaticus nobis ignotus. Iam vide, qua ratione Donatus hanc quaestiunculam in commentum intulerit. Incipit a citanda adversarii interpretatione ita, quasi hoc ipse censeat: (2) „Nove, id est aequo" cett. Tum eam statim refutat in (4). Haec scholiorum ratio, ut prius ponatur tamquam certa aliorum opinio, sed dein sequatur refutatio, etiam alibi, veluti ad V 8. 49, nobis occurret. Hinc sequitur schol. (3) interpositum esse ab IP, suam quoque sententiam hac de re ferre cupiente; sed ipsa quaestio eum praeteriit. S. c. (2) et (4), perperam.

Ibid. 9 Sane quia vero hae mihi patent semper fores

(1) Tolle „sane" et „vero" et pronuntiandi adiumenta vultumque dicentis et in verbis non negatio sed confessio esse credetur. Sic D. Sequitur manifestum additamentum ab IP prave adfixum per *nam*: (2) Nam vero ironiae convenit, ut „egregiam vero laudem" cett. (Verg. IV 93). Tritum ironiae exemplum; cf. Serv. ad. h. l. Don. A. Gr. IV 401, 30 al. citata in App. Wessn. S. c.

Ibid. 10 Missa istaec face

(3) Alia dissimulatio (sc. Phaidis) et durior post admonitiones [1])

1) Ita legendum puto cum codice T. Wessn. admonitionem.

(sc. in 7 „quid hic stabas?" sq. et 8 „quid taces?"). (4) Sed bene intelligit, qui hoc a meretrice ridente molliter et osculum porrigente dici accipit (scil. Probus, Asper aliusve auctor). Ambo unum Donati scholium efficiunt, hoc sensu: Est quidem dissimulatio durior, sed mitigatur osculo et vultu, ut bene intelligit, qui cett. S. (4) c. perperam [1])

Ibid. 18 Credo ut fit misera prae amore exclusti hunc foras

Don. (1) Cum illa a derivatione causae argumentaretur, mira a Parmenone correpta est, verisimile non esse, ut, quem quis amat, eundem possit excludere [2]). Differt ab hac enarratione altera, forma etiam inelegans, in (3): *παρὰ προσδοκίαν* intulit intuens puellam et ei ostendens Phaedriam („hunc"), ut ostendat, quam falsa et repugnantia loquatur meretrix. Hoc igitur IP in edit. Donato opposuit. S. c.

Ibid. 22 (1) Astute servus reponit Thaidi vicem, nam illa in magnum voluit exspectari quod dictura est, iste ut falsum contemnit. S. c.

Sic IP scholium Donati partim corrigit, partim sequitur. Hic enim 23 (1): Mire vicem Parmeno reddidit, nam ut servum difficile est tacere commissa, ita meretricem rarum est vera dicere

Editor saepe infelix est in verborum usu, quae adhibet iusto graviora et res in maius augentia. Velut h. l. nec Thais quod dictura est exspectari voluit ut magnum, nec Parmeno eam ut falsum contemnit.

I 2. 28 Samia mihi mater fuit ... Parm. Potest taceri hoc

Don. (3) „pot. t. h." id est verisimile est; nec hoc ad laudem proficit sed ad dedecus meretricis. Hoc IP in ed. sua sic dilatavit: (2) „. t. h." peregrinam nasci meretricem et ideo potest taceri. S. c.

Ibid. 43 (2) „Bonam magnamque partem ad te attulit" haec dicuntur *ἰσοδυναμοῦντα* „ut abs te petere et poscere" (Heaut. V 1. 53). Sic Don. IP rogat (3) An potius „bonam" specie „magnam" quantitate? Alius denuo magister id sic affirmavit (4) Nunc discretive dictum est, nam alias „bona" pro magna accipimus et multa. S. utrumque c.

---

1) Etiam schol. 15 (2) et (3) atque 111 (2), eandem rem tractantia falso damnavi Sabbadini.

2) De hoc scholio Donati rhetorico vide Mnem. XXXIII p. 145.

Ibid. 48 (2) Et bene „credam" secundum illud (vs. 21) „potin est hic tacere?"

Absurdam relationem ad vs. 21 merito proscripsit Sabb.

Ibid. 50 (1) „Hoc agite" pro adverbio corripientis est positum, — aut certe pro adhortatione audientiae praebendae; sic Plautus (Asin. prol. 1) „hoc agite si vultis, spectatores". — (2) et convenit veluti nutu audientiam significantis et gestu hoc ipsum adiuvari. — (3) Id est: illud desinite et hoc attendite.

Interpolationem Editoris indicavi lineolis, partim confictam ex (2), partim e Don. ad Andr. I 2. 15 (1), ubi citatur hic locus et exemplum Plauti, ac gestus sic definitur: Demonstrative velut aurem suam tangens.

Schol. (3) est ex additamentis per *id est* sim. de quibus postea; suppeditavit hoc fortasse quod D. dedit II 3. 57 (5).

Igitur (1) et (2) schol. continuum D. Sabb. perperam proscripsit (2).

Ibid. 59 Si fidem habeat

(2) Hoc est si faciam aliquid, unde credat se tibi praeponi. Sic D., cuius compendium dedit magister aliquis in: (3) si credere cogatur. Sequitur: (4) Id est si credat: unde fideiussor dicitur, hoc est auctor credendi. Agnosco IP, de cuius etymis et verborum definitionibus vide exemplorum seriem ad Andr. in Mnem. XXXII p. 219 sqq. Miror Sabb. reiecisse accuratam Donati interpretationem in (2) et probasse (3) et (4).

Ibid. 70 sq. Adiuta me, quo id fiat facilius: Sine illum priores partes hosce aliquot dies apud me habere

Don. 71 (1) Blande „sine illum", tamquam in manu eius sit iniuriam non pati et excludi militem. Addidit IP per *non sed* ineptam h. l. differentiam: non enim dixit „fer" aut „patere" sed „sine".

Ex eo quod sequitur Donati: (2) Honeste circumloquitur et oratorie, ne dicat „abi foras" atque „excludi te patere", IP finxit 70 (2) Mira coactio: „pro patere excludi" „adiuta me" dixit. S. c.

Ibid. 74 Tandem perdoluit; vir es.

Don. (4) Eleganter variavit personas, secundam et tertiam. IP denuo otiose: (5) non „puer" nunc es, sed iam „vir", qui meretricem contemnis.

Ibid. 83 Num solus ille dona dat? Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier?

De scholiis rhetoricis (1) (3) vide Mnem. XXXIII p. 239.

(2) Possunt enim dona dari sed exigua aut minus libenter, et ideo mentionem benignitatis adiecit.

(4) „Num ibi" numquid alicubi. (5) Aut si „nuncubi" legimus, erit temporis adverbium, ut sicubi quo in loco, qua in re.

(6) Intelligit se et dona obtulisse et id benigne saepe fecisse; nam plerumque ingrata dona sunt, in quibus benignitas non apparet, quae aut in quantitate rerum est aut in facilitate praestantis.

Scholium (2) compendium est postremi (6) et merito inclinatis litteris expressum a Sabb. Si autem debetur IP, is omittere debuit Donati schol. genuinum, a Compilatore postea aliunde restitutum. Sabb. etiam proscripsit (5), et particula aut revera indicare videtur auctorem diversam a praecedente (4), h. e. IP. De nuncubi = num ubi cf. Prisc. I p. 18. 1, ubi c euphoniae causa inserta esse dicitur.

Restant igitur Donato tantum (4) et (6). Interpolatori reddentur (2) et (5), et rhetorico mag. (1) et (3).

Sequuntur scholia gravissima ad vs. 85—88:

Nonne ubi mi dixti cupere te ex Aethiopia
Ancillulam, relictis rebus omnibus
Quaesivi? Porro eunuchum dixti velle te,
Quia solae utuntur his reginae

85 (1) Plus dixit „ubi dixti cupere te" quam si diceret „petisti ut emerem"; plus est enim id praestitisse, quod qui acceperit non ausus fuerit postulare.

(2) „cupere te" vult rem parvi pretii ex illius cupiditate et suo labore perpendi.

(3) „ex Aethiopia" non „Aethiopissam" sed honestius „ex Aeth."

86 Haec iam omnia in beneficiis considerari solent.

87 (1) Vide quemadmodum adhibeat atque aerumnas sibi difficilium munerum dicat imposuisse meretricem: „ex Aeth. anc.", inquit, „dixti te c."; quid ego feci in re caeli ac solis ac paene orbis alterius? „Quaesivi", nec enim in promptu erat.

(2) Deinde non petisti" „sed „dixisti", nec „velle te" sed „cupere", non „nigram" sed „ex Aeth.", nec „dedi" sed „relictis rebus omnibus quaesivi": quid hic non exquisitum, quid non ita expressum, ut nihil addi possit?

(3) „Porro" deinde vel postea vel multo post.

(4) „Eunuchos a Persis institutos putant", cett.

(5) Vide quemadmodum, ut maius faciat quod praestitit, non semel imputat duo mancipia, sed primo puellam, deinde eunuchum: illam, quia „ex Aeth.", hunc, quia „solae ut. h. r." Quid tale Thaidi rivalis dedit?

(6) Εὐνοῦχος εἴρηται cett.

88 (1) „Reginae" divites, sed ἐμφατικώτερον est.

(2) Varie „eunuchum" dixit et intulit „his", ut (prol. 1—3) „si quisquam est, qui ..., in his poeta hic nomen profitetur suum".

(3) „Repperi" plus est quam „emi".

(4) Et vide quam propriis et amplissimis verbis usus est, quia et ancillam „ex Aeth.", et eunuchum <„quia s. ut. his reg."> illam „quaesivi", hunc „repperi".

(5) Ergo vigilanter ancillam „quaesivi", hunc repperi": neutrum enim horum facile positum erat.

(6) Nota cum „eunuchum" singulari numero praeposuerit, „his" subiunxisse.

(7) Sed „his" non ad eunuchum rettulit, sed ad delicias aut quid tale: quia solae utuntur huiusmodi deliciis servitiisque reginae.

(8) Et oratorie hic subdidit quod in ancillula praetermisit, quia nulla Aethiopissa honesta dici potuit.

(9) Et „reginae" modo divites dicit. In Phorm. (I 2. 20) „o, regem me esse oportuit!"

Continent haec scholia cuiuscumque vitii ac virtutis specimina, quorum mira permixtio commenti interpretem ad incitas redigunt.

Statim sepono quae mihi cum Sabbadinio aut concedenda Donato videantur: 85 (1), 86, 87 (1) (4) (6), 88 (2), aut detrahenda: 87 (2) (5), 88 (4) (5) (6) (7) (8).

Genuina illa semet ipsa defendunt. De ceteris haec dicenda sunt:

87 (2) IP auctorem prodit formula *non sed* quater repetita nec non antitheseon inanitas et nimia „exquisiti" sermonis admiratio. 87 (5) Initium sumptum a 87 (1); dein falsa est observatio, poetam „non semel imputare duo mancipia, sed" cett.: cum enim diversa de utroque praedicaturus sit, ne potuit quidem eunuchum et puellam „semel imputare"; mutuatum hoc partim videtur a Donato in 89 (2) [1]). 88 (4) eadem laborat inepta sermonis admiratione dum res fere repetuntur ex 87 (1) et 87 (5). 88 (5) partim additamentum est mag. A per *ergo*; de quo vide supra; postrema verba finem referunt scholii 87 (1) et interpolatione magistri A male separata sunt ab 88 (4). 88 (6) imitatio est scholii (2), sed sine exemplo. 88 (7) est arguta sed falsa refutatio per *sed* scholii (2) vel (6). Schol. 88 (8) significare videtur, poetam in ancilla praetermisisse epitheton „quod solae his utuntur reginae", quod oratorie subdidit eunucho, quia nulla Aethiopissa pulchra (cf. III 2. 21) dici possit. Itaque forma et re ineptum est. Restant 85 (2), 87 (3), 88 (1) (3) (9). Ex his 85 (2) contra Sabb. Donato relinquendum esse puto etiam iuxta 87 (1) et cf. 89 (2); de 87 (3) et 88 (3) est quod dubites; Sabb. non damnavit; denique e similibus 88 (1) et (9) hoc potius Donato dederim propter idoneum exemplum.

Cum igitur Editoris operam persequimur, videmus eum integrum reddidisse Donatum ad 85 et 86, supplevisse illum ad 87 in (2) per *deinde* et denuo in (5) per *vide q.*, utrobique ut stili Terentiani admirationem excitaret legentibus, quod tertium quoque fecit in 88 (4), denique in 88 (7) crisin exercuisse contra Donatum 88 (2) et addidisse ineptas argutias in (8). Repetitiones 88 (1) et (6) et additamentum (5) initio aliis debentur magistris, posita in margine alicuius fontis Compilatoris. Stilus IP sordidus et obscurus ubique cernitur.

I 2. 91. Ob haec facta abs te spernor

(1) Hic duplex pronuntiatio est: vel per interrogationem vel per invidiosam exprobrationem; — (2) et melius velut indicativo modo quam interrogativo profertur: hoc enim est multo gravius

1) Indicativi in rogatione pendente „imputat" et „usus est" (88 (4)) morem referunt IP.

quam illud. — (3) sic Verg. (IV 217) „nos munera templis quippe tuis ferimus" et cum interrogatione vel cum increpatione proferri potest.

Ut alibi IP per formulam *et melius* interpolavit continuum scholium Donati. Sabb. immerito huic eripuit quoque (3).

Ibid. 93 Scit meretrix † contentione quadam negari: ergo fingit se vinci, ut adulescentem molliat et ipsa cedit, ut et ille remittat pertinaciam.

Initium ita correxerim: concessione quadam (sc. rogantis) negata dari. Ceterum hoc scholium fere compendium est longissimae adnotationis D. ad 94 (2). Editorem utrumque dedisse opinor. S. c.

Ibid. 95 (1) „Istuc verbum" pro tota sententia. (2) „Verbum" pro dicto; sed proprie *ἀξίωμα*, id est sententia vel enuntiatio quae uno stringitur et ligatur verbo, verbum a veteribus dicebatur. 98 (1) „Istuc verbum" (vs. 95) et „uno verbo" (vs. 98), ut diximus, sic accipe, ut „verbum" dictum intellegas, quod verbo complectitur completae sententiae pronuntiationem, quod *ἀξίωμα* nominabatur.

Tractavi locum in Mnem. XXXII p. 220 ad Andr. I 1. 18, ubi haec leguntur:

(1) „Uno verbo" una *ἀξιώματε*, una sententia, nam *ἀξ.* sententia est vel enuntiatio uno verbo nexam continens et perfectam intelligentiam: *ἀξίωμα* enim constat ex nomine et verbo. (3) „uno verbo" una sententia, ut in Ad. (V 8. 29) ... Ad hunc autem Adelph. locum haec habet commentum:

(1) Nunc „verbum" pro *ἀξιώματε* posuit, quod uno stringitur verbo. *Ergo verbum brevis sententia* (W. c.). (2) Nota „verbum" pro sententia, ut Andr. (I 1. 18) et (I 5, 5). (3) „Verbum dixit veram sententiam, nam verba a veritate dicta esse testis est Varro.

Denique ad Andr. I 5. 5 legimus „verbum" pro *ἀξιώματε* more suo posuit.

Cum in his definitionibus eae, quae identidem redeunt, ipsius Aeli descriptionem referre videantur, sequitur eum verbum hoc sensu definivisse: „dictum", „axioma", „sententiam", „sententiam vel enuntiationem, quae uno stringitur vel ligatur verbo". Bene igitur Sabbadini nostro loco Donato tribuit

95 (2), imitatori 98 (1), h. e. Editori, qui, ut solet, Donatu suis verbis reddidit addiditque „ut diximus", quasi ipse quoq auctor sit schol. 95 (2) [1]). E reliquis scholiis supra scrip genuina videntur ad Andr. (1), praeter postrema fortasse „ enim c. e. n. e. v." [2]), ad Ad. (1), praeter additamentum a We nero notatum, et (3). Reliqua magistrorum excerpta sunt.

Ibid. 99. Quam ioco rem voluisti a me tandem quin perfeceris

(3) Contra illud refertur, quod ait Phaedria: „nonne ubi di cupere te" (85). Sic Don., quem IP denuo ut supra (cf. (2)) supplet simul et corrigit hoc modo: (4) Sed hoc ve mentius et disertius: „quam rem" inquit; non „munus" quod plus est „rem", et non dixit „serio" sed „ioco" a fac tate praestantis (cf. eadem verba Don. 83 (4)), et „voluis non etiam „dixisti". Haec omnia merae sunt nugae, r minus ea quae sequuntur ad finem totius scholii (5), cui initium etiam Wessn. inclinatis litteris expressit, effatum pl losophi oraculi instar obscurum: *Mirandum obsequium ex v animi pendens: non exspectat imperium ne voluptati mora sit d iubetur* Exprobratio Phaedriae 85 sqq. revera non minus est „ serta" et „vehemens" quam Thaidis.

Sabb. igitur merito proscripsit (4) et (5).

Ibid. 103 Verum ne fiant isti viginti dies

Don. (1) Facete, „biduum" decuplavit. IP (2) Et simu quia ex eadem ratione sunt viginti ex qua duo, ⟨et⟩ ex q viginti, ducenti, duo milia et similiter deinceps. Suppleme tum per *et simul* specie doctum, sed, si causativum „qui consideras, revera delirantis. S. c.

Ibid. 107 (1) „Rus ibo" et hoc amatorium est, odisse urbe sine amica. (2) Nec dixit „ibi ero", sed „ibi me macerabo".

Sabb. utrumque notavit, nimis suspicax, opinor, in (1).

Ibid. 109 (2) „Fac illi adducantur" pro adducito eos. H Don.; supplevit IP: (3) et bene adiectum, ne dilatis ob rete tionem muneribus non procederent actus fabulae. Puerilis c

1) Vide quae supra adnotavi ad Eun. I 1. 112 et V 6. 5.

2) Igitur perperam de his scholiis iudicavi in Mnem. l.l.

servatio, nisi enim perpetuo fiant in scaena, quae fabula postulat, nulla umquam procedit. Et quid est „ob retentionem" et possuntne „actus fabulae procedere"? Scholium (4): Et simul, quia absentia Phaedriae opus est, dum per Chaeream ludificatur meretrix, pertinere videtur ad „Rus ibo" (vs. 107), sed ibi nihil legitur quocum coniungi („et simul") possit. Itaque a magistro quodam assutum videtur praecedenti (3). S. utrumque c.

Ibid. 110 In hoc biduum, Thais, vale

Don. (1) Nunc „vale" abscessum significat, non salutationem, nam si mera salutatio est, biduo solum amicam valere optat, sed praescribere conatur, quanto tempore abfuturus sit.

Haec inepta sermonis differentia variavit IP: (3) Accusativo casu utens expressit amatoris impatientiam, „biduum" dicens praescripsit de tempore; et „vale" maiorem vim habet ex dolore discedentis quam obsequio salutantis. S. c.

Idem v. d. scholium (2) „Et simul ostendit quam invitus abscedat", pro otioso superioris additamento semovit.

Ibid. 113 Me ames, me desideres, me somnies

(1) Αὔξησις, quia plus est ab amore desiderium. Sic Don.; IB rogat. (3) cum „amare" et „desiderare" sit voluntatis atque obsequi, num etiam „somniare"? Ecce philosophus. S. c.

Ibid. 115 sq.

Me somnies, me exspectes, de me cogites,
Me speres, me te oblectes, mecum tota sis

(1) Cum „me expectas" iam dixerit, quid sibi vult iterum „me speres"?

(2) An exspectatio certorum est, spes incertorum?

(3) Et exspectatio propinquarum rerum, spes longinquarum.

(4) Et exspectatio destinat tempus, spes non destinat.

(5) An „me speres" idem facere, id est de te cogitare, ut sit „speres" credas, ut statim in subditis invenies (vs. 123 sq.) „nam eius fratrem spero iam propemodum repperisse"?

(6) „Me te oblectes" septimus casus <„me">.

(7) „Mecum tota sis" toto animo: — nam illam nunc animum vult esse, non corpus. (8) et simul — quod ipse ab eius corpore patitur, id vult militi eius mente contingere tamquam penitus excluso ab amica.

Scholia quinque prima repraesentant Donati aliorumque dubitationes de differentia inter „speres" et „exspectes", quo genus scholiorum postea separatim tractabo. Donato non tantum cum Sabb. adsigno (5) „an me speres" cett., sed etiam (1) ita ut in (5) respondeat rogationi, quam ipse posuit in (1) His interposuit Editor suam coniecturam (2) [1]), cui scholi postea Compilator addidit similes magistrorum coniecturas i aliquo margine repertas (3) et (4). Alteram interpolationem philosopham lineolis distinxi in (7) et (8), qua IP discerpsi continuum Donati scholium: „toto animo: quod ipse" cett. quamque artificiose per *nam, et simul* connexuit cum initio e fine Donatiano.

Sabb. perperam Donato detraxit (1) et (8) eique concessit (7

Ibid. 120 Neque me finxisse falsi quicquam

Don.: (1). Aut dixisse debuit dici, aut abundat „falsi". Hoc IP incogitanter ita correxit: (2) aut ideo, quia et vanum aliquid fingi potuit, ut supra „si vanum aut falsum aut fictum est" (vs. 24). S. c.

II 1. 3 Ah, rogitare, quasi difficile sit!

(1) Deest „vis" vel „pergis", ut sit: rogitare pergis.

(2) Vel „se", si ipsum respicit, vel „hunc", si aversus hanc dicit, ut sit: „rogitare te" aut „rogitare hunc"!

(3) Et distinctione interposita inferendum vultuose „qua difficile sit" <scilicet> id quod mandat. Ita [et] ineptiam nimiam circa haec solliciti amatoris expressit. — et ostendit nihil esse facilius, quam deducere ad meretricem munera, cum contra illud sit difficillimum, poscenti aliquid non dare.

(4) „Rogitare" subauditur „te mirum est", „quasi difficile sit" „complere quod iubes".

---

1) Cf. Ad. III 2. 23 Te ipsam quaerito, te exspecto oppido opportune. Ad hanc v. Don.: (2) Incerta distinctio, utrum „te exspecto oppido" <an „oppido"> opportune sit dicendum.

Non raro Don. quaestiones posuit sine decisione. IP a re, qua agitur, aberrat et opportunitatem arripit inferendae differentiae in (3) An exspectare impatienter cupere et sine praescriptione temporis, sperare iuxta certum tempus? unde apparet ad „te expecto", quia per se nimium est, non esse iungendum „oppido". In postremis revera hariolatur.

Cum „rogitare" sit exclamatio indignantis, nihil deest aut subauditur et damnanda sunt (1) et (4), quorum illud debetur magistro, qui identidem falsa supplementa praebuit per *deest* (cf. exempla ad Andr. in Mnem. XXXII p. 300 sqq.), hoc alii. Reliqua mihi Donato danda videntur, qui in (2) infinitivum exclamandi integrum reliquit ac sine supplementis et recte observavit Parmenonem etiam aversum a Phaedria hoc exclamare potuisse, etiamsi hoc minus sit probabile. Idem in (3) verba „quasi difficile sit" non magis supplemento oneravit, ut magister fecit in (4). Dubito tamen de altera parte scholii (4), primum enim verba „et ostendit ... munera" prorsus supervacanea sunt, Don. autem odit otiosa et supervacanea, quae in certis genuinisque eius adnotationibus nusquam invenies, deinde verba „cum contra ... non dare" sententiam continent a re prorsus alienam et tum demum appositam, si Parmeno in hac scaena perversam adulescentis liberalitatem tetigisset, a quo multum abfuit. Haec igitur ut interpolationem Editoris lineolis secrevi.

Sabbadini inconsideratius omnia ((1) (2) (3)) praeter (4) obelo notavit.

Ibid. 4 (1) „Invenire" acquirere; sic in Heaut. (V 4. 16).

(2) Nam ideo a praecedenti etiam quaestus dicuntur.

Alterum scholium non pertinet ad Eunuchi versum, sed quodammodo ad exemplum Heautontimorumeni citatum in (1).

S. c.

Ibid. 5 Ego quoque una pereo, quod mihi est carius

(2) Pro qui mihi sum carior. (3) Sed „ego" dixit absolute, occurrens huic pronomini <„quod">. Haec mira inventio videtur Editoris Donatum corrigentis. S. c.

Ibid. 9 Aemulum, quod poteris, ab ea pellito

(1) „Ab ea" ab eius animo. Sic apposite Don. IP (2) non „pelli facito", sed „pellito". S. c.

Ibid 11 Censen posse me obfirmare perpeti, ne redeam interea?

Don. (2) Ideo hunc putat non censere, quia ipse desperat fieri posse. IP iuxta posuit suum (3): verba sunt desperantis; non „firmare" sed „obfirmare" [1]), non „pati" sed „perpeti".

Sabb. male proscripsit (2) non (3).

---

1) De hoc verbo vide adnot. Fabiae ad h. l.

Ibid. 14 D: (2) „Ingratis ut dormiam" id est etiam invitus, [etiam] coactus. Sequitur: (3) Nam „ingratis" non ultro significat, quia ultronea grata, ingrata quae ab invitis fiunt aut recusantibus. Scholium valde suspectum. S. c.

Ibid. 18 (3) „Stat sententia" et vultu et gestu magis spectabile (scil. fit) quod dixit „stat sententia". (4) Vel maxime eo, quod tanto sonitu hoc de se promittat Phaedria continuo rediturus vel potius non accessurus ad villam. Tantum autem aberit, quantum opus est ad vitiandam virginem.

Quid significant verba: „Vel maxime eo"? Sabb. haec adsignavit Interpolatori, quem h. l. (III p. 341) appellat „il continuatore". Tum sic supplendum est: Vel quod dixit „stat sententia" maxime eo fit spectabile quod, cett. Si haec est sententia, Interpolator adiectivum „spectabile" alio sensu usurpavit quam Don. in (3). Hic enim dixit gestu et voce auctam esse vim affirmationis „stat sent.", ille contra, affirmationem eo maxime admirabilem et importunam esse, quod Phaedria continuo rediturus sit, cett. Donato sane hoc supplementum dari nequit.

Ibid. 21 Magis severus quisquam nec magis continens

Don. (2) Animadverte ut amet Terentius „magis" addere positivo quam comparativum facere. IP otiose subiunxit: (3) Nam neque „severior" neque „continentior" tam voluit dicere quam „magis severum" et „magis continentem". S c.

Cum his compara V 4. 12 sq. „Nihil videtur mundius, nec magis compositum quicquam, nec magis elegans", ubi Don. ad vs. 13: Bona varietas, ne diceret „compositius" aut „elegantius" more suo, ut supra (II 1. 21). IP autem post „Bona varietas" hoc inseruit: Nam nec omnia per magis adverbium profert nec omnia per comparativum gradum. Cf. etiam V 8. 47 (2), repetitio magistri alicuius ex hoc loco oriunda.

Ibid. 25 (2) Et iam praeparatio est ad deducendum Chaeream (potius) quam deformem eunuchum.

Nulla in hoc versu praeparatio est substituendi Chaeream pro eunucho.

II 2. 1 (3) Admirantis exclamatio cett. Ibid. 4 (3) Eleganter ex persona, cett. Sabb. Utrumque inclinatis litteris expressit; haud scio an minus iuste.

Ibid. 5 Video sentum squalidum aegrum pannis annisque obsitum

(2) „Sentum" horridum. (3) „s." ad horrorem rettulit, „squalidum" ad sordes, „aegrum" ad maciem, „p. a. o." ad vestitum et tristitiam. (4) Sed „pannis et annis" morologia parasitorum sunt. (5) „p. a." vel parasitica vernilitate κατὰ τὸ ὁμοιοτέλευτον dictum vel quia Homerus dixit αἶψα γὰρ ἐν καλύτητι βροτοὶ καταγηράσκουσι (Od. 19. 360). (6) Et est miseriae senium debitum, unde huic magis tristitia gravitasque displicuit, aliena semper ab hominibus parasitis. (7) Bene addidit, annis", quia ut quisque miser est ita senior videtur. (8) Ut „sentum" „obsitum" dixit: μεταφορά ab agro.

Cum Sabb. in (3) Interpolatorem agnosco (*rettulit ad* quater), cui alius magister opposuit (4) per *sed*, haustum e sequenti scholio Donati (5). Errat autem Sabb. cum (6) etiam a Donato abiudicat, qui explicat exemplum Odysseae (ex Aspro relatum?). Contra merito proscripsit (7), ubi IP alia ratione praeter τὸ ὁμοιοτέλευτον explicare conatur cur „annis" sit additum.

Donatea igitur sunt (1) (2) (5) (6) (8). His Editor inseruit (3) iuxta (2) et (7) post (6), hoc est suis locis in scholiorum ordine Donateo. Compilator aliunde infersit (4) iusto loco.

Ibid. 6 Quid istuc inquam ornati est?

Don. (2) Ornatus τῶν μέσων est: ad decus et ad turpitudinem. IP addidit (3) Vel simpliciter hoc accipe vel εἰρωνικῶς. S. c.

Ibid. 9 Itan parasti te, ut spes nulla reliqua in te sit tibi?

Don. (1) Quam obiurganter! tamquam in illo sit quod miser est et alibi (ex. Hec.). IP de vv. „parasti te" hanc miram doctrinam profitetur: (2) Et hoc proprie verbum ad exprimendam immunitatem et ignaviam factum est. S. c.

Ibid. 11 Qui color nitor vestitus, quae habitudost corporis

Don. (1) Hoc contra illud quod ait (vs. 5) „video sentum", cett. IP (2) „color" ad „sentum", „nitor" ad „squalidum", „vestitus" ad „p. a. o.", „hab. corp." ad „aegrum". S. c.

Ibid. 12 Omnia habeo, neque quicquam habeo

IP (1) „o. h." ad „quod habui perdidi" (vs. 6), „neque q. h." ad „mei loci atque ordinis hominem" (vs. 3). In hac quoque formula secutus est Donatum, qui iustius et moderatius ea utitur velut h. l. (2) „o. h." ad industriam rettulit, n. q. h."

‹ad› fortunae culpam. Sabb. non sine causa suspicatur etiam Interpolatori deberi quod sequitur (3) Et item denuo ‹ad› fortunae crimen „nihil est cum" (vs. 12), ad suam laudem „nihil defit tamen". Sunt haec profecto nimis speciosa.

Quod autem de ipsa sententia „o. h. n. q. h." legitur in (4) Alterutrum horum neutrumve potest cuivis accidere, utrumque nulli, est falsa cavillatio poetae, qui hoc ipsum Gnathoni accidere affirmat. S. c.

Ibid. 19 Sed his ultro arrideo

Iuxta brevem et perspicuam Donati adnotationem (1), mihi quoque, ut Sabb., valde suspecta est (2) cum propter formam perplexam et obscuram, tum propter parvum rerum momentum.

Ibid. 26 (1) „Lanii" qui laniant; unde et lanistae dicti, quī laniandis praesunt gladiatoribus. (2) *Sic et macellum a mactandis pecoribus dictum.* Hoc Wessnerus iam scriptura notavit, non quo ineptum sit, sed ut a re prorsus alienum.

Ibid. 28 Ad cenam vocant (sc. patroni parasitos).

Inepte IP (1) utrum ad emendam cenam an vero ad convivium? [1]) S. c. (3) „Adventum gratulantur" adventus proprie exspectatorum necessariorumque dicitur. Nihil minus verum. S. c.

(*Continuabuntur*).

---

1) Interpolator h. l. fortasse eodem fonte usus est quo Eugraphius ad h. l.: „Quidam intelligunt invitant; solet enim advenientibus cena promitti. Plautus in multis comoediis: „advenienti quid tibi coenae dabitur" (ubi hoc legitur?). Sed melior sensus est: „ad c. vocant" h. e. ad emenda, quae in cena sunt necessaria. Hoc est verisimile, quod qui aliquid vendat, lucrum potius velit ab eo quam ad se venire, aut quiddam per obsequium velle". Haec non intelligo. Gerstenberg de Eugr. p. 50 contendit scholium (1) Don. esse et „excerptum ex multo pleniore", „quod Eugraphius retinuit". Postremam scholii partem inde ab „Hoc est verisimile" G. non citavit: haecine ille intellexit? Hausitne Eugr. interpretationem alteram ex commento interpolato et addiditne ipse obscuram defensionem?

HOMERICA.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

(*Continuantur e Vol. XXXIV pag.* 410.)

XXXIII.

DE NESTORIS AETATE.

In Victoris Hugonis quodam dramate „tace, iuvenis!" pater nonagenario maior increpat filium septuagenarium [1]).

Similisne intercedit ratio inter Nestorem Homericum et Antilochum? Itane „*νέος*" hic a sene dictus intellegendus est:

„*ἦ τοι μέν σε νέον περ ἐόντ' ἐφίλησαν*
Ζεύς τε Ποσειδάων τε" [2])?

Talia si quis rogaret Homeri studiosos, nemo non rideret eius imperitiam neque castigare haberet operae pretium. Et aliis profecto verus iuvenis videbatur Antilochus, Achillis sodalis generosissimus, fortissimus, laudis avidus, quem virum maturum [3]) vel etiam seniorem fingere sibi nequit quicunque carminum epicorum veterumque mythorum non plane est ignarus.

At florido huic iuveni fuit pater cui

δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
ἐφθίαθ', οἵ τοι πρόσθεν ἅμ' ἔτραφον ἠδ' ἐγένοντο
ἐν Πύλῳ ἡγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισ' ἐτάνασσε [4]).

---

1) „Jeune homme, taisez-vous!" — V. H., les Burgraves.

2) Ψ 306 sq.

3) Menelao *multo iuniorem* se vocat ipse Ψ 587.

4) A 250 sqq.

Ergone grandaevus Nestor et annis non fractus quidem sed onustus ἠράσθη ... non ὡραίας σοροῦ sed Εὐρυδίκης Κλυμένοιο θυγατρός, a patre eam in matrimonium accepit, dein υἷας ἀτολλέας cum ea genuit?

Odysseam autem cum perlegimus, apparet eum vigesimo anno postquam cum filiis in bellum Troianum est profectus etiam Pyli regnasse, *quartae* igitur potius quam tertiae hominum aetati tunc imperantem. Laetis tamen epulis etiamtunc illic praefuit inter liberos suos assidens partim iuventutis annos nondum egressos [1]).

Satisne haec inconcinna? Aptius vix invenias exemplum ad demonstrandum id quod nimis saepe dici demonstrarive nequit, quoniam ne id obliviscamur dum carmina epica perlegimus, maximum semper est periculum, licet probe sciamus omnes: poesi vetustae perniciosissima fuisse studia genealogica sive chronologica. Nunc quoque patet ad quam inepta deveniamus dum temporum habeamus rationem.

Ergone ipsorum poetarum aut culpa haec fuit aut neglegentia? An nos culpandi sumus, utpote poetis denegantes illam fingendi et si res ferat non sibi constandi libertatem, sine qua langueat eorum ars et torpeat?

Grave crimen et saepe auditum, — quippe prolatu facillimum aptumque ad nodosissimas quasque disquisitiones praecidendas! At persuasissimum est non nos de priscis vatibus iniquius nunc iudicare, sed illos — si qui sint etiam — qui tam absurda ab iis ficta esse in animum sibi inducant. Corruptus a recentioribus est veteris carminis nitor, vel potius, non intellecta sunt quae cecinerunt olim poetae.

Reputemus modo quae de Nestore ferunt Ilias et Odyssea. Non apparet illic silicernium a Morte veluti derelictum, sed vir senior inter iuniores, pater inter filios, aequalis Pelei et Priami et Agenoris ceterorumque senatorum Troianorum, eam iam agens vitae partem qua animo mortalium τὸ γῆρας ἐντίθησι νοῦν, qua deferbuit aetas iuvenilis, confirmata est mens; qua vixdum decrescere coeperunt vires corporis, creverunt autem animi vigor et prudentia. Minus iam Nestor est agilis quam fuit olim ad

1) Pisistratum dico et Polycasten.

lescens, tardiora fiunt genua: itaque laborum Martiorum partem maiorem iunioribus nunc relinquit, — idem tamen *πόνου οὔ τοτε λήγων* [1]) satisque etiam strenuus ad invadendos repellendosve hostes, si res id ferat. Compositam aetatem, *τὴν κἀθεστηκυῖαν ἡλικίαν* etiam agit: nondum versus vesperam ei vergit vitae lux, sed etiam in medio perstat caelo. Non *„κατέχειν"* igitur *ἑαυτὸν τὸ γῆρας*, non *subiectum sibi senectutem se habere* dicit ipse, sed *„ἱκάνειν"*, *appropinquare sibi* [2]) — dona afferentem haud contemnenda. Numeri si requiruntur, dicamus quinquagenarium aut, maximum, sexagenarium, *ἕνα τῶν τριάκοντα μεχρὶ τετταράκοντα ἀΦ' ἥβης*, quemadmodum posteri loqui solebant [3]). Talem videmus in castris ante Troiam, talem Pyli videmus in regia sua post bellum finitum reducem et genti suae imperantem, — non ita diuturnum igitur illud bellum fuisse sentientes [4]).

Summa autem in bello ei est auctoritas, maxima enim rerum bellicarum est peritia. Verbis iam plus valet quam lacertis, lingua quam pedibus manibusve promptior, dux igitur tanto nunc quam olim utilior quanto mens praestat corpori. Quamquam etiamnunc minime torpent ei manus, et licet non omnino *ἴμπεδος* ei permanserit *βίη* [5]), pergit tamen in pugna uti clipeo illo, quo nullus ea aetate fuit clarior [6]), et post pugnam poculo illo, quod auditores vix loco moturos fuisse ait poeta [7]); sed currere et ferire, *αἰχμὰς αἰχμάζειν καὶ μέλπεσθαι Ἄρηϊ*, id iuniorum est: seniorum est consilia inire, copias disponere et exhortari, castra tutari.

Et rem provisam quoniam haud invita sequuntur verba, in paucis est disertus: ipse enim vitae usus disertum fecit. Itaque in regum consilio, cum Achivos a Troianis profligatos domum redire iussit Agamemnon animum despondens, Diomedes autem

---

1) K 164.

2) *„τότε κούρος ἔα, νῦν αὖτέ με γῆρας ἱκάνει"* Δ 321. — Quod verbum viro multis annis gravato, qualis fingi solet Nestor, cum parum convenire sentiret Aristarchus, scripsit *ὑπάζει*, id quod legitur Θ 103 — in Ulixis ore ibi aptissimum.

3) Cf. e. g. Xen. Hell. VI 4 § 17.

4) Cf. caput XXV. — *Telemachi* annorum rationem nunc nullam habeamus oportet.

5) Δ 314 H 157 al.

6) Θ 193 sq.

7) Λ 637.

iuvenis fortissimus fieri id strenuis verbis vetuit, ad hunc conversus Nestor leni oratione:

„οὔ τίς τοι τὸν μῦθον ὀνόσσεται, ὅσσοι Ἀχαιοί,
οὐδὲ πάλιν τρέσει· ἀτὰρ οὐ τέλος ἵκεο μύθων.
ἦ μὲν καὶ νέος ἐσσί, ἐμὸς δέ κε καὶ πάϊς εἴης
ὁπλότατος γενεῇφιν· ἀτὰρ πεπνυμένα βάζεις
Ἀργείων βασιλῆας, ἐπεὶ κατὰ μοῖραν ἔειπες.
ἀλλ' ἄγ' ἐγών, ὃς σεῖο γεραίτερος εὔχομαι εἶναι,
ἐκτείπω καὶ πάντα διίξομαι" [1]) —

et auctor extitit ut legati mitterentur ad exorandum Achillem.

Primis autem vitae annis quae adspeximus et experti sumus quoniam maiora pulcriora dulciora quam quae aetas attulit provectior obversari solent memoriae adultorum, fieri non potest quin laudatores temporis se pueris acti fiant senes: — factus est etiam Nestor, qui res ab aequalibus suis tunc cum ipse esset iuvenis gestas libentissime solet enarrare, τοὺς προτέρους ἐκείνους posterioribus sive patres filiis proponens exempla vix et ne vix quidem ipso iudice assequenda. Aliter nimirum iudicat aetas maturior, aliter recentior; nam Sthenelus adolescens ferox patrum illas laudes impatienter ferens suoque robore confisus

ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι!"

exclamat, [2]) — nec dubium, ut sunt homines atque fuerunt, quin multi cum illo de parentum aetate sic iudicaverint [3]).

Illi autem πρότεροι, quorum filii bellum gessere Troianum, qui fuerunt? Fuere Peleus et Menoetius, Tydeus et Atreus,

---

1) Versum 59 suo iure notavit Heyne; etiam versus 58 an postmodo fuerit adiectus dubito equidem. Sed qui versus 57—59 damnabat Knight cum balneo — ut vicini nostri aiunt — ipsum puerum abici iussit.

2) Δ 405. Quae licet non ad Nestorem sed ad *Agamemnonem* dicantur, nostra tamen iure hoc versu nunc utimur.

3) Ex his quae disputavi apparet quatenus mihi conveniat cum Weissaeckero in Roscheri Lexico Mythologico sic statuenti: „man bekommt den Eindruck dass die Epen in Nestor das Ideal eines Greises zeichnen wollten, [der durch sein Alter wie eine Reliquie aus einer älteren, noch heldenhafteren Generation in die jüngere hereinragt]". Ubi quae cancellis saepsi abesse malim. Nam aequales Nestoris quin multi superstites fuissent tempore belli Troiani priscus poeta minime videtur dubitasse: in bellum quidem illi non sunt missi utpote seniores, sed domi manserunt; unus Nestor quamcunque ob causam filios in Asiam proficiscentes comitatus est. Fortiores autem *fuisse* Nestoris aequales quam Agamemnonis vel Achillis non ait poeta, neque putavit opinor, sed ipsum Nestorem id *perhibentem* fecit.

amarynceus et Iphiclus, fuerunt Iason et Admetus et Hercules, nit Pirithous [1]), — ne plura nomina cumulando legentes fatigem psamque in qua versor disputationem turbem magis quam llustrem.

Ubi vero Nestor ille *trisaeclisenex* vel *ter aevo functus*, — quicquid id est! — qui vixit *annos bis centum* [2]) et amplius?

Carmina Homerica cum perscrutamur, missis poetis recentioribus, unum in Iliade locum — iam supra a nobis indicatum — invenimus ubi eiusmodi quid dicatur, unum inquam, sed in ea Iliadis is est parte, quae omnium longe notissima est semperque fuit. Nam quemadmodum etiam qui Homerum plane ignorant, primum tamen illud „μῆνιν ἄειδε" audiverunt aliquando, sic qui aliquam eius operibus cognoscendis operam impenderunt pueri, etiamsi parum profecerint nec multum valeant memoria, initium certe carminis, quo rixa canitur principum, sic satis cognitum habere solent et summam saltem rerum mente tenere. Itaque fieri non potuit quin talis potissimum Nestor ante hominum mentem versaretur qualis describitur illic:

τοῖσι δὲ Νέστωρ
ἡδυεπὴς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητής,
τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.
τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
ἐφθίαθ', οἵ τοι πρόσθεν ἅμ' ἔτραφον ἠδ' ἐγένοντο
ἐν Πύλῳ ἡγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισ' ἐτάνασσε.
ὅ σφιν ἐὺ φρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπε.

Sed facile sentimus tres illos versus clarissimos, quos diductis litteris insignivi, sine contextus detrimento omitti posse meliusque adeo omitti. Et quoniam cum ea quam supra e carminibus epicis effecimus Nestoris imagine minime congruunt, postmodo quin fuerint inserti aut mutati non videtur dubium.

At reicere quae displiceant temerarii, non prudentis est critici? Odysseam igitur inspiciamus; cui carmini capularis senex Nestor aeque ignotus est atque Iliadi, licet temporis intervallum aliquod sive maius sive minus intercesserit inter

1) A 264.
2) Ovid. Metam. XII 188.

res quae in utroque carmine aguntur. Hoc quoque epos unum habet locum ubi trium illarum aetatum fit mentio: uno Odysseae versu Nestor dicitur tertiae iam hominum aetati imperare, sed ille versus tam male est factus ut interpretibus editoribusque numquam non visus sit spurius nec facile defensorem sit inventurus. Locum quem dico hic est (Telemachi sunt verba):

νῦν δ' ἐθέλω τέπος ἄλλο μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι
Νέστορ', ἐπεὶ περὶ τοῖδε δίκας ἠδὲ Φρόνιν ἄλλων·
[τρὶς γὰρ δή μιν Φασὶν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν].
ὥς τέ μοι ἀθάνατος τινδάλλεται εἰσοράεσθαι.

Balbutientis est illud: „*ter generi hominum imperavit.*" Itaque optimo iure hunc versum obelo notavit Aristarchus [1]).

In Odyssea autem quod factum est, id Iliadis loco consimili — nam primum in Odysseae hac parte prodit Nestor, ut in Iliadis ea parte de qua supra verba fecimus — quin potuerit fieri et revera factum sit dubitare pergimus?

Si dubitamus etiam, habet liber Λ quod ad rem faciat. Quo loco Nestor rerum praeteritarum memoriae indulgens fuse narrat quae in patria olim egit iuvenis. Pylii cum res suas repetentes Epeorum rapuissent armenta, hi magno exercitu eorum regionem invaserunt, sed a Pyliis profligati sunt, et iuvenis Nestor, quem armari curruve pugnare pater Neleus noluerat utpote belli nondum satis peritum, pedes tamen proelium iniit et strenua ibi facinora edidit plurima. Optime haec inter se cohaerent; sed rerum narratarum rationem mire turbant versus 689—695. „Multa Epeorum armenta rapuerant Pylii, itaque horum rex Neleus impense gaudebat et convocavit cives qui e praeda suum repeterent singuli,

πολέσιν γὰρ Ἐπειοὶ χρῆος ὄφειλον."

Hactenus obscuri nihil; at sequuntur haec:

ὡς ἦμες παῦροι κεκακωμένοι ἐν Πύλῳ ἦμεν.
ἐλθὼν γὰρ ἐκάκωσε βίη Ἡρακλεείη
τῶν προτέρων τετέων, κατὰ δ' ἔκταθεν ὅσσοι ἄριστοι.
δώδεκα γὰρ Νηλῆος ἀμύμονος υἱέες ἦμεν·
τῶν οἶος λιπόμην, οἳ δ' ἄλλοι πάντες ὄλοντο.

---

1) γ 245. Etiam versus 244 et 246 damnabat Aristarchus: rectene an secus, non quaero nunc.

ταῦθ' ὑπερηΦανέοντες Ἐπειοὶ χαλκοχίτωνες
695 ἡμέας ὑβρίζοντες ἀτάσθαλα μηχανάοντο.

ui versus sive omnes postmodo sunt inserti sive adaucti sunt, im autem haec sola fuere:

ὡς ὑπερηΦανέοντες Ἐπειοὶ χαλκοχίτωνες
ἡμέας ὑβρίζοντες ἀτάσθαλα μηχανάοντο,

quidem patet, a narratione, quae Neleum haberet superstia, alienam esse mentionem urbis Pyli ab Hercule expugnatae; cum necavit ὅσσοι ἄριστοι, non filios solos Nelei interemit decim, sed et ipsum tunc Neleum ab eo trucidatum, ut tionem ab Achille vel Priamum a Pyrrho, cum ratio docet nam νήπιος ὃς παῖδας κτείνων πατέρας καταλείπει! — tum ere qui fusius illam fabulam enarrarunt [1]). Unus tunc Nestor υξεν ἐν ἀνθεμόεντι Γερήνῳ [2]), ubi educabatur puer.

Itaque versui Λ 683, ubi Neleus re a filio strenue gesta laeus esse dicitur, diplen appinxit Aristarchus, „ὅτι διαΦωνοῦσιν νεώτεροι, τὸν Νηλέα λέγοντες ἀνῃρῆσθαι ὑΦ' Ἡρακλέους", suo tur iure annotans fabulas de Neleo narratas inter se non acinere; sed neque ipsum Homerum hoc loco satis sibi conre, id eum fugit. *Duodecim* autem cum commemorantur Nelei i, ipse ille numerus ab Iliade alienior suspicionem movet [3]), magis etiam suspectum fit illud numerale collato versu quom Odysseae, ubi nominatim recensentur liberi Nelei:

Νέστωρ τε Χρομίος τε Περικλύμενός τ' ἀγέρωχος,
τοῖσι δ' ἐπ' ἰΦθίμῃ Πηρώ [4]).

que enim natu minimus Nelei filius illic videtur Nestor neque decimus.

Ab Homero aliena esse quae apud recentiores feruntur de store belli Troiani tempore nonagesimum fere aetatis annum nte vel etiam natu maiore, luculenter apparuit, nec nisi loco, qui est circum Iliadis initium, eam niti opinionem.

) Apollodor. II 7, 2 § 3. Concinit autem fabula antiquior, quae respicitur in Iliade 97), ubi Hercules *Orcum* sagitta Pyli feriisse dicitur, siquidem Neleus primitus inferorum rex Inexorabilis.
) Hesiod. fr. 16.
) Cf. Mnem. 1906 p. 398 sq.
) λ 286 sq.

Unde igitur mira illa verba nata? cur invecta?

Aut egregie fallor aut cantor, cui debentur molesti quos tulimus versus, id quod antiquior poeta dixerat non satis tellectum suis verbis male reddidit.

„Nestor iuvenis olim inter patris aequales regnavit, — enim pater ad senectutem non pervenit, — dein inter ipsius aequales regnavit vir maturus et ante Troiam suis horumque aequalibus imperavit pater ipse: τριτάτοισι ἐτράνασσε." — Haec priscus vates. Quae res inauditi habet neque eo consilio a poeta est commemorata ut admiratione cellerentur audientium animi, sed ut indicaretur Nestoris egia peritia, longo usu per regnum diuturnum parta. „*Se audite iuvenes*" — sic fere Nestor milites Atridarum affari solet „*quem iuvenem audivere senes!*" — Quae vero in Iliade no loco laudato leguntur ne intellegi quidem possunt; nam *aetates* hominum Nestori ἅμα τραφῆναι καὶ γενέσθαι illic dic tur: — *simulne* igitur nati sunt patres cum liberis? Non tc tamen locus molestus est, sed sola φθίσθαι et ἅμα sic usurp officiunt. Dicendum erat: τούτῳ δὲ ἡ μὲν ἔφθιτο γενεὰ βασιλ οντι, ἡ δὲ ἔτι διέζη τῶν ἅμα αὐτῷ γενομένων, ἡ δὲ ἐπεγέν ὥστε τρίτοις ἤδη ἐβασίλευε. Quemadmodum Calchas vates a edoctus norat τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα, Nestor rex ipsa vita edoctus cognitos habebat τούς τ' ὄντας ἄνδρας, τούς τε μετ' ὀλίγον μὲν ἐσομένους νῦν δὲ νεωτέρους ὄντας, τούς τε πρότερον ὄντας, sive: τούς τε ἑαυτοῦ ὁμήλι τούς τε τῶν παίδων τούς τε τοῦ πατρός.

Haec dicere debuit priscus poeta, nec dubito quin dixe sed suis verbis quomodo dixerit nescio.

At aevo recentiori rerum mirabilium appetenti nimis simpl talia sunt visa. Sic τεττίγεσσι γεγοικότας poeta vetustus di senes disertos [1]), non ipsos cicadis similes perhibens, sed dulc eorum continuamque orationem cicadarum cantui assimula — senem in τέττιγα mutatum recentiores habuere fabulae.

Crevit autem aetas regum Troiam oppugnantium dum ip rum fabularum quae erant de bello Troiano crevit ambit — res notissima, a nobis quoque saepius indicata. Nestor sin

1) Γ 151.

cum Pyrrho Achillis filio Troiam decimo anno belli capere non potuit nisi grandaevus tunc esset admodum, decimo anno post captam Troiam Telemachum hospitio accipere non potuit nisi nonagenarius tunc esset fere. Itaque dum latius latiusque diducitur orbis varias fabulas complexus et ordine chronologico sive — nam eodem id redit — genealogico inter se utcunque iunguntur diversissima, Nestoris imago ut Achillis Helenaeque corrupta est.

Simillima postea acciderunt in tragoediis. Nam de Tiresia — ut hoc utamur exemplo — quae poetae tragici in variis fabulis diversa suo iure rettulerunt cum a mythographis inter se sunt colligata, repertus est Tiresias tragicus *μεχρὶ ἓξ γενεῶν παρατείνας τὸν βίον* [1]). Euripides videlicet apud Archelaum Macedoniae regem degens *ἐπεὶ τούτῳ χαριζόμενος δρᾶμα ἔγραψεν ὁμώνυμον, τὸν Τειρεσίαν παρεισήγαγε βεβιωκότα πέντε γενεῶν πλέον* [2]) — una enim post Heraclidarum reditum aetate etiam superstitem. Et fortasse Heraclidarum ille reditus etiam in Nestoris natalibus computandis errorum causa extitit; hos enim fugientes Nelidae in Atticam venisse dicebantur Melanthus, Alcmeon, Paeonis filii duo, Pisistratus, quorum hoc ferebatur stemma [3]):



ita ut Neleus sextae ante reditum Heraclidarum aetati adscriberetur si Melanthi haberetur ratio, quintae si Alcmeonis, quartae si Pisistrati, Nestor autem quartae si Alcmeonis, tertiae si Pisistrati [4]).

---

1) Lucian. Macrob. § 3.

2) Agatharchides apud Phot. Bibl. 444 b.

3) Pausan. II 18.

4) Quae discrepantia haud sane improbabiliter — si qua est in istiusmodi genealogiis probabilitas — ita solet explicari ut Periclymenus, a quo oriundus fuit Melanthus, ceteris Nelei filiis natu maior fuerit, Pisistratus autem eiusque pater cognomi-

Sed neque urgenda haec videntur neque ulterius persequenda quamquam anonymos illos Paeonis filios et Pisistratum alterum ad explendos stemmatis locos vacuos excogitatos esse satis luculenter patet.

Quae vero disputavimus ut paucis etiam verbis comprehendamus, γέροντα Nestorem cecinere poetae epici quinquagenarium vel sexagenarium, cum Dicaeopolide igitur comico vel cum Pisetaero comparandum, non cum Euripideis illis senibus, qui „ὄχλον καὶ σχῆμα" vel „φωνὴν καὶ σκιὰν" vocare se solent [1]). Non malorum maximum senectutem habet Nestor Homericus, sed bonorum maximum senectus ei attulit prudentiam. Ab Oeneis Amphitryonibusque cothurnatis tantum distat quantum epici vatis ars hilara distat a tragici ingenio tristi atque moroso.

---

nis nec non eius avus Nestor inter ipsorum fratres fuerint natu minimi (cf. Roscher Lex. Myth. III p. 111).

1) Eur. fr. 25, 513. Cf. et vWilamowitz Herakles[1] II p. 71.

AD SCHOLIA ARISTOPHANICA.

Eq. 89 ad verba: „ἄληθες, οὗτος;" sive: „*sicine vero?*" in codice V adscripta sunt haec:

προπαροξυτόνως ἀναγνωστέον et paucis interiectis: σημαίνει τὸ ἈΛἨ. Scribatur: τὸ ἈΠἸ sive τὸ ἀπίθανον. Qui *parum probabilia* audit, „ἄληθες;" *exclamat.*

Etiam in vicinia littera Π male lecta turbas dedit. Nam vs. 103 ad verba: „ἐπίπαστα λείξας δημιόπραθ' ὁ βάσκανος | ῥέγκει" scholiasta postquam adscripsit interpretamentum, sic pergit: „ἢ δημιόπρατα ἔμιξεν ὡς ἐκ δημοσίου πράγματα αὐτοῦ κλέψαντος." Scribatur: ἔπαιξεν. Poeta dicitur adiectivo δημοπράτοις ludens significasse aerarium publicum a Cleone compilatum.

Litterae Λ olim simillima fuit Π. Plena exemplorum verbi causa est papyrus, quae τὴν Ἀθηναίων πολιτείαν exhibet. Abiit igitur ΘΛΑΙΞΘΝ in ΘΜΙΞΘΝ.

v. L.

MINUCIANA.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

(*Continuantur ex Vol. XXXIV pag.* 179).

C. 17. 11. *Ipsa praecipue formae nostrae pulchritudo deum fatetur artificem: status rigidus, vultus erectus, oculi in summo velut in specula constituti et omnes ceteri sensus velut in arce compositi.*

Pro vocabulo *compositi* Heumann legere maluit *dispositi*, at non ita vitium tollitur quo locus laborare videtur quodque perspexerunt Maehly, qui: *velut in arce* ‹in capite› *positi* proposuit, et Zangemeister, qui legendum esse censuit: *omnes sensus* ‹in cerebro› *velut in arce compositi*, cl. Plin. N. H. II. 135: hanc habent sensus arcem (sc. cerebrum).

Minucium et multis aliis locis et hoc loco Ciceronis scripta De Deorum Natura imitatum esse editores minime latuit, qua de causa magnopere miror eos locum Ciceronianum, quem Minucius haud dubie hic ante oculos habuit, non accuratius inspexisse: inde enim loco nostro certissimum afferri potest remedium. Inverso ordine Cicero ita rem exposuit II. 56 § 140: „sensus autem interpretes ac nuntii rerum in capite tamquam in arce mirifice ad usus necessarios et facti et collocati sunt; nam oculi tamquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere, et aures, cum sonum percipere debeant, qui natura sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatae sunt."

Quo loco comparato non dubito quin Minucio ita sua reddantur: *et omnes ceteri sensus velut in arce* corporis.

C. 18. 4. *crede esse universitatis dominum parentemque ipsa sideribus et totius mundi partibus pulchriorem.*

Pro *totius* corrigas velim *totis*, quod iamdudum editores reposituros fuisse credo si meminissent Minucium alibi quoque *toti* pro *omnes* posuisse, quod saepe fecerunt poetae posteriores teste Servio ad Aen. I. 185. Cf. C. 21. 12: „ceterum si *dii* creare possent, interire non possent, plures totis hominibus deos haberemus," C. 28. 12: „apud quos tota impudicitia vocatur urbanitas."

C. 18. 11. *Quid quod omnium de isto habeo consensum? audio vulgus: cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud quam 'deum' dicunt et 'deus magnus est' et 'deus verus est' et 'si deus dederit'* [vulgi iste naturalis sermo est an Christiani confitentis oratio?] *et qui Iovem principem volunt, falluntur in nomine, sed de una potestate consentiunt.*

Ego quidem rogo: Octavii iste naturalis sermo est an grammatici increduli oratio? atque verba a me uncinis inclusa quantocius in marginem relegari iubeo, unde iniuria in contextam orationem irrepserunt.

C. 19. 14. *Platoni itaque in Timaeo deus est ipso suo nomine mundi parens, artifex animae, caelestium terrenorumque fabricator, quem et invenire difficile prae nimia et incredibili potestate et, cum inveneris, in publicum dicere inpossibile praefatur. eadem fere et ista quae nostra sunt: nam et* deum novimus *et parentem omnium dicimus et numquam publice nisi interrogati praedicamus.*

Quod Kronenbergius noster pro verbo *novimus* proposuit *nominamus* recepit Germanorum editor recentissimus — Belgicus vero, qui Synnerbergium id impugnasse lectorem in apparatu critico admonet, lectionem traditam retinuit. Cuius libellus quamquam ad manum non est neque mihi innotuerunt argumenta quibus Kronenbergii lectionem ille redarguerit, quid de hoc loco mihi videatur paucis expromere liceat.

Kronenbergio igitur *novimus* corruptum videtur duabus de causis: primum quod in illis, quae de Platone proferuntur, nihil sit quod verbis *deum novimus* respondeat, deinde quod Christianus non ita loquatur, omnium minime Minucius.

Ad alterum horum argumentorum refutandum hos locos afferre satis erit:

C. 24. 2: dum unusquisque vestrum non cogitat prius se debere deum nosse quam colere.

C. 35. 4: eos autem merito torqueri, qui deum nesciunt, ut impios, ut iniustos, nisi profanus nemo deliberat, cum parentem omnium et omnium dominum non minoris sceleris sit ignorare quam laedere.

C. 37. 7: quod deum nescientes divitiis afluant.

ibid. 8: absque enim notitia dei quae potest esse solida felicitas?

Si quis me vocat ad C. 18. 9: „magnitudinem dei qui se putat nosse, minuit, qui non vult minuere, non novit," fugit illum, hoc loco de magnitudine dei — non de deo ipso esse sermonem.

Alterum vero argumentum, sc. inconstantiae Minucii, aliquanto videtur stabilius et fuit sane cum pro *novimus* substituendo *nomine suo* scriptoris manum me reposuisse putarem: hanc coniecturam illa, quae de Platonis deo modo prolata sunt, haud parum commendabant nec non C. 18. 10: „nec nomen deo quaeras: deus nomen est. illic vocabulis opus est, cum per singulos propriis appellationum insignibus multitudo dirimenda est; deo, qui solus est, dei vocabulum totum est."

Quo tamen diligentius sententiam ponderabam quoque magis in auctoris mentem me insinuare conabar, eo magis mihi persuaderi coepit, ne inconstantiae quidem Minucium iure accusari posse, etiam si tradita servaretur lectio.

Ita enim Christianorum et Platonis disciplinae inter se comparantur. Plato deum mundi parentem, artificem animae, caelestium terrenorumque fabricatorem dicit — nos eum parentem omnium dicimus; ille deum in publicum dicere inpossibile praefatur — nos eum numquam publice nisi interrogati praedicamus; ille deum invenire, i. e. nosse, difficile quidem dicit, at tamen fieri posse non negat, ut comprobant verba sequentia: „et, cum inveneris, in publicum dicere inpossibile praefatur" — nos deum novimus atque est haec disciplinae nostrae praestantia!

C. 21. 2. *In eandem sententiam et Persaeus philosophatur et adnectit inventas fruges et frugum ipsarum repertores isdem nominibus, ut comicus sermo est, Venerem sine Libero et Cerere frigere.*

Waltzing Baehrensio auctore recensuit *philosophatur*: dici *adnectit*, quod verbum Usener inter vocabula *isdem* et *nominibus* inserendum esse monuit: loco eodem Maehly *audisse* excidisse credidit vel ante vocabulum *isdem*. Denique Cornelissen edidit: *philosophatur et amplectit inventas.*

Ego post *nominibus* propter vocabulorum initia similia participium *nominatos* periisse suspicor. Qui infinitivum inserere voluerunt, non reputarunt Persaeum philosophiae suae non id adnectere studuisse quod nemo ignorabat: inventas fruges earumque repertores iisdem saepe nominibus significari, sed enumerasse fruges et repertores omnes, in quos id valebat. Cf. C. 21. 7: ut in hodiernum inopinato visos caelo missos, ignobiles et ignotos terrae filios nominamus.

C. 21. 6. *Is itaque Saturnus Creta profugus Italiam metu filii saevientis accesserat et Iani susceptus hospitio rudes illos homines et agrestes multa docuit .... itaque latebram suam, quod tuto latuisset, vocari maluit Latium, et urbem Saturniam* [dedit de suo nomine] *et Ianiculum* [Ianus] *ad memoriam uterque posteritatis reliquerunt.*

Verba a me uncinis inclusa delenda sunt utpote a sciolo adscripta quo quid Saturno deberetur, quid Iano, bene distingueret. Ex editoribus recentioribus Boenig cum Gelenio *dedit* seclusit — Waltzing Vahlenium secutus est, qui pro *dedit* legi iussit *condidit* atque vocabulo *memoriam* affixit *que*, cl. Aen. VIII. 322 et 357. Insuper coniecerunt pro *dedit* Usener *idem* — Bursian *deinde* — Dombart *indito*.

C. 21. 11. *An ideo cessavit ista generatio, quoniam nulla huiusmodi fabulis praebetur adsensio?*

Post *quoniam* reponas velim *iam*. Similiter in praecedenti huius capitis paragrapho propter litterarum similitudinem fictum esse credo ut in verbis: *optant in homine perseverare, fieri se deos metuunt, etsi iam senes nolunt* ante vocabulum *etsi* excideriit *et*.

C. 21. 12. *et despicis Isidis ad hirundinem, sistrum, et adsparsis membris inanem tui Serapidis sive Osiris tumulum.*

Haec verba, quae Baehrens ex alio quodam scriptore a lectore Christiano in margine adscripta putabat, Boenig in fine C. 21 tamquam ex alio loco huc invecta uncinis inclusit, et sane de loco qui iis attribuendus sit, longa fuit atque etiamnunc est inter editores controversia. Plerique Vahlenium secuti ea post verba *sacra Romana sunt*, quae C. 22. 2 leguntur, inserenda putant, hac vero illata mutatione ut pro *despicis* scribatur *despias* et *ad sparsis*. Svoboda de loco quidem plerisque assentitur sed legit: *velut et tu dispicis* et verba *sparsis membris* delet. Unus E. Rehm locum alium verbis assignavit, sc. post verba *ipsa mysteria* in C. 22 initio quae sunt, atque a verbo *considera* pendentia ea facit deleto vocabulo *tui*. Alii codicis scripturam *et despicis* emendare studuerunt: Bursian *et respice* — Ellis *et respice sis*.

Si quid mihi quoque in re paene desperata temptare licet, primum traditam lectionem *de spicis* (sic enim scribendum credo) utique tuendam esse arbitror, his Tertulliani locis motus: De Corona 7 „prima Isis repertas spicas capite circumtulit, rem magis ventris" et Ad Nat. 8 „curam frugum super caput eius fuisse, ipsis spicis, quibus per ambitum notatur, apparet," nec non Ov. Met. IX. 689 „inerant lunaria fronti Cornua cum spicis nitido flaventibus auro et regale decus." Deinde de loco quoque aliter mihi videtur. Locus quem Vahlen ceterique voluerunt, verbis errabundis alienissimus erit, nisi coniecturam, quae mihi quidem minime probabilis videtur, simul introduxerimus. Iam vero in loco ea collocabo, ubi non repugnat sententia neque violenta opus est coniectura. Incipit C. 24:

„Quanto vero de diis vestris animalia muta naturalius iudicant! Mures, hirundines, milvi non sentire eos sciunt: rodunt, inculcant, insident ac, nisi abigatis, in ipso dei vestri ore nidificant et de spicis Isidis ad [hirundinem] sistrum et ad sparsis membris inanem tui Serapidis sive Osiris tumulum; araneae vero faciem eius intexunt et de ipso capite sua fila suspendunt."

Verba *ad hirundinem* primum ab interpretatore addita sunt ut moneret: scito, lector, hoc ad hirundinem — non ad murem vel milvum pertinere, et deinde in textum, ut fit, recepta,

quo facto imprudens aliquis librarius, praepositionem *ad* per errorem bis scriptam putans, semel exarare satis habuit.

C. 24. 4. *aut cui testa sunt obscena demessa, quo modo deum violat qui hoc modo placat, cum si eunuchos deus vellet, posset procreare,* non facere?

Verba *non facere* post Sauppium multi obelo notarunt. Iniuria, ut credo; corrigendum videtur: n e d u m *facere.*

C. 25. 6. *totiens ergo Romanis inpiatum est quotiens triumphatum, tot de diis spolia quot de gentibus et tropaea.*

Quod nonnulli proposuerunt ut pro *et tropaea* scriberetur: *sunt tropaea*, iure Vahlen reiecit. At tamen verborum ordinem turbatum esse opinor, quem ita restitues, si mecum vocabulum *spolia* post *gentibus* traieceris.

C. 25. 11. *Ubi autem magis a sacerdotibus quam inter aras et delubra conducuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur? frequentius denique in aedituorum cellulis quam in ipsis lupanaribus flagrans libido defungitur.*

Editores alii cum Heumanno *magis quam a sac.* recensere solent, alii Sauppium secuti verba *a sacerdotibus* tamquam interpolata secludere. Utrumque vetat sana ratio. Nempe Heumanni traiectione recepta illi Octavium hanc rem absurdam dicentem faciunt, nusquam terrarum plura stupra conduci quam a sacerdotibus. Accedit quod *ubi* et *a sacerdotibus* male sibi respondent: pro adverbio exspectes: *a quibus hominibus* vel: *a quo hominum genere.* Denique verba *frequentius . . . defungitur* ita debile admodum gradationis genus efficiant. Neque minus Sauppii propositum ipsa ratione refutatur. Quam inepta evadit gradatio, si hoc fere modo Octavius argumentatur: inter aras et delubra stupra plura conducuntur quam ubivis terrarum, immo quam in lupanaribus!

Octavio sua restituentur, si unum vocabulum *quam* induxeris, quod post Tertulliani tempora aliquem addidisse suspicor qui non intellegeret, ad verba *Ubi autem magis* mente supplendum esse: 'quam apud vos'. Cf. Tertull. Apol. 15: Ceterum si adiciam quae non minus conscientiae omnium recognoscent, in templis adulteria componi, inter aras lenocinia tractari, in ipsis

plerumque aedituorum et sacerdotum tabernaculis, sub iisdem vittis et apicibus et purpuris thure flagrante libidinem expungi: nescio plus ne de vobis dii vestri quam de Christianis querantur. Certe sacrilegi de vestris semper apprehenduntur e. q. s.

C. 26. 8. *Isti igitur spiritus, posteaquam simplicitatem substantiae nae onusti et inmersi vitiis perdiderunt, ad solacium calamitatis nae non desinunt perditi iam perdere et depravati* errorem pravitatis infundere *et alienati a deo inductis pravis religionibus ab eo segregare.*

Legendum censeo: ardorem *pravitatis*, cl. huius capitis fine: „dicit informari et inlabi pectoribus humanis et sensum movere et adfectus fingere et ardorem cupiditatis infundere".

C. 30. 4. *Tauris etiam Ponticis et Aegyptio Busiridi ritus fuit hospites immolare*, et Mercurio Gallos *humanas vel inhumanas victimas caedere, Romanis Graecum et Graecam, Gallum et Gallam* sacrificii viventes *obruere.*

In lectione manifeste corrupta *et M. Gallos* editoribus fere placuit Wopkensii emendatio *Gallis*; Heumann unus viam aliam ingressus post *Gallos* inserendum putavit *constat.* At vero èt verborum ordo èt particula *et*, quae contra Minucii scribendi usum ante *Mercurio* legitur, èt accusativus *Gallos*, quem non temere e dativo corruptum esse arbitror, — haec omnia me adducunt ut locum nondum restitutum esse credam, Minucium vero scripsisse: *Tauris ... immolare,* apud Gallos Mercurio *humanas* e. q. s. Cf. Tert. Apol. 9: „Maior aetas apud Gallos Mercurio prosecatur." Apud nostrum constructio pari modo variatur C. 31. 3: „ius est apud Persas misceri cum matribus, Aegyptiis et Atheniensibus cum sororibus legitima conubia."

Alter locus vulgo ita editur ut pro *sacrificii* cum Wowero *sacrificio* vel cum Vonckio et Wopkensio *in sacrificiis* correctum sit. Mihi constat post *sacrificii* vocabulum *vice* reducendum esse, quod propter similitudinem litterarum sequentis verbi *viventes* excidisse credo. Iac. Gronovium hanc vocem iam reponere voluisse postea vidi, ita tamen ut eam ex ultimis litteris traditi vocabuli erueret, scribendo igitur: *sacri vice*, quod valde displicet. Ceterum cf. C. 40. 3: prolixius omnium nostrum vice gaudeo.

C. 32. 4. *qui fraudibus abstinet, propitiat deum, qui hominem periculo subripit, optimam victimam caedit. haec nostra sacrificia haec dei sacra sunt: sic apud nos religiosior est ille qui iustior.*

Vahlen editoribus persuasit, ante *optimam* inserendum esse *deo* — pro *optimam* scribendum esse *opimam* persuasit non omnibus. Illud quin verum sit neque ego dubito, sed vocabulum non periisse — modo in versum sequentem migrasse ac deinde formam genitivi induisse aio: deleatur igitur vocabulum *dei* quod inter *haec* et *sacra* moleste abundat.

C. 34. 11. *sol demergit et nascitur, astra labuntur et redeunt flores occidunt et revivescunt, post senium arbusta frondescunt semina nonnisi corrupta revirescunt*: ita corpus in sepulcro, ita arbores in hiberno: occultant virorem ariditate mentita.

Verba *occultant virorem ariditate mentita* ut post *revirescunt* transponantur èt ratio monet èt grammatica, nam post *mentita* haec continuo sequuntur: *Quid festinas, ut cruda adhuc hiems revivescat et redeat?*

C. 38. 2. *Quis autem ille qui dubitat, vernis indulgere nos floribus, cum carpamus et rosam* [veris] *et lilium et quicquid aliud in floribus blandi coloris et odoris est? His enim et sparsis utimur* ac solutis et sertis mollibus *colla complectimur. Sane quod caput non coronamus, ignoscite: auram bonam* [floris] *naribus ducere non occipitio capillisve solemus haurire.*

Vocabulorum, quae inclusi, illud e dittographia vocabuli *vernis* videtur ortum — hoc aut postea a sciolo additum aut *floribus* corruptum quod forsitan inter *quod* et *caput* suum locum cum olim habuerit. Vocabulum *mollibus*, quod in codice inter *utimur* et *ac solutis* legitur, vix dubito quin ita Dombart in suum locum migrare iusserit.

AD MARCUM ANTONINUM.

SCRIPSIT

I. H. LEOPOLD.

I.

Post Casauboni, Gatakeri, aliorum operam in Commentariis Antonini recensendis et emendandis consumptam nova lux his studiis affulsit, postquam codex Vaticanus (A) diligenter excussus et ad textum Antonini constituendum vel corrigendum adhibitus est. Nam Darmstadtinus codex (D), qui eodem fere tempore innotuit, sive eum ex ipso A sive ex communi archetypo descriptum esse statuis, vix quicquam per se ipse valet, qui, quotiescunque ab A dissentit, non tam novas lectiones quam coniecturas exhibet, plerumque otiosas, raro felices [1]); denique codex Parisinus (C), quem nuper adhibuit Stich, ipso testante „nihil sane contribuit ad textum Antonini sanandum".

Est autem codex A declarante Stichio „corruptissimus et propter itacismum scribae inscientiamque linguae Graecae et propter lacunas crebras praesertim in simili exitu syllabarum"; porro v. cl. Polak [2]), qui, quod omiserat editor Germanus, codicis naturam et condicionem accurate indagavit et ordine exposuit, quo factum est, ut perlecta eius commentatione maiore fere parte apparatus critici editionis Stichianae commode carere

1) Novam codicis D collationem publici iuris fecit v. cl. C. Denig in programmate gymn. Moguntiaci ann. 1899 p. 12 seqq., qui tamen praeterquam quod iusto acrius in Stichium invehitur, fere nihil novi protulit.

2) Hermes XXI p. 321 seqq

possis, vir, inquam cl. Polak omnino novem vitiorum g distinxit, illustravit, breviter explicavit.

Iam cum bona fortuna evenerit, ut alii nobis praest codices, certe Xylandro fuerint, unde nullo negotio vi cod. A occurrentia et argui et emendari possint, missis i vitiositate querelis praestat, opinor, rogare, quid boni novus attulerit codex. Nullum autem Antonini lectorem ef posse existimo praesertim in misera conditione traditi con codicem A quantivis pretii subsidium esse et instrumentu textum Commentariorum constituendum et emendandum. enim lacunas in vulgata supplet, e. gr. I. 16 *οὐκ ἐξονειδιστικὸν μὴν εὐπαράγωγον ὑπ' αὐτῶν*> vel V. 1 *τὰς μελίσσας* <*τὰ ποιούσας*>; porro turbatum verborum ordinem restituit, IX. 40 *ἤτοι οὐδὲν δύνανται οἱ θεοί, ἢ θηριῶσαι δύνανται*, ul cem <*τε*>*θηρίωσαι* in caput antecedens apte transposuit A. quod attinet ad formam singularum vocum genuinam re randam, sufficit provocasse ad lectiones quales sunt: *ἀγρίδιον*, V. 1 *πεῖσιν*, *ὁ τορευτὴς τὴν τορευτικήν*, 5 *ἀρεσκεύ νωθείᾳ*, 10 *ῥύσει*, VI. 46 *τὰ ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ*, VII. 9 *ἁπάντων*, IX. 41 *καταφρυάττεσθαι*, X. 6 *οὐδενί*, XII. 2 *καταφρονήσεις*. Denique eodem spectat, quod saepius in muni omnium codicum corruptela tamen A ceteris int verae lectionis vestigia distinctius servavit; cuius rei ex sit locus infamis VI. 55 *εἰ κυβερνῶνται οἱ ναῦται ἢ ἰατρε οἱ κάμνοντες κ.τ.ἑ.*, ubi A *κυβερνῶντα — ἰατρεύοντα* exhib qua lectione profectus v. cl. Richards nuper, dum in se tibus pro *ἐνεργοίη* substituit *ἐνεργοίην*, toti capiti lucem dit; praeterea conferri possunt loci, quales sunt VI. 64, 37, 43 [1]).

Haec pauca de codicis A vitiis virtutibusque. Plura

1) Extant haud pauci loci, qui in textu recepto speciem aliquam integrita se ferunt, ubi tamen lectio cod. A a vulgata discrepans vitium arguit; cf. *παραπλήσια* v. *παραπαίονα* A; VI. 25 *ἔνι τε καί* v. *ἔνι τε καὶ γεννητῷ* A. genio criticorum commendatos volo locos hos, qui nondum in suspicionem ve V. 6 *οὐκ ἐπιβοᾶται* v. *applauditur*, quae vox hinc plane aliena est, ubi *σπᾶται* profert; ibid. 32 *συγχέουσιν* v. *σύγχρωσιν* A; VIII. 54 *τῷ σπάσα μένῳ* v. *τῷ πᾶσαι δυναμένῳ* A.

infra in singulis Commentariorum locis tractandis notabimus, unde, nisi omnia me fallunt, clare elucebit codicem A omnino dignum esse, ad quem Antonini contextus diligenter exigatur et de integro recenseatur, qua in re Stichius non omnia absolvisse videtur [1]). Omnes autem quotquot reperti sunt Antonini codices a communi quodam fonte eoque non purissimo derivandos esse, facile perspicitur. Quod vel lacunae in omnibus apographis occurrentes II. 12, V. 36, VII. 16, VIII. 38, evincunt necnon tot loci desperati inde ab I. 16 ἡ ἀπὸ Λωρίου στόλη διάγουσα κ.τ.ἑ. vel 17 καὶ τούτου ἐν Καιήτῃ ὥσπερ χρήσῃ clare demonstrant [2]). Quae res aperte monet, ne citius vulgatam lectionem probemus neve omnia sana esse existimemus, quotiescunque codices conspirent. Immo emendationes, quales sunt e. gr. Gatakeri XI. 26 pro Ἐφεσίων invitis omnibus codd. Ἐπικουρείων scribentis, Loftii X. 13 pro γένηται ψέγηται corrigentis, et magnissimae et maxime necessariae aperte docent in ipsa illa speciosa et fallaci codicum concordia quam maxime cavendum

---

1) Saepe numero accidit, ut cod. A virorum doctorum emendationes comprobaverit et auctoritate sua confirmaverit. Cuius generis plurimos locos apud Gatakerum videre est; Stich post codicem repertum correctiones supervacuas memorare merito neglexit. Superest, ut etiam illae coniecturae in apparatu critico premantur, quas viri superioris aetatis a textu recepto profecti ingeniose sane excogitaverunt, cognitis tamen cod. A lectionibus vel ipsi retractatas vellent. Sic VI. 50 olim legebatur: πειρῶ μὲν πάλιν αὐτοὺς, πρᾶττε δὲ καὶ τῶν ἀκόντων, unde Menagius καὶ αὐτῶν ἀ.; iam cod. A πρᾶττε δὲ καὶ ἀκόντων, fortiter et eleganter, ita ut et coniecturae Menagii fundamentum subtrahatur et omnis emendandi necessitas evanescat. Eodem capite idem accidit Reiskio, qui pro vulgato ὀρέγου voluit ὀρέγῃ, at A ὠρέγου exhibet quod unice aptum est.

2) Vir clarissimus Schenkl in recensione ed. Stichianae (Berl. Phil. Wochenschr. 26 Aug. 1905) suspicionem ventilavit codicem archetypum externa quadam causa mutilatum fuisse, unde factum sit, ut certo intervallo, sc. versuum circiter LX, graves et insanabiles corruptelae occurrant: „vermutlich ist an dieser Entstellung eine äusserliche Beschädigung schuld; denn ähnliche starke, meist unheilbare Verderbnisse wiederholen sich in regelmäszigen Zwischenräumen von etwas über 60 Zeilen oder Vielfachen dieser Zahl; vom Anfang bis 8. 23 = 62 Zeilen; bis 8. 23 = 122 Z.; bis 11. 17 = 64 Z.; bis 14. 15 = 65 Z.; bis 17. 6 = 62 Z.; bis 24. 22 = 188 Z.; bis 30. 3 = 130 Z. Weiter habe ich die Sache nicht verfolgt." Prudenti consilio hic substitit vir clarissimus; neque enim si eodem modo pergis perlustrans locos 32. 18; 36. 7; 37. 21; 40. 11; 42. 23; 45. 10; 48. 4; 50. 17 graves illae corruptelae apparent et in ipsis illis, quos attulit, locis duo saltem excipiendi videntur sc. 14. 15 et 24. 22, quorum priorem lenissima medela dudum sanavit Bootius haplographiam suspicatus, liber omnino integer esse videtur.

esse et criticorum ingenium non minus quam ad veritatem eruendam, ad vitia ipsa indaganda esse adhibendum.

II.

Transeo iam ad singulos Commentariorum locos, in quibus tractandis et ea quae supra proposui, nisi omnia me fallunt, confirmabuntur et simul alia pauca, quae ad Antonini textum pertinent, attingentur.

I. 15. ... *καὶ τὸ εὐχαριεντίζεσθαι.* Asterisco notanda vox *εὐχαριεντίζεσθαι*, quae et per se suspecta est et ab hoc loco prorsus aliena. Dubitanter Gat. *οὐ χαριεντίζεσθαι* proposuit; equidem maiorem esse corruptelam suspicor et latere tale quid: *καὶ τὸ εὔχαρι ἐν τ<αῖς ὁμιλίαις>* vel simile quid; cf. I. 17 *ἔτι δὲ τὸ εὐόμιλον καὶ εὔχαρι οὐ κατακόρως.*

Ibid. 16. *καὶ τὸ τοῖς εἰς εὐμάρειαν βίου φέρουσί τι, ὧν ἡ τύχη παρέχει δαψίλειαν, χρηστικὸν ἀτύφως ἅμα καὶ ἀπροφασίστως.* Vehementer suspicor emendationem *παρεῖχε*, quam proposuerunt Cas. Cor. Sch. rem acu tetigisse, licet Stich eam ne memoraverit quidem.

Ibid. ibid. *οὐδὲ λάβρον, οὐδὲ ὡς ἄν τινα εἰπεῖν ποτε· ἕως ἱδρῶτος.* Notabilis lectio cod. A *ὥς τ' ἄν*, i. e. *ὥστ' ἄν.*

Ibid. 17. ... *ὅτι δυνατόν ἐστιν, ἐν αὐλῇ βιοῦντα μήτε δορυφορήσεων χρῄζειν, μήτε ἐσθήτων σημειωτῶν, μήτε λαμπάδων καὶ ἀνδριάντων τοιῶνδέ τινων καὶ τοῦ ὁμοίου κόμπου.* Locus varie tentatus fortasse optime se habet. Etenim ut per vocem *οὗτος*, sic etiam per *τοιόσδε* et *τοιοῦτός τις* Antoninus aliquoties non tam vocem aliquam in ipsa sententia praecedentem vel sequentem indicat, sed res notas et in vita cotidiana occurrentes designare videtur, ita ut vocem *τοιοῦτος* fere reddas per *vulgaris, solitus*; cf. V. 1 *τὸ τὰ ἀδύνατα διώκειν μανικόν· ἀδύνατον δὲ τὸ τοὺς Φαύλους μὴ τοιαῦτά τινα ποιεῖν.* Itaque locus noster sic vertendus esse vi

detur: *neque opus esse satellitio nec vestitu insigniore neque funalibus et statuis usitatis et consimili apparatu.* Porro fieri potest, ut eodem modo interpretandum sit IX. 41 *ἐν τῷ νόσῳ οὐκ ἦσάν μοι αἱ ὁμιλίαι περὶ τῶν τοῦ σωματίου παθῶν οὐδὲ πρὸς τοὺς εἰσιόντας τοιαῦτά τινα, Φησίν, ἐλάλουν* i. e. *neque sermones, quales vulgo fieri solent, cum visentibus habebam.* Denique vide an huc faciat XI. 21 *ὥσπερ γὰρ οὐχ ἡ πάντων τῶν ὀπωσοῦν τοῖς πλείοσι δοκούντων ἀγαθῶν ὑπόληψις ὁμοία ἐστίν, ἀλλ' ἡ τῶν ταῖσδέ τινων, τούτεστι τῶν κοινῶν κ.τ.ἐ.*

II. 4. *καὶ ὅτι ὅρος ἐστί σοι περιγεγραμμένος τοῦ χρόνου, ᾧ ἐὰν εἰς τὸ ἀπαιθριάσαι μὴ χρήσῃ, οἰχήσεται καὶ οἰχήσῃ καὶ αὖθις οὐχ ἥξεται.* Oratio et abrupta et soloeca, at vide, quam egregie A *οἰχήσεται οἰχήσῃ καὶ αὖθις οὐκ ἔξεσται*, ex quibus unica tantum et manifesta dittographia [*οἰχήσῃ*] tollenda restat.

III. 4. *χρώμενος καὶ τῷ ἔνδον ἱδρυμένῳ αὐτῷ.* Polak *χρώμενος καλῶς*, quem imitatus Richards III. 1 *τὸ δὲ ἑαυτῷ χρῆσθαι* inseruit *καλῶς*, at loci se invicem tueri videntur.

Ibid. ibid. — *ἄχραντον ἡδονῶν, ἄτρωτον ὑπὸ παντὸς πόνου.* Valckenaerii coniecturam *ἄτρυτον* commendat Nauck, etenim „laboribus non vulneramur sed conficimur". At *πόνος* cum opponitur *ἡδονῇ*, idem est quod dolor, *λύπη* cf. VIII. 41; doloribus autem vulneramur cf. XI. 18. *ὥσπερ τε ἡ λύπη ἀσθενοῦς, οὕτως καὶ ἡ ὀργή, ἀμφότεροι γὰρ τέτρωνται καὶ ἐνδεδώκασιν.*

Ibid. 5. *ἐν δὲ τὸ Φαιδρὸν καὶ τὸ ἀπροσδεὲς ἔξωθεν ὑπηρεσίας.* Immerito voci *Φαιδρόν* asteriscum appinxit Stich, quae optime cum voce *ἀπροσδεές* coniungitur, cf. I. 16 *τὸ αὔταρκες ἐν παντὶ καὶ τὸ Φαιδρόν.* Itaque recepta lenissima Mori emendatione *ἔτι δέ* (cf. paullo supra *ἔτι δὲ ὁ ἐν σοὶ θεός*) omnia recte procedere crediderim.

Ibid. 10. — *καὶ οὐκ εἰδότων οὐδὲ ἑαυτούς, οὔτε γε τὸν πρόπαλαι τεθνηκότα.* Coraïs *οὔτι γε*; malim *οὐδέ γε* cf. V. 15 *οὐδὲ τὸ τέλος ... οὐδέ γε τὸ συμπληρωτικὸν τοῦ τέλους.*

IV. 3. *συνεχῶς οὖν δίδου σεαυτῷ ταύτην τὴν ἀναχώρησιν κα ἀνανέου σεαυτόν· βραχέα δὲ ἔστω καὶ στοιχειώδη, ἃ εὐθὺς ἀπαι τήσαντα ἀρκέσει εἰς τὸ πᾶσαν αὐλὴν ἀποκλεῖσαι κτέ.* Locuti „renova te", etsi alias apud nostrum non obvia, fortasse pe se quodammodo ferri potest; tamen multo concinnius et aptiu hic de renovatione dogmatum cogitaveris, quod alibi *ἀναζωπυρεῖ* nuncupavit Antoninus. Itaque lectio vel emendatio, quam I exhibet, *ἀνανέου πρὸς σεαυτόν* omni consideratione digna videtu praesertim cum mox sic pergat auctor: *ἀλλὰ τοῖς ἐκ τῶν ὅλω ἀπονεμομένοις δυσχεραίνεις; ἀνανεωσάμενος τὸ διεζευγμένον κ.τ.ἐ* In quibus verbis *δυσχερανεῖς* scribendum est, quemadmodun Coraïs in verbis proxime antecedentibus tempus futurum restituit

Ibid. 17. *μὴ ὡς μύρια μέλλων ἔτη ζῇν.* Recte et fortiter hae sic nude efferuntur, neque est cur lacunam suspiceris et expler tentes. Simili modo mox c. 50 *μικρόν ἐστι τὸ διάστημα καὶ τοῦτ δι' ὅσων καὶ μεθ' οἵων ἐξαντλούμενον καὶ ἐν οἵῳ σωματίῳ! μὴ οὖ ὡς πρᾶγμα,* quem locum frustra supplere voluit Reiske.

Ibid. 49. *εὐτυχὴς ἐγώ, ὅτι τούτου μοι συμβεβηκότος ἄλυπ διατελῶ, οὔτε ὑπὸ τοῦ παρόντος θραυόμενος, οὔτε τὸ ἐπιὸν Φ βούμενος.* Cum optimis codd. P A *ὑπὸ παρόντος θραυόμενος οὔτ ἐπιὸν. Φ.* legendum videtur.

Ibid. ibid. *τἄλλα, ὧν παρόντων.* P A *συμπαρόντων* eleganter e ex more nostri, qui multicomposita in deliciis habet. Ad vocem *σύν* in codd. omissam cf. VII. 18 et 22.

V. 8. *ὡς καὶ τοὺς τετραγώνους λίθους ἐν τοῖς τείχεσιν ἢ ἐν ταῖς πυραμίσι συμβαίνειν λέγουσι συναρμόζοντες ἀλλήλοις τῇ ποιᾷ συνθέσει.* Nullo modo haec ferri possunt, nisi recepta lectione codd. P A *συναρμόζοντας.*

Ibid. 10. — *αὐτὰ τὰ ὑποκείμενα ὡς ὀλιγόχρονα καὶ εὐτελῆ-* Scribas *ὀλιγοχρόνια*, ut perpetuo noster, et *ἀπάξ* illud *λεγόμενον ὀλιγόχρονος* in lexicis deleas. Codd. in talibus variare solent, cf. *ἐλευθέριος* pro *ἐλεύθερος* I. 15, VIII. 1; porro I, 15 et VI. 30 cod. A *μείλιχος* pro *μειλίχιος* exhibet, nescio an recte.

Ibid. 12. *τινα ὡς ἀληθῶς ἀγαθά, οἷον Φρόνησιν, σωΦροσύνην, δικαιοσύνην, ἀνδρίαν.* Cum ubique formam *ἀνδρείαν* merito praetulerit St., etiam hic *ἀνδρείαν* scribe praesertim in decantata illa enumeratione virtutum quattuor cardinalium.

Ibid. 11. *παρ' ἕκαστον τοῦτο ἐπανερωτᾶν ἑαυτόν.* At A *παρ' ἕκαστα* habet, quod iure recepit St. Adde quod codd. VI. 44 *ἅπερ ἕκαστα πράσσομεν*, quid quod VI. 15 *ὅπερ παρέκαστον* exhibent, ita ut vitium grassans quasi oculis intuearis et emendationem Coraï ubique *παρ' ἕκαστα* scribentis dudum recipiendam fuisse eluceat.

VI. 16. *ἥ τε γὰρ τέχνη πᾶσα τούτου στοχάζεται, ἵνα τὸ κατασκευασθὲν ἐπιτηδείως ἔχῃ πρὸς τὸ ἔργον, πρὸς ὃ κατεσκεύασται· ὅ τε φυτουργὸς ὁ ἐπιμελούμενος τῆς ἀμπέλου καὶ ὁ πωλοδάμνης καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἐπιμελούμενος τοῦτο ζητεῖ.* Scribe *ὅ τε φυτουργὸς ⟨καὶ⟩ ὁ ἐπιμελούμενος τῆς ἀμπέλου*, ut sententiarum legitima fiat responsio et rite distinguantur hortulanus et vinitor. Codices nostri sescenties peccant in vocula *καί* addenda vel omittenda, cf. e. gr. IV. 1. XII. 12. 13 et passim.

Ibid. 41. *ὅ τι ἂν τῶν ἀπροαιρέτων ὑποστήσῃς αὐτῷ ἀγαθὸν ἢ κακόν κ.τ.ἐ.* Sic codd., Cor. *σαυτῷ* correxit. Disiunge *ὑποστήσῃ σαυτῷ*, medium enim genus desideratur, cf. XI. 21. Epict. II. 5. 9.

Ibid. 47. *μέτιθι νῦν ἐπὶ τὰ ἄλλα Φῦλα, ἐκεῖ δὴ μεταβαλεῖν ἡμᾶς δεῖ, ὅπου κ.τ.ἐ.* Sic St. ex ed. I, at codd. *ἐκεῖ δέ*, quod longe praestat.

Ibid. ibid. *τί οὖν τοῦτο δεινὸν αὐτοῖς; τί δαὶ τοῖς μηδ' ὀνομαζομένοις ὅλως;* Vocula, quae est *δαί*, incertam vitam trahit in Commentariorum contextu, sexies omnino occurrens. Loco autem laudato *δέ* legendum esse per se patet; porro VII. 18, VIII. 50, XII. 29 iam Stich modo codices secutus modo proprio Marte *δέ* rectissime restituit. Supersunt IX. 42 *τί δὲ καὶ βέβλαψαι;* ..... *τί δαὶ κακὸν ἢ ξένον γέγονεν;* ubi vel parallelismus vitium arguit; XII. 16 *τί δαὶ οἶδα, εἰ τοῦτο ἁμάρτημα*, ubi item *δέ* facile praetuleris. Quam sollemne autem sit librariis in hac re offendere, monere vix opus est.

VII. 2. Locus sic distinguendus esse videtur: *δύναμαι π. τούτου, ὃ δεῖ, ὑπολαμβάνειν· εἰ δύναμαι, τί ταράσσομαι; ἔξω τῆς ἐμῆς διανοίας οὐδὲν ὅλως πρὸς τὴν ἐμὴν διάνοιαν. τοῦ μάθε καὶ ὀρθὸς εἶ. ἀναβιῶναί σοι ἔξεστιν κ.τ.ἑ.*, ita ut illud *τοῦ* ad praecedentia referatur.

Ibid. 31. *ἐκεῖνος μέν φησιν, ὅτι· Πάντα νομιστί. Ἔτι δαίμονα τὰ στοιχεῖα.* In loco corruptissimo Coraïs vocem *δαίμο* noto librariorum errore ex *δὲ μόνα* corruptam esse viderat. Ia cum pateat verba *Πάντα νομιστί* ex Democrito ab Antonino es adsumpta, in promptu est etiam in sequentibus verba Dem critea exspectare atque sponte se offert vox, quae est *ἐτε* philosopho illi usitatissima; cf. e. gr. Sext. Emp. VII 13 *„νόμῳ γλυκὺ καὶ νόμῳ πικρόν, νόμῳ θερμόν, νόμῳ ψυχρόν, νόμ χροιή· ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν.“* Itaque totum locum sic refi gendum esse apparet: *ἑ. μ. Φ. ὅτι· Πάντα νομιστί, ἐτε δὲ μόνα τὰ στ.οιχεῖα*, qua correctione recepta elucet, qua prope ad verum accesserit cod. A, qui *ἔτι ἤ* exhibet [1]).

Ibid. 59. *ἔνδον βλέπε, ἔνδον ἡ πηγὴ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἀεὶ ἀναβλύε δυναμένη, ἐὰν ἀεὶ σκάπτῃς.* Ita editur, at pro *βλέπε* D *σκόπει, σκέπε* exhibet. Iam si comparas V. 16, ubi idem cod. A *βλάπτ* et *βλέπω* turbavit, apparet, quam recte et eleganter Sch. loc nostro *σκάπτε* emendaverit. Itemque si lectiones composueri *σκέπε — σκόπει — βλέπε*, apparet praestantia cod. A, qui qua originem ostendit vitii, in ceteris codicibus latius grassantis.

Ibid. 60. *οἷον γάρ τι ἐπὶ τοῦ προσώπου παρέχεται ἡ διάνοια συνεστὸς αὐτὸ καὶ εὔσχημον συντηροῦσα, τοιοῦτο καὶ ἐπὶ ὅλου το σώματος ἀπαιτητέον.* Lege *τοιοῦτό τι*, ad librarii errorem cf. e gr. VIII. 11.

VIII. 21. *ἔκστρεψον καὶ θέασαι, οἷόν ἐστι, γηρᾶσαν δὲ οἷον γ νεται, νοσῆσαν δέ, πορνεῦσαν.* Locum varie tentatum novissim

1) Dudum mirabar emendationem tam lenem et facilem viros doctos fugisse, quo v. cl. H. Diels humanissime me monuit eam a v. cl. Usener propositam et publi iuris esse factam in Mus Rhen. 47 p. 487, quam rem et Stichium fugisse suspico

Rendall correxit scribens *νοσῆσαν δ' ἢ ἀποπυῆσαν*. Optime haec, puto, vir ingeniosissimus, modo scribatur *νοσῆσαν, διαπυῆσαν*, cf. IV. 39 *κἂν τὸ σωμάτιον τέμνηται, καίηται, διαπυΐσκηται*, librarios autem voces *δέ* et *διά* permutasse docent loci, quales sunt X. 38. VI. 24.

Ib. 44. *τοῦτον ἰδοὺ τὸν χρόνον σεαυτῷ χάρισαι*. Gat. *τοῦτον ἴδῃ*, malim *τουτονὶ δὴ τὸν χ.*

Ibid. 47. *εἰ δὲ λυπεῖ σέ τι τῶν ἐν τῇ σῇ διαθέσει, τίς ὁ κωλύων διορθῶσαι τὸ δόγμα; ὅμως δὲ καὶ εἰ λυπῇ, ὅτι οὐχὶ τόδε τι ἐνεργεῖς ὑγιές σοι φαινόμενον, τί οὐχὶ μᾶλλον ἐνεργεῖς ἢ λυπῇ;* Scribe *ὁμοίως*.

IX. 3. *οἷον γάρ ἐστι τὸ νεάσαι καὶ τὸ γηρᾶσαι καὶ τὸ αὐξῆσαι καὶ τὸ ἀκμάσαι καὶ ὀδόντας καὶ γένειον καὶ πολιὰς ἐνεγκεῖν καὶ σπεῖραι καὶ κυοφορῆσαι καὶ ἀποκυῆσαι καὶ τὰ ἄλλα τὰ Φυσικὰ ἐνεργήματα, ὅσα αἱ τοῦ σοῦ βίου ὧραι Φέρουσιν*. Subridicule haec ultima; etenim non de unius sed de universa vita humana agi vel verba *σπεῖραι καὶ κυοφορῆσαι* arguunt. Itaque scribe: *τὰ ἄλλα Φυσικὰ ἐνεργήματα, ὅσα αἱ τοῦ βίου ὧραι Φέρουσιν*, quae est ipsa lectio cod. D, teste Stichio in Ann. crit. ad M. Ant. p. 9.

Ibid. ibid. *ἡ ἐπίστασις ἡ ἐπὶ τὰ ὑποκείμενα, ὧν μέλλεις ἀΦίστασθαι καὶ μεθ' οἵων ἠθῶν οὐκέτι ἔσται ἡ <ψυχὴ συμ>πεΦυρμένη*. Lacunam suppleverunt Cas. Gat. Sch.; num recte valde dubito; etenim minime animus Stoïci sed tantum vita conturbatur et immiscetur moribus aequalium. Itaque talem vocem exspecto, qualis est *διατριβή, ὁμιλία* vel simile quid, cf. paulo infra *ὁ κότος ἐν τῇ διαΦωνίᾳ τῆς συμβιώσεως*. Adde, quod simplex *πεΦυρμένη* tentandum non erat, cf. e. gr. III. 4.

Ibid. 9. *ἐπὶ δὲ τῶν ἔτι κρειττόνων καὶ διεστηκότων τρόπον τινὰ ἕνωσις ὑπέστη, οἷα ἐπὶ τῶν ἄστρων· οὕτως ἡ ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπανάβασις συμπάθειαν καὶ ἐν διεστῶσιν ἐργάσασθαι δύναται*. Revocetur lectio vulgatae *ἐδύνατο*, cum omnia, quae praecedunt, tempore praeterito efferantur atque sic demum apta fiat antithesis cum seqq. *ὅρα οὖν τὸ νῦν γινόμενον*.

Ibid. 21. Perlecto toto capite apparet minime tentanda esse verba *παῦλα καὶ οἷον θάνατος*, quibus solito more excusat auctor vocis *θάνατος* audaciam utpote parum proprie de intentionum vel opinionum cessatione adhibitae. Porro omnino recipienda erat lectio codd. AD, qui in verbis *πολλὰς διαφορὰς καὶ μεταβολὰς καὶ ἀπολήξεις εὑρίσκων* apte *διαφθορὰς* exhibent. Denique cum suam ipsius vitam contempletur noster (cf. *ἐπὶ βίον τὸν ὑπὸ τῷ πάππῳ, εἶτα τὸν ὑπὸ τῇ μητρί κ.τ.ἑ.*) minime spernenda eorundem codd. lectio *ἡ τοῦ ὅλου σοῦ βίου*.

Ibid. 29. *μὴ τὴν Πλάτωνος πολιτείαν ἔλπιζε, ἀλλὰ ἀρκοῦ, εἰ τὸ βραχύτατον πρόεισι καὶ τούτου αὐτοῦ τὴν ἔκβασιν, ὡς οὐ μικρόν τί ἐστι, διανοοῦ. δόγμα γὰρ αὐτῶν τίς μεταβαλεῖ; χωρὶς δὲ δογμάτων μεταβολῆς τί ἄλλο ἢ δουλεία στενόντων καὶ πείθεσθαι προσποιουμένων*. Locus celeberrimus, in quo animi dolorem et desperationem effundit auctor, tum demum recte procedit, si recipitur codd. AD lectio *ὡς μικρόν τί ἐστι* i. e. *sufficiat tibi si vel minime res processerit et illius ipsius exitum quam leve quid sit considera. Nam dogmata hominum quis mutaverit? dogmatibus autem non mutatis quid est aliud nisi servitus ingemiscentium*, etqseqq.

Ibid. 39. *ἢ ἄτομοι καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ κυκεὼν καὶ σκεδασμός· τί οὖν ταράσσῃ; τῷ ἡγεμονικῷ λέγεις· τέθνηκας, ἔφθαρσαι, τεθνρίωσαι.* „Locus insigniter depravatus" Gat. Memorari certe debebat a Stichio coniectura Salmasii, qui, quid ipsa sententia flagitet, recte perspexit, dum scribit *⟨μήτι⟩ τῷ ἡγεμονικῷ λέγεις*;

X. 1. *πάντα σοι παρὰ τῶν θεῶν πάρεστι καὶ πάντα σοι εὖ ἔχει καὶ εὖ ἕξει, ὅσα φίλον αὐτοῖς καὶ ὅσα μέλλουσι δώσειν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ τελείου ζῴου τοῦ ἀγαθοῦ καὶ δικαίου καὶ καλοῦ καὶ γεννῶντος πάντα καὶ συνέχοντος καὶ περιέχοντος καὶ περιλαμβάνοντος διαλυόμενα εἰς γένεσιν ἑτέρων ὁμοίων*. Quid ultima sibi velint, haud facile dixeris; corrige *παραλαμβάνοντος διαλυόμενα εἰς γ. ἑ. ὁ.* i. e. *omnia cum iam in eo sunt, ut dissolvantur, adhibens ad generationem aliarum rerum.* Praecedens vox *περιέχοντος* librario fraudem fecisse videtur; ceterum praepositionum *παρά* et *περί* in codd. Antonini frequens est permutatio, cf. III. 16. VI. 3.

Ibid. 6. *τούτων δὲ οὕτω περαινομένων ἀνάγκη τὸν βίον εὐροεῖν.* Scribe *τούτων δὴ*, ut fiat conclusio.

Ibid. 7. *ἄλλως τε καὶ τῆς διαλύσεως εἰς ταῦτα γενομένης, ἐξ ὧν ἕκαστον συνίσταται.* Memoranda et, si me audis, in textum recipienda erat correctio Gatakeri *ταὐτά*, cf. IV. 6.

Ibid. 9. *δεῖ δὲ πᾶν οὕτω βλέπειν καὶ πράσσειν, ὥστε κ.τ.ἐ.* Pro *δεῖ δέ* cod. A habet *ἤδη δέ*, quae lectio egregie placet, utpote multo fortior et aptior quam vulgata.

Ibid. 13. *πυνθάνεσθαι ἑαυτοῦ εὐθὺς ἐξ ὕπνου γινόμενον· μήτι δοίσει σοι, ἐὰν ὑπ' ἄλλου γένηται τὰ δίκαια καὶ καλῶς ἔχοντα;* Pro *γινόμενον* in cod. A legitur *γενόμενον*, quod praestare videtur. Deinde omnino recipienda erat emendatio Loftii *ψέγηται*, ut totius capitis tenor aperte docet. Neque obscurum, quomodo corruptela oriri potuerit; librarios enim interdum *γίνεσθαι* et *λέγεσθαι* permutasse docet dittographia *γίνεται* et *λέγεται*, quae invenitur huius libri c. 21; iam vocum *λέγεσθαι* et *ψέγεσθαι* fere solemnis est commutatio, cf. X 34 necnon V. 3 *ἡ ἑπακολουθοῦσά τινων μέμψις ἢ λόγος*, ubi emendatio Iun. *ψόγος* dudum in textum recipi debebat.

Ibid. 28. *φαντάζου πάντα τὸν ἐφ' ὠτινιοῦν λυπούμενον ἢ δυσαρεστοῦντα ὅμοιον τῷ θυομένῳ χοιριδίῳ, ἀπολακτίζοντι καὶ κεκραγότι· ὅμοιον καὶ ὁ οἰμώζων ἐπὶ τοῦ κλινιδίου μόνος σιωπῇ τὴν ἔνδεσιν ἡμῶν· καὶ ὅτι μόνῳ τῷ λογικῷ ζώῳ δέδοται τὸ ἑκουσίως ἕπεσθαι τοῖς γινομένοις.* Alterum *ὅμοιον* immerito ex codd. PA arcessivit Stich, qui more solito oberraverunt propter praecedens *ὅμοιον*; reliquorum codd. lectio *ὅμοιος* omnino retinenda erat. Porro post *μόνος σιωπῇ* interpungendum erat, ut per novam sententiam pergas *τὴν ἔνδεσιν ἡμῶν καὶ ὅτι κ. τ. ἐ.*; accusativum autem explicant loci, quales sunt XI. 22, XII. 7, itaque nil opus est cum Gat. *ἐπινόησον* supplere.

Ibid. 29. *κατὰ μέρος ἐφ' ἑκάστου, ὧν ποιεῖς, ἐφιστάνων ἐρώτα σεαυτόν.* Sic PA, at codd. X *ἐπερώτα* habent, quod est magis ex usu auctoris, cf. VIII. 36, IX. 21.

Ibid. 30. *τούτῳ γὰρ ἐπιβάλλων ταχέως ἐπιλήσῃ τῆς ὀργῆς συμπίπτοντος τοῦ, ὅτι βιάζεται· τί γὰρ ποιήσει*; Quid sit *συμπτειν* et *σύμπτωμα* docent loci, quales sunt I. 17, VI. 4 VIII. 46. Sententia autem flagitat: *praesertim si una tibi succurrerit*, quod est *συμπροσπίπτοντος*, cf. VII. 22, X. 31, XII. 28.

Ibid. 31. *Σατυρίωνα ἰδὼν Σωκρατικὸν Φαντάζου ἢ Εὐτύχην Τμενα· καὶ Εὐφράτην ἰδὼν Εὐτυχίωνα ἢ Σιλουανὸν Φαντάζου καὶ Ἀλκίφρονα Τροπαιοφόρον Φαντάζου· καὶ Ξενοφῶντα ἰδὼν Κρίτωνα ἢ Σευῆρον Φανταζου· καὶ εἰς σεαυτὸν ἀπιδὼν τῶν Καισάρων τινὰ Φαντάζου.* In eiusmodi enumerationibus nominum proprium recensendis caute esse procedendum per se patet. Suspicor lacunam inesse in verbis *καὶ ..... ⟨ἰδὼν⟩ Ἀλκίφρονα ⟨ἢ Τροπαιοφόρον Φαντάζου*, at confidentius. ulteriora sic refingo *καὶ Σευῆρον ἰδὼν Κρίτωνα ἢ Ξενοφῶντα Φαντάζου.*

Ibid. 36. *σπουδαῖος καὶ σοφὸς ἦν· τὸ πανύστατον ἔσται τις καθ' αὑτὸν λέγων· ἀναπνεύσομέν ποτε ἀπὸ τούτου τοῦ παιδαγωγοῦ χαλεπὸς μὲν οὐδενὶ ἡμῶν ἦν, ἀλλὰ ἡσθανόμην, ὅτι ἡσυχῇ κατεγινώσκει ἡμῶν.* Malim haec per interrogationem efferre: *ἀναπνεύσομέν ποτε ἀπὸ τούτου τοῦ παιδαγωγοῦ*; cf. e.gr. huius libri c. 1. In ultimis *κατεγίνωσκεν* corrige.

XI. 6. *καὶ ὅτι, οἷς ἐπὶ τῆς σκηνῆς ψυχαγωγεῖσθε, τούτοις μὴ ἄχθεσθε ἐπὶ τῆς μείζονος σκηνῆς. ὁρᾶται γὰρ, ὅτι οὕτω δεῖ ταῦτα περαίνεσθαι.* Lectio vulgatae *ὁρᾶτε*, utpote multo fortius et vividius expressa, omnino retinenda erat; codici autem A sollemne est imperativos in infinitivos mutare, ut hoc ipso loco *ἄχθεσθε* pro *ἄχθεσθε*, porro IV. 6 et VII. 22 *τεθνήξεσθαι* pro *τεθνήξεσθε*, VI. 45 *λαμβάνεσθαι* pro *λαμβανέσθω*. Itaque locum sic restituo *καὶ ὅτι, οἷς ἐπὶ τῆς σκηνῆς ψυχαγωγεῖσθε, τούτοις μὴ ἄχθεσθε ἐπὶ τῆς μείζονος σκηνῆς· ὁρᾶτε γὰρ, ὅτι οὕτω δεῖ περαίνεσθε* quo facto neque coniecturis Reiskii et Rendallii neque tentamini Stichii opus est.

Ibid. ibid. *μετὰ ταῦτα τίς ἡ μέση κωμῳδία, καὶ λοιπὸν ἡ πρὸς τί ποτε παρείληπται*; Cod. A tantum *μετὰ ταύτης*, unde apparet per dittographiam illud *τίς* irrepsisse in Cod. P *μετ-*

ταύτης τίς, quod deinde infeliciter in μετὰ ταῦτα τις correctum est, requiritur enim μετὰ ταύτην, quod iam vidit Stich. Itaque sic locum refingo: μετὰ ταύτην ἡ μέση κωμῳδία καὶ λοιπὸν ἡ ἡ νέα πρὸς τί ποτε κ.τ.ἐ. Simili modo in verbis proxime antecedentibus καὶ τῆς ἀτυφίας οὐκ ἀχρήστως δι' αὐτῆς τῆς εὐθυρρημοσύνης ὑπομιμνήσκουσα· πρὸς οἷόν τι καὶ Διογένης ταυτὶ παρελάμβανε, nescio an pro subobscuro ταυτὶ legendum sit ταύτην sc. τὴν εὐθυρρημοσύνην. Denique suspicio mihi orta est verba illa πρὸς τί ποτε παρείληπται, quae vix intellego, corrigenda esse πρὸς τί ποτε παρείσηκται. Vox παρελάμβανε proxime antecedens vitium peperisse videtur.

Ibid. 18. καὶ πρῶτον τίς ἡ πρὸς ἀνθρώπους μοι σχέσις; Minus feliciter Stich lectionem ἀνθρώπους, in qua utique articulum desideras, ex cod. Mo. 2. arcessivit, cum lectio vulgata αὐτούς et optime se haberet et ipsum scribendi genus Antonini referret, cf. e. gr. VI. 50, VII. 34.

Ibid. ibid. καὶ εἴ τινων δὲ ἁμαρτημάτων ἀπέχῃ, ἀλλὰ τήν γε ἕξιν ποιητικὴν ἔχεις. Quantivis pretii est exquisita lectio cod. A ἕξιν ἑποιστικήν, quam aptissime illustrat v. cl. Fournier laudans Simplic. Schol. in Arist. 69 b. 2. Br.

Ibid. ibid. παρ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρόν, ὅτε κακὰ ποιεῖν σε ἐπιχειρεῖ. Multo melius cod. A κακοποιεῖν exhibet.

Ibid. 19. ὅτι τοῦτο ἡττωμένου ἐστὶ καὶ ὑποκατακλινομένου τοῦ ἡγεμονικοῦ θειοτέρου μέρους τῷ ἀτιμοτέρᾳ καὶ θνητῇ μοίρᾳ, τῇ τοῦ σώματος καὶ ταῖς τούτου παχείαις ἰδέαις. Pro verbis ultimis manifesto corruptis παχείαις ἸΔΕΑΙC substitueram τραχείαις ἢ ΛΕΙΑΙC ⟨κινήσεσιν⟩, cf. e. gr. V. 26 ὑπὸ τῆς ἐν τῇ σαρκὶ λείας ἢ τραχείας κινήσεως. Iam video viro clarissimo Fournier idem placere.

Ibid. 20. τὰ στοιχεῖα ὑπακούει τοῖς ὅλοις, ἐπειδάν που καταταχθῇ σὺν βίᾳ μένοντα, μέχρις ἂν κ.τ.ἐ., Distingue καταταχθῇ σὺν βίᾳ, μένοντα μέχρις ἂν κ.τ.ἐ., cf. paullo infra καίτοι οὐδέν γε βίαιον τούτῳ ἐπιτάσσεται.

Ibid. ibid. *καὶ γὰρ ταῦτα ἐν εἴδει ἐστὶ τῆς εὐκοινωνησίας, μᾶλλον δὲ πρεσβύτερα τῶν δικαιοπραγημάτων.* Lectionem cod. A *πρεσβυτάτων* δ. per haplographiam, sicut eodem hoc capite pro *καταταχθῇ* idem cod. *καταχθῇ* exhibet, ortam esse suspicor ex *πρεσβύτατα τῶν* δ., quae lectio consideratu dignissima videtur.

Ibid. 34. *καταφιλοῦντα τὸ παιδίον δεῖν ἔλεγεν ὁ Ἐπίκτητος ἔνδον ἐπιφθέγγεσθαι· αὔριον ἴσως ἀποθανῇ.* — *Δύσφημα ταῦτα.* — *Οὐδὲν δύσφημον, ἔφη, ἀλλὰ φυσικοῦ τινος ἔργου σημαντικόν.* Sic Stich codd. AX secutus, quae tamen vix intellegi posse existimo; at optime et fortiter vulgata: *οὐδὲν δύσφημον, ἔφη, φυσικοῦ τινος ἔργου σημαντικόν, mali ominis nihil est, quod rem aliquam naturalem designat.* Cf. Epict. III. 24. 91 *δύσφημον δέ μοι λέγεις ὄνομα φυσικοῦ τινος πράγματος σημαντικόν;*

Ibid. 37. *ὁ Σωκράτης ἔλεγε· Τί θέλετε; λογικῶν ψυχὰς ἔχειν ἢ ἀλόγων;* — *Λογικῶν.* — *Τίνων λογικῶν; ὑγιῶν ἢ φαύλων;* — *Ὑγιῶν.* — *κ.τ.ἑ.* Totum hoc caput Epicteti stylum instantem et concitatiorem tam manifesto refert et simul continuae locorum Epicteteorum seriei septimam et ultimam partem tam apte efficit, ut tuto inter Epicteti fragmenta recipi posse videatur.

XII. 3. *ὥστε τῶν συνειμαρμένων ἐξηρμένην καὶ καθαρὰν τὴν νοερὰν δύναμιν ἀπόλυτον ἐφ' ἑαυτῆς ζῆν.* Quid sit *ἐξαίρειν*, docere potest huius libri c. 24: *εἰ ἄφνω μετέωρος ἐξαρθεὶς κατασκέψαιο τὰ ἀνθρώπεια*, itaque recipienda est lectio cod. A *ἐξηρημένην.*

Ibid. 14. *ἤτοι ἀνάγκη εἱμαρμένη καὶ ἀπαράβατος τάξις, ἢ πρόνοια ἱλάσιμος, ἢ φυρμὸς εἰκαιότητος ἀπροστάτητος.* Praestat cum codd. AX legere *ἀνάγκη εἱμαρμένης* ex more nostri.

Ibid. 31. *τί ἐπιζητεῖς; τὸ διαγίνεσθαι; ἀλλὰ τὸ αἰσθάνεσθαι; τὸ ὁρμᾶν; τὸ αὔξεσθαι; τὸ λήγειν αὖθις; τὸ φωνῇ χρῆσθαι; τὸ διανοεῖσθαι; τί τούτων πόθου σοι ἄξιον δοκεῖ; εἰ δὲ ἕκαστα εὐκαταφρόνητα, πρόσιθι ἐπὶ τελευταῖον τὸ ἕπεσθαι τῷ λόγῳ καὶ τῷ θεῷ.* Locus est difficilis; attamen apparet humanas facultates per gradationem, ut aiunt, enumerari. Itaque pro *διαΓΙΝΕσθαι* corrige *διαΠΝΕΙσθαι.* In ultimis *πρόϊθι* legendum esse patet; li-

brariorum autem frequentissima est permutatio vocalarum *πρό* et *πρός*.

Ibid. 36. *τί οὖν δεινόν, εἰ ἀποπέμπει σε ἡ Φύσις ἡ εἰσαγαγοῦσα; ἢν εἰ κωμῳδὸν ἀπολύει τῆς σκηνῆς ὁ παραλαβὼν στρατηγός.* Recte *ἀπολύοι*, cf. III. 12 *ὡς εἰ δέοι*, VI. 15 *ὥσπερ εἴ τις ἄρχοιτο*, III. 51 *οἷον εἴ τις βλασφημοίη*.

Haec de singulis Commentariorum locis. Porro ad ea, quae orthographia Stich p. XV et XVI agit, haec adde: VI. 11 *σεαυτόν*, VII. 13 *πρὸς σεαυτόν*, X. 31 *εἰς σεαυτόν* itemque tasse IV. 3. Deinde praeeunte cod. A IX. 3 et X. 36 *θέλειν* ibendum videtur. Tum VIII. 21 *γηρᾶσαν* pro *γηράσαν*, necnon 10 *θηρᾶσαν* pro *θηράσαν* restitue. Denique IV. 10 et V. 14 *θό* scribere malim, ut textus in hac re sibi constet.

Postremo hoc additum velim. Gataker, qui „oculo a senio igante, a lema lippiente, manu tam a frigore quam a morbo mula" editioni suae finem imposuit, in praefatione lectoris ievolentiam imploravit, si quid humanitus sibi acciderit in ere conficiendo et corrigendo. Et sane, quicunque editionem mmi viri manibus triverunt, omnes norunt errores, menda pographica, alia sat multa tam in contextu quam in antationibus occurrere. Neque hoc Stichium fugisse arbitror, i graviora et manifesta vitia spernens, tamen nonnumquam, m speciem quandam veri exhiberet error et quodammodo ferri sse videretur, Gatakeri contextum a vulgata discrepantem mquam novam nescio cuius codicis lectionem in apparatum iticum recepit. Bona autem fortuna evenit, ut aliquoties ipse ataker novas istas sibi imputatas lectiones refutet et vitia pographica arguat. E. gr. IV. 33 *τί δὲ καὶ ἔστιν ὅλως τὸ ἰμνηστον*; ubi Stich: „*τό* ante *ἀείμνηστον* om. Gat.", attaen in versione Latina: *quidnam est hoc ipsum memoriam aeterm consequi*, et in lemmate annotationis diserte *ὅλως τὸ ἀείνηστον* exhibetur. Sic VI. 14, ubi Gat. *κινούμενον*, quod sensu ret, pro *κινουμένην* edidisse dicitur, annotatio rectam lectionem idicat; denique XI. 6 *τοῖς πράγμασι γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι*, Gat. *εἶσθαι*, qui tamen VII. 38, ubi idem versus laudatur, recte *ῶσθαι* exhibet. Reliqua etsi non omnia ipsius Gatakeri verbis

tamquam falsa arguuntur, eiusdem tamen sunt farinae autem loci fere quadraginta: IV. 16. 21. 32 bis (ubi vox *παιδιοτροφεῖν*, quae tamquam *ἅπαξ λεγόμενον* in memoratur) 33. 39 (ubi iterum *ἀ. λ.* illud *ἐτέρωσις* amo 49. V. 1 (quater) 4. 14. 20. VI. 14. 30 (ter). VII. 4. 7. 25 (bis) 45. 50. 58. IX. 9. 17. 22. X. 1. 3. 9. XI 33. 34. XII. 3. 5. 14. 35. 36.

III.

Ratio ipsa Commentariorum, qui breves, saepe bre meditationes, exhortationes, declamationes continent, qu confusioni faveat et librarios quasi invitet ad ordinem et invertendum vel conturbandum, per se perspicuum est. singulis fere paginis codices variare apparet, modo ex vel pluribus, praecipue brevioribus, capitibus unum co modo singula capita in plura divellentes. Itaque et prio tores ordinem et divisiones rectas restituere saepius con et Stichius haud raro sive proprio Marte sive hunc v codicem atque imprimis cod. A secutus, qui in hac qu singularem obtinet locum, alia capita coniunxit, alia semel bisve verba manifesto ordinem sermocinandi inter tia tamquam aliunde invecta notavit [2]). Pauca eodem sp subiungo.

1) In tanta copia fieri fere non potuit, quin semel atque iterum aliquid ipsis erroribus inveniretur; cf. VI 30, ubi in molesta codicum dittographia *τ αὐτὸν μεμφομένους μὴ ἀντιμεμφόμενος* senex per haplographiam, ut ita *τόν* omisit et locum in integrum restituit; porro XII. 35, ubi pro vitios lectione *πλέονι* sponte *πλείονι* substituisse videtur.

2) II. 2 *ὅ τί ποτε τοῦτό εἰμι, σαρκία ἐστὶ καὶ πνευμάτιον καὶ τὸ ἡ Ἄφες τὰ βιβλία· μηκέτι σπῶ. Οὐ δέδοται· ἀλλ' ὡς ἤδη ἀποθνήσκω σαρκίων καταφρόνησον· λύθρος καὶ ὀστάρια κ. τ. ἑ.* Verba *Ἄφες τὰ βιβλι σπῶ. Οὐ δέδοται ἀλλ'* etiam Stichio visa sunt aliunde huc irrepsisse; e quentia quoque *ὡς ἤδη ἀποθνήσκων* abicienda existimo, cum caro per se et temnenda Stoicis visa sit, neque tantum in articulo mortis. Contra verba i cohaerent cum antecedentibus *οὐ δέδοται*: *non amplius licet, sed quoniam uí moriaris.* Cum loco ipso autem conferatur VI. 32 *ἐκ σωματίου εἰμὶ κ τῷ μὲν οὖν σωματίῳ πάντα ἀδιάφορα κ. τ. ἑ.*

VI. 36. ἡ Ἀσία, ἡ Εὐρώπη, γωνίαι τοῦ κόσμου· πᾶν πέλαγος, σταγὼν τοῦ κόσμου· Ἄθως, βωλάριον τοῦ κόσμου· πᾶν τὸ ἐνεστὼς ὁ χρόνου, στιγμὴ τοῦ αἰῶνος. πάντα μικρά, εὔτρεπτα, ἐναφανιμενα. πάντα ἐκεῖθεν ἔρχεται, ἀπ' ἐκείνου τοῦ κοινοῦ ἡγεμονικοῦ μήσαντα ἢ κατ' ἐπακολούθησιν κ.τ.ἑ. Duas res distinctas et quodammodo inter se alienas hic coniungi apparet, scilicet vanitatem vilitatemque rerum humanarum et dogma illud Stoïcum περὶ τῶν ἐπιγεννημάτων, quae utpote profluentia ex eodem divino fonte, quo omnia, eodem amore et admiratione, qua reliquas res, prosequi sapientem deceat. Itaque a verbis πάντα ἐκεῖθεν ἔρχεται nova linea incipienda videtur; qui autem factum sit, ut haec omnia in unum coalescerent, facile perspicitur, cum vox iterata τάντα librarios in errorem induxerit.

VII. 47. 48 continuanda videntur hoc modo: „περισκοπεῖν ἀστρων δρόμους, ὥσπερ συμπεριθέοντα" καὶ τὰς τῶν στοιχείων εἰς ἄλληλα μεταβολὰς συνεχῶς ἐννοεῖν· ἀποκαθαίρουσι γὰρ αἱ τούτων φαντασίαι „τὸν ῥύπον τοῦ χαμαὶ βίου". καλὸν τὸ τοῦ Πλάτωνος· καὶ δὴ περὶ ἀνθρώπων τοὺς λόγους ποιούμενον ἐπισκοπεῖν δεῖ καὶ τὰ ἐπίγεια κ.τ.ἑ. ut more suo auctor verba aliunde desumpta ipse augeat, amplificet, corrigat quoque. Fere idem interpreti Gallico Fournier placuisse video.

VII. 67. ἡ Φύσις οὐχ οὕτως συνεκέρασε τῷ συγκρίματι, ὡς μὴ ἐφεῖσθαι περιορίζειν ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖσθαι· λίαν γὰρ ἐνδέχεται θεῖον ἄνδρα γενέσθαι καὶ ὑπὸ μηδενὸς γνωρισθῆναι. τούτου μέμνησο ἀεὶ καὶ ἔτι ἐκείνου, ὅτι ἐν ὀλιγίστοις κεῖται τὸ εὐδαιμόνως βιῶσαι. Verba λίαν γάρ — γνωρισθῆναι ab hoc loco prorsus aliena esse, quivis semel monitus intellegit. Neque fortasse latet, unde huc migraverint; aptissime enim v. amicus Kronenberg monet, quam bene quadrent in caput proxime antecedens, in quo agitur de vana gloria humana, cum nemo sciat an ii, qui obscuram vitam agunt, revera meliores et sapientiores sint quam quos fama ad caelum usque effert. Itaque sententia hunc fere in modum transponenda videtur: πόθεν ἴσμεν, εἰ μὴ Τηλαύγης Σωκράτους τὴν διάθεσιν κρείσσων ἦν; λίαν γὰρ ἐνδέχεται θεῖον ἄνδρα γενέσθαι καὶ ὑπὸ μηδενὸς γνωρισθῆναι. οὐ γὰρ ἀρκεῖ εἰ Σωκράτης κ.τ.ἑ.

VIII. 3. Ἀλέξανδρος δὲ καὶ Γάϊος καὶ Πομπήϊος τί πρὸς Δι γένη καὶ Ἡράκλειτον καὶ Σωκράτην; In incerta capitum co nexione et ordine neque hic illud δέ in initio capitis positu cum interpretibus tollere, neque XI. 16 κάλλιστα δὲ ζῆν in δι ζῆν mutare, neque XII. 9 ὅμοιον δ' εἶναι δεῖ sollicitare ausim.

IX. 29. χειμάρρους ἡ τῶν ὅλων οὐσία· πάντα φέρει. ὡς εὐτε δὲ καὶ τὰ πολιτικὰ ταῦτα καὶ, ὡς οἴεται, φιλοσόφως πρακτι ἀνθρωπάρια! μυξῶν μεστά κ.τ.ἐ. Quomodo haec cohaereant quid huc faciat sententia prima non video; quae aut aliunde invec aut per se singulare caput effecisse videtur; utique a nova lin pergendum erat ὡς εὐτελῆ δὲ καί κ.τ.ἐ. De voce δέ in initio c pitis vide supra.

Ibid. 41. ταὐτὰ οὖν ἐκείνῳ, ἐὰν νοσῇς καὶ ἐν ἄλλῃ τινὶ περιστ σει· τὸ γὰρ μὴ ἀφίστασθαι φιλοσοφίας ἐν οἷς δήποτε τοῖς προ πίπτουσι μηδὲ ἰδιώτῃ καὶ ἀφυσιολόγῳ συμφλυαρεῖν πάσης αἱρέσε κοινόν, πρὸς μόνῳ ⟨δὲ⟩ τῷ νῦν πρασσομένῳ εἶναι καὶ τῷ ὀργάνῳ δι' οὗ πράσσεις. Et haec dirimenda sunt, ita ut verba πρὸς μό — πράσσεις novum caput et integram constituant exhortationem atque sic nihil opus est coniectura Mori vocem δέ inserentis.

X. 6. εἴτε ἄτομοι, εἴτε φύσις, πρῶτον κείσθω, ὅτι μέρος εἶ τοῦ ὅλου ὑπὸ φύσεως διοικουμένου· ἔπειτα, ὅτι ἔχω πως οἰκεί πρὸς τὰ ὁμογενῆ μέρη. Nota illa disiunctio εἴτε ἄτομοι εἴτε φ σις quid huc faciat, nullus intellego; immo cum sequentib plane pugnare videtur. Remota lacinia initium capitis faciendu a verbis πρῶτον κείσθω κ.τ.ἐ.

Ibid. 10. ἀράχνιον μυῖαν θηρᾶσαν μέγα φρόνει, ἄλλος δὲ γίδιον, ἄλλος δὲ ὑποχῇ ἀφύην, ἄλλος δὲ συΐδια, ἄλλος δὲ ἄρκτο ἄλλος Σαρμάτας. οὗτοι γὰρ οὐ λῃσταί, ἐὰν τὰ δόγματα ἐξετάζῃ Caput est celeberrimum, itaque vereor confiteri me vix intel gere, quomodo exordium et finis inter se cohaereant. Pri parte agitur de vanitate gloriae et de spernenda etiam bell laude, at verbis ultimis, si quid video, tanguntur homines i vulgares (nota solitum illud οὗτοι), qui „κλέπτουσιν, οὐ χεί καὶ ποσίν, ἀλλὰ τῷ τιμιωτάτῳ ἑαυτῶν μέρει" (X. 13). Ver

autem viri clarissimi Renan de hoc loco sic disserentis „sceptique sur la guerre il doutait de la légitimité de ses propres victoires" vereor, ne magis acute quam vere dicta sint, neque mihi Antoninum fingo res, imprimis res tanti momenti, agentem, quas non plene et ex animo probasset, nedum ea sibi esse dogmata, quae praedonibus, declarantem. Contra audi Casaubonum et simpliciter et perite loci initium interpretantem: „Sarmatici belli ab Antonino feliciter confecti gloria quanta fuerit, docent Historici. Vanam superbiam et insolentiam ridet hic fortissimus idemque prudentissimus imperator, non quo quicquam militibus, qui iuvandae patriae aut iustitiae inter homines tuendae causa stipendia merentur et propriam salutem publico postponunt bono detractum velit."

Quae cum ita sint, donec meliora docear, verba illa *οὗτοι γέ μ'* etqseqq. novi versus initio collocanda esse censeo, ut per se integram efficiant exclamationem.

Ibid. 31. *τί οὖν ἐντείνῃ; τί δ' οὐκ ἀρκεῖ σοι τὸ βράχυ τοῦτο κεμίως διαπερᾶσαι; οἷαν ὕλην καὶ ὑπόθεσιν φεύγεις; κ.τ.ἑ.* Per verba *οἷαν ὕλην* etqseqq. novum incipi argumentum totius loci tenor aperte docet. Atque idem fere visum esse interpreti Fournier suspicor, qui rectissime monet verba illa non per interrogationem sed per exclamationem efferenda esse.

XI. 8. .... *ὅ τί ποτε λέγουσιν οἱ Φυτουργοί. ὁμοθαμνεῖν μέν, μὴ ὁμοδογματεῖν δέ.* Audiendus erat Casaubonus, qui iudicat verba ultima, etsi quodammodo cum praecedentibus cohaereant, tamen multo melius nova alinea a superioribus distingui. Atque sic optime infinitivus ille pro imperativo effertur neque opus est coniecturis, quibus sat multis locum tentarunt viri docti a Gat. laudati.

Paucos tantum attuli locos, in quibus ordo et nexus sententiarum turbatus videtur; alios superesse mihi constat. Etenim cum commentarios perlegenti mihi magis magisque persuadeatur, Antoninum eum scriptorem fuisse, qui et acute cogitare et cogitata lucide exponere optime didicisset, immo qui, dum rem suam et

argumentum philosophice perpenderet, penitus perscrutaretu recte distingueret, perspicuitatem enarrandi sponte consequeretu quod testantur tot capita et leniter et facile et pellucide - eleganter fere perscripta, ubicunque offendit oratio abrupta v argumenti ordo deficiens, codices vitio laborare facilius mil persuadeo quam textui tradito docti atque arcani aliquid subess

---

AD ARISTOPHANIS NUBIUM VSS. 530 SQ.

κἀγώ — παρθένος γὰρ ἔτ' ἦ κοὐκ ἐξῆν πώ μοι τεκεῖν — ἐξέθηκα, παῖς δ' ἑτέρα τις λαβοῦσ' ἀνείλετο.

Si usquam, hic nobis in mentem venire debet Philippi Aethi pem aulicum rogantis: „*ἆρά γε γιγνώσκεις ἃ ἀναγιγνώσκεις* Per plus duo milia annorum haec legunt viri docti innume neque quisquam eorum intellexit vel intelligere potuit. Qu enim? Lepide poeta causa ficta veram cur nondum suo nomi fabulam scenae commiserit obtegit, vel potius venusta imagi veram illam causam exornat. Peregrinum se esse (facio eni cum Leeuwenio) fatetur, sed mox optimo iure civem Atticu fore gloriatur. Olim similis erat innuptae, quae si peperit fetu suum mulieri alicui committere debet, quae eum tamqua iusto conceptum matrimonio palam educare et foras profer possit, at posthac...! Venustam quod eam imaginem dicebai correctam praecipiebam animo, nam nunc quidem omnium e absurdissima. Virgo quod peperit, quoniam parere ipsi non lic exposuit: expositum tollit et suum mentitur quis? Alia virg An quidquam interesse inter *παρθένον* et *παῖδα* aliquam stat amus? Et tamen ut pro ineptissima ista lectione restituat quae salsissimum praebeat sensum et aptissimum poetae *ὀνόμα περιπέττοντι τὴν ἀλήθειαν* ne una quidem litterula mutata op est, sed pro *ἐξέθηκα παῖς* legamus *ἐξέθηκ' ἄπαις*.

„*ἄπαις ἑτέρα τις* alia quaedam mulier, cui utpote nupt lege quidem parere liceret, natura nunquam contigisset" - num quidquam hic poni potuit quod ipsam veritatem grati et agnosceret et dissimularet? J. J. H.

APULEIANA.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN I. F.

(*Continuantur e Vol.* XXXIV *pag.* 360).

Pag. 222, 5 *diductum* F *deductum* ϕ, contra huius pag. vs. 16 *deuertimus* F *diuertimus* ϕ. 9 *Nam* F, sed littera maiuscula est refecta.

222, 9 nam et galeam nitore praemicantem et scutum *gerebam longius relucens* sed etiam lanceam longissimo hastili conspicuam e. q. s.

Gerebam recte van der Vliet e codicum scriptura *cetera* eruisse videtur, sed *longius*, quod Elmenhorst coniecit, vix est sanum. Equidem *longiore lucens*, quod libri manu scripti exhibent, exstitisse puto ex *longe relucens* [1]) vel *longere lucens*. Ex *longere* nescio quis inductus, opinor, superlativo mox sequente *longissimo* (cf. vs. 10) effecit *longiore*. Quocirca restituo: et scutum gerebam *longe* relucens [2]) e. q. s.

Longius, quod sciam, bis tantum invenitur in Metamorphosibus (nempe 68, 25 aliquanto longius et 140, 9 iam inde longius) at persaepe *longe* (12, 18 non longe ... abest; 25, 15 longe prouisum; 96, 3 (= 244, 24) longe lateque; 130, 22; 178, 5; 181, 1 cet. Unum modo huc optime quadrans exemplum plenius exscribatur 254, 7 et quae longe longeque etiam meum confutabat optutum palla nigerrima splendescens atro nitore e. q. s.

Frequentissime praeterea *longe* apud Apuleium vim auget

1) Cf. 261, 11 *inclementissime* est in ϕ^1 pro *inclementi me*.

2) Cf. 139, 8 uelati stellis relucentem.

positivi (17, 15 longe opulentus; 103, 14 longe firmiter cet. et comparativi (132, 27 longe uegetior; 249, 7 longe suauior cet.) et superlativi (24, 13 longe pulcherrima; 198, 23 longe deterrimam cet.).

Praecipue denique attendantur loci, ubi *longe* praepositionis vice fungitur; sunt autem hi 15, 21 haud ita longe radices platani lenis fluuius ..... ibat et 101, 11 degamus longe parentum [1]) uelut exulantes (quocum conferatur *πόρρω εἶναί τινος*).

222, 23 *adque* φ. 26 *repauerat.*

223, 3 *tragediam* φ. 4 *ascendẽ* φ. 8 *bachatus* φ. 9 *exestuabat.* F. 10 *langore* φ. 11 *ualitudine* φ. 18 *anelitus.* 19 *utrimquesexus* (compendiose) ϕ^1, at ϕ^2 mutavit s in *c.* 19 *lateron* ϕ^1 *laterõn* ϕ^2. 21 *ueneree* φ. 26 *adolescens* φ. 224, 1 *sistem* rescriptum est. 1 *Sed* F, at *S* refecta est.

224, 2 et ut in quodam uado dubitationis haerens omne uerbum quod praesenti sermoni putarat aptissimum rursum improbans, nutante etiam nunc pudore, unde potissimum caperem exordium decunctatur.

Ab hac sententia non multum differt (262, 5) at ego stupore nimio defixus tacitus haerebam, animo meo tam repentinum tamque magnum non capiente gaudium, quid potissimum praefarer primarium, unde nouae uocis exordium caperem e. q. s.

Comparari potest etiam Odyss. IX, 14:

τί πρῶτόν τοι ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω;

Verba: stupore defixus haerebam leguntur etiam pg. 196, 24 e similia sunt 53, 30 obstupefactus haesi nec possum nouae illius imaginis rationem idoneis uerbis expedire.

224, 6 *nichil* Fφ. 8 *dampnosam* φ. 8 *nacta* φ.

224, 20 nam quod nemo nouit, *paene non fit.*

Hic habemus unicam ex omnibus Apulei scriptis clausulam verbo monosyllabo terminatam, ad quam rem singularem spectare et sententiae metrum trochaicum et *παρονομασίαν*, quam extrema cola (*nouit* et *non fit*) efficiunt, docet nos Kichhoff [2]).

---

1) Cf. quae R. Helm (Quaestiones Apuleianae. Philol. Suppl. IX pg. 539) comparans *ἀπάνευθε τοκήων* de Graecismis disputavit.

2) De Apulei clausularum compositione et arte quaestiones criticae (Suppl. Annal. Philol. 28) pg. 28, 29, 31 sqq.

224, 22 *adolescens* Fϕ. 23 *exorruisset* ϕ^1, at m. r. addidit *h* supra *o*.

224, 26 prolixe pollicetur.

Hoc Apuleius ipse repetit: (244, 16) omnia prolixe adcumulateque pollicetur. Conferre oportet notissimum locum Ciceronianum (ad fam. VII 5, 1) neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promisi.

Praeterea legimus: (69, 9) arbores in lauri faciem prolixe foliatae [1]); (152, 7) me.... matrona prolixe curitabat; (171, 16) prolixe consentit; (185, 11) prolixe fimbriatum sc. flagrum; (196, 12) loca lautia prolixe praebuit.

Adiectivum quoque saepissime occurrit (29, 14) prolixa serie; (68, 5 = 273, 2) sermo prolixus; (113, 6) senectutis prolixae; (170, 9) prolixum heiulat (ubi accusativus aduerbialiter positus est, sicut 119, 21 longum exclamat) cet. Subiungamus Florid. XV (v. d. Vliet 165, 4) ¦coma prolixior (cf. Metamorph. 253, 28 crines uberrimi prolixique), de deo Socrat. init. (Goldb. pg. 1, 12) uenia prolixior cet.

225, 2 *ne qequam* F; *neqeq*^{a} ϕ^1, at m. r. exaravit *c* supra *e*. 11 *quo ad illa* F. 21 *forte—fortuna* (haec duo verba nunc lineola sunt iuncta) ϕ^2.

225, 26 ubi fratri suo paratam mortem ebibit.

Cum hac ratione loquendi comparetur (242, 28) ut ille quidem momentarium uenenum uenderet, illa [2]) autem emeret mortem mariti sui.

225, 26 *ebibit* F, at supra *t* et post hanc litteram aliquid erasum est, fortasse compendii signum pro *ur*. 30 *insimuabant* ϕ, sed *l* addita supra *u* a prima manu (ut vid.). 32 *acerua* F^1 ϕ^1 *acerba* F^2 ϕ^2.

226, 2 *erumpna* ϕ. 12 *noluisse* ϕ^1, at m. r. addidit *t* supra *e*.

226, 14 tunc ‹*pater*› *infelix* duplici filiorum morte percussus magnis aerumnarum procellis aestuat.

Editor inseruit *pater*, sed quia Apuleius brevi saepe intermisso spatio eadem verba repetere solet, equidem addere malim *senex*, legitur enim vs. 22 et statim ab ipso eius rogo *senex infelix* ora sua recentibus adhuc rigans lacrimis e. q. s.

226, 20 *subolis* F^1, at m. r. mutavit *u* in *o*; ϕ autem exhibet *s*$\overset{u}{o}$*bolis*, illa *u* vi-

1) Cf. 260, 2 palmam auro subtiliter foliatam.

2) Nolim desciscere a tradita lectione.

detur profecta a m. r. 29 *incomminata* ὑφ' ἓν Fφ. 30 *set* φ. 227, 4 *puplicum* [illegible] *puplice* φ. 5 *Magistratus* F, sed *M* rescripta est. 9 *utrimquesexus* φ. 15 *c̄uenirent* F² φ. 15 *protinus* F² φ. 20 *p̄coneq*⌉ φ¹, sed m. r. ducta lineola ad perpendiculum derecta divisit *p̄co* a sequentibus litteris, eadem manus mutavit *q*⌉ in *q3*.

227, 22 quibus autem uerbis accusator ⟨*reum*⟩ urserit, quibus rebus diluerit reus ac prorsus orationes altercationesque neque ipse absens apud praesepium scire ⟨*potui*⟩ neque ad uos quae ignoraui possum enuntiare.

Reum, quod F non agnoscit in Φ manus recens inseruit, in textum non existimo recipiendum, immo ut coninnitas [1]) servetur potius verba *urserit* in priore et *diluerit* in altero membro careant obiecto necesse est.

Porro praestat fortasse sic scribere: neque ipse absens apud praesepium ⟨*potui*⟩ scire e. q. s. quoniam veri similius est uocem *potui* (quae in Φ a m. r. exarata est supra *scire*) excidisse post *p̄sepiū* quam post *scire*. Hunc verborum ordinem tuetur primum (vs. 26) possum enuntiare, deinde (76, 20) potuit adducere; (78, 1) posset explicare; (122, 1) potuerunt prodesse; (166, 29) potuit expleri; (182, 15) poterit iuuare; (218, 4) quiuit amittere, cet.

227, 26 ad istas litteras proferam.

Supra legimus (222, 22) ad librum profero; comparandae sunt locutiones: producor ad uiam, ad uiam prodeunt cet. de quibus egi ad 191, 14. Bis autem praepositio *in* adhibetur scil. (136, 5) producunt in uiam et (156, 11) producit in uiam.

227, 27 simul enim finita est dicentium contentio ueritatem criminum fidemque probationibus certis instrui nec suspicionibus tantam coniecturam permitti placuit atque illum potissimum seruum, qui solus haec ita gesta esse scire diceretur, sisti modis omnibus [oportere].

Ita agi non „oportere" ita agi visum est iudicibus vel potius patribus, qui in curiam convenerant (cf. vs. 15), quamobrem seclusi interpretamentum. Operae pretium est observare nisi rarissime in Metamorphosibus *oportere* non occurrere: in libro

---

1) Cf. Novák l. c. pg. 5 Apuleius, qui aequabilitatis sermonis adfectator est magnus e. q. s.

nono legitur semel (207, 29), semel quoque in libro undecimo (268, 21). Novák redarguit editorem Batavum contra codices scribentem: (227, 3) cuncti conclamarint lapidibus obrutum publicum malum publice uindicari ⟨*oportere*⟩.

At *debere* sescenties invenitur 63, 12; 65, 3; 119, 18; 129, 23; 130, 27; 131, 10; 148, 28; 150, 9; 201, 29; 211, 6; 233, 19; 255, 28 cet. De constructione verbi, quod est *placere*, dicturus sum ad 231, 1.

227, 29 *suspicionib*; F¹ sed *nib* post refectum est, praeterea manus recens superscripsit *ni*, unde orta est varia lectio *suspicioni*.

228, 2 *uelle conferte* φ¹, nunc codex praebet *uellẹ conferte*; num puncta et illud *re* eiusdem manus sint affirmare non ausim. 4 *adseuerare* φ¹ sed m. r. exaravit *s* supra *d* expunctam. 4 *adserere* φ¹ sed m. r. scripsit *s* supra *d* expunctam. 9 *cminis* sic compendiose scr. (sicut 228, 9), plerumque tamen plene scriptum. 10 *neglexisse* φ. 12 *imagine* F¹ *imaginē* F².

228, 11 *ad* ueritatis imaginem.

Huius modi locutiones plurimae leguntur: (23, 14) ad regulam; (35, 21) ad cuius noctis exemplar; (60, 13) ad exemplum duodeni laboris (quocum conferendum est (208, 30) ad exemplum truculentiae); (169, 1) ad habitum dei; (169, 16) ad limam consilii; (188, 8) eius ad similitudinem; (197, 25) ad quem modum [1]); (261, 5) ad ipsum praescriptum ornatum. Verum nulla frequentius adhibetur quam ad instar velut (20, 23) ad instar solitudinis et scopuli; (29, 12) ad instar speculi; (78, 5) ad instar circumforaneae domus; (88, 13) ad instar Attidis uel Protesilai dispestae disturbataeque nuptiae; (208, 11) ad instar testitudinis (cf. 9, 23); (222, 13) ad instar exercitus; (237, 24) ad instar asinariae Pasiphaae; (246, 27) ad instar incliti montis; (267, 15) ad instar uoluntariae mortis et precariae salutis; (271, 18) ad instar Solis cet.

228, 11 haec ..... uerberone illo *sinẹ ulla* tum trepidatione perferente e. q. s.

Hanc editoris coniecturam Novákio probatam confirmare uidentur uerba, quae huc spectant: (229, 23) Ingens exinde uerberonem corripit trepidatio e. q. s.

228, 22 *fidi* φ (cf. 201, 23). 24 *ad orne*⌉ est in F; fieri potest ut manus antiqua

1) Constanter scribit Apuleius: ad hunc (istum, eundem) modum pro: hoc (isto, eodem) modo, cf. Novák l. c. pg. 51.

di superscripserit; *ordinem* φ. 28 *peierare* φ exhibet, mutatio est manus recentis, in marg. exstat *peierare*.

229, 4 *Furcifer* F, sed *F* refecta. 10 *incoccine* ϕ^1 *incŏccinne* ϕ^2. 14 *reperiatur* φ. 19 *tabernal* ϕ^1 *tabernaȝ* ϕ^2, praeterea m. r. superscripsit *domū*. 23 *ūberonem* F in textu at in marg. *umbero* (sicut 230, 2). 28 *balbutiens* F.

230, 6 *compatio* φ. 6 *suscipionem* errore typothetico pro *suspicionem*. 16 *compare* φ. 22 *telone fas* F^1 at F^2 lineola *ne* iunxit cum *fas*; in ϕ^1 est *telo nephas* at m. r. scripsit *f* supra *ph*. 23 *sopniferum* φ. 28 *siuere* Fφ.

230, 31 morte praeuentus est.

Conferamus Ovid. Trist. V 4, 32

Quod non praeventum morte fuisse dolet;

et Schol. Bobiens. (Orell.) 234, 2 sed rebus nondum confectis morte praeuentus est.

Cum Apulei verbis (226, 8) quod iam destinatam iuueni mortem praeuenisset puer comparare volumus: (Iustin. XXXII, 4) Sed Annibal, re cognita, sumpto ueneno legationem morte praeuenit.

In Metamorphosibus habemus praeterea (219, 22) praeuentus uulneribus et (241, 2) insita matribus pietate praeuenta, ubi participium eodem modo positum est atque Schol. Bob. 282, 36 eiusdem pollicitationis implendae desperatione praeuentus.

231, 1 ad istum modum seniore adorante ⟨*experiri*⟩ placuit et itur confestim magna cum festinatione ad illud sepulchrum quo corpus pueri depositum iacebat.

Optime sententiae conuenire verbum a v. d. Vliet insertum unusquisque videt, sed magis ex usu Apuleiano addideris *periclitari* (cf. 190, 23 ubi in marg. cod. φ *periclitantur* explanatur per *experiuntur*, sicut pg. 191, 9). Praeterea *periclitandi* vox occurrit 72, 3; 125, 8; 127, 20; 182, 23 cet. *periclitabunda* autem legitur 62, 13 et 111, 12.

Sensu *in periculo esse* hoc verbum non minus frequens est 48, 18; 108, 20; 121, 15; 124, 14; 125, 21; 187, 22 cet.

Animadvertendum denique est *placere* in Metamorph. construi cum infinitivo activo (141, 25; 177, 20; 221, 8), cum infinitivo passivo (142, 26; 152, 19; 227, 30), cum coniunctivo (75, 1), cum coniunctivo, quem comitatur coniunctio *ut* (220, 14).

231, 4 *Nemo* F, sed *n* mutata in *N*. 4 *decuria* ὑφ' ἓν F. 6 *copculo* Fφ. 7 in marg. sinistro F habet *caput*. 7 *comodum* sic nunc exhibet φ, *dudum* profecta est a manu recentiore, quae voluit fortasse *dudum*.

231, 12 iamque liquido serui nequissimi atque mulieris nequioris patefactis sceleribus e. q. s.

Iam Ovidius eodem modo superlativum posuit Fast. I, 212

Et cum possideant plurima, plura petunt;

quod saepius imitatus est Sidonius velut I 11, 2 carpebant plurimum vitia, plus homines.

At positivus iuxta superlativum adhibetur 98, 6 dulcissima et cara; 157, 5 pigrum tardissimumque et nimis asinum; 216, 15 saeuisque illis et ferocissimis, denique 241, 19 bene atque optime.

231, 16 *opportu* $\overline{\text{oi}}$ F¹ *opportuni* $\overline{\text{foi}}$ F² *fab'osa* F (etiam in marg.).

231, 17 et illius quidem senis famosa atque fabulosa fortuna prouidentiae diuinae condignum *accepit* exitum.

Codicum F ϕ scriptura *accepit* (cui v. d. Vliet *excepit* substituit) videtur tolerari posse cf. 192, 5 adhuc introeuntem maritum aspero sermone accipit e. q. s.

231, 20 *adolescentium* ϕ. 23 *co*]*parauerat rat* F¹ at dittographia post deleta est. *co*]*parauerat* ϕ.

231, 23 miles ille qui me ..... sine pretio suum fecerat.

Similiter dictum est 198, 21 Pistor ille qui me pretio suum fecerat: oppositum fere legitur 170, 3 lancea mali Thrasylli me tibi fecit alienum.

232, 4 adsciscor itaque inter duos illos fratres tertius contubernalis.

Nonne hic Apuleius irridet Ciceronis verba: (de Offic. III 45) petivit ut se ad amicitiam tertium ascriberent? In quae iocatur sine dubio scriptor noster supra 2, 18 duobus comitum, qui forte paululum praecesserant, tertium me facio.

Verisimilius igitur est Ciceronem (Catil. I § 1) quam Sallustium [1]) (Bell. Cat. 20, 9) denotari hisce verbis Apulei (66, 4) quo usque tandem cantherium patiemur istum? Haec significatio quater redit minus tamen luculenta, dico 136, 14; 156, 30; 181, 16; 250, 13.

---

1) Hoc putat Gatscha l. c. pg. 154.

232, 5 *tertius* bis scr. in F at m. r. dittographiam induxit. 9 *ille* F¹ 17 *pulcerrime* Φ¹, at m. r. scripsit *h* supra *c*. 21 *abligurrŋ-ba*ⁿ F²; quae f maria scriptura dinosci nequit.

233, 1 *ad* FΦ. 3 *diuentis* Φ¹ post *di* additum est supra *n* (fortasse manu). 13 *utrimquesexus* Φ¹, correxit m. r. 21 *affici* Φ. 22 *p̄rres* F² (24 *arpie* Φ. 24 *Sineias* F *finelas* Φ (at in marg. *fineias*).

234, 2 sed iste corporis mei *decor pudori peperit grande* d insolita namque tergoris uastitate commoti faenum ⟨*f* prorsus intactum cotidie manere cernentes iam totos ad rigunt animos.

Priorem sententiam exscripsi ut lectori oxymoron et rationem ante oculos ponerem.

In altera sententia Rhodii supplementum *mei* insertu *commoti* non admisi, nam verisimilius duco inter *fae* *prorsus* (=*ꝓrſuſ* vel *ꝓrſ'*) excidisse *fr̄ſ* (= fratres), quam in fabula hic narrata iam ter invenimus (232, 5 et 22, 2

Eo minus *mei* (= domini) huc quadrare videtur quod illi mox appellantur servi (cf. vs. 11 conseruis demonst fandam iumenti gulam et 235, 15 dominus uocatis serui emptoribus meis e. q. s.).

234, 6 *uelud* F *uelut* Φ. 8 *inerentem* Φ¹, at m. r. scripsit *h* supra p 10 *dirumpuntur* FΦ. 14 *p̄r̄cuntis* Φ¹, at m. r. correxit *c* in *e*.

234, 19 proxime consistens coram arbitrabatur.

Hic *arbitrari* [1]) valet idem quod auscultare observare 14, 16; 44, 5; 62, 2; 68, 28; 77, 11; 142, 25; 197, 15. autem sensu usurpatur 73, 20; 148, 26; 149, 6 cet.

234, 26 omne genus edulium solidorum et inlibata iussit adponi. Comparetur Sidon. Ep. VII 5, 4 omnia c tuae salva inlibata solida servantur.

234, 27 *illibata* Φ. 28 *uellule* FΦ² *bellule* Φ¹ (etiam in marg.). 29 *exib*

235, 1 *cōuiu*ⁱ Φ¹, at m. r. addidit *ui* supra *i*. 6 *poculum nobis* Φ¹, scripsit *q̊*; (= quoque) supra *m*.

235, 7 puer, lautum diligenter ecce illum aureum can mulso contempera et *offers* parasito meo e. q. s.

Vetustae illae imperativi formae (aufers defers offers

1) Cf. Roensch Itala und Vulgata, pg. 384.

quae leguntur in Metamorphosibus enumeravit Fridericus Norden [1]) pg. 69.

235, 9 *pasito meo* Fϕ, at ϕ^1 addidit *ra* supra *as*. 10 *Ingens* F^1, littera maiuscula u minuscula facta (sicut vs. 18 *Clamor* vs. 21 *Et*). 10 *ex hoc* Φ^1 corr. in *exinc* (ut vid.) 14 *exsurgit* ϕ^1 *exurgit* Fϕ^2. 14 *salute me prosequentium* haec verba a m. r. inducta in F integra exhibet ϕ.

235, 15 delibutus gaudio (repetitur ex 151, 16 et redit 265, 16; cf. 54, 9 laetitia delibuti).

Sensu proprio dictum est 155, 2 uulnus sanguine delibutum et 217, 30 sanguine delibuto mucrone.

Nemo miratur in luculentissimis narrationibus, ex quibus Apulei Metamorphoses constant, varie gaudii notionem verbis efferri. Hae autem locutiones dignae sunt quae commemorentur: (42, 4) diffusus in gaudium; (46, 6) deum Risum hilaro atque gaudiali ritu propitiamus; (153, 26) laetus et tripudians graduque molli gestiens; (202, 23) gaudio perfusus; (202, 27) laetitia percitus; (250, 19) gaudens et hilaris laetitiam saltando professa est; (265, 23) laetati gaudio; (276, 3) laetum gaudium capesse. Cf. ad 252, 19.

235, 18 *praephatus* ϕ. 24 *adprime* ϕ^1, at m. r. scripsit *p* supra *d* expunctam. 235, 25 *commodarem* ϕ et F (ut vid.). 27 *pocillatorem* Fϕ^1 *pocillatore* ϕ^2. 27 *conibens* ϕ^1 *coniuens* ϕ^2.

235, 29 sed uerebar ne si forte sine magistro humano ritu ederem pleraque, rati scaeuum praesagium portendere ⟨*rem*⟩, uelut e. q. s.

Codices FΦ exhibent *portendere*^{7} sed saepe infinitivis librarius addebat *m*, si verba antecedentia in *m* exibant (cf. 235, 25 *nutu*^{7} *commodare*^{7}).

At hinc non licet efficere lectionem *portendere* ⟨*rem*⟩, cum Apuleius quam maxime fugerit monosyllabum in fine clausularum ponere (cf. Kirchhoff l. c. pg. 28; et ea quae dixi ad 224, 20). Si opus sit inseri aliquid, malim: rati ⟨*sc. id*⟩ scaeuum praesagium portendere, nam *scilicet* innumerabilibus locis in Metamorphosibus legitur et optime sententiae convenit.

236, 4 *puplice* ϕ^1 *publice* ϕ^2. 6 ante *hic* in F exstat littera *q* inducta. 19 *studio*. *Tunc* Fϕ sic interpungunt. 21 *compaturus* ϕ. 22 *pabat*.

1) Amor und Psyche. Einleitung und Kommentar. Teubner 1903.

236, 26 equis etiam Thessalicis et aliis iumentis Gallicanis (sc. posthabitis).

Non est cur ab hac tradita lectione cum editore nostro recedamus: *aliis* [1]) enim Graeco modo (sicut saepe ἄλλος) hic positum est. Fortasse hoc quoque loco Apuleius imitatur Livium scribentem (IV 41, 8) eo missa plaustra *iumentaque alia*.

Ceterum sicut hic invenimus *equis Thessalicis*, emendandum videtur 73, 27 clamore ludunt, strepitu cantilant, conuiciis iocantur ac iam cetera semiferis Lapithis *Thessalicis* (pro corrupto *tebanib*;) Centaurisque similia.

237, 1 *soboles* ϕ^1 17 *admissi* F^1 at m. r. supra lineam *s* addidit. 24 *asinaria ephasiphaę* F^1 *asinarie phasiphaę* F^2.

238, 2 *etiam* $F\phi$. 3 *quanque* F. 4 *appat'* ϕ. *enuchi* ϕ^2 at m. r. scripsit *u* supra *e*. 7 *p̄be* ϕ^1, at *p̄be* ϕ^2 (expunxit ergo). 16 *basculo* ϕ^1 (*uasculo* $F\phi^2$).

238, 16 de stagneo uasculo multo sese perungit oleo balsamo meque indidem largissime perfricat sed multo *tanta impensius* [cura] etiam nares perfundit meas.

Ita secundum codices legendum esse et *cura* addidisse glossema interpretem, qui *tanta* non intellegeret plane demonstravit Leo [2]). Si quaerimus quae vox subaudiendâ sit ad *tanta*, nos docere potest epistula M. Caesaris ad Frontonem (ed. Nab. 67, 15) decem *partibus* tuas litteras legere malim quam e. q. s.

Itaque illud asyndeton [3]) *multo tanta impensius* coaluit fortasse ex *multo impensius* et *tanta parte impensius*.

Huic explicationi favere videtur locutio Apuleiana (234, 20) ex aliqua parte mollius.

239, 1 *uasiola* $F^1\phi^2$ *basiola* $F^2\phi^1$.

239, 4 Codicum $F\phi$ auctoritatem secuti scribimus: „amo" et „cupio" et „te solum diligo" *et* „sine te iam uiuere nequeo".

239, 6 *Capistro* F. 9 *formosae* ϕ. 12 *ungento* $F\phi^1$ at ϕ^2 scripsit *u* supra *e*. 12 *proluuium* ϕ^2. 14 *que*$\bar{}$*amodū* (quemammodum) ϕ. 17 *ambroseo* $F\phi$. 19 *sabiari* $F\phi^1$ *sauiari* ϕ^2. 20 post *mulier* in ϕ una littera (*e*?) erasa est. 22 *obiect;* F *obiectū* ϕ. 23 *sauia* F^1 *sabia* F^2 *suauia* ϕ, sed m. r. superscripsit *basia*.

240, 2 „teneo meum palumbulum, meum passerem."

---

1) Praeter necessitatem *aliis* editor et Novák sollicitant etiam 238, 9.

2) Arch. f. Lat. Lex. 1902. 12ter Jahrg. pg. 100—102. Lexicalische Bemerkungen zu Apuleius.

3) Cf. Leonis disput. pg. 102.

His verbis deridetur locus Plautinus, nempe (Cas. 138)

Meus pullus passer, mea columba, mi lepus.

Conferantur quoque verba dicacia quae supra legimus (183, 25) „caue ne solus exedas tam bellum scilicet pullulum sed nobis quoque tuis palumbulis non nunquam inpertias."

240, 5 *complexato tum* (sic divisim scr.) Fφ. 7 *rauido* F¹ *rapido* F² *rabido* φ. 12 *lucis* (in marg.) φ.

240, 19 et quoniam neque egregia illa uxor mea ‹*parata erat*› propter dignitatem neque prorsus ulla alia inueniri potuerat grandi praemio, uilis anquiritur aliqua sententia praesidis bestiis addicta e. q. s.

Parum probabiliter editor statim post *dignitatem* addidit ‹*adhiberi poterat*›, equidem inserui quod desiderabam, solet enim Apuleius in tali re verbum *parandi* adhibere, ut elucet ex 30, 8; 30, 18; 183, 21 (seruulum ministerio suo paratum); 186, 10 (industria laterum atque imis uentris bene praeparatum) cet. Cf. quoque Florid. XIV (v. d. Vliet 164, 3) coramque uirginem inminuisset paratam pari constantia e. q. s. Ante *propter* [1]) facile *parata erat* potuit excidere.

240, 22 *bilis* F¹φ, sed F² mutavit *b* in *u*. 22 *acquiriť* φ¹ sed φ² scripsit *n* supra *c* expunctam. 24 *puulicam* φ¹ *publicam* φ². 29 *fetus* E¹ *fetū* F² *fet'* φ.

240, 29 (mandauit uxori suae .....) ut si sexus sequioris edidisset foetum, protinus quod esset editum *necaretur*. at illa per absentiam mariti natam puellam ‹*perimere*› insita matribus pietate praeuenta desciuit ab obsequio mariti eamque prodidit uicinis alumnandam regressoque iam marito natam *necatam*que nuntiauit.

Ex usu Apuleiano est in eadem periodo eadem verba alio tempore vel modo saepe enuntiata ponere: melius ergo supra *necare* inserueris quam *perimere*. Accedit quod nisi metricam vim syllabarum neglexerimus aptiorem sic numerum consequemur. Nusquam quod sciam infinitivus *perimere* in Metamorphosibus legitur, at *necare* occurrit certe 65, 3.

241, 1 *p̄ abstinentia*ⁿ F¹φ, at F² delevit compendii signum pro *m*. 8 *nam* F¹ *Nam* F². 11 *obseq̄ sanguinis sui munus adq religiose* φ¹ at φ² delevit omnia inter *obseq̄* et *religiose*. 11 in marg exaratum est: ⁊ *sororis officiū*. 12 *archanis*

1) De compendio scripturae cf. ad 250, 30.

Fϕ. 13. *facietenus* ϕ. 20 *fortuna* F^1 ϕ *fortune* F^2. 23 *hac* Fϕ^1. 23 *puellam* F^1 Φ *puillam* ϕ^2 (ut vid.). 24 *thori* ϕ. 28 *sibi* in F rescriptum est (fortasse primo fuit *sib*)- 242, 7 *gnauiter* Φ.

242, 8 sed ubi fraudis extremae lapsa *decipulo* e. q. s.

Idem fere legitur 166, 8 nactus fraudium opportunum decipulum.

Huius substantivi pluralis invenitur Florid. XVIII (v. d. Vliet 181, 21) cuncta illa exorabula iudicantium et decipula aduersantium; qui numerus deprehendi videtur in verbis laudatis a Frontone: (Nab. 13, 1) Praestigiae nullae tam versutae; nulla, ut ait Levius, decipula tam insidiosa. Rursus singularem offert Sidonius: (Ep. VIII 10, 4) per decipulum male blandientis eloquii.

Etiam vocabulum synonymum adhibet 244, 20 laqueis fraudium e. q. s.

242, 16 *aceruae* F^1 *acerbae* F^2 *acerue* ϕ^1, sed m. r. superscripsit *p̄* *be* (= pro *be*)- 18 *tradī* ϕ. 19 *illata* ϕ (et F^1 ut vid.). 21 *acerrimeque* Fϕ.

242, 22 ut ipsi quoque iam medela uideretur *esse* necessaria-

Editor omisit *esse* quamquam uterque codex verbum substantivum exhibet; addamus Apuleium *necesse* sine uerbo *esse* non ponere (cf. Novák l. c. pg. 44).

242, 25 *nocte* ϕ^1 at m. r. expunxit *c*. 27 *tropea* ϕ at m. r. scripsit *h* supra *p*- 28 *sexr̄ria* ϕ.

243, 1 quo confecto simulatur necessaria praecordiis leniendis bilique subtrahendae illa praenobilis potio quam sacram doctiores nominant, sed in eius *uice* subditur alia Proserpinae sacra *Salutī* ⟨*infesta*⟩.

Editor adiecit *infesta*, at Apuleius hoc scribere non potuit, quippe qui quam maxime studeat hiatum in clausula vitare [1]). Porro vix dubito quin *Saluti* interpretamentum fuerit vocis *sacram* et in verba scriptoris irrepserit. Ad extremum facio cum Stewechio Hauptio aliis, qui requirunt *in eius uicem*. In talibus enim locutionibus praepositio construi solet cum accusativo, ut apparet ex hisce exemplis:

(69, 10) in modum floris; (254, 1) in modum speculi; (260, 8)

1) Cf. Kirchhoff l. c. pg. 19 sqq. Novák l. c. 65.

in modum papillae cet. (67, 20) in asini faciem; (69, 10) in lauri faciem cet.

(15, 22) in speciem placidae paludis; (247, 15) in deae Iunonis speciem; (271, 13) in speciem pinnatae alitis cet. (43, 1) in adulteri gratiam; (104, 18) in morem Sirenum; (163, 19) in historiae specimen; (254, 2 in) argumentum lunae; (71, 4) in altioris uindictae uicem; (199, 2) in uicem certae religionis; (229, 24) in uicem humani coloris; (271, 18) in uicem simulacri cet.

Ubi autem praepositio deest habemus (155, 23) fomenti uice aut (55, 7) sermonis uicem et (188, 10) ceruini uicem.

Itaque reponendum puto: sed in eius *uice⟨m⟩* subditur alia Proserpinae sacra [Saluti].

243, 2 illa praenobilis potio.

Alibi adiectivum usurpatur de personis (163, 20) iuuenis natalibus praenobilis; Florid. XVI (v. d. Vliet 172, 25) praenobilior sit proprio ingenio; cf. etiam Prudent. Hamartig. 697

„Vade homo adflatu nostri praenobilis oris."

243, 13 quae res utique te, tam prudentem tamque doctum uirum, nequaquam *offendet*, si religiosa uxor circa salutem mariti sollicitam necessariam adfero pietatem.

Exhibet Φ, quocum ceteri codices conspirant, *offendit* at superscriptum est *offēdĕ dʒ* (= offendere debet), quae recta explicatio simul declarat editorem frustra *offendet* in textum recepisse.

243, 20 *trepidatione aliqua uel cunctatione ipsa* F (errat v. d. Vliet in annotatione). 20 *male* F. 21 *portione* F¹ Φ, at F² *r* induxit.

23 *q̧* exhibet Φ¹, at in Φ² est *q̧d*.

244, 2 *cecam* FΦ. 4 *sompnolenta* Φ. 5 *uixq;* F sed *x* rescr.

244, 5 enarratis cunctis, ad uxorem *mandato*, saltem promissam mercedem mortis geminatae deposceret e. q. s.

Eodem modo supra dictum est (165, 18) *mandato* cubili residentes inuaderent bestias. Confer etiam: (242, 1) *addito* ut sola et sine ullo comite quam maturissime perueniret.

244, 9 *illi* FΦ at in marg. Φ habet *ille*. 15 *ymaginem* F. 18 *paxillū* Φ, at in marg. *pauxillum*. 22 *fac̆et* (= faceret) F. 23 *pixydem* Φ. 24 *nanctam* F¹ *nancta* F² *nacta* Φ. 27 *necauerat* F² Φ at F¹ fortasse habebat *neccauerat* vel *nexauerat*. 27 *neccessariaꝝ* F. 28 *egerrime* F.

245, 1 *inhiansquę* F *inhiansq̄* Φ (at in marg. Φ habet *inhiansq₃*).

245, 1 inhiansque *toto* filiae patrimonio e. q. s.

Haec dativi forma saepe legitur, velut (197, 6) toto coetui (265, 12) senatuique et equiti totoque Romano populo cet., qui bus subiungo (263, 25) totae ciuitati notus; (130, 17) laboriqu isto succumbis; (171, 17) uno potiundi studio postponens omnia (230, 9) ac ne ipso quidem succumbit igni.

245, 4 *quale* $F^1\phi^1$, *quale*] F^2 *qualē* ϕ^2, 5 *uxore* $F^1\phi$ *uxorē* F^2. 8 *ad* $F^1\phi^1$ *a* F^2 (*d* erasa) *ad* ϕ^2.

245, 8 at uxor medici, dum noxiis ambagibus pulmones eiu pererrat tempestas detestabilis potionis, primum suspicata quo res erat, mox *urguente spiritu* iam *certo certior* contendit a ipsam praesidis domum magnoque fidem eius protestata clamor e. q. s.

Illud *urguente spiritu* tueri videtur coniecturam Orelli: (Scho Gronov. 402, 29) *Ignem* parum erat dixisse, subiecit *ex ligni uiridibus*, quod est intolerabilius; addidit etiam *humidis* qu spiritus magis magisque *urgeri* (cod. augeri) solet.

Cum *certo certior* comparandum est (221, 1) *certo certius*; s milia sunt (3, 17) minimo minus (= Florid. 161, 9); (66, 2 nimiae nimio; (167, 29) nimium nimius; conferantur deniqu (16, 15) hac fabula fabulosius; (96, 4) sine pretio pretiosae.

Fidem protestari dixit etiam Ammianus Marcellinus XXIV 2, 1 et fidem Romanam pansis manibus protestantes e. q. s.

At cum (Florid. XVI pg. 172, 18) sed nunc ... ita ut soleo, publice protestabor comparetur (Front. Nab. 235, 3) caelum quidem consalutabo discedens et quae mihi conscius sum protestabor.

245, 16 *diligentes* $F^1\phi$ *diligenter* F^2. 17 *nurbine* $F^1\phi^1$ *turbine* $F^2\phi^2$. 17 *sem antes* F^1 at m. r. scripsit *i* supra *m*. 19 *exāmis* F et ϕ^2 (ut vid.), *exămis* ϕ^1. 20 *excretae* F^1 at inductum est a F^2; *exceterū* ϕ. 22 *adtracti sui* $F^1\phi^1$ *adtractis ui* $F^2\phi^2$. 23 *ueritate meruit* $F^1\phi^1$ *ueritatē meruit* F^2 *ueritatem + eruit* ϕ^2. 26 *puplicitu* ϕ^1 *publicitus* ϕ^2. 27 *conferraturus* ϕ^1 at m. r. scripsit *a* supra *e*. 28 *in meis uolens* ϕ.

246, 2 *sed priuata* (ut vid.) F^1 *priuatas* F^2. 2 *priuat; digitis* F. 3 *rotunda* ϕ 7 *dirupto* ϕ. 12 *scaeniorum* ϕ at post (fortasse a prima manu *c* scripta supra *o*) 13 *pauulum* $F^1\phi^1$ *pabulum* $F^2\phi^2$. 19 *grecanica* ϕ.

246, 18 Nam puelli puellaeque uirenti florentes aetatula, for ma conspicui, ueste nitidi, incessu gestuosi *Graecanicae salta*

turae pyrrhicae dispositis ordinationibus decoros ambitus inerrabant e. q. s.

Ita scribens locum paene extricasse videtur H. Bluemner [1]), haereo tantum in verbo *ἄπαξ λεγομένῳ saltaturae*, quamquam φ in margine exhibet *saltatura*. Verum in textu codices consentientes habent *saltaṫ* (= saltatur), quod fortasse natum est ex *saltat'* (= saltatus). Itaque malim illud *saltatus* tamquam interpretamentum damnare. Alterum exemplum, ubi eodem modo peccatum est, praebet 88, 17 uisa sum mihi de domo de thalamo [de cubiculo] de toro denique ipso uiolenter extracta e. q. s.

246, 21 *orbe* Fφ. 24 *multinodes* F *multinodas* φ (idem in marg.), 28 *ideum* F. 247, 3 *frigii* Fφ. 4 *humeris* φ. 9 *ej* nunc est in F, fortasse *s* erasa est post *j*. 10 *caducaeum* F. 14 *se* F¹ (ut vid.) *e* F² 16 *cap̄* φ¹ *capu̇* φ² (etiam in marg. *cap̄*) *caput* F. 18 *cap̄* φ. 19 *clipeū* φ. 19 *astaⁿ* F¹ at F² videtur *h* (= *h*) supra priorem *s* scripsisse; *hasta*] φ. 30 *cęlo* F *celū* φ. 30 *cerulus* F.

247, 31 iam singulas uirgines quae deae putabantur ‹*sui quamque stipabant*› comites, Iunonem quidem Castor et Pollux.

In tradita lectione nemo acquievit, sed omnes fere editores lacunam statuerunt. Mihi videtur verbum imprimis Apuleianum excidisse. Suppleo autem: iam singulas uirgines quae deae putabantur comites ‹*continabantur*:› Iunonem quidem e. q. s.

Index a v. d. Vliet confectus recenset locos ubi hoc verbum legitur; hic autem laudetur modo 256, 2 incunctanter ergo dimotis turbelis alacer continare pompam. Quid vero significet discimus ex 260, 16 huius uestigium continuum sequebatur bos in erectum leuata statum e. q. s.

248, 2 *casides* φ¹. 5 *lastriã* F². 7 *addixisse* F¹, addidit *r* F² (ut vid.). 8 *ad* φ *at* F sed rescriptum est. 13. *saltitionis* Fφ in marg. φ *salticiois*. 14 *aspectu*] F *aspectū* φ. 19 *fabore* φ.

248, 19 Venus ecce cum magno fauore caueae in ipso meditullio scaenae, circumfuso populo laetissimorum paruulorum dulce subridens *constituta mone.*

Luetjohann sagaciter coniciens *constitit amoene* tamen non videtur rem acu tetigisse. Nusquam enim quod sciam in Metamorphosibus scriptor utitur adverbio *amoene* sed semper adiectivo

1) Mélanges Nicole pg. 38.

cf. 67, 19 (hortulum) amoenum; 69, 6 rosas ... amoen 80, 25 fontes amoenos; 95, 19 amoenum (diuersorium); 177, amoenum (nemus); 259, 2 amoenus ... chorus; 261, 21 am nis (rosis).

Verum magni interest conferre quod Koziol l. c. pg. 2 observat: Nach Art der Dichter gebraucht unser Autor wied holt Adjektiva, wo die classische Adverbien anwendet.

Quare edere velim *constitit amoena* cf. huius paginae vs. procedens quieta (sc. Iuno) et praecipue 135, 17 Venus ... fo monsa saltauit; praeterea 95, 12 suaue recubans; 249, 6 quibu spectatorum pectora suaue mulcentibus longe suauior Ven placide commoueri cet.

Necessario autem adverbium ponitur 110, 16 ipsum illu Cupidinem formonsum deum formonse cubantem cet.

248, 25 *nuptialis epulis* F^1 *nuptiales epulas* F^2 *nuptiales epulas* ϕ.
249, 1 *suboles* F^1 *soboles* $F^2\phi$. 3 *scites scitissimam* F^1, at m. r. induxit *sci* 9 *incedete* F^1 (ut vid.) *incedere* F^2. 11 *conibentibus* $F\phi$.

249, 12 haec ut primum ante iudicis conspectum facta es nisu brachiorum polliceri uidebatur ....., si fuisset deabus c teris antelata daturam se nuptam Paridi forma praecipuam su que similem.

Post *uidebatur* in extremo versu in F spatium parvum e stat vacuum, quamobrem requiri videtur *ipsa* si fuisset deab ceteris antelata e. q. s.

249, 16 *frigius* ϕ *frygius* F. 20 *ferensia* $F\phi^1$ at ϕ^2 corr. priorem *e* in *o*.
250, 3 *omis* ϕ^2. 5 *delficus* ϕ. 7 *coercebat* ϕ. 7 *suco* ϕ^1 at ϕ^2 addidit *c* supra

250, 8 (nonne diuinae prudentiae senex ..... herb pestilentis suco noxio peremptus est, relinquens ciuibus ign miniae perpetuae maculam.

Haec verba Platonis admiratoris fortasse respiciunt Apol. XX. Οὐ πολλοῦ γ' ἕνεκα χρόνου, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὄνομα ἕξετε κ αἰτίαν ὑπὸ τῶν βουλομένων τὴν πόλιν λοιδορεῖν, ὡς Σωκράτη ἀπ κτόνατε, ἄνδρα σοφόν.

250, 9 *filosophi* F^1, at F^2 scripsit *phi* supra *fi*. 19 *ylaris* ϕ. 22 *bino* $F\phi^1$, ϕ^2 scripsit *u* supra *b* expunctam. 29 *puplico* ϕ. 30 *pp* est in ϕ, at F exhibet $\bar{p}$ (= propter). 31 *nuptiiis* ϕ. 32 *etiam* $F\phi$. *thorus* ϕ.
251, 3 *puplice* ϕ. 3 *obundi* ϕ^1 *obeundi* ϕ^2. 5 *ip* ϕ^1 *ipe* ϕ^2 *ipse* F. 6 *uenerso*

13 *letuculo* ϕ^1 *lectuculo* ϕ^2. 15 *spetaculo* ϕ^1 *spectaculo* ϕ^2 *attonita* ϕ. 18 *potam* $F^1\phi^1$ (ut vid.). 19 *et celerrimo* F^1 *me celerrimo* F^2. 11 *cencheas* ϕ. 29 *uespernę* F.

In F haec est subscriptio

Metamorfoseon lib̄ X explic. Ego sallustius legi et
em̄daui rome felix Incip̄ lib̄ XI Feliciter

in ϕ autem sic se habet

Metamorforseon lib̄ X explicit. Incipit XI feliciter
Ego Salustius legi et emendaui rome felix.

Ad Lib. XI.

252, 5 *nactusque* ϕ. 15 *exsurgo* ϕ^1 at ϕ^2 expunxit *s*. 18 *pithagoras* ϕ.

252, 19 *laetus* et alacer (repetitur ex 67, 21).

Synonyma iunguntur (152, 4) laeti et gaudentes; (152, 27) gaudens laetusque. Cf. ad 235, 15.

252, 21 In marg. iuxta verba: Regina caeli siue tu Ceres alma, quae choliambum [1]) efficiunt, scriptum est *Or̄o* (= oratio).

Hoc caput non modo in universum eundem colorem habet atque preces Psychae supplicantis (VI, 4; pg. 121, 3—15) sed etiam singula verba subinde prorsus eadem sunt, velut *exanclatis* (121, 13 = 253, 11); cum plurali *delubra* (121, 6) confer *delubris* (253, 2): pro *subuenire* (121, 15) nostro loco (253, 10) invenitur *subsiste* cet.

252, 24 *eulesinian* ϕ^1 *eulesinia* ϕ^2. 2 *sobole* ϕ.

253, 3 *larbales* $F^1\phi^1$ *laruales* $F^2\phi^2$. 4 *tr̄eque* F. 9 *tumeis* ὑφ' ἓν ϕ^1F *tu|meis* ϕ^2. 10 *erūpnis* ϕ. 13 *fa em* (sic divisim scr.) ϕ^1 *faciem* ϕ^2.

253, 13 redde me conspectui meorum, redde me meo Lucio.

Cum priore colo comparanda sunt Vergilii verba (Aen. IX, 261)

..... revocate parentem | reddite conspectum.

Altera pars repetitur ex (pg. 246, 8) rosae quae me priori meo Lucio redderent.

253, 14 ac si quod offensum numen inexorabili me saevitia premit, mori saltem liceat si non licet ⟨*hominem*⟩ uiuere.

V. d. Vliet *hominem* inseruit, vix recte post antecedens: redde me meo Lucio, nisi forte nobis constantes scribere volumus: mori saltem ⟨asinum⟩ liceat. Sed tradita lectio facile defendi

1) Cf. Kirchhoff l. c. pg. 4.

potest cl. 256, 17 nec iniurium, cuius beneficio redieris ad homines ei totum debere quod uiues.

253, 17 Ad istum modum *fusis precibus* e. q. s.

Hic Apuleius imitatur Vergilium, cf Aen. VI, 55 funditque preces rex pectore ab imo, quod exemplum etiam Sidonius secutus est Ep. II 5, 2 pro quo precem sedulam fundo e. q. s.

253, 17 *adstructis* ϕ^1 *adstructis* ϕ^2 (etiam in marg.). 18 *michi* F $\overset{i}{m}$ ϕ. 19 *nec* F^1 *Nec* F^2. 20 *conipsera*^{m} Fϕ. 21 post *di* sequitur in F unius fere litterae spatiolum vacuum, quod excipiunt vestigia syllabae *is* prope erasae.

253, 21 uultus attollens emergit diuina facies.

Apuleius ipse supra dixit (159, 12) uastum attollens caput proserpit ursa; (169, 18) pallore deformem attollens faciem; (172, 31) attolle uacuam faciem et infra (260, 14) attollens canis ceruices arduas Anubis. Vergilius autem praeiit (Aen. I 354) ... ora modis attollens pallida miris.

253, 24 *conitor* (et in textum et (bis) in marg.) ϕ. 29 *dispersis* F^1 *dispersi* $F^2\phi$.

253, 30 corona multiformis uariis floribus sublimem distrinxer[illegible] uerticem.

Similis descriptio legitur 247, 16 nam et caput stringeb[illegible] diadema candida.

253, 31 (corona ...) cuius media quidem [1]) super fronte[illegible] plana rutunditas [2]) in modum speculi uel immo argumentu[illegible] lunae .. candidum lumen emicabat e. q. s.

In F ante *candidum* una fere littera erasa est: suspicor [illegible] legendum igitur censeo: *percandidum* lumen emicabat [3]) e. q. s.

Huiusmodi adiectiva composita saepissime scriptor noster ad hibet, velut perlucidus (44, 29; 95, 16; 191, 3; 251, 1; 253, 22 cet.); at lucida occurrit 254, 6 cet.); perargutus (237, 4; Florid. XIII pg. 163, 1; at argutum occurrit Metam. 254, 22); perastutula (192, 2); perinfamem (58, 16) peruigil (107, 9; 240, 11); perfacile 204, 1 cet.

---

1) *quidem* scribo cum codd.

2) *rotunditas* $F^2\phi$.

3) Supra quoque *emicare* obiectum adsciscit (214, 5) terra ... emicuit sanguinis fontem.

Percandidus invenitur Solin. 37, 20 (gemma percandida), Cels. 19, 24 (percandida compositio).

254, 5 multicolor bysso tenui ‹*tunica*› pertexta e. q. s. Dubitari vix potest quin *tunica* exciderit; descriptio certe nicae datur, sicut mox (vs. 8) pallae, quae super tunicam lebat gestari [1]). Illa autem vox inserenda videtur post *tenui*, iacum quandam similitudinem habet, quae collocatio commenatur etiam allitteratione. At editor in prima sententia, supplevit *estis tunica.*

Pro *tunica*, quod vocabulum saepe ab Apuleio adhibetur (23, 4; 27, 19; 262, 19; cet.), nonnumquam *lucinia* usurpatum est cf. 5, 19; 262, 14 cet.

254, 5 *bisso* φ. 10 *humerum* φ. 12 *horas* φ^2. 14 *coruscabant* F^1, at post *u* scripta supra *u*, quae prope evanuit. 15 *spirabat* F^1, at post compendii signum (ı = *ur*) erasum est. 22 *leuę* F. 26 *solę*. 27 *Arabiae felicia* in F est inductum.

254, 27 *spirans* Arabiae felicia germina.

Comparare possumus 246, 7 spirantes cinnameos odores promicarent rosae et 265, 6 simulacra spirantia; paulo aliter dictum est huius paginae (254) vs. 15 semenstris luna flammeos spirabat ignes.

Poetas imitatus Apuleius utitur *spirare* pro *flare* 272, 17 spirant flamina. Verum imprimis attendamus 101, 23 deum spirat mulier, quocum Weyman [2]) confert Ammian. Marcell. XXII 9, 1 At prosperis Iulianus elatior ultra homines iam spirabat.

254, 27 *uoce* F^1 at post *u* videtur exaratam esse supra *o*.
255, 1 *tu* F^1 *tui* F^2. 3 *summaꝫ animum* F^1 at post compendium illud *ꝫ* coniunctum est cum *animum*. 8. *totuꝫ*. 10 *autoctones* F *autothones* φ (idem in marg.). 11 *cipri* φ. 12 *Dictinnam* φ. 13 *Stigiam* Fφ. 15 *etq* F^1 (ut vid.) post *et* erasum. 11 *reginaisidem* F^1 (ut vid.) *reginā isidem* F^2.

255, 23 diem qui dies ex ista nocte nascetur e. q. s.

Cicero ipse quoque non ita raro substantivum antecedens repetit post pronomen relativum cf. In Catil. I § 7 Meministine

---

1) Die Gewandung der alten Griechen und Römer von W. Amelung. pg. 37 sqq. Vid. Tab. XX, 2.

2) Cf. Weyman Studien zu Apuleius. Sitzungsber. der Kön. Bay. Akad. d. Wissensch. Jahrg. 1898. IIter Bd. pg. 365.

me ante diem XII Kal. Nov. dicere in senatu fore in armis certo die, qui dies futurus esset ante diem VI Kal. Nov. C. Manlium [1])?

Ceterum ubi color narrationis aliquanto minus poeticus est, scriptor dicit: (273, 9) uesperaque quam dies insequebatur Iduum Decembrium sacrosanctam istam ciuitatem accedo; (257, 13) pruinam pridianam dies apricus ac placidus repente fuerat insecutus cet.

255, 24 *hybernis* φ. 28 *operiri* φ.

256, 1 *coharentem* Fφ. 2 $\overset{o}{g}$ (= ergo) φ. 5 *michique* F *mque* φ. 8 *que* $\overset{s}{s}$ *sequentia* F (φ omittens *sunt* exhibet *consequentia*). 11 *hylares* φ. 11 *festina* φ (cf. 258, 9).

256, 15 et penita mente conditum semper tenebis e. q. s.

Est ratio loquendi prope Ciceroniana cf. In Catil. I § 27 et ea penitus animis vestris mentibusque mandate e. q. s. vel Plautina cf. Pseudol. 941 Teneo omnia: in pectore condita sunt e. q. s.

256, 22 *semirotundo* F² φ. 23 *stigiis* φ. 24 *elisios* F *elysios* φ. 25 *regiosis* F, fortasse omnes litterae primae manus sunt; *religiosis* φ.

257, 7 *exsurgit* φ. 9 *hylaritudine* (cf. 256, 11) φ. 10 *michi* φ. 15 *uapore* F, at *u* et *p* atramento rubro superscripsit m. r. 18 *sobole* F² φ. 19 *contenta* c̄ *heriles* φ². 23 *adlubies* Fφ, *caelum* F¹ *Caelum* F².

257, 28 hic incinctus balteo *militem gerebat.*

Apuleius ipse supra dixit: (20, 9) et aedilem gerimus, quocum comparare possumus Sidon. Carm. VII 224

... sed spernis amicum
plus quam Romanum gerere;

Claudian. VIII, 294 Tu civem patremque geras; Liv. II 12, 10 nec unus in te ego hos animos gessi.

Contra quae legimus (223, 27) senili tristitie striatam gerens frontem et (256, 12) deformem istam quam geris faciem nos admonent Vergil. Aen. I, 315

virginis os ..... gerens.

258. 1 *clamide* φ. 2 *occis* F¹, at m. r. ante *o* addidit *s* rubro atramento *scriptam*. 5 *eludo* ὑφ' ἓν Fφ. 6 *Nec* F. 6 *de erat* φ. 8 *hyrcino* φ. 9 *insco* φ¹ *uisco* φ² (*n* et *u* confusae sunt etiam 256, 12).

---

1) Cf. Courbaud ad De Orat. I § 174 (pg. 88).

258, 10 uidi et ursam mansuem .. cultu matronali ⟨*quae*⟩ sella uehebatur.

Ita Luetjohanno praeeunte v. d. Vliet edidit. Quoniam autem in F parva lacuna est inter *mansue*ⁿ et *cultu* codex ipse monere videtur, ut scribamus: uidi et ursam mansuem *quae* cultu matronali sella uehebatur.

Praeter *mansues* Apuleius utitur *mansuetus* (194, 9; 251, 17 cet.) et *mansuefactus* (190, 23 cet.); priora autem scriptor, qui multus est in pleonasmis, coniungit (158, 22) mansuetos ac mansues exinde factos.

258, 12 *frygiis* FΦ. 13 *pa̤ulu*⌉ (oc) sic est in Φ (errat editor). 15 *bellorofontem* Φ. 22 *alieq*; F.

258, 22 aliae quae nitentibus speculis pone tergum reuersis uenienti deae obuium *commonstrarent* obsequium.

Si perspexerimus *obsequium* valere multitudinem obsequentem (sicut supra 92, 5 marinum obsequium significat: di marini obsequentes) nihil habebimus cur cum Petschenigio [1]) legamus *comministrarent*. Invenitur praeterea (252, 23) miti commonstrato cibo.

258, 24 *que* F. 28 *Magnus* F. 30 *facuu*ⁿ FΦ.

259, 1 *siꝯphonię*. F *syꝯphonie*. Φ; post hoc vocabulum in utroque codice interpungitur. 1 *dehic*. 2 *personabat* (ut vid.) F² certe F¹ exhibet *personabant*. 2 *amen*; (= amoenus) Φ. 3 *lectissime* F (*letissime* Φ). 3 *iuuentis* FΦ. 9 *porreotum* Φ¹, post c ser. est (fortasse a prima manu) supra alteram *o*. 15 *hic* FΦ. 15 *uertice*⌉ FΦ. 16 *τrena* FΦ. 17 *etaꝝ* F¹, sed m. r. scripsit *j* per *t*. 17 *systris* F *sistris* Φ. 18 *constrepentesed* F¹, at m. r. virgula posita divisit *sed* a priore vocabulo.

259, 19 antistites sacrorum proceres illi, qui candido linteamine cinctum pectoralem ad usque uestigia *strictim* iniecti potentissimorum deum *proferebant* insignis exuuias.

Immerito editor sollicitavit *strictim*, quod (ut omittam Metam. 163, 2) satis defenditur Florid. XV (v. d. Vliet 165, 11) cithara balteo caelato apta strictim sustinetur. Porro habemus imaginem pictam muralem asservatam Neapoli in Museo Borbonico, quae repraesentat sacerdotes indutos vestimento Apulei descriptioni congruente [2]).

Neque magis legitima videtur editoris lectio *praeferebant* pro

---

1) Philolog. 1889 (pg. 273).
2) Cf. Mau Pompei. pg. 162.

proferebant; nam codicis scripturam vindicat (261, 6) dextera proferens sistrum deae; cf. etiam 260, 18; 269, 24 cet.

259, 21 *exubias* F φ. 22 *luminantem* F¹ *p̄micante*⁊ F² φ. 26 *uestitu*ᵘ F¹ φ *uestitu* F². 27 *altaria* ·|· *auxilia* φ *id ē auxilia* F.

259, 27 gerebat *altaria* [id est auxilia] quibus nomen dedit proprium deae summatis auxiliaris prouidentia.

Verba cancellata, quae F in extremo versu exhibet, olent glossema et nobis venit in mentem versus interpolati (Verg. Aen. I 109)

saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus, *aras* ....

260, 1 *auxiliariis* F¹ φ, correxit F². 3 *mercubrale* φ¹ at φ² corr. *br* in *ri*.

260, 8 de quo lacte libabat. Iuxta haec verba in marg. adscriptum est *d*. 12 *horrendu*ᵘ F *orrendū* φ, at m. r. addidit *h* ante *o*.

260, 16 *cuius* uestigium continuum sequebatur bos in erectum leuata statum *bos*, omnia parentis deae fecundum simulacrum.

In F primo fuit *hu/;* (= huius) post minusculae *h* erasae substituta est maiuscula, cui in marg. adscriptum est *cu/;* (= cuius), quod recepi, frequentissime enim ita pronomen relativum positum est, cf. (35, 21) ad cuius noctis exemplar; quae res (182, 22; 185, 15; 189, 24; 208, 17; 210, 10 cet.); (77, 11) quod ... conantem; (243, 22) quam fidem secutus; (259, 22) quorum; (269, 8) quis et ceteris cet.

Illud alterum *bos* nolim cum editore secludere, ne tollam epanalepsim, cuius figurae multa exempla praebent Metamorphoses: (58, 7) audiui uesperi, meis his, inquam, auribus audiui; (204, 17) dignus, hercules, dignus qui e. q. s.; (230, 11) „non patiar", inquit, „hercules, non patiar" e. q. s.; (215, 12) quantulum quantulum ferentes auxilium; (261, 7) mihi coronam et hercules coronam consequenter cet.

260, 17 *fęcundum* F. 19 *beato'* φ¹ *beato* φ². 19 *gestuosu* F¹ φ *gestuoso* F². 19. *Ferebatur* F. *Gerebat* F. 25 *tegente* F φ. 26 *Sed* F. *figuratu*ᵘ φ (et fortasse F). 27 *fauerrime* φ (idem in marg.). 28 *rotundo* F² φ. *adherebat* F.

261, 3 *Et* F. 7 *mihi coronam c̄ſeq̄nτ̄* φ¹ at φ² ultimum vocabulum expunxit. 10 *fortana*ᵘ F¹ (ut vid.) at m. r. scripsit *u* supra priorem *a*. 11 *inclementiṣṣime* illa tria puncta posuit φ². 19 *exibuit* φ. 21 *fulgorabat* φ. 23 *fęrina* F. 24 *ac de hic* F¹, at F² (ut vid.) scripsit *n* supra *i*. 28 *rotundatur* φ.

261, 30 (pilus defluit ... cutis tenuatur ... os et caput rutundatur ...) et quae me potissimum cruciabat ante, cauda nusquam *comparuit*.

Comparuit est perfectum logicum vel graecum quod dicitur, sicut Verg. Aen. II 325 .... fuimus Troes, fuit Ilium e. q. s.

Praeterea Apuleius interdum coniungit in una periodo perfecta et praesentia velut 252, 13 augustum specimen deae praesentis *statui* deprecari confestimque discussa pigra quiete alacer *exurgo* meque protinus purificandi studio marino lavacra *trado* e. q. s.; 269, 1 non obscuris imperiis euidenter *monuit*, aduenisse diem ..... ipsumque Mithram ... sacrorum ministrum *decernit* [1]). Ergo non audimus editorem, qui *comparet* novavit.

262, 2 *ymaginibus* F *imagihib*; ϕ^1, at ϕ^2 *correxit*.

262, 6 animo meo tam repentinum tamque magnum non capiente gaudium e. q. s.

Qui dubitant num Apuleius Livium legerit, nostro loco cognoscant ὁμοιότητας a Pricaeo allatas, quibus adicio Liv. XXII 51, 3 Hannibali nimis laeta res est visa maiorque quam ut eam statim capere animo posset.

Comparemus etiam (166, 13) quin equos inscendimus cum Liv. I 57, 7 quin ... conscendimus equos, ut pro comperto habeamus Apuleium nonnumquam iocatum esse in rerum scriptoris verba. Cf.. quae dixi ad 190, 24; 197, 17; 236, 26.

Conferamus denique (216, 10) eosque ... distrahunt ac lacerunt cum Liv. II 57, 3 distractam laceratamque rempublicam.

267, 11 *S*; (= sed) ϕ sicut vs. 29. 15 *metu*$^{\eta}$ F^1 (ut vid.) *me cu*$^{\eta}$ F^2. 20 *factos* F^1, post *s* erasa est. 20 *genialis* F^1 post *s* erasa est.

262, 20 uultu geniali et hercules inhumano e. q. s.

quocum si conferas (261, 13) placido ac prorsus humano gradu vel 252, 7 resque prorsus humanas ipsius regi providentia, non iniuria affirmes vim illius *hercules* eandem esse quam adverbii *prorsus*. Documento sint etiam (240, 5) totum me sed prorsus totum me recepit et (261, 7) mihi coronam et hercules coronam consequenter.

262, 25 *mię* (= misericordiae) F. 25 *tande* F^1 *tande*$^{\eta}$ F^2. 28 *etatulę* F.

263, 1 Lectore non monito v. d. Vliet scripsit *habitudinem* pro *beatitudinem* quod est in Fϕ. 3 *q̄rat̄* $\phi^{\top}$ *q̄rat* ϕ^2 (F^1 quoque exhibebat *quaeratur*). 6 *la*$\overset{o}{\tau}$*nes* ϕ. 6 *ferę* F^1 *fęrę* F^2 (ut vid.). 12 *popa*$^{\eta}$ F^1 *pōpa*$^{\eta}_{t}$ F^2 *po*$\urcorner$*pa*$\urcorner$ ϕ. 16 *sis* F sed post hoc vocabulum aliquid erasum est. 18 *deq'* ϕ^1 *ḍeq'* ϕ^2. 20 *ceperis* F. 23 *anelitus* ϕ.

---

1) Cf etiam infra ad 273, 4 contendo .... dirigo .... <cepi> .... peruolaui .... accedo.

263, 25 totae ciuitati notus ac conspicuus, digitis hominu nutibusque notabilis.

Supra inveniuntur (45, 22) ac dum directis digitis et detort nutibus praesentium denotor et (56, 1) omnium oculis nutib ac denique manibus denotatus, quae omnia nos admonent H ratiani illius (Carm. IV 3, 23)

Quod monstror digito praetereuntium,

quod Persius imitatus est: (Sat. I 28)

At pulchrum est digito monstrari et dicier.

264, 7 nauem faberrime factum e. q. s.

Haec verba prope redeunt Florid. XXIII (v. d. Vliet 189, 8 Sicuti nauem bonam, fabre factam e. q. s. at superlativum d prehendimus (Met. 25, 9) uuae faberrime politae [1]) et (Flori 166, 5) gemmis faberrime sculpendis; positivum autem (Me 36, 16) uitrum fabre sigillatum.

264, 7 *fauerrime* F¹, at F² mutavit *u* in *b*. 8 *egyptiorum* F *egiptiorum* φ. 10 *s phure sollepnissimas* φ. 12 *albei* F¹ φ, at F² scripsit *u* supra *b*. 12 *caruas;* φ at φ² scripsit *b* supra *u*.

264, 13 *eae* litterae uotum instaurabant e. q. s.

Quod Pricaeus proposuit *eae* animadvertendum est eam p mariam lectionem esse codicis F. F² exhibet *ecce*.

264, 14 *nauigatione* F at *tio* paulum mutatum est. 15 *rotunda* φ.

264, 15 iam malus insurgit pinus rutunda splendore *insign sublimi* carchesio conspicua et puppis e. q. s.

Ita v. d. Vliet scribit praeter necessitatem verborum ordine invertens, nam coll. Florid. XXIII (v. d. Vliet 189, 8) naue bonam fabre factam .... procero malo, insigni carchesio e. q. hic quoque nos edere oportet: iam malus insurgit pinus rutun splendore *sublimis, insigni carchesio* conspicua e. q. s.

264, 17 *brateis* φ. 17 *fulgebat* erasum est in F. 17 *oıſq;* F¹ *oıſq;* F² *omisq* 19 *religiosis* F¹, at altera *s* erasa est a F². 20 *suppliciis* F¹ φ. 23 *strofiis* 23 *anchoralibus* φ. 23 *pecualiari* φ¹ at m. r. expunxit priorem *a*.

265, 2 *decoriat* F¹ φ *decori At* F². 4 *pierebāт* φ (sicut 264, 13 *proierebat* 7 *un; que*⌉ Fφ. 7 *gram*⌉*aтia* F¹ (ut vid.), at F² correxit *i* in *e*; *gramatea* 14 *greciensi* F (legitur in extremo versu; altera *i* extra lineam addita est). 14 *q uocen* F¹ *quā uocē* F². 18 *herebat* F. 20 *ſ;* (sed) φ.

1) Weyman l. c. pg. 364 confert Amm. Marcell. XIX 5, 4 scalae .... fa politae.

265, 19 nec tamen me sinebat animus ungue latius indidem gredi sed intentus ⟨*in*⟩ deae specimen pristinos casus meos cordabar.

Ita v. d. Vliet scribit cum compluribus editoribus. Invenimus utem (38, 25) uigilandum est exertis et inconiuis oculis semper s cadaver intentis; at (34, 18) proelio ... proximante intentus, icut 268, 29 intentus miti quiete; verum reliquis locis *intentus* cum tertio casu construitur: (17, 18) aerugini intentus; (115, 11) quaesitioni [1]) Cupidinis intenta; (257, 5) magnisque imperiis eius intenta. Hic quoque dativus et dignior et aptior videtur: noli tamen cum Pricaeo legere *specimini*, immo *specimen* potius abundat, cum in priore sententia legerimus (vs. 17) exosculatis uestigiis deae (cf. 270, 6). Interpres quidam, opinor, vocem addidit memor 252, 13 augustum specimen deae praesentis statui deprecari e. q. s, quae verba pertinent ad „praemicantis lunae candore nimio completum orbem" (252, 3). Itaque edere malim: intentus deae [specimen] pristinos casus meos recordabor.

Similiter dictum est Tacit. Hist. IV 82 Atque (sc. templum Vespasianus) ingressus intentusque numini e. q. s.

265, 22 *fata* ϕ^1, at ϕ^2 scripsit *m* supra *t* inductam. 22 *pennarum* ϕ.
266, 5 *adfatis* F^1 at post *f* scr. est per *d*.

266, 5 Adfatis itaque ex officio singulis narratisque meis *propere* et pristinis aerumnis et praesentibus gaudiis me rursum ad deae gratissimum mihi refero conspectum e. q. s.

Codex non exhibet *propere* sed tantum $\bar{p}$ (= pro). Novák l. c. pg. 70 Kronenbergii coniecturam, quam v. d. Vliet in textum recepit, improbans observat: „nihil impedit quominus lente et fusius Lucium suas fortunas narravisse existimemus." Non obloquor, at tantum non constat Lucium statim narrationem incohasse. Scribamus ergo: narratisque meis *protinus* et pristinis aerumnis et praesentibus gaudiis e. q. s.

Manifestum est librarium sequente *pristinis* deceptum omisisse adverbium, quo scriptor noster frequentissime utitur.

266, 6 *p̄sentis*; F^1 *p̄sentib*; F^2 *p̄sentib*; F^3 (ut vid.) *presentib*; ϕ. 11 *insepabilis* ϕ. 11 *Hec* F. 12 *dies* ϕ^1, at *di* expunctum est a m. r. et (in marg.) corr. in *qui*. 13 *cimus* (ut vid.) ϕ^1 *ey una* $F\phi^2$. 25 *thesalia* ϕ.

1) Ita scribit Iahn.

267, 8 *so⁊pni* φ. 4 *patriu⁊* Fφ. 10 *ꝑcuran.* (extremum vocabulum discerni v potest) F *procurat* φ. 15 *fotis* F². 18 *dosualis* F¹, at m. r. (ut vid.) scripsit supra *o.* 20 *lucrose* F. 21 *candido* F¹, at F² scripsit *u* supra *o.* 22 *frequentiabs* F¹ *frequentabam* F² φ. 27 *archanis* (sicut 268, 16; 269, 20) Fφ.

268, 7 *auiditate* φ¹, at φ² scripsit *i* supra *e* expunctam. 7 *quę* F at φ exhibet (cf. vs. 8 $\overset{\bar{n}}{nq}$ (= neque). 7 *su⁊me⁊* φ¹, at post alterum compendii signum inducte est. 11 $\overset{s}{q}$ *s* $\overset{o}{qq}$; (qui non sibi quoque), hoc est in φ.

268, 11 non *sibi* quoque seorsum iubente domina e. q. s.

Hoc uno loco dativus comitatur *iubere*, contra accusativu posuit auctor iuxta *mederi* (155, 9) sic iniquitatem ponde medebatur. *Parcere* autem bis adsciscit praepositionem *in* 7, parce ... in feminam diuinam e. q. s. et 2, 27 parce in ueri ista haec e. q. s.

Dativi, quales sunt (170, 9) quieti excussa; (243, 18) excu susque toto consilio; (47, 11) quieti reuulsum; (114, 12) somi recussus; (9, 4) quieti nos reponamus cet., inveniuntur sae apud poetas.

Memorabilis dativus legitur 164, 14 salutique praesenti futurae suboli nouorum maritorum gaudibundus e. q. s., quocu conferatur 272, 15 tibi respondent sidera, redeunt tempor gaudent numina, seruiunt elementa.

Quamquam habemus 85, 11 huic me operi attonitum e. q. deprehenditur 32, 19 attonitus repentinae uisionis stupore e. q (longe aliter dictum est 62, 18 attonitus in amentiam).

Dubitari potest, utrum (250, 31) bestis esse damnatam dictu sit ad analogiam locutionum (239, 22) bestiis obiectus et (241, 2 bestiis addicta, an comparari oporteat (8, 2) perpetua praegnatio damnauit [1]) (sc. amatoris sui uxorem).

Dativus commodi positus pro genitivo, sicut (104, 21) fi atque parciloquio meo perpendisti documenta e. q. s. Tac generis dicendi proprium est [2]).

Afferatur denique luculentum exemplum dativi ethici c vocatur: (192, 6) sicine uacuus et otiosus insinuatis mani ambulabis *mihi* nec ..... vitae nostrae prospicies?

---

1) Cf. 226, 18 capitis .... damnatum iri.

2) Cf. Norden l. c. pg. 45; Helm l. c. pg. 538 et 539.

268, 22 *p̄cipuan* F¹ *p̄cipua* F² 29 *ſ;* (= sed) ϕ. 29 *intentis* F¹, post *n* scr. supra *i*. 29 *quietę* F.

269, 3 In marg. (F) adscriptum videtur *periret* (de altera *r* magnopere dubito).

269, 10 discussa quiete (repetitur ex 252, 14)

Similia sunt: (230, 30 = 231, 7) sopore discusso; (142, 21) discussa sollicitudine; (22, 3) nocte discussa.

269, 14 *inquid* F *inquit* ϕ.

269, 16 et quid, inquit, iam nunc stas odiosus teque ipsum demoraris — adest tibi dies uotis adsiduis exoptatus.

Inter *demoraris* et *adest* (ultimum versus vocabulum) in F in spatiolo duarum fere litterarum vestigia scripturae adsunt; ϕ autem exhibet *demoraris adesti tl*: in utroque codice aliquid turbatum esse manifeste apparet. Nonne reponendum erit: *En* adest tibi dies e. q. s.? Persaepe enim interiectio *en* comitatur *adesse* cf. (255, 1) En adsum tuis commota, Luci, precibus; (15, 5) En ... tibi adest ientaculum; (174, 5) en adest uictima cet.

Huic interiectioni non raro vim ironicam subesse satis notum est, velut (90, 25) en rerum naturae prisca parens, en elementorum origo initialis, en orbis totius ⟨*domina*⟩ alma Venus; (172, 10) En, inquit, fidus coniugis mei comes, en uenator egregius, en carus maritus; (52, 11) en fides, inquam, en constantia e. q. s. quocum comparetur Verg. Aen. VI 346 ..... en haec promissa fides est?

269, 23 *aditi* Fϕ. 25 *cuiuscemo* F. 28 *acuriositate* ὑϕ' ἓν Fϕ. 29 *alte*ꝝ ϕ¹, at m. r. superscripsit *telete* (F habet *teletę*). 30 *gnauiter* ϕ.

270, 2 *deduc̄* (pro: deducit, sicut vs. 16) ϕ. 11 *distinatus* F. 12 *introibat* F¹, at m. r. scripsit *ahe* supra *oi* (inductum, ut vid.).

270, 15 tunc semotis procul profanis omnibus e. q. s.

Hic unicuique in mentem venit Aen. VI 258 procul o, procul este, profani e. q. s.

270, 16 *arrepta* Fϕ. 20 *audires* F¹ ϕ *audire* F². 20 *c̄trahentes* F¹ (ut vid.) *c̄trahent* F². 23 *ſ;* (sed) ϕ. 27 *coruscamte*ⁿ ϕ. 29 *Ecce* F. 29 *qua*ˡ*uis* F *q*ᵃˡ *ƀ* ϕ.

271, 1 *g*° (= ergo) ϕ 1 *sin̄* (sine) ϕ. 3 *sollēpnib;* ϕ. 5 *set* ϕ *Sed* F. 9 *q̄*'*ſ;* (= quidem sed) ϕ. 9 *de picta* ϕ 10 *humeris* F. 10 *calo*ꝝ ϕ¹. *talo*ꝝ ϕ². 11 *clamide* ϕ 11 *quāq*ᵃˡ ϕ 13 *gripes yperborei* F ϕ 14 *oli*ⁿ*pi*ⁿ*aca.* 16 *cap̄d* (= caput) ϕ. 18 quid supra *insice*ⁿ scriptum sit in F dinoscere non potui. 21 *suauęs* F. 27 *ſ;* (= sed) ϕ 27 *n̄* (= non) F. 28 *gratis* F¹ ϕ. 29 *abrup*ᵗⁱˢ sic est in ϕ, fortasse omnes litterae eiusdem manus sunt.

273, 7 *affectionem* ϕ 20 *uelug* F¹ *belug* F² *belue* ϕ.

272, 24 indefessi sermonis aeterna series.

Supra reperitur (21, 26) fabulam quoque serie fatigatum, (33, 18) ultro inducta serie inoportunarum fabularum.

At cum 276, 1 numerosa serie religionis aliquatenus con parari potest Boeth. Phil. Cons. IV 6, 193 per fatalis serie necessitatis; Ibid. vs 11 de fati serie (cf. vs. 59).

272, 24 *linguę quę* F¹ *linguę que* F². 31 *ej* (= eius) F *ey* φ. 31 *postula*ᵛ prim in F fuit; prima (ut vid.) manus corr. in *postulaba*ᵛ.

273, 3 post *aliquam* multum temporis (iteratur ex 20, 2).

Praeterea est in Metam. 113, 19 aliquam multum uiae. Alio locos Apuleianos, ubi *aliquam* eadem vi praeditum est atque *satis*, recensent indices, quos ad Apologiam et Florida in sua editione v. d. Vliet adiecit.

Iam Cicero eodem modo dixit Verr. IV 56 Sunt vestrum aliquam multi e. q. s.

Ceterum *aliquam* positum esse pro *aliquam partem* facile in tellegimus, si modo contulerimus quae disputavi ad 238, 6.

Ad extremum comparare volo Front. (ed. Nab.) 94, 16 *aliqu* lenius tussit.

273, 4 paucisque post diebus, deae potentis instinctu, raptim constrictis sarcinulis, naue conscensa Romam uersus profectionem dirigo tutusque prosperitate uentorum ferentium Augusti portu celerrime ‹*peruenio*› ac dehinc carpento peruolaui uesperaque... istam ciuitatem accedo.

Vocabulo ab editore inserto substituere velim *cepi* (= *cep̄*), quo facile post *celerrime* excidere potuit et allitteratione, quam lucr mur, commendatur. Conferre possumus Caes. de B. G. IV 36, sed ex iis onerariae duae eosdem, quos reliqui, portus cape non potuerunt e. q. s. Cic. Pro Sest. § 99 (ut) tenere cursu possint et capere otii illum portum et dignitatis.

De temporum varietate: contendo .... dirigo .... ‹cepi›.. peruolaui ..... accedo supra egi ad 261, 30.

273, 3 *p'* (= post) φ. 4 *teporis* F. 9 *yduū* φ 12 *regina eyſidiſ* F. 13 *coᵐpe*ˢ Fφ. 17 *numini* F¹φ, at F² scripsit *s* supra alteram *i*. 23 *exam̄o* φ (et F¹ ut vi *examīo* F². 24 *ad* Fφ (in marg. φ *at*). 28 *mano* F¹ φ, at F² scripsit *g* supra

273. 28 .... prohinc me magno deo quoque peti famulu sentire *debere*.

Pro codicum scriptura *deberem* v. d. Vliet Koziolo auctore [1]) dedit *debere*, quod sincerum esse declarare videtur oratio recta (53, 4) prohinc tormentis eruenda e. q. s. Conferamus etiam (96, 23) prohinc cubiculo te refer et lectulo lassitudinem refoue et ex arbitrium lauacrum pete; (61, 24) proin memet ad rei tantae spectaculum caute praepararem; Florid. XIV (v. d. Vliet 163, 15) proinde sedulo consuleret ..... (164, 1) proinde duceret quo liberet; ibidem 171, 4 proin .... de auditorio eius exequias eundum, legenda eius esse nunc ossa, mox carmina.

274, 2 *ederas* ϕ. 5 *scil* ϕ. 6 *subministraret* ϕ^2. 11 *similis ut* Fϕ (*sit* deest). 15 *uinum* F. 16 *nom̄ — nec* ϕ. 21 *facta* Fϕ. 21 *audisset* Fϕ. 21 *miti* ϕ^1 *mitti* ϕ^2. *mittibi* F. 22 *s;* (= sed) ϕ. 24 *co'pari* ϕ. 27 *peregrinationes* F^1 (ut vid.) *pe̊gnatiōis* ϕ. 29 *astistabant. plurimum* ita distinguitur in ϕ. 29 $\mathring{g}$ (= ergo) F.

276, 2 *sacru* $F^1\phi$, at F^2 correxit (ut vid.). 5 $\bar{q}\,\mathring{b}$ (= quambis, sicut vs. 25) ϕ

275, 6 et id ipsum praeceptum fuerat specialiter.

Conferatur (Schol. Bobiens. 343, 4) exilii sui mentionem quam subtiliter et consulte, non specialiter nec nominatim, sed per hanc generalitatem intulit.

276, 9 *ipenitendę* F. 12 *p̄parans* $F^1\phi^1$ *p̄paratis* $F^2\phi^2$. 12 *inamis* ϕ. 14 *germatę* F. 17 */pā* Fϕ. 17 *subministrabat* ϕ^2.

275, 22 oppido suspensus *animi* (contra 22, 9 suspensus alioquin).

Hic locativus praeterea invenitur (31, 6) recreabar animi (cf. 110, 25; 269, 9); (62, 18) exterminatus animi; (59, 7) uaecors animi [2]). Pro locativo *vesperi* (27, 5; 58, 7; 65, 20) deprehendimus ablativum 31, 7; 273, 9 cet. [3]).

275, 25 quid *subcisiuum* ..... remansisset.

Sic contra codices editor scribit; at alibi dedit (53, 1) sed una tantum *subsiciua* sollicitudo nobis relicta est; (181, 7) at me relictum solum ac *subsiciuum* ..... praeteribant; Apol. XXXI (consentiunt Helm et v. d. Vliet) Italiae suae, quam *subsiciuam* Graeciam fecerat. Eodem modo edit Goldbacher (de Deo Socr. 9, 1) vivacitas illic aeterna et indefecta sit, hic caduca et *subsiciua* e. q. s.

1) l. c. pg. 144.

2) Cf. Helm l. c. pg. 532.

3) *terras* editori (cf. Ind.) locativus est 216, 15 cet. Cf. Draeger l. c. I pg. 531.

275, 26 *ppera* F. 27 *consuluer*^{2} Fφ. 33 *cōstruxit* φ^{1} at φ^{2} exaravit ī supra *c*

275, 29 ad instar insaniae *percitum*.

Comparanda sunt 167, 18 amens et uecordia percita; 169, priusquam .... percitae mentis resideret furor. At in bona partem adiectivum usurpatur (111, 19) bono tanto percit (114, 8) tanti boni spectaculo percita; (202, 27) laetitia percitu Videantur loci quos laudavi ad 189, 11; quibus addi possu 6, 13; 61, 20; 88, 22; 94, 4; 166, 29.

276, 1 *Nichil* F *nichil* φ. 1 *īqd* F *īqt* φ. 1 *serię* F. 8 *exubias* Fφ. 9 *funo* F 10 *sollempnib;* φ. 12 *salutare quę* F *salutareq̱* φ.

276, 11 quod felix itaque ac faustum salutareque tibi sit e. q. s

Apuleius ipse supra haec verba derisit scribens: (27, 10) quod bonum felix et faustum itaque, licet salutare non erit, Foti illa temptetur.

276, 14 *acten;* Fφ 16 *p̱*^{a}*cstinatieone*^{1} Fφ.

276, 17 sacerdoti meo relatis quae uideram, inanimae proti nus castimoniae iugum subeo et lege perpetua praescriptis illi decem diebus spontali sobrietate multiplicatis instructum teleta comparo *largitus*, ex studio pietatis magis quam *mensura rerum* ‹mearum impendiis› collatis.

Exscripsi quae v. d. Vliet edidit; traditam autem lectionem corruptam esse inter omnes constat.

Unusquisque qui collationem fecit huius ultimi folii (183 paginae versae observavit librarium hic parvis admodum litteri multisque compendiis usum esse, ut in hac pagina quam plurim scribi statimque a folio 184 Floridorum liber incipere posset Haec est causa quod non magna fides habenda est scriptura traditae. Verum pessime se habent verba, quae modo laudavi Medicina igitur circumspicienda est.

Primum suspiciones movet *largitus* (= largit'), quod fortass confusum est cum *largiī* (= largiter)[1]. Haec certe adverbii form reperitur 73, 17; 176, 2; 185, 17; 205, 6 cet. Iam probabilite editor e codicum scriptura *mensurarum* effecit *mensura rerum*, non aeque verum est quod inseruit *mearum impendiis*.

---

1) Fieri potest ut (223, 1) *naturali'*, quod est in φ, compendiose scriptum sit p *naturalitus* (cf. pg. 9, 20), F autem habet *naturaliter*.

XIV 1, 4); praeterea saepe pluralis adhibetur 31, 22; 131, 12; 237, 17 cet.

sacī (= sacerdoti) F φ. 19 *dcᵘ* F *de*⁷ φ (= decem). 19 *spontali* F at integrum (corr. fortasse ex *at*).
ex F *e* φ. 23 *ǫcquā*. 26 *et* F, sed *t* redintegrata est. 28 *s*; (sed) φ.
faro F *foro* φ¹, at m. r. scripsit *a* supra priorem *o* expunctam. 2 *esti-*
).

2 nec extimescerem maliuolorum disseminationes quas ım meorum laboriosa doctrina ibi *demerebat*. ac ne sacris ɜgi cetero permixtus deseruirem e. q. s.
ır coniecit *demerebat* pro *deseruiebat*, quod librarius dedit er deceptus voce mox sequente *deseruirem*. Si igitur at-
ıs

ibi deserbiebat et
ibidē subibat

ultum inter se differre, fortasse propius ad veritatem ac-
s reponendo: quas studiorum meorum laboriosa doctrina *subibat*.
em legitur 4, 8; 6, 4; 237, 13; 264, 7; 271, 24 cet. *subire* 79, 11; 268, 12; 276, 18 cet.

pastoforū F *pastofoꝝ* φ. 8 *syllę* F (*sille* φ ut recte Gatscha observat).

(*Continuabuntur*).

PERSONA.

SCRIPSIT

J. VAN WAGENINGEN.

Waldius in lexicon etymologicum linguae Latinae, editum, s. v. *persona* recepit tamquam certum aliquid et litum veriloquium, quod Stowasserus in Stud. Vind. XII proposuit. Is enim loco Festi, quem infra describam et pretabor, fretus participium *personatus* et locutionem *personata* ipso substantivo *persona* antiquiora esse statuit vocem *personatus* ex praepositione Latina *per* et Graeco vo ζώνη, quod etiam in *zōnatim* et *sōnarius* exstet, conflatan cat; personatum igitur proprie eum esse, qui Germanice tur „verkleidet", deinde ex hac significatione aliam esse qua is qui larva indutus sit, designetur.

Hanc tamen etymologiam omnino probare non possun mum enim nego *personatus* — ut taceam de huius hi origine, si ex *per* et ζώνη nata sit — idem posse valere Germanicum illud „verkleidet", cum is qui formam suai ciemque occultare studet et quis sit, celare conatur, h faciat τῇ ζώνῃ sive cingulo peregrino, sed ipsa veste mu Accedit quod in praepositione *per* vis illa mutationis non quae si indicanda est, ut in sermone Graeco μετά, ita in *trans* adhibetur (cf. *transformare* et Francogallicum „trave Itaque *personatus*, si reapse originem suam a ζώνη ducere eius qui vestem mutasset, nomen esset, sed illius qui al parte vel accurate vestem zona cinxisset.

Neque animum inducere possum *fabulam personatam*, u wasserus vult, genus quoddam comoediae fuisse, quod

fabula palliata et togata componi liceat. Aliud enim pallium, aliud zona. Illud proprium Graecorum vestimentum est et togae Romanae oppositum illam vestem peculiarem actorum indicat, unde comoedia nomen suum palliatae traxit. Sed zona Graeca dubito num diversa sit a cingulo Romano, neque intellego, quo modo *personatus* ita explicatum, ut Stowasserus fecit, genus singulare fabulae denotare possit.

Haec de vi, quam vir doctissimus ut antiquissimam vocabulo *personatus* subiecit. Nunc locum Festi (p. 217 M., p. 268 Th. d. P.) videamus, unde eam vim elicuit. Locum dabo isdem verbis quibus Stowasserus, emendationes in ima pagina commemorans:

„personata fabula quaedam Naevii inscribitur, quam"
„putant quidam primum [1]) a personatis histrionibus."
„sed cum post multos annos [2]) comoedi et tragoedi"
„personis uti coeperunt [3]), veri similius est eam fabulam"
„propter inopiam comoedorum actam novam per Atel-"
„lanos, qui proprie vocantur personati [4]), quia ius est"
„iis non cogi in scaena ponere personam, quod ceteris"
„histrionibus pati necesse est."

Si quid video, in prima periodo non iungenda sunt verba *personata fabula*, sed ut pronomen *quaedam* docet, *fabula* subiectum et *personata* pars praedicati est. Ergo *Personata* a Festo titulus fabulae cuiusdam Naevianae fuisse dicitur et optimo iure Ribbeckius hoc nomen *Personata* verbis Festi superposuisse mihi videtur in illius poetae fragmentis. Iam quaerendum est, quare Naevius hoc nomen fabulae suae indiderit. Festus autem quosdam putare dicit fabulam ita esse inscriptam, quod primum a „personatis" histrionibus acta esset. Qua explicatione reiecta addit sibi veri similius videri eam ita appellatam esse, quod

1) Post *primum* Muellerus et Ribbeckius addiderunt <actam>.

2) Inter *annos* et *comoedi* Muellerus inserere vult: <acta sit quam>, sed haec coniectura cum ipsa historia litterarum, quam aliunde novimus, pugnat, cf. v. Wag., Scaen. Rom. p. 34.

3) Iure Ribbeckius (Com. Rom. fragm. p. 17—18) pro *coeperunt* edidit *coeperint*, nihil post *annos* addens.

4) Postrema verba (post *personati*) omisit Stowasserus, ego addidi, ne quis putaret in iis etiam aliquid latere, quod ad ipsam quaestionem pertineret. De eorum sensu alibi egi (Scaen. Rom. p. 23, annot. 1).

Atellanarum histriones eam egissent, qui iam inde a prin origine huius fabularum generis — id enim est „proprie" - „personati" in scaenam prodirent [1]). Nam comoedos et tragoed multis demum annis post „personis" uti coepisse.

Quotienscumque Festi verba perlego, mihi de larvis, non zona videtur sermo esse, nam ut ante omnia unam rem pı mam, satis ex iis, quae Cicero Donatus Diomedes nobis trac derunt [2]), constat comoedos illos et tragoedos multis annis po Naevii aetatem non cingulis vel novo quodam genere vesti sed larvis uti coepisse. Atque quo modo Atellani certas illı partes Macci Bucconis Pappi Dossenni et praesertim Manduci cuius „personae pallentis hiatum in gremio matris formid rusticus infans" [3]), quae partes primo aspectu omnibus spectatc ribus manifestae esse et ab iis agnosci posse debebant, qu modo, inquam, histriones illi eas agere potuerunt, nisi a initio propriis larvis insigniti fuissent? Itaque neque *„personatus* neque *„(fabula) personata"* neque *„personati histriones"* (Atellan quidquam commune habere existimo cum vocabulo ζώνη, se omnia cum *persona* (= „masker"), eo sensu qui adhuc vulg huic voci tributus est, cohaerere mihi persuasum est.

Neque tamen Festum veram causam perspexisse crediderin cur Naevius fabulam suam „Personata" inscripsisset. Non enir veri simile est actores Atellanos Naevio operam suam praest tisse, vèl quod erant adulescentes nobiles, qui in sola Atellan partes agebant neque alio opere histrionali se polluebant [4]), vi quod eorum larvae partibus comoediae Naevianae minime conv niebant. Malim igitur putare nomen „Personata" idcirco fabul inditum esse, quia una tantum *mulier* personata in ea agebı ceteris histrionibus ore non tecto, ut tunc fieri solebat, agentibu

Verum etsi Stowasseri opinionem reicio, tamen neque ad eorur sententiam, qui *persona* a verbo personandi ductum arbitrar tur, neque ad illorum, qui id vocabulum ex Graeco πρόσωπ depravatum censent, accedo. Nam alteri etymologiae littera *o* i *persōna* producta obstat, altera probanda non est, quia explica nequit, qua ratione quibusque legibus sonorum mutationis e

1) Cf. Scaen. Rom. p. 33.
2) Cf. Scaen. Rom. p. 33—41.
3) Iuv. III 175—176.
4) Liv. VII 2, 4 sqq.

cv factum sit *persona*. Mihi, si in re dubia coniecturam
e licet, *persōna* vox pura puta Latina videtur in *-ōna*
sicut *matr-ona* (mater), *ann-ona* (annus), *Pom-ona* (po-
Bell-ona (bellum) [1]). Ergo vocabuli radix est **pers*, quae
vel aliquid capitis simile significare videtur. Quod ut
rem, primum huius radicis stemma proponam ac simul
am, quibuscum hoc comparari possit [2]):

s	*dr̥k	*k̂r̥n	*k̂r̥d
άσον	δρακεῖν	κράνος	κραδίη (καρδία)
rsum	δέδορκα	cornus	cor(dis)
rsum	δέρκομαι	cerasus	crēdo?

Prellwitzius in lexico s. v. πράσον („look") animadvertit
inc formam πράσον olim exstitisse *πάρσον, unde nomen
Πχρράσιον ortum sit, quamobcausam communis radicis
ise suspicatur „büschelförmiger Kopf". Quae suspicio iis
, quae de vocabulo cognato Latino *porrum* („look") no-
Porrum enim natum est ex **porsum* eodem modo, quo
x **verses* [3]), et proprie significat „caput". Hoc dilucide
ex versu Moreti 74:

hic siser et *nomen capiti debentia porra* [4])

ius ex morbi nomine *porrigo*, quod scabiem in capite
. Num *parṣás* quoque, vocabulum Sanscriticum, eiusdem
sit, videant alii, non penes me iudicium est [5]). Forma
**porsum* antiquior est quam **persum*, nam ex Indogerma-
in lingua Latina oriri solet *or* [6]). Postea **porsum* in
abiit, sicut *vorsus*, *vortex*, *vorro* in *versus*, *vertex*, *verro* [7]).
emma supra recte a me contextum est, *persona* nihil
ignificat nisi caput vel id quod capitis instar est [7]).

Kühner, G. d. L. S. I p. 658, n° 16; Stolz, H. G. d. L. S. I³ p. 488.
Sommer, H. d. L. L. u. F. p. 48, 50, 62; Lindsay, the L. L. IV §§ 52, § 27.
Lindsay l.l. p. 303; Vaniček, Et. W. d. L. S. p. 165.
pius etiam porrum capitatum dicitur, praesertim cum a porro sectili distin-
f. etiam σκορόδου κεφαλή Ar. Vesp. 679).
Uhlenbeck, AI. Wb. p. 159 s. v. „parṣás Getreidehülse?"
Sommer, l.l. § 34. 7) Ibid. § 59; cf. *terra* iuxta *torreo*.
nilem vim habet exitus *-ona* in *matrona*. Quod attinet ad *annona*, id fortasse
it indigitamentum Cereris (cf. Wissowa, R. u. K. d. R. p. 247), deinde

Antiquae enim personae non solum faciem, sed totum capu etiam occiput, tegebant, quemadmodum hodie ii qui telis ex centur vel rudibus inter se batuunt, tegimentis utuntur, qu totum caput cooperiunt [1]).

Neque illud etymon **pers* in solo vocabulo *persona* servatu est, sed etiam in duobus aliis, nisi fallor, vitam traxit. N nomen proprium *Persius*, iam Lucilii temporibus exstans, n a *Persa*, unde *Persicus* non *Persius* ortum est, sed ab hac ead radice derivandum est habetque eandem fere vim atque *Cap* et eodem modo formatum est quo *Pedius*. Praeterea forte fortu Festus [2]) deminutivum *persillum*, priscum vocabulum in s sermone sacerdotum superstes, nobis servavit, quod ita int pretatur: „persillum vocant sacerdotes ruduſculum [3]) picatu ⟨ex⟩ [4]) quo unguine Flamen Portunalis arma Quirini unguet" Et Paulus Diaconus: „persillum dicebant vas quoddam picatu in quo erat unguentum, unde arma Quirini unguebantur." Si igitur constat *persillum* vasculum quoddam fuisse, quod non suum traxisse mihi videtur ex forma, quae capiti erat simil sicut ratione inversa vocabulum *testa*, quod proprie aliquod indicat, in sermone vulgari et linguis Romanicis significatio capitis accepit. Quae omnia si nobiscum reputamus, non tem rarium mihi videtur contendere olim in lingua Latina exstiti vocabulum **persum* (= „kop"), cuius vestigia remanserunt *persona*, *Persius*, *persillum*, quodque cognatum est voci *porr* quam proprie *caput* significasse ex loco Moreti certo scimus.

---

separatim adhibitum nomen deae, ut *Bellona* et *Pomona*, postremo appellativum quidquid Ceres frugum per annum tulit. Forma feminina in *persona* non magis i est quam in *membrana* (membrum) et *fiscina* (fiscus), cf. Kühner, l.l. I p. 658, n[c]

1) Cf. Wieseler, Theatergebäude etc. p. 41 et Tab. X 1; Scaen. Rom. p. 38. praeter has personas etiam aliae dimidiatae, solam faciem tegentes, in usu fuer cf. Lucr. IV 297: *cretea persona*.

Etiam in dialecto Groningana aliisque exstat vocabulum „schebils*kop*" („schel lenskop", „schabellenkop"), quod idem valet atque larva. Et ipsi Romani pa personas ad Bacchum celebrandum ex arboribus suspensas *oscilla* (deminutivum v buli *os*) vocabant, cf. Verg. Georg. II 389; Macr. Sat. I 7 § 31; 11 § 48.

2) Festus p. 217 M., p. 268 Th. d. P.

3) *ruduſculum* pro *rudiculum* (codd.) restituit Scaliger, h. e. „vas ex cavo info saxo, quod rudus saxum impolitum sit".

4) *ex* inseruit Muellerus.

5) Sic codd.

PLATONICA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

(*Continuantur ex Vol. XXXIV pag.* 330.)

THEAGES, p. 121 D extr. ἐμοὶ δὲ τῶν μὲν χρημάτων καὶ ἔλαττον μέλει, ἡγοῦμαι δὲ τοῦτον οὐκ εἰς μικρὸν κίνδυνον ἰέναι οἳ σπεύδει. Hiat oratio. Incertum est utrum post σπεύδει exciderit σπεύδοντα, quod coniecit Schanz, an potius ἰόνθ' post ἰέναι, quod mihi venit in mentem.

P. 122 E. ΣΩ. Σοφοὺς δὲ καλεῖς πότερον τοὺς ἐπιστήμονας, περὶ ὅτου ἂν ἐπιστήμονες ὦσιν, ἢ τοὺς μή;

Verba περὶ — ὦσιν satis superflua, nisi rescripseris περὶ ὅτου ἂν ἐπιστήμονες ⟨εἶναι φ⟩ῶσιν.

P. 124 B. ΣΩ. Οὐδέ γ' οἶμαι ἥ τῶν πριζόντων καὶ τρυπώντων καὶ ξεόντων καὶ τορνευόντων συμπάντων ἐπιστάμεθα ἄρχειν, ἣ ταύτην λέγεις.

Non solum cum Cobeto Platoni reddendum est πριόντων, sed etiam requirit antiquior Graecitas formam ξούντων, ut docent titulorum Atticorum exempla apud Meisterhansium—Schwyzerum p. 176.

P. 126 E. τοὺς δὲ δημιουργοὺς αὐτοῦ τούτου, τοὺς ζωγράφους, ἀτιμάζοι κτέ.

De more formula αὐτὸ τοῦτο peperit interpretamentum. Vix enim genuinum videtur epexegema τοὺς ζωγράφους.

CHARMIDES, p. 155 BC ἦκε γὰρ (Charmides) καὶ ἐποίησε γ- λωτα πολύν· ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῶν καθημένων συγχωρῶν τ πλησίον ἐώθει σπουδῇ, ἵνα παρ' αὐτῷ καθέζοιτο, ἕως τῶν ἐπ' ἐσχά καθημένων τὸν μὲν ἀνεστήσαμεν, τὸν δὲ πλάγιον κατεβάλομεν.

Neutra significatio verbi συγχωρεῖν (*comitari* et *conceder* huic loco convenit, cui conveniret quidem ἐγχωρῶν, *locum pra bens* (Charmidae), sed tamen vel hoc abundaret propter verl sequentia ἵνα παρ' αὐτῷ καθέζοιτο. Quare videndum annon praest molestum participium e textu exturbare.

P. 156 C. ἐκ δὴ τούτου τοῦ λόγου διαίταις ἐπὶ πᾶν τὸ σῶμ τρεπόμενοι μετὰ τοῦ ὅλου τὸ μέρος ἐπιχειροῦσιν θεραπεύειν τε κ ἰᾶσθαι.

Suspicione non carent tria ultima verba, quia in antecede tibus ut ἰσοδύναμα variant verba θεραπεύειν, *curare*, et ἰᾶσθα *mederi*.

P. 158 D. φαίνῃ. Burnet in diligentissima Platonis editio Oxoniensi nescio an recte ubique Platoni reddiderit terminationei ῃ pro ει in secunda persona Indicativi medii et passivi. Vi enim ex antiqua terminatione εαι in Attica nasci potuit ει priusquam pro omni ῃ scribi coeptum est ει, ut in substantivi βουλεῖ, τιμεῖ cett. pro βουλῇ, τιμῇ, sim. Quo magis miro eundem fidem habuisse veteri superstitioni grammaticorum ex cipienda esse trium verborum formas βούλει, οἴει, ὄψει. Cf apud Burnetum ipsa sequentia. Sic igitur statuendum videtur apud antiquiores poetas scriptoresque Atticos ubique sine ull exceptione ῃ scribendum esse. Quod si quamvis dubitabundu in editione mea retinui ει, id puerorum nostratium causa feci cum ut facilius coniunctivos ab indicativis distinguerent, tur quia in nostris grammaticis terminatio ει antiquioribus etiai Atticis tribui assolet.

P. 160 B. δυοῖν γὰρ δὴ τὰ ἕτερά.

Saepe in libris Platonis obviam fit haec formula parum logi iuxta eam quam sana ratio postulare videtur δυοῖν — θάτερον.

LYSIS p. 221 D. ὃ δὲ τὸ πρότερον ἐλέγομεν φίλον εἶναι, ὕθλ τις ἦν, ὥσπερ ποίημα μακρὸν συγκείμενον.

Locus nondum correctus nec facile certa coniectura sanabilis. Corruptum μακρὸν infeliciter in μάτην mutari iussit Ast; ingeniosius quam verius in Κρόνῳ Madvig. Sententia requirit quod κακῶς sive φλαύρως significet, sed quid Plato scripserit nemo dum repperit.

P. 222 B. Εἰ μέν τι τὸ οἰκεῖον τοῦ ὁμοίου διαφέρει, λέγοιμεν ἂν τι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Λύσι τε καὶ Μενέξενε, περὶ φίλου, ὃ ἔστιν· εἰ δὲ ταὐτὸν τυγχάνει ὂν [ὅμοιόν τε καὶ οἰκεῖον abesse malim], οὐ ῥᾴδιον ἀποβαλεῖν τὸν πρόσθεν λόγον ὡς οὐ τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ κατὰ τὴν ὁμοιότητα ἄχρηστον· τὸ δὲ ἄχρηστον φίλον ὑμολογεῖν πλημμελές.

Quia antea inter disputantes convenerat *simile simili propter similitudinem inutile esse*, manifeste altera negatio ex nota lege grammatica explicanda est.

Euthydemus, p. 272 A. πρὸ τοῦ μὲν οὖν ταῦτα δεινὼ ἦστην (Euthydemus et Dionysodorus) μόνον, νῦν δὲ τέλος ἐπετεθήκατον παγκρατιστικῇ τέχνῃ.

Requiro: ⟨τῇ⟩ παγκρατιστικῇ τέχνῃ.

P. 295 A. Euthydemus ad Socratem: Ἀλλ' ἦν, ἔφη, ἐθελήσῃς μοι ἀποκρίνεσθαι, ἐγὼ ἐπιδείξω καὶ σὲ ταῦτα τὰ θχυμαστὰ ὁμολογοῦντα. Ἀλλὰ μήν, ἦν δ' ἐγώ, ἥδιστα ταῦτα ἐξελέγχομαι· εἰ γάρ τοι λέληθα ἐμαυτὸν σοφὸς ὤν, σὺ δὲ τοῦτο ἐπιδείξεις ὡς ταῦτα ἐπίσταμαι καὶ ἀεί, τί μεῖζον ἕρμαιον αὐτοῦ ἂν εὕροιμι ἐν παντὶ τῷ βίῳ;

Manifeste pro ἐξελέγχομαι requiritur Futurum, sed potius ἐξελεγχ⟨θή⟩σομαι quam ἐξελέγξομαι, quod est *durativum*, ut recte olim Blass demonstrasse videtur, neque igitur huius loci. Praeterea dubito num αὐτοῦ post ἕρμαιον sit genuinum.

P. 296 D. εἰ μή σοι συμβουληθείη ὁ ἀδελφός σου οὐτοσὶ [Διονυσόδωρος].

Exulato, si nondum quis damnavit, nomen. — Rectissime iam p. 297 *b* Hartman in utilissimo libro *De emblematis in Platonis libris obviis*, Lugd. Bat. 1898 spuria iudicavit verba λέγων καὶ ante δάκνων, quae et ipse, ut vidi, expunxi.

P. 300 A. *Δυνατὰ οὖν ὁρᾶν ἐστὶν ταῦτα.* — *Ὑπερφυῶς, ἔφη ὁ Κτήσιππος.* Requiro *Ὑπερφυῶς ⟨ὡς⟩*. Non rarum in Platonis codicibus vitium.

P. 300 D. *μέγα πάνυ ἀναγκάσας.*

Variae lectiones in optimis libris *ἀναγκαχχάσας* (B) et *ἀναγκαχάσας* (T) manu ducunt ad genuinam lectionem antiquam *ἀνακαχχάσας*, cuius forma recentior iniuria vulgo recepta est.

Ibidem ad verba *ὁ Κτήσιππος ἐγένετο πλεῖον ἢ δεκαπλάσιος* ex Aristide affertur *πλεῖν*, quod fuerat recipiendum.

GORGIAS, p. 447 B. ΧΑΙ. *Οὐδὲν πρᾶγμα, ὦ Σώκρατες· ἐγὼ γὰρ καὶ ἰάσομαι.*

Alibi Plato notum proverbium plene afferre solet addens *ὃ τρώσας.*

P. 455 A. ΣΩ. *Οὐδ' ἄρα διδασκαλικὸς ὁ ῥήτωρ ἐστὶ δικαστηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων δικαίων τε πέρι καὶ ἀδίκων, ἀλλὰ πιστικὸς μόνον.*

Imo vero *πειστικός*, *persuadere idoneus.*

P. 497 B. ΚΑΛ. *Ἀλλ' ἀεὶ τοιοῦτός ἐστιν Σωκράτης, ὦ Γοργία, σμικρὰ καὶ ὀλίγου ἄξια ἀνερωτᾷ καὶ ἐξελέγχει.*

ΓΟΡ. *Ἀλλὰ τί σοὶ διαφέρει, πάντως οὐ σὴ αὕτη ἡ τιμή, ὦ Καλλίκλεις· ἀλλ' ὑπόσχες Σωκράτει ἐξελέγξαι ὅπως ἂν βούληται.*

Iam olim, nisi fallor, monui obscurum istud TIMH vetus esse librarii *σφάλμα* pro ZHMIA, *noxa*, quod si reponatur, ea ipsa nascatur sententia, quam iam Heindorf, cuius vide adnotationem, huic loco subesse recte suspicabatur.

P. 507 D. *εἰ δὲ ἔστιν* (l. *δέ ἐστιν*) *ἀληθῆ, τὸν βουλόμενον, ὡς ἔοικεν, εὐδαίμονα εἶναι σωφροσύνην μὲν διωκτέον καὶ ἀσκητέον, ἀκολασίαν δὲ φευκτέον ὡς ἔχει ποδῶν ἕκαστος ἡμῶν, καὶ παρασκευαστέον μάλιστα μὲν μηδὲν δεῖσθαι τοῦ κολάζεσθαι, ἐὰν δὲ δεηθῇ ἢ αὐτὸς ἢ ἄλλος τις τῶν οἰκείων, ἢ ἰδιώτης ἢ πόλις, ἐπιθετέον δίκην καὶ κολαστέον, εἰ μέλλει εὐδαίμων εἶναι.*

Post verba antecedentia *τὸν βουλόμενον εὐδαίμονα εἶναι* abundat

clausula *εἰ μέλλει εὐδαίμων εἶναι*, quae magistellum magis quam ipsum philosophum sapere mihi videtur.

P. 508 D. Malim: *πολλάκις μὲν ἤδη εἴρηται, οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ ⟨νῦν⟩ ἔτι λέγεσθαι.*

P. 513 E. ΣΩ. *Ἆρ' οὖν οὕτως ἐπιχειρητέον ἡμῖν ἐστιν τῇ πόλει καὶ τοῖς πολίταις* [*θεραπεύειν* del. Cobet], *ὡς βελτίστους αὐτοὺς τοὺς πολίτας ποιοῦντας;*

Respuit huius loci sententia *ipsos cives*, requirens *eos* (scil. *cives*). Quare ut glossema deleverim *τοὺς πολίτας*.

—

P. 527 A. Recipienda est ex libris BF forma sincerior *εἰλιγγιάσεις* pro *ἰλιγγιάσεις*.

Ibidem legitur: *νῦν δὲ ὁρᾷς ὅτι τρεῖς ὄντες ὑμεῖς, ... σύ τε καὶ Πῶλος καὶ Γοργίας, οὐκ ἔχετε ἀποδεῖξαι ὡς δεῖ ἄλλον τινὰ βίον ζῆν ἢ τοῦτον, ὅσπερ καὶ ἐκεῖσε* (i. e. *εἰς Ἅιδου*) *φαίνεται συμφέρειν.*

Nescio an praestet: *ὅσπερ καὶ ἐκεῖσε ⟨ἰοῦσι⟩ φαίνεται συμφέρειν.* Facillime post literas similes EIΣE elabi potuit IOΥΣI.

Menon, p. 70 A. ΣΩ. *Ὦ Μένων, πρὸ τοῦ μὲν Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν ἐν τοῖς Ἕλλησιν καὶ ἐθαυμάζοντο ἐΦ' ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ, νῦν δέ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ τοῦ σοῦ ἑταίρου Ἀριστίππου πολῖται Λαρισαῖοι. τούτου δὲ ὑμῖν αἴτιός ἐστι Γοργίας· ἀφικόμενος γὰρ εἰς τὴν πόλιν ἐραστὰς ἐπὶ σοφίᾳ εἴληΦεν Ἀλευαδῶν τε τοὺς πρώτους, ὧν ὁ σὸς ἐραστής ἐστιν Ἀρίστιππος, καὶ τῶν ἄλλων Θετταλῶν.*

Facio cum Nabero non utroque loco *Ἀρίστιππον* esse genuinum, sed data optione potius in posteriore deleverim quam in priore cum ipso. Retinuerim contra, quod idem delevit, Larisaeorum nomen, quod non sine obscuritate quadam abesse posse videtur, nec minus genuinum arbitror *πολῖται*, quod proscripsit in editione sua Burnet.

P. 94 B. *Πάραλον καὶ Ξάνθιππον.*

Constanti errore sic et alibi apud Platonem legitur pro *Παράλιος*, quod verum nomen esse testantur tituli Attici.

P. 94 E. ὦ ἑταῖρε Ἄνυτε.
Deleatur, si nemo dum monuit, nomen proprium.

P. 99 D extr. καὶ οἱ Λάκωνες ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, „Θεῖος ἀνήρ, φασίν, οὗτος."
Casaubonus corrigi iussit Σεῖος, quamquam dialecti ratio postulabat Σῖος, ut pronuntiabant saltem Lacones, scribebant enim antiquitus θῖος. At non neglegendum, non magis Laconicum esse σῦτος, verum τῆνος, itaque nihil novare longe praestat.

Hippias maior, p. 284 D. ΣΩ. Νόμον δὲ λέγεις, ὦ Ἱππία, βλάβην πόλεως εἶναι ἢ ὠφελίαν; ΙΠ. Τίθεται μὲν οἶμαι ὠφελίας ἕνεκα, ἐνίοτε δὲ καὶ βλάπτει, ἐὰν κακῶς τεθῇ [ὁ νόμος].
Abiciatur manifestum emblema, in quo vitiosus est articulus.

P. 292 C. Εἰπέ μοι, φήσει, ὦ Σώκρατες, οἴει ἂν ἀδίκως πληγὰς λαβεῖν, ὅστις διθύραμβον τοσουτονὶ ἄσας οὕτως ἀμούσως πολὺ ἀπῇσας ἀπὸ τοῦ ἐρωτήματος.
Non potuit dithyrambi *longitudo* carpi, sed *qualitas*, itaque requiro τοιουτονί.

P. 293 D. — ἀλλὰ τὸ τοιόνδε σκόπει εἴ σοι δοκεῖ καλὸν εἶναι, οὗ καὶ νυνδὴ ἐπελαβόμεθα ἐν τῇ ἀποκρίσει .....· αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ πρέπον καὶ τὴν Φύσιν αὐτοῦ τοῦ πρέποντος σκόπει εἰ τοῦτο τυγχάνει ὂν τὸ καλόν.
Ut in fine recte τὸ καλόν, *pulchri notio*, habet articulum, ita male eo caret in periodi initio. Praeterea vero interpolatori tribuerim verba τοῦ πρέποντος (cf. supra ad Gorgiam, p. 513 E) et pronomen τοῦτο.

P. 301 E extr. ΙΠ. Τί λέγεις, ὦ Σώκρατες;
ΣΩ. ταῦτα ἅπερ λέγω· φοβοῦμαι γάρ [σε del. Heindorf] σαφῶς λέγειν, ὅτι μοι χαλεπαίνεις, ἐπειδὰν τὶ δόξῃς σαυτῷ λέγειν.
Requiro: ὅτι μοι χαλεπαίνεις ⟨ἀντιλέγοντι⟩, ἐπειδὰν κτέ.

Ion, p. 533 C. ΣΩ. Καὶ ὁρῶ, ὦ Ἴων, καὶ ἔρχομαί γέ σοι ἀποφανούμενος ὅ μοι δοκεῖ τοῦτο εἶναι. ἔστι γὰρ τοῦτο τέχνη μὲν

οὐκ [ὃν παρὰ σοὶ περὶ Ὁμήρου εὖ λέγειν], ὃ νυνδὴ ἔλεγον, θεία δὲ δύναμις, ἥ σε κινεῖ.

Verba inutilia, quae cancellavi, num ab ipso Platone profecta sint vehementer dubito.

MENEXENUS, p. 238 C. ἡ γὰρ αὐτὴ πολιτεία καὶ τότε ἦν καὶ νῦν [ἀριστοκρατία], ἐν ᾗ νῦν τε πολιτευόμεθα καὶ τὸν ἀεὶ χρόνον ἐξ ἐκείνου ὡς τὰ πολλά. καλεῖ δὲ ὁ μὲν αὐτὴν δημοκρατίαν, ὃ δὲ ἄλλο, ᾧ ἂν χαίρῃ, ἔστι δὲ τῇ ἀληθείᾳ μετ' εὐδοξίας πλήθους ἀριστοκρατία.

Quis non assentiatur Richardsio expungenti ἀριστοκρατία? Sed non minus suspectum mihi est εὐδοξίας, quo substantivo quippe derivato a verbo Hellenistico εὐδοκεῖν Plato uti nondum potuit. Is, si quid video scripserat μετὰ πλήθους ἀριστοκρατίας. Praepositio μετά hic, ut passim, significat *per. Aristocratiam per populum*, i. e. volente populo, Atticorum regimen vocat orator, quod probant verba sequentia: βασιλῆς μὲν γὰρ ἀεὶ ἡμῖν εἰσιν· οὗτοι δὲ τότε μὲν ἐκ γένους, τότε δὲ αἱρετοί· ἐγκρατὲς δὲ τῆς πόλεως τὰ πολλὰ τὸ πλῆθος, τὰς δὲ ἀρχὰς δίδωσι καὶ κράτος τοῖς ἀεὶ δόξασιν ἀρίστοις κτέ.

Exulato igitur interpretamentum.

P. 239 C. ὧν δὲ οὔτε ποιητής πω δόξαν ἀξίαν ἐπ' ἀξιοῖς λαβὼν ἔχει ἔτι τέ ἐστιν ἐν ἀμνηστίᾳ, τούτων πέρι μοι δοκεῖ χρῆναι ἐπιμνησθῆναι ἐπαινοῦντά τε καὶ προμνώμενον ἄλλοις εἰς ᾠδάς τε καὶ τὴν ἄλλην ποίησιν αὐτὰ θεῖναι πρεπόντως τῶν πραξάντων.

Nonne Plato dedisse censendus est: πρεπόντως ‹τε καὶ ἀξίως› τῶν πραξάντων?

P. 245 D. ὅμως δ' οὖν ἐμονώθημεν πάλιν διὰ τὸ μὴ ἐθέλειν αἰσχρὸν καὶ ἀνόσιον ἔργον ἐργάσασθαι Ἕλληνας βαρβάροις ἐκδόντες.

In antecedentibus sub litera B sqq. narrantur Athenienses soli noluisse regi Persarum tradere Graecos Asianos, quippe qui soli αὐτοέλληνες essent, nec μειξοβάρβαροι ut reliqui ipsius Graeciae incolae. Haec igitur causa fuit cur Athenienses a reliquis Graecis desererentur, neque expedio in hac conclusione ὅμως, *tamen*, quod quin in ὅλως, *prorsus*, mutandum sit non dubito.

P. 248C. Τὰ μὲν γὰρ ἡμέτερα, ita loquentes inducit ora bello caesos, τελευτὴν ἤδη ἕξει ἥπερ καλλίστη γίγνεται ἀνθρώποις, ὥστε πρέπει αὐτὰ μᾶλλον κοσμεῖν ἢ θρηνεῖν κτέ.

His verbis exponunt causam cur parentibus suis deflendi non sint, sed praedicandi felices, itaque sensu cassum est futurum ἕξει, quantocius in ἔχει refingendum.

(*Continuabuntur*).

AD SCHOLIA ARISTOPHANICA.

De lacuna, quae in fabulae Vesparum textu est post versum 1283, haec annotata praebet codex V:

In margine sinistro folii 168^{v} — loco alieno — leguntur haec „Ἡλιόδωρος· μετὰ τὸν στίχον 1283 εἰσὶν τόποι ἑπτὰ ἔχοντες στιγμὰς καὶ ἀλόγους [1])" κτέ.

In sequenti pagina (169^{r}) prius scripta sunt haec: „αἕ τοῦ διάλειμμα στίχων ἀνάστατον εἶναι, τῶν πλείστων δὲ εὗρον ἕνδεκα" dein, nonnullis intermissis: „μετὰ τὸ διάλειμμα ἐν πολλοῖ φέρεται στῖ ἑνὸς καὶ τρίτου ὁμωσου πρπίπτει".

Desiderantur autem in textu tradito antistropha tota sive versus undecim — tot enim versuum in V et R est stropha — et antepirrhematis quod sequitur versus unus.

Quae cum ita sint, in Heliodori verbis allatis pro ἑπτὰ scribo ἕνδεκα, cetera quae attuli scholia sic refingo:

„μετὰ τοῦτον διάλειμμα στίχων ἀντιστρόφων ἐστίν, τῶν πλείστων δὲ εὗρον ἕνδεκα". Alii nimirum aliter singulos stropha (et antistrophae) versus describebant. — Dein:

„μετὰ τοῦτο διάλειμμα ἐν πολλοῖς φέρεται στίχου ἑνὸς κρητικοῦ. ὅμως οὐδὲν προεκπίπτει". *In multis exemplaribus indicatur unius tetrametri cretici defectus. Nihil tamen in prima antepirrhematis enuntiato desideratur.* V. L.

1) Sic. Verba notatu digna. Cf. Enchiridii dict. ep. p. LII.

AD APOLLODORI BIBLIOTHECAM.

SCRIPSIT

C. GUL. VOLLGRAFF.

Teste Photio (cod. 186) Apollodori quae dicitur bibliothecae versiculi quidam praefixi erant in hunc modum:

Αἰῶνος πείρημα ἀφυσσάμενος ἀπ' ἐμεῖο
παιδείης μύθους γνῶθι παλαιγενέας,
μηδ' ἐς Ὁμηρείην σελίδ' ἔμβλεπε, μηδ' ἐλεγείην,
μὴ τραγικὴν Μοῦσαν, μηδὲ μελογραφίην,
μὴ κυκλίων ζήτει πολύθρουν στίχον· εἰς ἐμὲ δ' ἀθρῶν
εὑρήσεις ἐν ἐμοὶ πάνθ' ὅσα κόσμος ἔχει.

Epigramma habemus a sero grammatico confectum, sed tamen, ut ipsius Photii verbis utar, οὐκ ἄκομψον. In quo cum cetera omnia apertum intellectum habeant, primi distichi tradita lectio difficultatibus quibusdam premitur natis haud dubie e corruptela. Primum enim αἰῶνος πείρημα, quod novissimum Apollodori editorem in contextu retinuisse satis mirari non possum, nihili est. Rem acu tetigit Salmasius eleganter rescribere proponens: σπείρημα, vel potius σπειρήματ', ut simul versum molestissimo hiatu liberaret. Sic autem de sententia nulla potest esse controversia. Videlicet hoc vult poeta: „hauriri potest ex hac bibliotheca praeteritorum saeculorum et priscae antiquitatis notitia."

Temporis hic relegens sinuosa volumina, chartis
disce meis quidquid fabula prisca refert,

Salmasium secutus vertit Hugo Grotius; qui, ut facile videre est, ceteram loci difficultatem sensit et elusit. Etenim ἀπ' ἐμεῖο παιδείης, quod, si interpretes sequi paratus es, accipiendum est

pro ἀπὸ τῆς παιδείας μου, verborum ordo novus et inauditu et vel in posterioris aetatis poetis sine exemplo esse videtu In quo etiam magis offendimus quod sic arctissime cohaerenti in duos versus distrahuntur. Illud quoque displicet quod poet epigrammatis initio neminem, ut mos erat, diserte alloquitur Denique mirationem movet eum produxisse ultimam syllaban participii quod est ἀφυσσάμενος. Nam Homerico metro sero na tum grammaticum usum esse quis credat? Cave ne una literul transposita omnium harum molestiarum causa extiterit. Nonn quae in primo versu deficit litera σ, eandem in altero abundan vides? Scribendum:

Αἰῶνος σπειρήματ' ἀφυσσαμένη ἀπ' ἐμεῖο,
παιδείη, μύθους γνῶθι παλαιγενέας.

„Saeculorum voluminum scientiam ex me haurite, o iuvenes priscasque fabulas cognoscite".

Tenendum enim Graecos serae aetatis παιδείαν dixisse eaden sententia qua Latini *iuventutem* i. e. pueros. Cuius rei quide lexica unum tantummodo exemplum adferunt, sed ita comps ratum ut alterum vix desideres. Lucianus enim, hoc certe loc minime attice locutus, Amor. c. VI, ubi adulescentem induci a magna caterva amicorum deductum, πυρηκολούθει, inquit, πα δείας λιπαρὴς ὄχλος. Quod potuit Lucianus, idem procul dubi potuit grammaticus noster Luciani sive aequalis sive, ut putc illo aliquanto recentior. Plane simili modo notissimae tabul Iliacae auctor pueros alloquitur:

Ὦ φίλε παῖ, Θεοδωρείην μάθε τάξιν Ὁμήρου,
ὄφρα δαεὶς πάσης μέτρον ἔχῃς σοφίης.

Coniectura mea recepta, cum nemo umquam dubitaverit qu epigramma de quo agimus revera ad bibliothecam pertine sequitur viros doctos bibliothecam in usum puerorum script esse existimantes verum vidisse.

Transeo ad alium locum quemdam eiusdem bibliothecae. Li tertii paragrapho, quae in editione Wagneriana tricesima secu est, continentur duo fragmenta satis male habita duorum c minum epicorum, quibus enumerabantur nomina canum Act onis. Iam haec fragmenta non ab ipso auctore bibliothecae loco laudata esse posse consentiunt omnes. Sed in fine alter

fragmenti legitur hicce versus, qui quidem nullo modo cum praecedentibus cohaeret:

ἀργαλέων ὀδυνῶν ἄκος ἔμμεναι ἀνθρώποισιν.

Quid verba ista sibi velint nemo quod sciam probabiliter explicavit. Nam quae nuper Wagnerus commentus est ea refellere vix opus est. Cum enim in fine § 31 de Chirone sermo fiat, qui *canibus* Actaeonis interitum domini sui lugentibus medicatus sit, opinatur Wagnerus versiculum pertinere ad venena, quibus sapientissimus senex usus sit. Quasi in eo non diserte de medicamine *hominibus* destinato sermo fieret. Habet tamen res explicatum facillimum. Primum quaeso conferas hosce locos e variis poetarum carminibus depromptos:

Eur. Bacch., 279:

βότρυος ὑγρὸν πῶμ' ἠῦρε κείσηνέγκατο
θνητοῖς, ὃ παύει τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
λύπης ...

Ibid., 772: τὴν παυσίλυπον ἄμπελον δοῦναι βροτοῖς.

Astydamas, fr. 6: θνητοῖσι τὴν ἀκεσφόρον
λύπης ἔφηνεν οἰνομήτορ' ἄμπελον.

Orph. hymn., 50, 6:

παυσίπονον θνητοῖσι φανεὶς ἄκος.

Hisce locis omnibus iisdem fere verbis vineam a Baccho hominibus datam esse praedicatur, qua animi molestiae et aegritudini mederentur. Iam inspiciamus ea, quae in bibliotheca post hunc de quo agimus versum continuo sequuntur:

Διόνυσος δὲ εὑρετὴς ἀμπέλου γενόμενος κτλ.,

statim intelleges versiculum undecumque delibatum ad haec verba in margine libelli adscriptum fuisse ab erudito quodam lectore. Ex eiusdem doctrinae copiis fluxerint etiam fragmenta spica de canibus Actaeonis. Itaque haec omnia in posterum editoribus bibliothecae non, ut a Wagnero factum est, quamvis uncis seclusa in textu retinenda erunt, sed prorsus eicienda. Non enim sunt additamenta a grammatico libellum novis curis retractante textui consulto inculcata, sed meri lusus calami viri haud scio an doctissimi, quae librariorum inscitia postmodo e margine sublata ipsi textui inseruit.

AD STATII ACHILLEIDEM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Statii Achilleidos editio, quam H. W. Garrod v. d. proximo cum Thebaide uno coniunctam volumine in typ pheo Clarendoniano evulgavit, cum propter edendi ratic consideratam circumspectamque qua nusquam non vir doctiss usus est, Bibliothecae Oxoniensi decori est atque ornam tum nova codicis Etonensis collatione eaque accuratiore q antea factum erat instituta dignissima videtur quae ce omnibus iam praeferatur. Ceterum in Museo nostro nuper o merita debitis laudibus me extulisse opinor, nunc vero singula recensere lubet, quibus partim editoris coniecturas, caute prudenterque in apparatu critico protulit — in ip textum recepit rarissime, locis similibus argumentisque a sive confirmare seu refutare conabor, partim de meo pauc dere quibus via ad poetae manum restituendam fortasse ap possit.

Semel modo editorem lectionem omnino improbandam p obtrusisse arbitror: vs. 516 dico, ubi pro verbo *torquens*, codices mss. praebent ad unum omnes neque quisquam umq vexandum putavit, invitis Musis posuit *torpens* addidit Calchantem prae igne sensum oculorum amisisse, sed quor iam vocabulum *sanguine* explicandum sibi videatur non ad At verba 'igne genas et sanguine torquens' significare mo torquens oculos igne micantes et sanguine suffusos; neque los modo, sed etiam ceteras corporis partes Calchas torsit, legimus vs. 522:

exsiliunt crines rigidisque laborat
vitta comis, nec colla loco nec in ordine gressus.

At vero ad lectionem traditam tuendam multis opus non esse verbis ostendet locus similis qui est vs. 855:

infremuit torsitque genas et fronte relicta
surrexere comae.

Hunc iudicii errorem laus loci denique recte constituti quodammodo compensat.

Vs. 684 editores codicem Puteaneum secuti fideli concordia recensere solebant *it pelago secura ratis* — Garrod primus e codd. EK reposuit *pelagi*, quod, si Thetin timerent, at propter pelagus. Sic est! et locum ex ipso poemate addere poterat quo hanc lectionem unice veram esse demonstraret, sc. vs. 43 sqq. ubi Thetis irata exclamat:

non potui infelix, cum primum gurgite nostro
Rhoeteae cecidere trabes, attollere magnum
aequor et incesti praedonis vela profunda
tempestate sequi cunctasque inferre sorores?

In his *profunda tempestate* = tempestate in profundo maris, sub aquis, ita ut tempestati qualem Aeolus ventis suis supra aquas dare solet, quasi sit contraria. Ad hunc locum spectant versus, quibus poeta verba a Garrodio restituta illustravit:

quippe alta Tonantis
iussa Thetin certas fatorum vertere leges
arcebant aegram lacrimis ac multa timentem,
quod non erueret pontum ventisque fretisque
omnibus invisum iam tunc sequeretur Ulixem.

Insuper conferri potest vs. 233: celerisque recursus securus pelagi Chiron rotat.

Iam de coniecturis quas in apparatu editor proposuit videamus. In quibus quamquam nonnullae minime spernendae videntur, haud facile cuiquam eum persuasurum puto, vs. 171 pro *fido* legendum esse: *bifido*. Addidit ille quidem: *i. e. in limine antri*, sed, credo, epitheton de Centauri ungulis rectius diceretur quam de limine quolibet sive antri seu domus. Ipso suo interpretamento vir doctus mihi quidem metum iniecit ne locus male intellectus eius coniecturae esset origo: iam timeo, ne *fido* dativum esse duxerit ad *visa est* pertinentem pro: *a fido* (sc.

filio). At verba *fido in limine* iure a me copulari probat si non vs. 197: quamquam ibi fida parens, at certe vs. 750 sq.:

Rumor in arcana iamdudum perstrepit aula,
virginibus qua fida domus, venisse Pelasgum e.q.s.

Non magis probare mihi potuit editor coniecturas, quas ad vss. 903 et 939 adscripsit. Loco priore sollicitat lectionem *tuis* eo quod rogat num forte *toris* sit legendum. At vero, ubi Achilles ita Lycomedem compellat: 'Iunge ergo manus et concipe foedus atque ignosce tuis!' pronomen *tuis*, quod cum in enuntiati fine et in caesura positum sit vim magnam in pronuntiatione versus obtinet, ita interpretandum iudico: 'Ignosce nobis qui foedere concepto facti iam erimus tui!' Quid autem ignoscendum sibi sit, verbis quae sequuntur Achilles exponere pergit.

Ad vs. 939 pro *miserae* vir doctus proposuit *serae*. Vereor tamen ne 'abripitur serae permissus Achilles' a sermonis Latini consuetudine alienum sit: dici potest 'abripitur sero (adverbium) permissus Achilles', sed adiectivum si ponitur, substantivum quale est *uxori* adiungi oportere credo, ut vs. 42:

o dolor, o seri materno in corde timores!

Lectio igitur tradita aut integra relinquenda videtur aut certe non isto modo sollicitanda.

De duobus locis haud parvus etiamnunc mihi residet scrupulus.

Utrum vs. 462 pro *avita*, quae est Puteanei corrupta lectio, scribendum sit *avia*, quod fere recensetur, an *ardua*, quod Garrod in apparatu protulit, haud magni interest. Illud suadet codicis optimi scriptura et II. 121:

numquam ille imbellis Ossaea per avia dammas
sectari,

hoc et verba, quae continuo sequuntur, reddunt probabile et vs. 700:

ipse ardua fido cum Diomede petit.

Sed gravior quaestio est, num vs. 498 iure editor pro *recludes* quod codices dant omnes, *recludis* dederit. Protesilaus ibi Cassandram incantem ut Achillis latebras aperiat oratione longiore adhortatur, in qua et alia et haec sunt:

quando ora deo possessa movebis
iustius aut quianam Parcarum occulta recludes?

Ita in Puteaneo legitur, sed quod in codd. EKQ est: *quaenam*

fere ab editoribus recensetur, quo haec evadit sententia: aut qualia tandem fata nobis aperies? Garrod tamen codicis vetustissimi *quianam* retinuit, sed pro *recludes* temporis praesentis formam posuit *recludis* hoc addito: i. e. celans. Hanc verbi significationem deinde duobus locis e Silvis petitis comprobare sibi visus est adiecitque se suspicari verbum recludendi apud Statium omnino non 'aperire', sed semper 'operire' significare.

Quamquam ipsius verbi recludendi in Achilleide plura exempla non sunt, verba quae sunt 'retegere' (vs. 925: tandemque retectum foedus) et 'reserare' (II. 34: erectumque manet reserato in limine Bellum) Garrodi opinionem minime confirmant. Sed de locis in Silvis videamus. Silv. II. 4. 32 de psittaco sermo est, quo recluso Melior numquam solus esset. Garrod autem contendit *recluso* = vinclis retento, quod ut credam adduci numquam potero, nam tum demum ista interpretatio aliquid valeret, si postea psittacus aufugisset, avolasset, sed non ita factum, nam mortuus est. Praestat igitur, si quid video, Vollmeri explicatio: „*quo recluso* wenn der Käfig geöffnet wurde; dass der Vogel zuweilen frei umherlief, zeigt vs. 6 *errantem toris*."

Est locus alter Silv. III. 4. 5, ubi Amor speculum attulisse fertur aureum gemmisque ornatum, quod Earini capillis in Asiam mittendis adiungeretur: laudat donum suum atque ab Earino petit haec:

tu modo fige aciem et vultus hic usque relinque!

quo facto 'speculum reclusit imagine rapta'.

Hunc quoque locum Vollmerum recte interpretatum esse arbitror: „*reclusit* nach Aufnahme des Bildes schliesst Amor das Speculum wieder in sein Behältnis, das λοφεῖον, oder machte den mit Charnieren befestigten Deckel über dem Spiegel zu." Ille igitur non cum Garrodio explicat *reclusit* = operuit, sed = rursus operuit. Quae cum ita sint, editori non assentior verbum recludendi apud Statium omnino non significare 'aperire' sed semper 'operire' suspicanti. Cum vero altero loco in Silvis significatio aperiendi manifesta sit, ut etiam in Theb. I. 385: tandemque reclusis infertur portis, altero rursus claudendi, adducor ut credam loco nostro retinendam esse codicum lectionem *recludes* — recipiendam vero codicum EKQ scripturam quaenam pro Puteanei *quianam*, recensendum igitur quod Wil-

kins in Postgatii Corpore recensuit et ceteri editores an

Iam annotationes sequuntur paucae, quibus ipse sive datione proposita sive nova quod sciam interpretatione ad manum poetae restituendam vel ad verba eius rectiu legenda aliquid conferre conabor.

Thetis postquam diu deliberavit quo loco filium absc tandem Scyron insulam eligit; sequitur haec comparatic

qualis vicino volucris iam sedula partu,
iamque timens, qua fronde domum suspendat in providet hic ventos, hic anxia cogitat anguis,
hic homines: tandem dubiae placet umbra, no vix stetit in ramis et protinus arbor amatur.

Quamquam diu me veritum esse ne ipsum poetam p meo emendarem, ingenue profiteor, denique animum i non potui ut versum numero suo notatum a Statio ita s putarem. Umbram pro arbore a poetis haud raro dic scio, sed primum vix credibile est, postquam tot iam curam eius, timorem, dubitationem poeta expressit, ip pore quo tandem consilium ei constaret atque remot omnis dubitatio, avem adiectivo *dubiae* significatam esse; hoc loco vehementer displicet vocabulum *umbra* nullo epitheto quo accuratius arbor definiatur quae tam a quam ab anguibus hominibusque nidum ac pullos de possit. Haec nihil dubii apud me iam reliquerunt qu scripserit poeta: tandem tiliae placet umbra.

In eo iam est ut in Scyron insulam Thetis cum fili ciscatur, quos ad mare usque comitatur Chiron,

prosequitur divam celerisque recursus
securus pelagi Chiron rotat udaque celat
lumina et abreptos subito iam iamque latentis
erecto prospectat equo, qua cana parumper
spumant signa fugae et liquido perit orbita pont

Ita editores, auctoritati Puteanei codicis morem dum recensent ascripta fere scriptura codicum EKQ *rogat* et S coniectura *notat*, quibus Garrod etiam suspicionem addic tasse legendum esse *regit*.

At neque *rotat* neque *regit* ullo modo hic ferri posse contendo. Cuius enim recursus ita Chiron sive rotare sive regere existimatur? Suosne? At nondum revertitur, nam postea etiam Thetin filiumque iam prope latentes prospectare dicitur atque acerrime repugnant verba *securus pelagi*. An Thetidos natique? At credibile non est, eum illorum abitum properasse quos quam maxime secum habere vellet: certe epitheton *celeres* plane absurdum esset.

Codex Etonensis ipsum verbum exhibet, quod loci sententia desiderat. Chiron enim Thetin cum Achille discessuram prosequitur atque dum usque efflagitat ut celeriter cum alumno suo ad se recurrat sive revertatur, vel marinas undas nil moratur. Omnino igitur scribendum videtur *rogat*. Cf. Ov. Her. 6. 59:

Abstrahor, Hypsipyle, sed dent modo fata recursus,
vir tuus hinc abeo, vir tibi semper ero!

Deidamea quantum sorores suas pulchritudine superet, describitur ita:

297 illius et roseo flammatur purpura vultu
et gemmis lux maior inest et blandius aurum:
atque ipsi par forma deae est, si pectoris anguis
ponat et exempta pacetur casside vultus.

Non inutile videtur monere, versum primum male verti ut in Georgii lexico s. v. *flammo* et ab aliis fortasse vertitur: „Purpurröthe entbrannte auf ihrem Gesicht." Vocabulum *purpura* non ad virginis faciem sed ad vestem referendum est; sin minus, abundantia nimia, immo inepte poeta diceret, in vultu eius purpureum colorem flammari roseo colore neque comparativis *maior* et *blandius* iusta vis inesset. De ipsa forma virginis poeta demum loquitur versu 299 — versibus vero 297 sq. de cultu eius tantum sermo est: *roseo vultu* autem ablativum causae esse dico tam ad *gemmis lux maior inest* et ad *blandius aurum* (est sc.) quam ad *flammatur purpura* pertinentem. Sic locum explica: illius roseo vultu et purpura vestis magis flammatur et gemmae magis lucent et aurum splendet magis, sc. quam sororum. Ceterum ad *ipsi — deae* in vs. 299 cf. vs. 809:

quas tibi sidereis divarum vultibus aequas
fors dedit.

Virginem conspectam Achilles continuo deperit
nec latet haustus amor, sed fax vibrata medullis
305 in vultus atque ora redit lucemque genarum
tingit et impulsum tenui sudore pererrat.

Pro *redit* Garrod suspicatus est: *ruit*, sed potius emendandu videtur: subit. Similem errorem scriba archetypi commis litteram *d* pro *b* scribendo vs. 746, ubi Heinsius *obit* pro cod cum vitiosa scriptura *adit* restituit.

Thetis vestem muliebrem filio inicit, quo facto crines ei componit
329 ac sua dilecta cervice monilia transfert.

Idem hoc loco factum est in Puteaneo quod vs. 600, ubi *st est* legitur pro: *est stat*, et vs. 734, ubi pro: *tibi cuncta* libr rius mutato ordine *cuncta tibi* exaravit. Scribendum enim est:
ac dilecta sua cervice monilia transfert.

Thetis monile quod unice diligebat, a sua cervice solvit atqu ad filii cervicem transtulit. Cf. vs. 450: litora multum mont vagae dilecta deae, II. 27: dilecta ad moenia.

Non multi laboris fuit Thetidi, virginis specie natum induer
superest nam plurimus illi
336 invita virtute decor, fallitque tuentis
ambiguus tenuique latens discrimine sexus.

Quoniam vs. 326 sqq. enarratum est, matrem multimodi Achilli virtutem omnem ademisse, atque tum demum verbun *superest* vim suam obtinebit, si aliud quid demptum esse priu significatum erit, pro *invita* legendum puto: iam victa, quo iam codices EKQ, in quibus est *invicta*, commendare videntur

Scyriades puellae Achillem magnopere mirantur et benigne recipiunt,
dehinc sociare choros castisque accedere sacris
371 hortantur, ceduntque loco et contingere gaudent.

Garrod *clauduntque locum* suspicatus est, addens: „volunt enin non cedere, sed appropinquare." Nonne melius locus restitutu erit uno vocabulo *loco* in locum mutato? Virgines occupata erant choris instituendis: Achillem hortantur ut ipse quoqu

chori particeps fiat atque locum ei cedunt (ruimen hem een *plaatsje* in), cf. II. 29: occultus sub corde renascitur ardor *atque* locum virtus.

Totus Achivorum exercitus Aulidem iam convenit,
sed quamquam et gemini pariter sua bella capessant
Atrîdae famamque avida virtute paternam
Tydides Sthenelusque premant, ...
omnis in absentem belli manus ardet Achillem.

Tydides Sthenelusque virtute sua premunt i. e. vincunt, superant (cf. vs. 608) famam paternam, virtute quae paterna iam maior est; qua de causa quin levi mutatione pro *avida* (in codd. K Q *avidi*): aucta legendum sit vix dubito. Cf. vs. 732 ubi de eodem Diomede:

hic tibi, quem tanta meliorem stirpe creavit
magnanimus Tydeus.

Omnes Achillem poscunt unum, nam
patrii propior cui linea caeli,
quemve alium Stygios tulerit secreta per amnis
Nereis et pulchros ferro praestruxerit artus?

Pro *secreta* corrigendum est: secura. Non illud Achillem ut armorum socium commendat atque prae ceteris omnibus distinguit, quod clam mater eum in Stygis undas merserit, sed quod tuto, quod secura id facere potuit, nam *secura* = nil mali, nil periculi timens, cf. vs. 589: oscula securae dabat insidiosa sorori. Res alibi in Achilleide commemoratur vs. 134: saepe ipsa (nefas!) sub inania natum Tartara et ad Stygios iterum fero mergere fontis, et vs. 269: si progenitum Stygos amne severo armavi (totumque utinam!).

Dum omnes Achillem quaerunt frustra, Calchantem compellat Protesilaus,

namque huic bellare cupido
praecipua et primae iam tunc data gloria mortis.

An gloria primae mortis Protesilao data erat antequam in hostium terram advenissent? Quo tempore ipse eo quod Calchantem acerrime increpuit, se minime mortuum esse sed vivere

ac vigere quam maxime ostendebat? Non credo neque crediderunt alii ante me, nam in codd. KQ pro *gloria* exaratum esse video *copia*, quod Garrod annotare neglexit. Ego tamen non vocabulum *gloria* sollicitandum esse opinor, sed pro *data* ponendum rata i. e. fixa, destinata, cf. vs. 81: ratus ordo deis miscere cruentas Europamque Asiamque manus. Conferatur quoque vs. 893, ubi Achilles Lycomedem alloquitur:

te pridem tanta manebat
gloria, quaesitum Danais tu mittis Achillem.

Scriptura *copia* codicum KQ fortasse nata est e vs. 792:

non alias umquam tantae data copia famae
fortibus aut campo maiore exercita virtus.

Est finis Protesilai orationis ad Calchantem habitae:

sed felix numeroque ducum praestantior omni,
si magnum Danais pro te dependis Achillem.

Editor cum Colinaeo recensuit *per te* et cum cod. Etonensi *deprendis* addens, lectionem *dependis* falsam esse quoniam non uter militari debeat sed ubi gentium sit Achilles agatur. Hoc quidem verum, sed aeque verum, Protesilaum Calchanti, quamvis opere bellico immuni solutoque, gloriam bellicam esse pollicitum, nam postquam eum hortatus est vs. 508:

heia, inrumpe deos et fata latentia vexa,
laurigerosque ignis, si quando, avidissimus hauri!

quibus iam gloriam, quae ex Achille producto Calchantem secutura sit, significavit, addit haec:

arma horrenda tibi saevosque remisimus ensis,
numquam has imbellis galea violabere vittas:
sed felix numeroque ducum praestantior omni,
si magnum e. q. s.

Haec vero quid sibi volunt nisi haec: Nunc tempus est quo gloriam bellicam tibi parare possis! Sane concessum tibi est ut expers maneres armorum strepitus, sed si iam pro te Achillem proeliatorem Danais dependeris, felix eris atque duce quovis praestantior!

Quamquam igitur fuit cum:

si magnum Danais pretium dependis Achillem

veram esse lectionem suspicarer, memor vs. 385 'depositum

ingens' Achillem vocari, vs. 914 'depositum tam grande' nec non Puteanei archetypum hoc loco lacunosum fuisse, nunc tamen Wilkinsium lectionem traditam merito retinuisse credo.

Calchas instinctu divino afflatuque motus mente videt quomodo Thetis filium abripiat exclamatque:

Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum
femineis, Nerei, dolis? huc mitte: quid aufers?
non patiar: meus iste, meus. tu diva profundi,
529 et me Phoebus agit.

Nimirum scribendum est: at me Phoebus agit. Ceterum cf. vs. 552:

aut verum penitus latet et sine Apolline Calchas.

Calchantis vaticinio audito Diomedes comitem se promittit Ulyssi, si ire velit ad Achillem quaerendum, eum incitat, denique hunc allocutionis facit finem:

544 non mihi quis vatum dubiis in casibus ausit
fata videre prior.

Fuit cum verbo *ausit* non eam vim inesse putarem quam sententia postulare videretur neque ferri posse adiectivum *prior*, si illud retineretur; neque Schrader, qui *adsit* proposuit, aliter censuisse videtur, sed ne sic quidem omnes iam tolli credebam difficultates. Locum accuratius consideranti opportunissime mihi in mentem venit loci in Thebaide qui est I. 398 sq.:

id volvens non ipse pater, non docte futuri
Amphiarae vides (etenim vetat auctor Apollo),

i. e. quamquam Phoebi oraculum quid sibi velit sedulo iudicatis et perpenditis, neque ipse tu, Adraste, neque Amphiaraus, vates ille optimus, id videtis i. e. intellegitis, perspicitis. Nostro igitur loco Diomedes haec vult: Non mihi quis vatum in dubiis casibus te prior esse ausit qui vaticinia data recte explicet. Utroque enim loco videndi verbo inest pervidendi notio, non: praevidendi.

Describuntur Achillis amores ac blanditiae:

nunc levibus sertis, lapsis nunc sponte canistris,
572 nunc thyrso parcente ferit, modo dulcia notae

fila lyrae tenuisque modos et carmina monstrat
Chironis.

Omnino corrige motae, quod tam ratio flagitat quam probat vs. 187:

solantia curas
fila movet leviterque expertas pollice chordas
dat puero (Chiron sc.)

Quo verbo restituto gradatio evadit aptissima: lyra mota Achilles primum Deidameae monstrat fila dulce sonantia, dein tenuis modos, denique etiam tota carmina. Praeterea moneo, adverbium *sponte* modo ad verbum *ferit* pertinere posse (= non lacessitus s. provocatus), quamquam e loco quem obtinet, id ad *lapsis* referendum esse colligas.

Lycomedis filiae egrediuntur ut choros ostentent hospitibus, Ulyssi et Diomedi, inter quas longe eminent Deidamea et Achilles.

nitet ante alias regina comesque
Pelides, qualis Siculae sub rupibus Aetnae
Naidas Ennaeas inter Diana feroxque
Pallas et Elysii lucebat sponsa tyranni.

His versibus Deidamea cum Proserpina comparatur — Achilles cum Diana vel Pallade: non igitur legendum est *feroxque* sed: feroxve.

Deidameam de mariti fide sollicitam dubitantemque hic
solatur iuratque fidem iurataque fletu
spondet et ingentes famulas captumque reversus
Ilion et Phrygiae promittit munera gazae.
inrita ventosae rapiebant verba procellae.

Adiectivum *ingens*, epitheton Statio quamvis acceptissimum, hoc tamen loco mihi suspiciones movet gravissimas. An forte poeta scripsit: ingenuas famulas, ut illas respiceret quas Deidamea significavit vs. 943 sqq.:

iam te sperabunt lacrimis planctuque decorae
Troades optabuntque tuis dare colla catenis
et patriam pensare toris aut ipsa placebit
Tyndaris.

Ceterum versum 960, qui huius libri ultimus est, a poetae manu profectum esse haud facile quisquam mihi persuadebit: narrationis cursum ita praecurrere epicae poesi non videtur consentaneum, qua de causa versum a nescio quo aliunde postea adiectum esse suspicor.

Quotiens intra breve spatium centum et mille fere versuum easdem formulas poeta repetiverit, e locis supra a me allatis iam erit perspicuum. Tales autem locos sedulo componere tam ad Statianae poeseos indolem penitus cognoscendam utilissimum est quam ad locos alios sive melius intellegendos sive stabiliendos comprobandosque, nam identidem factum est ut locus aliquis pro corrupto haberetur donec loco simili reperto integritas eius ac sententia subito manifesta patuit. Quocirca exempla, quae inter legendum annotavi, in futuri Achilleidos commentatoris usum hic enumerabo, etsi mihi sum conscius, minime me plenum ei offerre numerum.

Vs. 115: terga ferarum, cf. 415; vs. 136: sub axe peracto, cf. 314: cui nondum toto peraguntur cornua gyro; vs. 137 cf. 199 et 529; vs. 188: laudum semina, cf. II. 89; vs. 264: ambigui sexus (genit. qualit.), cf. 337; vs. 273: cognata per aequora, cf. II. 7; vs. 279: campis fluviisque, cf. 154; vs. 323 sq.: visusque protervos obliquat, cf. II. 27; vs. 356: tu frange regendo indocilem sexuque tene, cf. 284 et Silv. III. 4. 71: de sexu transire; vs. 398: dulcibus armorum furiis, cf. 412: fervet amor belli, et Theb. I. 78; vs. 526: ingentem alumnum, cf. 656: ingentis nepotes; vs. 592, a Garrodio inclusus, cf. 925 sq.; vs. 604 cf. 634 et 836; vs. 671: adnuit (absolute positum), cf. 738; vs. 787: potentis Europae, cf. II. 63 et 397; vs. 791: inrevocata, cf. 440 et II. 67; vs. 802: praetexit, cf. II. 131; vs. 888: occulto calore, cf. II. 29 sq.; vs. 910: turba sumus: verba respiciunt vs. 783: quando novos dabit haec mihi turba nepotis; vs. 923: alnos, cf. II. 19; vs. 933 sq.: capta reportans Pergama, cf. II. 65: captos ad Pergama devehit Argos; vs. 948: aut dissimulata latebo; verba respiciunt vs. 933: virgineae noles meminisse latebrae; II vs. 4, cf. 30 et 242 sq.; II vs. 28: viduamque domum, cf. II. 82: viduaque e sede; II vs. 59: raptori faciles monstrantur Amyclae, cf. 21: incautas blande populatus Amyclas; II vs. 155: liquidam nodare

palen, cf. Theb. VI. 830: uncta pale; II vs. 158: priscosqu virum mirarer honores, cf. 118: monstrare lyra veteres hero alumno, et 188 sq.: canit ille libens immania laudum semina.

Ubi versibus supra indicatis numeri nota Romana non addit est, versus e libro priore significantur.

AD SCHOLIA ARISTOPHANICA.

Vesp. 1188 sq. *„Nunquam in ludos publicos missus sum equidem nisi semel Parum, καὶ ταῦτα δύ' ὀβολῶ Φέρων".*

Philocleonis haec verba recte, ut arbitror, amicus meus iunio Hooykaas cum primo scholiasta ita est interpretatus ut statuere *remigem* eum tum fuisse in navi publica. Qua explicatione parun probata Römer (Studien p. 114) sic disputavit:

„vielleicht war die richtige Erklärung in dem verstümmelte „Scholion gegeben, das wir heute an zweiter Stelle lesen: *οἱ δὲ „κατὰ παιδιὰν εἰρῆσθαι κωμικὴν τὴν Πάρον* <.....>. *ἰκρίοις δὲ „θεωροῦντες τοὺς δύο ὀβολοὺς παρεῖχον τοῖς ἀρχιτέκτοσιν.* Di „Worte sehen einer leeren Erfindung durchaus nicht ähnlich „Es muss demnach ein schlechter Platz im Zuschauerraum de „Theaters irgend einen den Witz mit Πάρος nahelegenden Spot „namen bekommen haben, auf den der Dichter hier anspiel „Also seine *θεωρία* erstreckte sich nur auf den einmaligen B „such des Theaters in Athen".

At Roemero hunc locum tractanti si praesto fuisset, qu aliquot mensibus post evulgata est, codicis Veneti imago ph totypa, minus ut opinor ei placuisset quam iniit interpretan ratio. Nam illic in paginae margine sinistro legitur hoc scholio *„μισθοΦορῶν τοσούτου. Πάρον δὲ οἱ μὲν τόπον οἱ δὲ κατὰ παιδι „κωμικὴν τὴν Πάρον*: —"

in dextro vero — multis aliis scholiis intermissis — hocce *„ᾧ (ἐπὶ) ἰκρίων θεωροῦντες τοὺς δύο ὀβολοὺς παρεῖχον τοῖς ἀρχιτ „τοσιν".*

Cavendum est igitur ne in unum conglutinentur diversissi

PLATONICA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

AD EUTHYPHRONEM.

P. 6 D: μέμνησαι οὖν ὅτι οὐ τοῦτό σοι διεκελευόμην. Multum praestat imperativus μέμνησο, sicuti continuo sequitur δίδαξον. Indicativus μέμνησαι se recte habet 15 C.

Ibid. 7 C: περὶ τοῦ κουφοτέρου διακριθεῖμεν ἄν. Aliquid excidit: sicuti supra legitur ταχὺ παυσαίμεθ' ἂν τῆς διαφορᾶς, pariter nunc requiro: (ῥᾳδίως) διακριθεῖμεν ἄν, quod adverbium facilius excidere potuit quam id quod Schanzio placuit ταχύ.

Ibid. 9 C: τόδε δέ σου ἐνενόησα ἅμα λέγοντος καὶ πρὸς ἐμαυτὸν σκοπῶ. Malim: σκοπῶν.

Ibid. 11 B: Interrogatus Euthyphro non dixit quid esset, sed quid τέτονθε τοῦτο τὸ ὅσιον. Languet autem quod adscriptum est: φιλεῖσθαι ὑπὸ πάντων θεῶν.

Ibid. 11 C. Hoc si equidem dixissem, verba sunt Socratis ad Euthyphronem, ἴσως ἄν με ἐπέσκωπτες· verum tua oratio fuit: καὶ γὰρ αἱ ὑποθέσεις εἰσίν· ἄλλου δή τινος δεῖ σκώμματος. Facile sentimus per totum dialogum Socratem ludibrio habere Euthyphronem, sed nunc quoque facit quod semper facit et lepide εἰρωνεύεται· serio scilicet pergit disputare et ἄλλου δή

τινος δεῖ non σκώμματος, sed σκέμματος. Hinc etiam Euth phro respondet: ἐμοὶ δὲ δοκεῖ σχεδόν τι τοῦ αὐτοῦ σκώμματο δεῖσθαι τὰ λεγόμενα, sed ridiculi nihil agnovit in verbis lepidi simi senis et hic quoque praestat σκέμματος. Vide vocabulu prorsus eodem modo usurpatum Crit. 48: μὴ ταῦτα σκέμμα ἢ τῶν ῥᾳδίως ἀποκτιννύντων, Rep. IV 435 C: εἰς φαῦλον σκέμμ ἐμπεπτώκαμεν, alibi. Nec Socrates, neque Euthyphro σκώπτι certe neuter vult σκωπτόλης haberi. Haud multum dissimi est quod mihi observavisse videor *Mnem.* 1897 p. 71 ad Xen phontis Memorab. 3. 6. 12. Negarat Glauco se praesente cognovisse Laureotica metalla et negligentiam ita Socrates e cusat: καὶ γὰρ νὴ Δία λέγεται βαρὺ τὸ χωρίον εἶναι, ὥςε, ὅτι περὶ τούτου δέῃ συμβουλεύειν, αὕτη σοι ἡ πρόφασις ἀρκέσει. S alienum est quod respondet Glauco: σκώπτομαι, nam sequentibus nusquam animadvertit Socratem se ludificari; dein illud σκώπτομαι non eum colorem habet, qui in Platonis Xenophontis dialogis perpetuo servatur, in quibus ipsi ad sophistae saepe repraesentantur tanquam mortalium stultissin Imperitus adulescens nil mali suspicatus, ridetur sed nihil se tit. Equidem cum Schneidero commendo: σκήψομαι.

Continuo sequuntur Euthyphronis verba: τὸ γὰρ περιιέν τούτοις τοῦτο καὶ μὴ μένειν ἐν τῷ αὐτῷ οὐκ ἐγώ εἰμι ὁ ἐντιθε sed supplendum est: μὴ (ἐθέλειν) μένειν, quemadmodum ter l gitur in iis quae proxime praecedunt.

Ibid. 12 A: quod legitur: καὶ γὰρ οὐδὲ χαλεπὸν νοῆσαι λέγω, ita demum significabit quod requiritur si rescripseri οὐδὲν χαλεπόν, sicuti est 14 E: ἀλλ' οὐδὲν ἥδιον ἔμοιγε. Intere tamen aliquid inter hoc et illud: quis ferat ὀρχούμενος τῆς νυ τὸς οὐδὲ παύεται pro vulgata lectione: οὐδέν? Infinitis locis n salis litera in extremo vocabulo omissa est; nunc accedat etia locus in vicinia, p. 13 E: postquam Socrates dixit: δῆλον γ ὅτι σὺ οἶσθα, ἐπειδήπερ τά γε θεῖα κάλλιςα φὴς εἰδέναι ἀνθρώπω respondet Euthyphro: καὶ ἀληθῆ γε λέγω, ubi quis admonit non corriget λέγων? Ceterum Herwerdenus quoque οὐδὲν p bavit, sed haud satis scio an Christius me non anteverterit.

Ibid. p. 16 A. Postquam Euthyphro dixit se abire velle, exclamat Socrates: οἷα ποιεῖς ὦ ἑταῖρε· ἀπ' ἐλπίδος με καταβαλὼν μεγάλης ἀπέρχει ἣν εἶχον, ὡς παρὰ σοῦ μαθὼν τά τε ὅσια καὶ (τὰ) μὴ καὶ τῆς πρὸς Μέλητον γραφῆς ἀπαλλάξομαι, ἐνδειξάμενος ἐκείνῳ ὅτι σοφὸς ἤδη τὰ θεῖα γέγονα. Quodsi Euthyphro Socrati satisfacere potuisset, is dixisset: μαθὼν τά τε ὅσια καὶ (τὰ) μὴ καὶ τῆς πρὸς Μέλητον γραφῆς ἀπήλλαγμαι, i. e. *nunc liberatus sum*, non dixisset ἀπαλλάττομαι itaque de re futura ἀπηλλαγμένος ἔσομαι necessarium est, vel uno verbo ἀπηλλάξομαι, de qua forma Cobetus praecepit *Mnem.* 1856 p. 397. Scilicet sic Socrates cogitabat secum: doctus Euthyphronis disciplinam *liber ero* ab accusatione Meleti. Adde quod recte dicitur: ἀπηλλάξομαι ἐνδειξάμενος, sed praesens ἀπαλλάττομαι requirit: ἐνδεικνύμενος. Contra in Apolog. p. 39 C recte legitur: οἰόμενοι ἀπαλλάξεσθαι, nec mihi persuasit Herwerdenus *Mnem.* 1906 p. 139.

AD APOLOGIAM.

Pervelim scire quid periti viri iudicent de p. 18 C, ubi poetae comici dicuntur ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ λέγοντες πρὸς ὑμᾶς, ἐν ᾗ ἂν μάλις' ἐπιστεύσατε παῖδες ὄντες, ἔνιοι δ' ὑμῶν καὶ μειράκια. Haec equidem certe non intelligo, nam, si additur nonnullos qui tunc iudices sederent, cum Nubes agerentur, adhuc fuisse adulescentes, videtur hoc plane otiose addi, nisi praecesserit plerosque fuisse paulo maiores natu. Hinc ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ ἐν ᾗ ἂν μάλις' ἐπιστεύσατε de ea aetate usurpari suspicor, qua homines vocantur νεανίσκοι, νεανίαι, κομιδῇ νέοι· his autem τὰ μειράκια et οἱ μειρακίσκοι uno et altero anno iuniores sunt. Sciolus hoc perperam accepit et putavit pueros Socratem dicere: hinc perperam addidit: παῖδες ὄντες vel potius ἔτι παῖδες ὄντες. Si locum bene interpretatus esset et scripsisset verbi causa κομιδῇ νέοι ὄντες, fraus fortasse latuisset vel saltem non satis evidenter potuisset argui; nunc suo se indicio prodit. Idem valet de pag. 23 C: οἱ νέοι οἷς μάλιστα σχολή ἐστιν [οἱ τῶν πλουσιωτάτων], ubi Herwerdenus ὑμεῖς inseruit. Putavit nescio quis iuvenes qui imprimis otio abundarent, intelligi divitissimorum civium filios, sed non est ita: omnes

iuvenes Athenienses, qui quidem liberaliter educati erant, otio abundabant, si compararentur cum ceteris civibus triginta annis maioribus, qui variis negotiis in re privata et domestica distinebantur. Socrates hoc agit ut explicet quomodo sit factum ut iuniorum studia potissimum excitarit. Non sinit nos dubitare Isocrates, qui in Helen. Encom. § 6: *οἱ γὰρ*, inquit, *μήτε τῶν ἰδίων πω μήτε τῶν κοινῶν φροντίζοντες τούτοις μάλιστα χαίρουσι τῶν λόγων*. In hac interpolationum frequentia suspicio mihi oborta est etiam de p. 25 B, ubi Socrates de equis interrogat utrum plures sint qui meliores reddant an unus modo *ἢ πάνυ ὀλίγοι*. Non scripsit Plato lectoribus quibus opus erat explicatione, quam hucusque nimis patienter tulimus: *οἱ ἱππικοί*. Neque Isocrates tale quid addidit de Antidosi § 211. Sed nihil hoc est si comparaveris cum p. 27 E: *εἴ τις ἵππων μὲν παῖδας ἡγοῖτο καὶ ὄνων*. Non puto dari in tota Graecitate emblema magis ridiculum; nam quam stolidus fuerit necesse est, qui adscripsit *τοὺς ἡμιόνους*! Primus tamen in textu uncinis signavit Hermannus. Scribit Herwerdenus iam Arrianum Diss. Epict. 2. 5 legisse *τοὺς ἡμιόνους*· nec rem praesto et multa interpolationes nimis vetustae sunt.

Tria sunt adiectiva probe distinguenda *ἄλογος*, *ἄτοπος* et *ἄπορος*. Primum dicam quid significent, tum exemplis quibusdam adscriptis ad discrimen confirmandum corruptos aliquot locos emendabimus; utar autem iis quae ad Isocratem olim congesseram *Mnem.* 1879 p. 82. Itaque *ἄλογον* vocatur id quod sibi ipsi contradicit et ex se ipso falsum esse arguitur. *Ἄτοπον* est ridiculum et absurdum. *Ἄπορον* denique idem est quod Homero *ἀμήχανον*. Quid sit *ἄλογον* nusquam melius cognosci potest quam in Phaed. 62 B: *καὶ γὰρ ἂν δόξειεν οὕτω γ' εἶναι ἄλογον· οὐ μέντοι ἀλλ' ἴσως ἔχει τινὰ λόγον*. Adde Charm. 175 C: *οὐδενὸς ὅτου οὐχὶ ἀλογώτερον τοῦτ' ἂν φανείη*, idem scilicet scire et nescire. *Ἄτοπος* saepe Socrates dicitur; vide v. Theaet. p. 149 A, ubi ipse dicit: *ἀτοπώτατός εἰμι καὶ ποιῶ τοὺς ἀνθρώπους ἀπορεῖν*, ubi certe cum Stallbaumio non corriga *ἀπορώτατος*, cf. H. Schmidt. ad Theaet. p. 443; deinde Alc. I p. 106 A, 116 E. Symp. 207 E. Crit. 44 B. Phaed. 60 B, an quem locum scholion est, de quo quaesivit F. H. E. Wolf

Diss. Academ. Ultraiect. p. 69, tum Euthyphr. 3 B. Theag. 122 D. Rep. V 475 D, VI 493 C, VII 515 A et 522 D. Phaedr. 230 C. Lys. 223 B. Euthyd. 305 A Legg. II 662 E: ἄτοπος ἂν οἶμαι φαίνοιτο καὶ ἄπορος τοῦ ξυμφωνούντως ἑαυτῷ λέγειν. Vitium est in Theaet. 198 E: ibi Socrates bis iuvenem interrogat de re quadam absurda et quae fieri omnino nequeat. Priore vice Theaetetus respondet: ἀλλ' ἄτοπον ὦ Σώκρατες. Tum Socrates pergit interrogare de re quadam satis probabili. Ἔχει γὰρ οὖν λόγον, Theaetetus inquit. Quis mihi non concedet ἄτοπον ferri non debere et omnino oportere corrigi ἄλογον· hoc certe λόγον ἔχει. Non minus evidens mendum est in Gorgia 519 D: τούτου τοῦ λόγου τί ἂν ἀλογώτερον εἴη πρᾶγμα .... οὐ δοκεῖ σοι τοῦτ' ἄτοπον εἶναι; Imo lege ἄλογον, sicuti mox recte legitur illud ipsum ἄλογον. Adde Phaed. p. 62 D: ἔοικε τοῦτο ἀτόπῳ, εἴπερ ὃ νυνδὴ ἐλέγομεν εὐλόγως ἔχει· lege: ἀλόγῳ. Dubito de Rep. V 453 E: δελφῖνα τιν' ἐλπίζοντας ἡμᾶς ὑπολαβεῖν ἂν ἤ τιν' ἄλλον ἄπορον σωτηρίαν. Equidem certe quae sit ἄπορος σωτηρία nescio, nam putabam ἄπορον eum esse, qui nullam inveniret rationem salutis. Fortasse Plato scripsit ἄτοπον, quod Herwerdenus commendavit et confer Vernetum Hartmannum in dissert. Academ. p. 136. Certius iudicari potest de Apolog. 18 C: ὃ δὲ πάντων ἀλογώτατον, ὅτι οὐδὲ τὰ ὀνόματα οἷόν τ' αὐτῶν εἰδέναι καὶ εἰπεῖν .... οὗτοι πάντες ἀπορώτατοί εἰσιν. Non est hoc admodum ἄλογον aliquid nescire: ἄλογον est scire quae nescias, dicere quae taceas. Sed Socrati ἀπορώτατον accidebat, quod illorum accusatorum nomina non nosset et hinc addit eos omnes ἀπορωτάτους esse, h. e. ut Homerice dicam ἀμηχάνους. Vide eorumdem nominum confusionem in papyro Aegyptiaca Phaed. 68 D: de quo loco Hartmannus retulit *Mnem.* 1892 p. 154. Unum locum addam ex libro sexto de Legibus p. 762 E: τῆς καθ' ἡμέραν διαίτης τῆς ταπεινῆς καὶ ἀτίμου γεγευμένον. Scire velim quid sit δίαιτα ἄπορος· interea donec rescivero, cum Herwerdeno veram lectionem esse suspicabor: ταλαιπώρου. Denique ad Rep. VII 524 B item cum Herwerdeno cf. *Mnem.* 1884 p. 324.

In poetarum comicorum formula accusationis, Apolog. 19 B: ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆς καὶ τὰ ἐπουράνια .... καὶ ἄλλοις ταὐτὰ

ταῦτα διδάσκων, grave vitium deturpat adiectivum τὰ ἐπουράνια pro quo Bodleianus Codex οὐράνια habet sine articulo. Soleban enim Athenienses philosophis exprobrare quod τὰ μετέωρ ἐζήτουν. Apud Aristophanem μετεωροσοφισταί sunt et in ips Apologia 23 D τὰ μετέωρα opponuntur τοῖς ὑπὸ γῆς. Eupoli de Protagora dixerat:

ὃς ἀλαζονεύεται μὲν ἀλιτήριος
περὶ τῶν μετεώρων, τὰ δὲ χαμᾶθεν ἐσθίει,

cf. Porson. Advers. p. 65. Apud Platonem ipsum habes μετεω ρολέσχης, μετεωρολόγος et μετεωροσκόπος, quem praestabit, credo μετεωροκόπον appellare, cf. Hemst. Anecd. p. 21 sqq. et Cobe tum *Mnem.* 1873 p. 118. Quid sint τὰ μετέωρα Balforeius e Bakius docuerunt ad Cleomedem p. 250, quorum copiis add Scholiastam ad Sisyphum, cui convenit cum Achille Statio a Arati Phaenomena p. 157 D. Qui meminit Aristophanem i Nubibus vs. 228 appellavisse τὰ μετέωρα πράγματα et Sch liastam addidisse interpretationem: ὑψηλὰ καὶ οὐράνια, mecur fortasse suspicabitur Platonem quoque laudato loco scripsisse τὰ μετέωρα, sed interpretamentum genuinum vocabulum sed pepulisse. Nimirum τὰ μετέωρα recentioribus οὐράνια dicuntu Photius μετεωρολέσχαι explicat: περὶ οὐρανοῦ φλυαροῦντες· M τεωροπολῶν· τὰ οὐράνια σκοπῶν. Ἐπιγειος et ἐπουράνιος opponun tur apud Paulum Apostolum in Epist. I ad Corinth. 15. 40 e ubique est magna talium copia.

Certum mihi videtur σοφὸς εἶναι spurium esse in his verbi Apol. 23 A: ὥστε πολλὰς διαβολὰς ἀπ' αὐτῶν γεγονέναι, ὄνομ δὲ τοῦτο λέγεσθαι [σοφὸς εἶναι]. Cf. p. 20 D: ὃ ἐμοὶ πεποίη τό τ' ὄνομα καὶ τὴν διαβολήν, ubi respicitur ad p. 18 B: ὡς ἔ τις Σωκράτης σοφὸς ἀνήρ.... Eodem tendit 27 A, 29 A. B, 34 E τηλικόνδ' ὄντα καὶ τοῦτο τοὔνομα ἔχοντα. Adde p. 38 C et S phist. p. 221 D: παντὸς δεῖ τοιοῦτος εἶναι τό γ' ὄνομα τοῦτο ἔχω Operosa est Schanzii ratio.

Ibid. 23 C: λέγουσιν ὡς Σωκράτης τις ἐστι μιαρώτατος καὶ δι φθείρει τοὺς νέους. Suppleverim: (ὃς) καὶ διαφθείρει.

Ibid. 26 A. Itidem aliquid deest in hisce: ἀλλ' ἢ οὐ διαφθείρ

ἢ εἰ διαφθείρω, ἄκων. Hic quod requiritur, unusquisque cogitando tacite supplebit: εἰ διαφθείρω, (διαφθείρω) ἄκων, sed hoc ipsum diserte additum oportuit. Similiter corrigam Pauli verba in altera Epistula ad Corinthios I 6: εἴτε δὲ θλιβόμεθα, θλιβόμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν, καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν· εἴτε παρακαλούμεθα, παρακαλούμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας. Idem vitium eodem remedio sanandum recurrit 2 Cor. II 10: ὃ κεχάρισμαι, εἴ τι κεχάρισμαι, κεχάρισμαι δι' ὑμᾶς. Alia dedi de genere eodem in prima commentatione Platonica p. 14 et in *Mnem.* 1878 p. 100. Recte apud Platonem Menon. p. 89 B: φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γίγνονται, sed supplendum p. 89 A: οὐκ ἂν εἶεν φύσει εἰ ἀγαθοὶ ἀγαθοί et εἰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ ἐγίγνοντο.

Quomodo Plato Homerum laudare soleat, de ea re cum cura quaesivi *Quaest. Hom.* § 42 et disputavi de Apologiae loco p. 28 C. In verbis: ὦ παῖ, εἰ τιμωρήσεις Πατρόκλῳ ἑταίρῳ τὸν φόνον καὶ Ἕκτορα ἀποκτενεῖς, αὐτὸς ἀποθανεῖ, primum expunxi peram additum Patrocli nomen, deinde correxi αὐτίκ' ἀποθανεῖ, resecto Homeri versiculo, qui continuo sequitur: αὐτίκα γάρ τοι, φησί, μετ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος. Prorsus inutiliter adscriptum fuit proprium Patrocli nomen, nam Plato scripsit lectoribus qui Homerum tanquam digitos suos tenebant: sic p. 41 B τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα τὴν πολλὴν στρατιάν, Agamemnonis nomen non addidit et in *Quaestionibus* aliquammultos locos indicavi, ubi Plato similiter locutus est.

Ibid. 29 C: ἔφη ἢ τὴν ἀρχὴν οὐ δεῖν ἐμὲ δεῦρ' εἰσελθεῖν ἢ ἐπειδὴ εἰσῆλθον, οὐχ οἷόν τ' εἶναι τὸ μὴ ἀποκτεῖναί με. Requiro locutionem τὴν ἀρχὴν οὐδέ, i. e. *omnino non*, sicuti recte legitur Theaet. p. 185 D: ὅτι μοι δοκεῖ τὴν ἀρχὴν οὐδ' εἶναι τοιοῦτον οὐδέν. Itidem Phileb. 63 E: γίγνεσθαι ἡμᾶς τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐῶσι, reponam οὐδ' ἐῶσι. Contra Apol. 35 C: οὐδὲ δίκαιον μοι δοκεῖ εἶναι δεῖσθαι τοῦ δικαστοῦ, οὐδὲ δεόμενον ἀποφεύγειν, prorsus necessarium est: οὐ δίκαιον. Praeterea malim: τὸ μὴ (οὐκ) ἀποκτεῖναι, de qua suspicione conf. Schanzius.

Ibid. 31 A: ὑμεῖς δ' ἴσως τάχ' ἂν ἀχθόμενοι, ... κ σαντες ἄν με ἀποκτείνατε. Audiamus Hermannum: „ pulsandi verbum κρούσαντες in ὀρύσαντες mutavi, quod p piti Atheniensium temeritati apprime convenit." Hanc qu coniecturam vix quisquam comprobabit: equidem comn compositum verbum ὑποκρούσαντες, quod verbum quid prio sensu significet, vide *Mnem.* 1903, p. 312, ubi eme studui Demosthenis locum de F. L. § 257: Aeschines ἡτί ὑπακούσαντά τιν' αὐτοῦ κατήγορον, nempe Timarchum ὑπακούσαντα, quod nihili est, sed ὑποκρούσαντα. Qui sit, Phrynichus dicet apud Bekkerum Anecd. 68. 10: ὑποκ τοὺς ῥήτορας τὸ μεταξὺ λεγόντων αὐτῶν ὑποφθεγγόμενον δίζειν. Ipse vides quam belle verbum nunc conveniat. I in Eryxia p. 395 E legitur: ὑποκρούσας ὁ Κριτίας, qui Ery interpellarat.

Ibid. 35 B. De ignavis civibus sunt qui perhibeant: γυναικῶν οὐδὲν διαφέρουσι, praestat, credo, γυναίων, recte legitur Theaet. 171 E: πᾶν γύναιον καὶ παιδίον καὶ Eodem modo correxi Plut. Moral. 252 C et Lucian. Dial. 24, 2, *Mnem.* 1900 p. 112.

Ibid. 36 A: ἀνέβη Ἄνυτος καὶ Λύκων. Improbavit ho betus *Mnem.* 1853 p. 324 et correxit ἀνέβησαν, sicuti apud Hyperidem pro Euxenippo correxerat ἔλαχον Ἀκαμ καὶ Ἱπποθοωντίς, cum in papyro legeretur ἔλαχεν. Non hoc Schneidewinius qui in *Philologo* VIII p. 347 nimis inte iracunde impugnavit tantum non omnia quae Cobetus ad peridis emendationem contulerat. Itaque ad singularem n rum tuendum Lysiam attulit c. Erat. § 12: ἐπιτυγχάνει βιός τε καὶ Μνησιθείδης ἀπιόντες. Prima scriptio fuit Cobetus cum Mnemosynes lectoribus communicavit ne fortasse pervenerat ad eam acerrimi iudicii maturitatem postea in *Variis Lectionibus* admirati sumus. Singularis per se offensioni non debet esse et Schneidewinius si hoc e multo plures locos potuisset laudare. Veluti ex Platone er Lysid. 207 D: φιλεῖ σε ὁ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ et Rep. VIII 5

ὑπέλαβε Πολέμαρχός τε καὶ Ἀδείμαντος. Schanzius plures locos attulit.

Ibid. 37 D: οὐχ οἷοί τ' ἐγένεσθε ἐνεγκεῖν τὰς ἐμὰς διατριβὰς [καὶ τοὺς λόγους]. Expungam id quod vides. Quid enim? Continuo sequitur: ἀλλ' ὑμῖν βαρύτεραι γεγόνασι. Sed, credo, sero veni.

Ibid. 38 C: ὁρᾶτε τὴν ἡλικίαν ὅτι πόρρω ἤδη ἐστὶ τοῦ βίου. Nihil potest esse facilius intellectu: estne opus addere θανάτου ἢ ἐγγύς? Non opinor.

Ibid. 39 B: ἐγὼ μὲν ἅτε βραδὺς ὢν καὶ πρεσβύτης ὑπὸ τοῦ βραδυτέρου ἐάλων, οἱ δ' ἐμοὶ κατήγοροι ἅτε δεινοὶ καὶ ὀξεῖς ὄντες ὑπὸ τοῦ θάττονος. Deinde pergit hoc Socrates interpretari, nempe τῷ βραδυτέρου nomine mors intelligitur, μοχθηρίαν καὶ ἀδικίαν appellat τὸ θᾶττον itaque nihil attinet post τοῦ θάττονος addere interpretationem: τῆς κακίας. Sed Hirschigius hoc iam vidit.

Ibid. 40 E efficio ex Ciceronis interpretatione: perpetuitas consequentis temporis similis *futura est* uni nocti, legendum esse: οὐδὲν πλείων ὁ πᾶς χρόνος φανεῖται ἢ μία νύξ, non φαίνεται. Idem mendum elue Crit. 54 B: οὔτε ἐνθάδε σοι φαίνεται ταῦτα πράττοντι ἄμεινον εἶναι, ... οὐτ' ἐκεῖσε ἀφικομένῳ ἄμεινον ἔσται. Addam Phaed. 62 A: θαυμαστὸν ἴσως σοι φαίνεται, ubi quovis pignore contendam φανεῖται legi debere, quia iterantur verba quae paulo supra emendate futuro tempore leguntur.

Ibid. 41 C: ὑμᾶς χρὴ ἓν τι τοῦτο διανοεῖσθαι [ἀληθές]. Agnoscine glossam?

AD CRITONEM.

P. 43 C. Dixerat Crito esse qui provecta aetate mortem tamen aegerrime ferant; cui Socrates: ἔστι ταῦτα· ἀλλὰ τί δὴ οὐκ αὐτῷ ἀφῖξαι; Pro urbanitate sua dixit, nisi fallor: ἔστω

ταῦτα. Sic loquimur cum aliquatenus concedimus vera
quae alter dixerit, modo sinat orationem ad alia deflect
Similiter corrigam Cratyl. 431 E: ἔϛω ταῦτα pro ἔϛι ταῦ
sicuti Cratylus itidem respondit 431 A, nam non nisi gravate
concedit quae omnino non potest negare et nunc certe per
obloqui.

Ibid. 43 D: ἀπαγγέλλουσιν ἥκοντές τινες ἀπὸ Σουνίου κ
καταλιπόντες ἐκεῖ αὐτό. Nullo negotio sentimus in tam perspic
enunciato participium καταλιπόντες pendere ex participio ἥκοντ
itaque coniunctio καί expungenda est. Sic millies erratum fu
quomodo Graece dicendum sit, tum alibi persaepe est vide
tum Rep. II p. 366 A: λισσόμενοι ὑπερβαίνοντες καὶ ἁμαρτάν
τες πείθοντες αὐτοὺς ἀζήμιοι ἀπαλλάξομεν.

Ibid. 44 B: ἐὰν σὺ ἀποθάνῃϛ, οὐ μία ξυμφορά ἐϛιν. Aliqu
deest quod ad loci sententiam est perquam necessarium: ἐ
σὺ (νῦν) ἀποθάνῃϛ.

Ibid. 44 D: οἷοί τ' εἰσὶν οἱ πολλοὶ οὐ τὰ σμικρότατα τῶν καὶ
ἐξεργάζεσθαι. Quod adscriptum est ἀλλὰ τὰ μάλιϛα σχεδόν, fa
ut sententia langueat. Dicitur eleganter οὐ τὸ σμικρότατον
τὸ πάντων μέγιϛον· litotes omnibus in usu est nec cuiqua
explicatione opus est. Itidem p. 52 A satis est: Φαμὲν καὶ
ταῖϛ αἰτίαις ἐνέξεσθαι καὶ οὐχ ἥκιϛα Ἀθηναίων σέ, nec Pla
opus habuit addere ἀλλ' ἐν τοῖϛ μάλιϛα, quae verba sciol
assumsit ex iis quae proxime sequuntur.

Ibid. 55 E: ἡ εἴσοδος τῆϛ δίκηϛ εἰϛ τὸ δικαϛήριον ὡϛ εἰσῆλθ
ἐξὸν μὴ εἰσελθεῖν. Duae circumferuntur lectiones εἰσῆλθεν
εἰσῆλθεϛ, sed unusquisque videt praestare εἰσῆλθεϛ, quum sequ
tur ἐξὸν μὴ εἰσελθεῖν eaque lectio etiam ex correctione Bodleia
libri est. Verum apparet servari non debere τῆϛ δίκηϛ, nam d
sane potest ἡ εἴσοδος τῆϛ δίκηϛ ὡϛ εἰσῆλθεν, sed absonum est
εἴσοδος τῆϛ δίκηϛ ὡϛ εἰσῆλθεϛ.

Ibid. 48 C: ἐνθένδε πειρᾶσθαι ἐξιέναι μὴ ἀφιέντων Ἀθηναία

obus Codicibus longe praefero *μὴ ἐφιέντων* · idem hoc
d p. 48 E legitur: *ἀκόντων Ἀθηναίων* itemque p. 52 A
δυοῖν θάτερα. Ἐφιέναι est *permittere, ἀφιέναι dimit-*
dem vitio inquinatur Legg. VII 806 C: *τὸ θῆλυ ἀφιέντα*
pro *ἐφιέντα*. Cf. praeterea Buttmannum ad Plat. Al-
). 118.

48 D: *σκεπτέον μὴ οὐ δέῃ ὑπολογίζεσθαι εἰ ἀποθνήσκειν*
estabit: *μὴ οὐδὲν δέῃ*, sic enim loqui solent: vide modo
28 D: *μηδὲν ὑπολογιζόμενον μήτε θάνατον μήτ' ἄλλο μηδέν.*
28 D: *μηδὲν μῆκος ὑπολογιζόμενος*. Rep. I 341 D: *οὐδὲν*
ὑπολογιστέον. Legg. III 702 C: *μηδὲν ὑπολογιζομένους τὸ*
αὐτῶν. Eodem modo dicitur *οὐδὲν ὑπόλογον ποιεῖσθαι*,
Lach. 189 B et Protag. 349 C. Recurrit idem vitium quod
notabamus Gorg. 480 C: *ἑαυτὸν παρέχειν ὥσπερ τέμνειν*
ειν ἰατρῷ μὴ ὑπολογιζόμενον τὸ ἀλγεινόν. Nec nunc negli-
Phileb. 25 B: *ταῦτα εἰς τὸ πέρας ἀπολογιζόμενοι καλῶς*
ωῖμεν δρᾶν., ubi corrigam *ὑπολογιζόμενοι*. Similiter
: *οὐδὲν ὑποξέλλεσθαι*, quam locutionem exemplorum nube
, Wyttenbachius illustravit in Biblioth. Crit. IX 55. Re-
vitium Apol. 24 A: *λέγω οὐδ' ὑποξειλάμενος*, ubi *οὐδὲν*
λάμενος de more praestabit.

l. 50 B. Inducuntur ipsae leges Socratem magna cum
ate admonentes: *διανοεῖ* [*τούς τε νόμους*] *ἡμᾶς ἀπολέσαι*
ὑμπασαν τὴν πόλιν. Huic similes eius quod est *νόμος* in-
ationes, nempe p. 50 D bis, Hartmannus enotavit in uti-
o libro de Emblematis apud Platonem p. 68. Recte nihil
iodi additum est p. 52 A C, sed peccatur p. 51 D bis. Iti-
memorabile est p. 53 A: *οὕτω σοι διαφερόντως τῶν ἄλλων*
ιῶν ἤρεσκεν ἡ πόλις τε καὶ ἡμεῖς. Cobetus expunxit ma-
lli adnotatiunculam: *οἱ νόμοι δηλονότι· τίνι γὰρ ἂν πόλις*
ωι ἄνευ νόμων; ubi superstitiosus sit oportet qui assensum
eat. Pariter addemus uncinos p. 54 B: *ἠδικημένος οὐχ ὑφ'*
[*τῶν νόμων*] *ἀλλ' ὑπ' ἀνθρώπων*. Sed omnium stolidissima
rpolatio legitur p. 54 C: *ἡμεῖς τέ σοι χαλεπανοῦμεν ζῶντι*
ἐκεῖ οἱ ἡμέτεροι ἀδελφοὶ οὐκ εὐμενῶς σε ὑποδέξονται, quem
antissimum locum plane pessumdedit qui interpretatus est:

οἱ ἡμέτεροι ἀδελφοὶ οἱ ἐν Ἅιδου νόμοι, sed postremum hoc Hirschigius iam viderat.

Ibid. 51 B: μᾶλλον θωπεύειν δεῖ πατρίδα χαλεπαίνουσαν ἢ πατέρα· hic etiamsi brevi post sequatur: βιάζεσθαι οὐχ ὅσιον οὔτε μητέρα οὔτε πατέρα, πολὺ δὲ τούτων ἔτι ἧττον τὴν πατρίδα, temerarium fortasse foret interpolare: ἢ πατέρα (καὶ μητέρα), nisi hoc ipsum extaret apud Stobaeum Flor. XXXIX 23, qui totam pericopen descripsit.

Ibid. 53 D: ἴσως ἂν ἡδέως σου ἀκούοιεν ὡς γελοίως ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἀπεδίδρασκες σκευήν τέ τινα περιθέμενος ἢ διφθέραν λαβών. Nempe γελοίως est lectoris adnotatio, cui ridicula imago videbatur Socratis sub indecora pelle latitantis.

Ibid. 53 E: εὐωχούμενος ἐν Θετταλίᾳ, ὥσπερ ἐπὶ δεῖπνον ἀποδεδημηκὼς εἰς Θετταλίαν. Idem vocabulum parum elegantur repetitur: scribam: ἐν θαλίᾳ vel fortasse ἐν θαλίαις, coll. Rep. IX 573 D: ἑορταὶ γίγνονται παρ' αὐτοῖς καὶ κῶμοι καὶ θαλίαι καὶ ἑταῖραι καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα. Ceterum concedendum est Platonem ut plurimum θοίνην appellare, Phaedr. 236 E 247 B, Symp. 174 C, Theaet. 178 D, Sophist. 251 B eruntque fortasse qui hoc ipsum praeferant. Schanzius autem et alii post Schanzium ἐν Θετταλίᾳ e textu eliminarunt.

AD PHAEDONEM.

P. 57 A: ἡδέως γὰρ ἂν ἐγὼ ἀκούσαιμι καὶ γὰρ οὔτε τῶν [illegible] λιτῶν Φλιασίων οὐδεὶς πάνυ τι ἐπιχωριάζει τὰ νῦν Ἀθήναζε. Omnium primum supplebo: ἡδέως γὰρ ἂν ἐγώ (σου) ἀκούσαιμι, sed gravis oritur dubitatio circa Phliasiorum proprium nomen quod post Schaeferum fuerunt qui delere vellent, quum Wolfi inserto articulo mallet τῶν πολιτῶν (τῶν) Φλιασίων. Ad illam rationem magis inclinat animus nec mihi quis obiiciat sciolum scire non potuisse cuias esset Echecrates, nam verosimiliter habebat aditum ad fontes hodie nobis praeclusos; quin et nos aliunde compertum habemus quae Echecratis patria fuerit, nem-

... Φαληρεύς, postremum vocabulum non videtur
atonis. Sed Apollodorum familiaris quidem *ὄπισθε καρωθεν ἐκάλεσε καὶ παίζων ἅμα τῇ κλήσει, Ὁ Φαληρεύς, ος Ἀπολλόδωρος οὐ περιμενεῖς*; Quaesiverunt interiid esset in his festivi: intelligent fortasse inducto noprio. Nos certe Batavi haud multum dissimili ratione iocamur, sed dignus est tamen qui conferatur Rettiб, cui itidem proprium nomen additum displicebat.
niamus ad Menon. 70 B, ubi offendor his verbis: *οἱ τοῦ ου Ἀρισίππου πολῖται Λαρισαῖοι*. Ultimum vocabulum im, nam Plato non omisisset articulum scripsissetque *πολῖται οἱ Λαρισαῖοι* et praeterea plerique Codices Λαabent: persuasi hoc Schanzio. Sed ipsius quoque Aristippi mala manu in textum interpolatum esse existimo, m ex iis quae Socrates pergit dicere de Gorgia: *ἀφιγὰρ εἰς τὴν πόλιν ἐρασὰς ἐπὶ σοφίᾳ εἴληφεν Ἀλευαδῶν τους, ὧν ὁ σὸς ἐρασής ἐστιν Ἀρίστιππος*, in quibus tamen it verba *ὁ σὸς ἐρασής*, vide p. 76 B.
misso Xenophonte de cuius loco Memor. 2. 7. 6, dixi 1897 p. 67, ipso Platone florente tales glossulae cum textu potuerunt coalescere; hic non utar testimonio obis in Epistolis superest VII 341 C: *οὐκοῦν ἐμόν γε ὑπῶν ἐστὶ σύγγραμμα οὐδὲ μήποτε γένηται*, sed Suidae est v. *ἀγαθοῦ δαίμονος· περὶ τἀγαθοῦ βιβλίον συντάξας*

τινα· Πατένειτ τοὔνομα, nam quis talia de suo comminiscatur Praeter has scholas Platonis, vetustissimis grammaticis Alexan drinis, cum Platonem interpretarentur et signa apponerent i codicum marginibus haud secus atque in Homero facere con sueverant, (cf. Diog. Laert. III 65, item L. Cohn. de scholii in Platonem p. 780) non deerant copiae ut adderent qua opus esse videretur. Sunt οἱ τοῦ Πλάτωνος ὑπομνηματισαί quos Eustathius appellavit p. 1397. Sed qui harum rerur curiosi sunt, hodie non nesciunt magnam interpolationum tu bam in Platonis codices irrepsisse. Cf. *Mnem.* 1897 p. 67 e Schanzium in Studiis Platonicis p. 30.

Ibid. 58 D. Interrogatus Phaedo utrum Socrates solus dier obiisset an amicis praesentibus, respondisse creditur: Οὐδαμῶς ἀλλὰ παρῆσάν τινες, καὶ πολλοί γε. Admonitus haud facile qui quam negaverit, Phaedonis esse illud οὐδαμῶς, tum Echecrate perrexisse interrogando: ἀλλὰ παρῆσάν τινες; Phaedonis autei esse: καὶ πολλοί γε. Ipse codex Bodleianus duobus punctis b positis eam suspicionem confirmat.

Ibid. 60 C: ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ ἐν τῷ σκέλει πρότερον ἀλγεινὸν, ἥκειν δὴ φαίνεται ἐπακολουθοῦν τὸ ἡδύ. Supplebo φαίνεται ἐπακολουθοῦν (νῦν) τὸ ἡδύ et adverbium post sy labam — οὖν facile potuit excidere. Eadem vocula excidit Gor 456 A: ὅταν αἵρεσις ᾖ ὧν (νυν)δὴ σὺ ἔλεγες.

Ibid. 61 C: κελεύουσι γὰρ Ἀθηναῖοι. Praeferam: κελεύου γὰρ οἱ ἕνδεκα, quod reponam quum sciam p. 59 E undecir viros mane affuisse Socrati, cf. 116 C. Confer etiam quomo Cobetus correxerit p. 85 B.

Ibid. 64 B. Esse video nonnullos in ea opinione verbum δοκε *putandi* significatione alienum esse ab Atticorum usu; meus cer olim is error fuit ac propterea ut eum errorem radicitus extirparen olim meos in usus collegeram magnum locorum numerum, umbra dubitationis superesse posset. Verum id quidem est Ion suum δοκέω identidem interponere veluti in illo: δοκέω μὲν,

Κλεινιχ τοῦτ' αἰνίσσεται indeque ἐν τῇ κοινῇ omnium dialecto postea venit ad omnes, ut in Δωρίσδεν δ' ἔξεσι δοκῶ τοῖς Δωριέσσιν. Sed Plato prorsus eodem modo Phaed. 64 B, Theaet. 166 B, Euthyd. 293 B, Sophist. 221 A, 225 D, 231 D, 242 B, Parm. 126 B, Alcib. II 138 B, 143 D, 144 B, Menon. 94 B, Rep. I 351 C, III 413 C, V 460 C δοκῶ, οἴσουσι, Legg. III 676 B, 687 E, V 746 B, 818 B, 822 B et ubi non. Nec miramur Paulum quoque Apostolum sic loqui 2 Corinth. 4. 9: δοκῶ γάρ, ὁ θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν· hinc 2 Corinth. VII 40: δοκῶ δὲ κἀγὼ πνεῦμα θεοῦ ἔχειν, Bentleius ex Codice F rectissime assumsit ἔχω. Horum locorum memor relegi aliquando, cum fidum ducem haberem Michelsenium meum Act. Apost. XXIV 16: ἐν τούτῳ καὶ αὐτὸς ἀσκῶ ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν πρὸς τὸν θεόν. Non satis hoc videri debuit ei qui modo se iactarat: λατρεύω τῷ πατρῴῳ θεῷ, πιστεύων πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν νόμον καὶ τοῖς ἐν τοῖς προφήταις γεγραμμένοις, ἐλπίδα ἔχων πρὸς τὸν θεὸν ἀνάστασιν μέλλειν ἔσεσθαι· hic non ἀσκεῖ ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν, sed iamdudum habet. Ecquid latet? ἐν τούτῳ καὶ αὐτὸς δοκῶ ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν. Ipse vides quam nullo negotio confundi possint verba ACKEIN et ΔOKEIN· exemplum habes Schol. Gorg. 486 C, ubi ad vocabulum ἄσκει adscriptum fuit δοκεῖ. Calamitosum est verbum ἀσκεῖν, quod non tantum interdum in δοκεῖν abiit et contra, sed conferam Gorg. 526 D: τὴν ἀλήθειαν σκοπῶν, ubi Cobetus post Heindorfium *Mnem.* 1858 p. 169 ἀσκῶν reposuit, coll. 486 C: εὐμουσίαν ἄσκει, p. 527 D: ἀσκῶν ἀρετήν, Symp. 212 B, alibi.

Ibid. 68 A: τῆς ἐλπίδος τῆς τοῦ ὄψεσθαί τε ἐκεῖ ὧν ἐπεθύμουν καὶ ξυνέσεσθαι· dabis mihi ἀεὶ ante ξυνέσεσθαι non debere abesse. Multi perierunt voluntaria morte ut viderent et *semper* essent cum iis quos hic amassent. Notum est quam frequenter id quod est ἀεί in libris nostris sine vestigio perierit. Excidit eadem vocula p. 78 E: Ἆρα κατὰ ταὐτὰ ἔχει· relege mihi totum locum et tibi persuadebis philosophum scripsisse: ἆρ' (ἀεὶ) κατὰ ταὐτὰ ἔχει;

Ibid. 70 A. Hic locus totus describendus est. Sunt Cebetis verba: τὰ μὲν ἄλλα ἔμοιγε δοκεῖ καλῶς λέγεσθαι, τὰ δὲ περὶ

τῆς ψυχῆς πολλὴν ἀπιστίαν παρέχει τοῖς ἀνθρώποις μὴ, ἐπειδὰν ἀπαλλαγῇ τοῦ σώματος, οὐδαμοῦ ἔτι ᾖ, ἀλλ' ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διαφθείρηταί τε καὶ ἀπολλύηται, ᾗ ἂν ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, εὐθὺς ἀπαλλαττομένη τοῦ σώματος καὶ ἐκβαίνουσα ὥσπερ πνεῦμα ἢ καπνὸς διασκεδασθεῖσα οἴχηται διαπτομένη καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ ᾖ. Primum cum Hirschigio eiiciam διαφθείρηταί τε καὶ ἀπολλύηται, quae sententiam mire impediunt. Tum interpolata habeo vocabula πολλὴν ἀπιστίαν παρέχει τοῖς ἀνθρώποις, quae desumta sunt ex proxime praecedentibus: τοῖς δὲ πολλοῖς ἀπιστίαν παρέχει et adscripta fuerunt ab sciolo qui non intellegebat quid esset: μὴ ... οὐδαμοῦ ἔτι ᾖ. Sic enim loquimur, cum auctores alicui sumus ut suspicionem quandam ulterius investiget, sicuti p. 69 A Socrates dixerat: μὴ οὐχ αὕτη ᾖ ἡ ὀρθὴ ἀλλαγή. Si servantur illa verba, aliorum est incredulitas quae est ipsius Cebetis. Eadem manus interpolavit 86 E: λέγε τί ἦν τὸ σὲ αὖ θρᾶττον, adscripsit ἀπιστίαν παρέχει, quod vidit Cobetus. Praeterea pro οὐδαμοῦ ἔτι ᾖ, palam est legi debere (οὐδὲν) οὐδαμοῦ, sicuti bene scriptum est in laudatae sententiae fine. Ad hunc locum Socrates respicit p. 84 B: οὐδὲν δεινὸν μὴ φοβηθῇ ὅπως μὴ διασπασθεῖσα ἐν τῇ ἀπαλλαγῇ τοῦ σώματος ὑπὸ τῶν ἀνέμων διαφυσηθεῖσα καὶ διαπτομένη οἴχηται καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ ᾖ. Corruptum est διασπασθεῖσα, nam id quod διαφυσᾶται et διαπέτεται non potest διασπᾶσθαι: quae enim firmis vinculis alligata aegre dissolvuntur, διασπᾶται· contra id quod in auras abiit sicuti anima διαφυσᾶται et διαπέτεται. Alterum est corporum solidorum alterum fumi et nebularum. Si Socrates apud Platonem in referendis alienis verbis mortalium accuratissimus est, quod per totum Platonem ubique observare poteris, quum Cebe dixisset: ὥσπερ πνεῦμα ἢ καπνὸς διασκεδασθεῖσα, apparet quid pro διασπασθεῖσα reponendum sit. Etiam conferre potes p. 77 D. Ceterum Herwerdenus diversam rationem sequitur.

Ibid. 70 C: παλαιός τις λόγος οὗ μεμνήμεθα· mire dictum cum sermo fiat de hominum animis, quae post certa intervalla in vitam redeunt, propemodum commendare ausim: ὃν μεμνήμεθα. Fit in Phaedone mysteriorum mentio p. 69 C, 81 et fortasse 108 A.

bid. p. 75 D: (*ἀνάγκη*) *εἰδότας ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ἀεὶ βίου εἰδέναι.* Sed pleonasmus est non ferendus et quis quam dixit *εἰδὼς γίγνομαι* pro *εἰδέναι ἄρχομαι*? Scribam: *τας διαγίγνεσθαι*, quo facto sponte excidet interpretatio *ἀεὶ διὰ βίου εἰδέναι.*

Ibid. p. 80 A: *πότερόν σοι δοκεῖ ὅμοιον τῷ θείῳ εἶναι καὶ τερον τῷ θνητῷ*; Imo emendandum est *ὁμοιότερον*, coll. 79 B: *ὁμοιότερον ἄρα ψυχὴ σώματός ἐςι τῷ ἀειδεῖ, τὸ δὲ τῷ ματῷ.* Adde 79 E et in sequentibus planissime confirmatur id quod suasi. Eadem pagina C tolle inutile emblema: *τὸ μὲν ματὸν αὐτοῦ [τὸ σῶμα] καὶ ἐν ὁρατῷ κείμενον ὃ δὴ νεκρὸν κα-λοῦμεν.* Iam Herwerdenus hoc vidit.

Ibid. 80 D: *διαπεφύσηται καὶ ἀπόλωλεν.* Vide in hoc argumento tractando perpetuum usum compositorum *διαλύεσθαι, διατίττειν, διαπνεῖσθαι, διασκεδάννυσθαι, διαφυσᾶσθαι, διαπέτεσθαι·* quocirca praestare dixerim compositum *διόλωλεν.*

Ibid. 89 A: *εὖ ἡμᾶς ἰάσατο καὶ ὥσπερ πεφευγότας καὶ ἡττη-μένους ἀνεκαλέσατο καὶ προὔτρεψε πρὸς τὸ παρέπεσθαί τε καὶ ξυσκοπεῖν τὸν λόγον.* Longe usitatius est *ξυνεπισκοπεῖν*, sed hoc plerisque leve videbitur; grave autem vitium loci intelligentiae officit in illo *ἡττημένους*, quod minime huc quadrat. Quid enim? Contra ea quae Socrates dixerat, probabiliter disputarant Cebes et Simias, ita ut ceteris qui adessent Socratis rationes evertisse viderentur. Possuntne hi dici *ἡττᾶσθαι*? Immo *trepidabant* opinor et metuebant ne prorsus evanesceret spes quam de animi immortalitate conceperant. Qui novit ex Rep. I 336 B: *δείσαντες διεπτοήθημεν* et Anacreontis versiculos:

Ἄτε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνὸν, ὅς᾽ ἐν ὕλῃ
κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη,

et Plutarchi in Alcibiade X: *πτοηθέντος καὶ διαφυγόντος τοῦ ργυος* et Homericum: *τῶν δὲ φρένες ἐπτοίηθεν*, quibus multi loci addi possunt, mecum fortasse suspicabitur Platonem scripsisse: *πεφευγότας καὶ ἐπτοημένους.* Verbum apud Platonem haud infrequens, qua de re Stallbaumius dixit ad Phaed. 68 C.

Ibid. 95: ἡμεῖς δὲ Ὁμηρικῶς ἐγγὺς ἰόντες. Hic miror H werdenum qui bis adeo, *Lect. Rh. Trai.* 22 et *Mnem.* 19 p. 144, commendavit ἄσσον ἰόντες. Malim equidem: σχεδ ἰόντες et frequens est illud: οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλ λοισιν ἰόντες.

Ibid. 96 B. Miseranda sors Platoni obvenit quales interdu interpretes nactus est. Narrat Socrates se in adulescentia natur studio fuisse deditum itaque iuvabat quaerere ἆρ' ἐπειδὰν θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν σηπεδόνα τινὰ λάβῃ, τότε δὴ τὰ ζῷ ξυντρέφεται. Quicumque hoc meditate legit, coniiciat necesse e ὑγρὸν pro ψυχρόν rescribendum esse. Primus hoc reperisse v detur Sprengelius quem Wyttenbachius laudat *Philomath.* III 10 Audi nunc quid vir quidam doctus, qui de Platone bene m ritus est, ad hunc locum adnotaverit: „Intelliguntur Ioni philosophi, veluti Archelaus et Anaxagoras. De illo Laert. II 1 τὰ ζῷα γενέσθαι ἐξ ὑγροῦ τε καὶ θερμοῦ. De hoc idem II 16 ἔλεγε δύο αἰτίας εἶναι γενέσεως θερμὸν καὶ ψυχρόν. Alterum locu laudavimus ut intelligeretur quo iure Sprengelius ψυχρόν in ὑγρ mutari apud Platonem voluerit". Dixeris ex priore Diogen loco planissime confici posse alterum eodem morbo labora quem Sprengelius in Platone sanare vellet: nihil esse supr sanam rationem: non persuadebis ne allato quidem Valckenaeri ad Eur. Phoen. 1448, qui probe tenebat ψυχρόν et ὑγρόν facil posse confundi. Unicum tamen telum quo adversarius imprimi confidit ei eripere possum: in Diogenis editione Parisina altero loc recte editur ὑγρόν pro ψυχρόν, incertum de coniectura an libris Itali addicentibus. Sed hic locus facit ut meminerim Theaet. 171 E ubi male editur θερμά, ξηρά, γλυκέα πάντα· rescribo: θερμά ψυχρά, αὐσηρά, γλυκέα. Multis ambagibus in istiusmodi co rectionibus opus est ut ex ipsa sententiarum conclusione appare quam sint necessariae et Plato ipse hoc melius monstrare poter Indicabo tamen similem locum p. 178 B: λευκῶν, βαρέω κούφων, ubi Cornarius recte. suspicatus est post λευκῶν excidis μελάνων. Pariter p. 172 B in Bodleiano Codice post ἐν τ δικαίοις excidit καὶ ἀδίκοις.

Ibid. 98 A: ποιεῖν καὶ πάσχειν ἃ πάσχει. Nisi omnia fallu

ιαν. Tria ultima vocabula cum Hartmanno deleverim, quae proverbii explicationem continent nec necessariam ctam, nam τὴν αὐτοῦ σκιὰν δεδιέναι de ignavis usurpatur, imperitis.

. 106 A: ὑπεξήει ἂν ἡ χιὼν οὖσα σῶς [καὶ ἄτηκτος]. Lan- nterpretatio; recte mox de igne: σῶν ἂν ἀπελθὸν ᾤχετο.

. 109 D. Si quis in profundo mari habitans μὴ ἑρακὼς δὺς καὶ ἀνακύψας ἐκ τῆς θαλάττης εἰς τὸν ἐνθάδε τόπον, αλλίων τυγχάνει ὢν τοῦ παρὰ σφίσι μηδ' ἄλλου ἀκηκοὼς ὑ ἑορακότος, κτέ. Hiccine Plato participio articulum addere ? Non credo et corrigam: μηδ' ἄλλου ἀκηκοὼς εἴη αὐτοῦ τος. Eodem modo olim, *Mnem.* 1857 p. 127, Polybio auxilio venire, apud quem inveneram IV 2. 2: ἐξ οὗ συμ- τοῖς μὲν αὐτοὺς ἡμᾶς παραγεγονέναι, τὰ δὲ παρὰ τῶν των ἀκηκοέναι. Nimirum supplevi: παρ' (αὐτῶν) τῶν των, nempe Ctesiae memor, qui scripsisse traditur: τὰ μὲν ἰδὼν γράφω, τὰ δὲ παρ' αὐτῶν μαθὼν τῶν ἰδόντων, de qui- erbis Mehlerus egit *Mnem.* 1852 p. 407.

st pauca sequitur: ἐπεί, εἴ τις αὐτοῦ ἐπ' ἄκρα ἔλθοι ἢ ς γενόμενος ἀνάπτοιτο, κατιδεῖν ἀνακύψαντα ὥσπερ ἐνθάδε τῆς θαλάττης ἐνθένδε ἀνακύπτοντες δοῶσι τὰ ἐνθάδε.

Ibid. 111E: ὥσπερ οἱ ἐν Σικελίᾳ οἱ πρὸ τοῦ ῥύακος πηλοῦ ῥέοντες ποταμοὶ καὶ αὐτὸς ὁ ῥύαξ. Novi ῥεῖν ὕδατι, αἵματι γάλακτι et ἐπαίνῳ apud Aristophanem si vera est lectio, sed ῥεῖν πηλοῦ inauditum est. Emenda: πηλοῦ ζέοντες, nam opportune memini haec verba haud raro confundi, cf. Porson. ad Eur. Hecub. 1038. Sed imprimis huc facit quod non multo infra 113A habemus λίμνην ζέουσαν ὕδατος καὶ πηλοῦ. Contra apud Aristidem I 142, quem locum Henrico Stephano debeo: τὴν θάλασσαν αἵματι καὶ ῥοθίῳ ζέουσαν, suspicor ῥέουσαν verum esse. Ceterum Plato hic loquitur testis oculatus, non Socrates qui ea loca numquam adierat.

Ibid. 112D: Subter terram flumina reciprocant et εἰς τὸν Τάρταρον ἐμβάλλει, τὰ μὲν πολὺ κατωτέρω ἢ ἐπηντλεῖτο, τὰ δὲ ὀλίγον. Dummodo locum bene intelligam, verum erit: ἐπήντλητο.

Ibid. 114B: οἳ δὲ δὴ ἂν δόξωσι διαφερόντως πρὸς τὸ ὁσίως βιῶναι. De hoc loco multi egerunt, nec tamen quisquam, si quid video, multa moliendo quidquam promovit. Verisimillima fortasse ratio videretur Stallbaumii, qui duobus codicibus auctoribus omittit πρὸς τό, nisi ipse observasset Theodoretum, qui locum bis laudavit, post βιῶναι addere προκεκρίσθαι. Hinc loci sanatio videtur petenda. Οἳ δὲ δὴ ἂν δόξωσι διαφερόντως προκεκρίσθαι habet quo se commendet: supervenit uti coniicio qui prorsus inutiliter adscripsit interpretationem πρὸς τὸ ὁσίως βιῶναι. Mox itidem ex Theodoreto est praesidium quaerendum. Sine suspicione legeretur p. 114C: ἄνευ τε σωμάτων ζῶσι τὴν παράπαν, nisi sequeretur: εἰς οἰκήσεις ἔτι τούτων καλλίους ἀφικνοῦνται, quibus non opus iis qui corporibus privati sunt; nunc cum Theodoreto malo: κακμάτων.

Ibid. 115A. Miror nondum correctum esse: εἰσαῦθις ἕκαστοι πορεύσεσθε· quia Socratis amici verosimiliter omnes deinceps non plures simul morituri erant, necesse est corrigere ἕκαστος. Tum p. 115E: οὗτος μὲν γὰρ ἦ μὴν παραμενεῖν· ὑμεῖς δὲ ἦ μὴν μὴ παραμενεῖν, omnino satis est et eiecerim quod additur ἐγγυήσασθε, ex superioribus inutiliter iteratum.

Ibid. 117 A. Grave vitium est in re levi: καὶ ὁ παῖς ἐξελθὼν καὶ συχνὸν χρόνον διατρίψας ἦκεν ἄγων τὸν μέλλοντα δώσειν τὸ φάρμακον. In ea animorum trepidatione puer cum carnifice citius rediit quam omnes voluerant nec potuit quidem *diu* abesse, iam post meridiem colloquium fuerat institutum, vide modo 61 E: τί γὰρ ἂν τις καὶ ποιοίη ἄλλο ἐν τῷ μέχρι ἡλίου δυσῶν χρόνῳ, deinde, ut est p. 116 B, habito colloquio Socrates cum Critone abierat lavatum ac deinde valedixerat filiis et uxori aliis quibusdam mulieribus de familia, iamque advesperascebat, ἤδη ἐγγὺς ἦν ἡλίου δυσμῶν, quum rediit ad suos, χρόνον τινὰ πολὺν διέτριψεν ἔνδον. Erat, ut est 116 E, ἥλιος ἐπὶ τοῖς ὄρεσι necdum occiderat itaque servulus Critonis iussu (ΟΥ) μικρὸν χρόνον διατρίψας ἦκεν ἄγων τὸν μέλλοντα δώσειν τὸ Φάρμακον. Incredibile dictu est quoties negatio ex nostris libris emanuerit.

AD CRATYLUM.

Ibid. p. 390 C. Haec quoties relego, offendor iis quae uncinis notavi: τίς οὖν ὁ γνωσόμενος εἰ τὸ προσῆκον εἶδος κερκίδος ἐν ὑφοῦν ξύλῳ κεῖται; ὁ ποιήσας [ὁ τέκτων] ἢ ὁ χρησόμενος [ὁ ὑφάντης]; Respondet Hermogenes: Εἰκὸς μὲν μᾶλλον τὸν χρησόμενον· dixisset, opinor, τὸν ὑφάντην si Socrates hoc vocabulum non praeripuisset. Non minus ineptum interpretamentum latere suspicor 392 B, ubi Socrates quaesiturus de Scamandrio et Astyanacte, addit: ἃ φησιν ὀνόματ' εἶναι τῷ τοῦ Ἕκτορος υἱεῖ. Sane ineptus fuisset, si hoc Hermogenem docere voluisset et ipse tacitum addit: οἶσθα γὰρ δήπου ταῦτα τὰ ἔπη ἐν οἷς ἔνεστιν ἃ ἐγὼ λέγω. Quis ferat in hac compositione negligenter adhaerere ea fuisse nomina filii Hectoris? Si res mei arbitrii esset, expungerem quoque p. 396 C: ἕως ἀπεπειράθην τῆς σοφίας ταύτης [τί ποιήσει], εἰ ἄρα ἀπερεῖ ἢ οὔ, ἢ ἐμοὶ [ἐξαίφνης] νῦν οὑτωσὶ προσέπεσεν [ἄρτι]. Magis etiam ridiculum est p. 432 C, ubi rogat Socrates: πότερον Κρατύλος ἂν καὶ εἰκὼν Κρατύλου τόδ' εἴη τὸ τοιοῦτον ἢ δύο Κρατύλοι. Respondet hic: Δύο ἔμοιγε δοκοῦσιν εἶναι Σώκρατες· verum quis non expungat quod additur Κρατύλοι, quod et per se risum movet et absurdum est, quia Cratylus ipse haec pronunciat; sic infantes solent nomen suum usurpare.

Haec cum aliis quibusdam olim disputaram in commentation quadam quae tunc in paucissimorum hominum manus pervenit sed, quod lubenter agnosco, Schanzius in editione Platoni perquam honorifice mei mentionem fecit.

Ibid. 396 A. Socrates pergit dicere unde deriventur nomina Orestis, Agamemnonis, Atrei, Pelopis, Tantali, Iovis denique. Φχίνεται δὲ καί, inquit, [τῷ πατρὶ αὐτοῦ λεγομένῳ] τῷ Δὶ παγκάλως τὸ ὄνομα κεῖσθαι. Quae uncinis saepsi, eiecerim ne Socrates videatur contendere minus certo constare de stirpe Tantali quam de progenie; nihil hic dicitur de fide historiae fabulosae; hoc unice agitur ut nominum notationes exponantur. Itaque Plato transiit ab Agamemnone ad Atreum, ab Atreo ad Pelopem, a Pelope ad Tantalum, ne significans quidem alterum esse patrem alterius; nempe id omnes sciebant. Neque adiecit Tantalum Iove prognatum esse, nam hoc non minus celebratum est quam illud; certe in Hipp. Mai. p. 293 B res videtur omnibus notissima. Etiam facilius arguitur interpolatio p. 404 A οὐδ' ἂν [ὁ Κρόνος] δύναιτο ὁ πατὴρ συγκατέχειν αὐτῷ, nam ipsa sedes indicio est.

Ibid. 402 B. Quod inserere volueram id quod est ὀνόματα, Schanzius me refellit locis ab Heindorfio allatis Crat. 392 D et Theaet. 157 B, sed meae suspicionis patrocinium suscepit Herwerdenus *Lect. Rh. Trai.* 46.

Ibid. p. 403 D disputat Socrates neminem ex inferis in vitam redire velle, ἀπελθεῖν. Haud parum rectius erit ἀνελθεῖν.

Ibid. p. 405 C. In etymologia nominis Apollinis quadrifariam Socrates rem instituit: nomen indicare quodammodo μουσικήν τε καὶ μαντικὴν καὶ ἰατρικὴν καὶ τοξικήν. Postquam explicavit cur Apollo vates et Apollo medicus hoc nomine gaudeant, pergit: κατὰ δὲ τὴν μουσικὴν [ὥσπερ τὸν ἀκόλουθόν τε καὶ τὴν ἄκοιτιν] ὅτι τὸ Α σημαίνει πολλαχοῦ τὸ ὁμοῦ, κτέ. Nec addidit ipse Socrates haec exempla, nam, quod Astius iam vidit, desumta sunt ex iis quae statim subsequuntur: ὥσπερ οὖν τὸν ὁμοκέλευθον καὶ ὁμόκοιτιν ἀκόλουθον καὶ ἄκοιτιν ἐκαλέσαμεν

ıinus evidens est p. 409 A: ubi de derivando vocabulo ita Plato praecipit: Ἔοικε τοίνυν κατάδηλον γενόμενον εἰ τῷ Δωρικῷ τις ὀνόματι χρῷτο [ἅλιον γὰρ καλοῦσιν ριεῖς]. Potestne emblema esse apertius? Ne mireris autem ıibus codicibus nostris et haec et alia non minus absurda pleraque glossemata omnibus codicibus sunt multo anti- : vide Stallbaumium ipsum, qui hoc confitetur ad p. 410 B. Iartmanni peculiaris est de emblematis doctus libellus. ıntum in paucis exemplum praebet duplex Boethi glossa Photium v. σαθερόν. Quando hic vixerit, haud satis con- ıed apparet eum fuisse doctum et accuratum et usurpasse ı in scribendo praesidia. Invenit tamen in codice suo in ri loco notissimo ineptum illud emblema, quod primus ıenius notavit: ἡ δὴ καλουμένη σαθερά.

unt viri docti frequenter confundi solere verba φέρειν et ·. Exemplum habemus p. 411 B, ubi de Heracliteis legi- ὑπὸ τοῦ πυκνὰ περισρέφεσθαι ζητοῦντες ὅπῃ ἔχει τὰ ἀεὶ ἰλιγγιῶσι κἄπειτ' αὐτοῖς φαίνεται περιφέρεσθαι τὰ ντα. Fieri potest ut fallar, ut semper potest, sed mihi sitio haud satis nitida videtur esse: ipsi περισρέφονται, ıt ut putent res περιφέρεσθαι. Mihi unum verbum requiri r et, dummodo discrimen recte intelligam, rescribendum ·εριφέρεσθαι pro περισρέφεσθαι. Non urgeo Moeridem ıre τὸ ἰλιγγιᾶν per περιφέρεσθαι, nam in talibus nemini i ius est praeterquam Attico scriptori: ceteros discrimen isse non negaverim. Videtur autem ἡ περιφορὰ perpetuo t non cessare dum aliquoties iteratur: ἡ περισροφὴ contra , ubi ad metam aliquam pervenerit. Milites περισρέφονται rtinet ea res ad τακτικήν· potest saepius de novo institui ım et exercitationem tironum, non potest perpetuo fieri. contra περιφέρεται et Ixion apud inferos. Qui περιφέρονται sario ἰλιγγιῶσι, qui περισρέφονται non item. Recte in Ly- p. 207 A: περισρεφόμενος θυμὰ ἐπεσκοπεῖτο ἡμᾶς, nimis ridiculum περιφερόμενος. Haec si vera sunt, apparet quod , nunc in Cratylo περιφέρεσθαι Platonis manum esse.

ıid. p. 414 B: ἀλλ' οὐ γὰρ ἐπισκοπεῖς με ὥσπερ ἐκτὸς

δρόμου Φερόμενον. De Atticorum usu nihil affirmare ausim, se recentiores certe scripsissent: ἐπικόπτεις, quod apprime hu convenit.

Ibid. p. 414 B. Admodum memorabile est quod ad hun locum Cobetus adnotavit *Miscell. Crit.* p. 352. Speciem hab quod contendit Platonem non intellexisse quid esset Hom ricum verbum ἀπογυιοῦν. Illud quoque notabile in verbis qua proxime sequuntur: ἐν τῷ κατόπτρῳ οὐ δοκεῖ ἄτοπον τ ἐμβεβλῆσθαι τὸ ῥῶ; Hic Egelius in Diss. Acad. Amst. 190 p. 21 quaerit cur τὸ ῥῶ insertum tam ἄτοπον sit, deinde suspi catur Platonem dedisse κατρόπτῳ, quae vulgaris forma quin decim locis in Inscriptionibus recurrit.

Ibid. 420 D: τέλος γὰρ ἤδη θεῷ. Quod plurimum miror, Schan zius hic codicum ineptam lectionem servavit; non miror quo fidem non habuit Stephano qui commendavit εἰς τέλος γὰρ ἦλ θέλω, vel Astio qui supplevit τέλος γὰρ ἤδη ἐπιθεῖναι θέλω, se Abreschium, qui emendavit τέλος γὰρ ἤδη θεῶ, tuto sequ potuerat. Ego quoque in idem incideram adhibitis Politic. 298 E θεῶ δὴ καὶ τὸ μετὰ ταῦτα ἑπόμενον et Menon. p. 82 E: θεῶ δ αὐτὸν ἀναμιμνησκόμενον. Cobetus *Mnem.* 1859 p. 368 illud ipsum θεῶ reddidit Iuliano p. 300 B et aoristum imperativi θέσθ Eusebio ἐν Ἑρμῇ Λογίῳ p. 456. Ipse *Mnem.* 1888 p. 103 in dicavi Plut. Moral. p. 77 C: θεῶ Φλεγόμενον καὶ ἀδημονοῦντα p. 462 D: ὑπ' αὐγὰς θεῶ καὶ πολύ σοι βέλτιον Φανεῖται, ite Apollodori Comici fragmentum apud Stobaeum Flor. XLVI. 1 Sunt quoque tria exempla apud Synesium, de Regno p. 14 Calv. Encom. p. 70 A et de Insomn. p. 140 B. Aut satis ha erunt aut nihil erit satis.

Ibid. p. 426 C: τῆς κινήσεως ἣν οὐδ' εἴπομεν δι' ὅ τι ἔξ τοῦτο τοὔνομα. Quem non offendit istud: *ne* diximus *quide* Platonis manus revocari potest collatis Phaedr. p. 253 C: ἁρ δὲ τίς τοῦ ἀγαθοῦ οὐ διείπομεν, Politic. p. 275 A: ὄντινα τρόπον οὐ διείπομεν.

Ibid. p. 433 A: ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγίνῃ νύκτωρ περιιόντες

aque quidem sunt aquarum vortices et aeris turbines, amen minus apud Platonem invenio Rep. X 620E: *ἐπὶ τῆς τοῦ ἀτράκτου δίνης*, ut appareat vocabulum de omni actione usurpari posse. Ceterum *ὀψὲ ὁδοῦ* etiam Photius it: olim non agnovi glossulae originem.

. p. 440E: *ἀλλά μοι σκοπουμένῳ καὶ πράγματα ἔχοντι μᾶλλον ἐκείνως φαίνεται ἔχειν*. Abundat copula: dicitur *ατα ἔχω σκοπούμενος* et duobus participiis coniunctis *πράγ- ἔχων σκοπούμενος*· particula debetur librariis.

AD THEAETETUM.

l. 145B: *ὅρα μὴ παίζων ἔλεγεν*. Contuli p. 146D: *μή τι φράζεις* et p. 163D: *μὴ οὖν ἐγὼ ληρῶ* et quaero an non ium sit illud *ὅρα*.

d. 149B. Quod legitur: Diana *ἄλοχος οὖσα τὴν λοχείαν ε*, mihi quidem ridicule videtur dictum, etiamsi vulgatam uram tueatur Pollux III 55; componi hoc potest cum ulis quibus inepti homunciones inauditam significandi tatem tribuerunt, qualia sunt *ἰσχάς* pro *ancora* et *ἔκτωρ χησον* et *ἀπολούμενος* et alia, quae Cobetus collegit post ionem Inauguralem p. 41. Aut fallor aut verum est *ἄγο-*

gam attulit coniecturarum seriem quibus viri docti laboran scripturae subvenire conati sunt: quod ipse protulit *ἐὰν νόμ μου δόξῃ*, ultro concesserim plerisque aliis suspicionibus long praestare, nec tamen abiicio quod mihi ante multos annos i mentem venit. Videamus quid rei sit.

Nihil prodest quaerere quid puellae aliquando deliquerint ut culpam dissimularent, sed quid obstetrices fecerint *μάλα γυ ναῖαί τε καὶ βλοσυραί* ut opem ferrent civium uxoribus, qua utero laborarent. Haud facile credam Socratem de matre prae dicare voluisse, eam unam fuisse ex iis quae, si quid extra legitimum matrimonium conceptum esset, impune et impie ne carent. Sed utebantur *φαρμακίοις* et *ἐπῳδαῖς*· si nescio quibus artibus et suspicionibus scire sibi videbantur aut monstrum ali aut partum matri letalem fore aut foetum tabescere et mi seram matrem frustra cruciari, commendabant et perpetrabant abortum. Experiamur possimusne leni mutatione efficere ut id quod locus requirit, e corruptis Codicum vestigiis emergat.

Pumilio dicitur qui est parva statura, capite praegrandi, cruribus brevibus. Hunc Graeci *νᾶνον* vocabant, unde natum Latinum vocabulum *nanus*, de quo vide Gellium disputantem in Noctibus Atticis XIX 13. Aristoteles vocabulum saepius usurpat et interpretatur. De Part. Anim. IV 10: *νανῶδές ἐστι οὗ τὸ ἄνω μὲν μέγα, τὸ δὲ φέρον τὸ βάρος καὶ πεζεῦον μικρόν* Hinc alibi dicit omnes infantes *νάνους* esse; *προϊοῦσι δὲ αὔξεται τὰ κάτωθεν*. Eadem significatione proverbium est apud Lucianum *τοῦ Ῥοδίων κολοσσοῦ τὴν κεφαλὴν νανώδει σώματι ἐπιτίθεσθαι*. Nunc confer de Gener. Anim. II 8: *ἐκ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ὄνου γίνονται γίννοι, ὅταν νοσήσῃ τὸ κύημα ἐν τῇ ὑστέρᾳ· ἐστὶ δὲ ὁ γίννος ὥσπερ τὰ μετάχοιρα ἐν τοῖς χοίροις. Καὶ γὰρ ἐκεῖ τὸ πηρωθὲν ἐν τῇ ὑστέρᾳ καλεῖται μετάχοιρον.* — *Ὁμοίως δὲ γίνονται οἱ πυγμαῖοι· καὶ γὰρ οὗτοι πηροῦνται τὰ μέρη καὶ τὸ μέγεθος ἐν τῇ κυήσει καὶ εἰσὶν ὥσπερ μετάχοιροι καὶ γίννοι.* Quos hic *πυγμαίους* dicit, eos alibi *νάνους* vocat, Hist. Anim. VI 24: *οἱ δὲ καλούμενοι γίννοι γίγνονται ἐξ ἵππου, ὅταν νοσήσῃ ἐν τῇ κυήσει, ὥσπερ ἐν μὲν τοῖς ἀνθρώποις οἱ νᾶνοι, ἐν δὲ τοῖς χοίροις τὰ μετάχοια καὶ ἰσχει δὲ ὥσπερ οἱ νᾶνοι, ὁ γίννος τὸ αἰδοῖον μέγα.* Libros Historia Animalium excerpsit Aristophanes Byzantius, quum alii grammatici deinceps excerpserint, non miraberis ve

ria Aristotelis doctrinae superesse apud Photium v. *ἔννος* et *ἐννές*. Itaque foetus in utero aegrotans, cuius caput et genitalia upra modum creverunt, reliquo corpusculo debili et infirmo, icitur *νᾶνος* id est *monstrum*. Quod quum obstetrix ali credit, re certa signa secuta, sive incertis suspicionibus et superstiibus confisa, ut succurrat *τῇ μαλακιζομένῃ*, facit abortum. Imove nunc Platonis locum et fortasse mihi dabis verum esse: *νᾶνον ἂν δόξῃ ἀμβλίσκειν, ἀμβλίσκουσιν. Σεμναὶ οὖσαι αἱ ἴαι* non necabant nisi quod non vitale foret.

Ibid. p. 155 B: *ὅταν φῶμεν ἐμὲ τηλικόνδ' ὄντα μήτε αὐξηθέντα τε τοὐναντίον παθόντα, ἐν ἐνιαυτῷ σοῦ τοῦ νέου νῦν μὲν μείζω υ, ὕστερον δ' ἐλάττω.* Admonitus nemo credet sic scripsisse itonem et primo obtutu unusquisque incidet in *ἐν ἑνὶ ἐνιαυτῷ*. ret hoc sane tolerabilius quam vulgata lectio, sed nihil otiosi nittendum est in pressa et concinna Socratis disputatione. orsus nihil ad rem, utrum anno vertente Theaetetus Socratem tura superet an postea. Reseca corrupta verba et prorsus nil requires: quidquid addideris, facile intelliges id male addi. uque non intercedo quominus id quod abundat et offendit in arginem relegetur, modo verba ita scribantur ut intelligi pos- t unde Platonis textus tam mire potuerit inquinari. Quid si d id quod est *τοὐναντίον* adscriptum fuit olim: *ἐν ἐνίοις ἐναν-ίως*. Incertum hoc esse dices? Concedo et amplectar si quis probabiliorem rationem attulerit, sed ea est nostrorum Codicum conditio, ut saepius quam velles, incertis suspicionibus contentus esse debeas. Mihi certe non persuasit Schmidtius ad Theaetetum p. 454.

Ibid. 155 D: *μάλα γὰρ Φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος.* Malim adiectivum *Φιλόσοφον* et hoc ipsum, *φιλόσοφον πάθος*, legitur Rep. II 376 B.

Ibid. 158 B: *ὅταν οἱ μὲν θεοὶ οἴωνται εἶναι, οἱ δὲ πτηνοί τε καὶ ὡς πετόμενοι διανοῶνται.* Miror, quod nondum correctum fuit *διαλέγωνται*, sicuti paulo post recte scribitur: *οὐδὲν κωλύει καὶ ἐν τῷ ὕπνῳ ἀλλήλοις διαλέγεσθαι.* De adverbiis *ὕπαρ* et *ὄναρ* omnia nota et vide quae protuli *Mnem.* 1888 p. 100.

Ibid. 160 D. Quoniam adiectiva superlativo gradu plerum compendio quodam scribebantur, saepe factum est ut positi perperam irrepserit, saepe etiam factum est contrarium. Nov hic habemus exemplum, ubi secundum sententiam Home Heracliti et aliorum refertur omnia perpetuo moveri, κα δὲ Πρωταγόραν τὸν σοφώτατον πάντων χρημάτων ἄνθρω μέτρον εἶναι. Nihil est quod nunc Protagoras sapientissimus citur, quasi vero hoc Socrates affirmare possit esse eum Hom sapientiorem. Rescribe Πρωταγόραν τὸν σοφόν, de cuius adiect usu infra quaedam adnotabo. Hoc quoque mihi intelligere deor, unde vitium ortum sit; nempe librarii dormitantes aliud agentes crediderunt coniungendum esse τὸν σοφώτα πάντων.

Ibid. 162 E. Intelligi non potest ἄξιος οὐδενὸς μόνου εἴη, vel quod Schanzius Scholiastam secutus edidit οὐδ' ἑν μόνου. Quanta maxima cura potui, ostendi *Mnem.* 1901 p. 1 latere proverbium ex talorum usu repetitum, quo etiam scholi ducit: ἐκ δὲ τῆς τῶν κυβευόντων συνηθείας ἔλαβε τὸ οὐδεν μόνου, ὅταν ἐκεῖ πέσῃ ἐν τῷ παίζειν ἓν τὸ ἐλάχιστον. Hinc co mendare ausim: ἄξιος οὐδὲ Μάνου ἂν εἴη, nam aliunde novim nomen hoc esse βόλου Φαύλου. Nuper novus locus sese m obtulit, ubi idem nomen verosimiliter latet. Epicharmi fragm tum est 139 Ahr., quod Stobaeus servavit Flor. LXIX

τὸ δὲ γαμεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς μόνους ἀπὸ τύχης βαλεῖν.

Scribit Ahrens vulgo τρεῖς κύβους legi, sed quum in duo codicibus τρεῖς κύβους μόνους legatur, verosimiliter κύβ glossam esse iudicandam. Libenter concedo, scribatur mo τρεῖς Μάνους vel, si hoc fortasse mavis, Μάνας.

Ibid. p. 166 E: σοφώτερον μὲν οὖν τούτων οὐδὲν δεῖ ποιῆσ Imo legendum est: νοῆσαι.

Ibid. p. 168 C: ταῦτα τῷ ἑταίρῳ σου εἰς βοήθειαν προσήρκε μὲν σμικρὰ ἀπὸ σμικρῶν. Sequuntur fere editores Corais con turam, nam προσηρξάμην in bonis libris legitur. Equidem in in προσηρανισάμην.

Ibid. 168 E: ἄμεινον ἐπακολουθήσεις λόγῳ διερευνωμένῳ. Praestat, opinor, λόγον et vide quid Cobetus de deponenti verbo διερευνᾶσθαι habeat *Mnem.* 1874 p. 274.

Ibid. 170 A: ἐν στρατείαις ἢ (ἐν) νόσοις ἢ ἐν θαλάττῃ χειμάζεσθαι. Supplevi praepositionem.

Ibid. 170 D: ἀεὶ σὲ κρίνομεν ἀληθῆ δοξάζειν ἢ μυρίοι ἑκάστοτέ σε μάχονται; Futura praeferam κρινοῦμεν et μαχοῦνται.

Ibid. 172 A: ὁμολογήσει ξύμβουλόν τε ξυμβούλου διαφέρειν καὶ τέλεως δόξαν ἑτέραν ἑτέρας πρὸς ἀλήθειαν. Rescribam: δόξαν (δίκης) ἑτέραν ἑτέρας, sic enim Plato loqui solet, veluti in Timaeo p. 30 B: οὐδὲν ἀνόητον τοῦ νοῦν ἔχοντος ὅλον ὅλου κάλλιον ἐστιαί ποτε ἔργον et in Apolog. 37 D: ἄλλην ἐξ ἄλλης πόλιν τέλεως ἀμειβομένῳ. Eurip. Hecub. 688:

Ἕτερα δ' ἀΦ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ.

Recte tamen Sophist. 223 D: τὸ δέ γ' ἐξ ἄλλης εἰς ἄλλην πόλιν μεταλλαττόμενον, ut apud Euripidem Heracl. vs. 16:

ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἐξορίζοντες πόλιν.

Ibid. 172 B: ὧδέ πως τὴν σοΦίαν ἄγουσι. Haec corrupta esse ne dubites. Heindorfius ἄγειν aestimandi vi positum censet, sicuti in formulis ἐντίμως ἄγειν τινά, θεὸν ἄγειν τινά, παρ' οὐδὲν ἄγειν. Improbat hanc rationem Stallbaumius et merito, sed quod ipse commendat, non magis probari debet. Ἄγειν Φιλοσοφίαν ei est *regere et moderari philosophiam, quemadmodum dicitur* ἄγειν τὴν νῆα (sic), ἄγειν τὴν πόλιν. Schanzius praetulit: ὧδέ τως τὴν σοΦίαν λέγουσι, sed testes quos advocat ad eam scripturam stabiliendam, citati non respondent. Dicam quid mihi in mentem venerit. Quod verbi causa Antiphanes dixit: πρὸς ἀμυγδαλᾶς δὲ πῶς ἔχεις, facillimum intellectu est postquam Cobetus *Mnem.* 1855 p. 304 huius locutionis usum aperuit. Idem bis restituit apud Platonem in istis: πῶς ἔχεις πρὸς τὸ γράΦειν et πῶς ἔχεις πρὸς τὸ ἰέναι ἄκλητος ἐπὶ δεῖπνον, quae leguntur in Symp. 176 B et 174 B. Accedat iam tertius Platonis locus: scribamus: ὧδε πρὸς τὴν σοΦίαν ἔχουσι, h. e. *sic de*

philosophia sentiunt. Emendatio lenissima est et quod rescr loco apprime convenit, cf. 202 C et alibi.

Saepe mirari subit in excutiendis veterum commentariis q les lectores Plato olim apud Graeculos nactus sit. Adnotatio et explicationes non tantum saepe pueris balbutientibus scrip esse videntur, sed frequenter etiam a pueris iisque ὑπομώρ Veluti quod Plato dicit in causis agendis: ἀνάγκην ἔχων ὁ ἀ δικος ἐφέςηκε, p. 172 E, hoc non admodum difficile vide intellectu, quia ὕδωρ ῥέον oratorem κατεπείγει. Pollux tan non assecutus est, cum scribit: ἔνιοι δὲ οἴονται καὶ ἀνάγ σκεῦος εἶναι δικαςικόν. Erroris originem indicat id quod ap Hesychium et apud Photium in novo lexici fragmento legit ἀνάγκη· ἡ δικαςικὴ κλεψύδρα.

Duo vocabula excidisse videntur in hisce p. 173 D: τί κακόν ἐςιν ἐκ προγόνων γεγονὸς ἢ πρὸς ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν μᾶλ αὐτὸν λέληθεν ἢ οἱ τῆς θαλάττης λεγόμενοι χόες. Ex quo Apo edixerat: οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσ pervulgatus erat apud Graecos iocus, qui fere in proverbi abierat, quo siderum, fluctuum, arenae, similium numer inire dicebantur, qui vanis rebus intenti erant, quas ceteri veniri posse desperabant. Hinc apud Aristidem est eo loco qu Stallbaumius laudavit: τὸ λέγειν τι περὶ τούτων καὶ ἐγχειρ ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐξαριθμεῖσθαι βούλοιτο τοὺς χόας τῆς θαλάτ Ipse Plato in Euthydemo p. 294 B facit Socratem Dionysodor rogantem num forte etiam sciat τὰ τοιαῦτα, τοὺς ἀςέρας ὁπ εἰσί, καὶ τὴν ἄμμον. Interrogatus in convivio quot essent sid nam Graeci id iocorum genus multum amabant, quo quis dicacior, eo salsius putabatur respondisse. Respicit eundem mo philosophus nostro loco, sed insere μᾶλλον αὐτὸν λέληθε (πόσοι) οἱ τῆς θαλάττης λεγόμενοι χόες. Illud πόσοι quic nullo modo mihi videtur omitti posse. Alterum quod displ est in verbis πρὸς ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν· aut fallor aut Graecor auribus hoc absurdum debuit videri, nam sic dictum est q perparum differat utrum mulier an vir sis. At plurimum in erat utrum piaculum a paterno an a materno genere quasi manus esset traditum. Scilicet Stallbaumius fortasse non c

adnotare ad p. 175 A, ubi Agis Lacedaemoniorum rex
ur, qui vicesimus quintus ab Hercule erat: eo respicit
ἐπὶ πέντε καὶ εἴκοσι καταλόγῳ προγόνων σεμνυνομένων καὶ
όντων εἰς Ἡρακλέα.

173 E: ἡ δὲ διάνοια Φέρεται κατὰ Πίνδαρον, τά τε
ένερθε καὶ τὰ ἐπίπεδα γεωμετροῦσα. Primum notabile est
m *Mnem.* 1874 p. 274 ex Iamblicho pro Φέρεται repo-
τέτεται, quae lectio etiam in margine Bodleiani codicis
ta est; deinde multo malim: τά τε γᾶς ὑπένερθε ὡς τὰ
ι γεωμετροῦσα.

. 175 C. Pergit Socrates quaerere quid futurum sit si quis
cum germano philosopho de ipsa iustitiae natura dispu-
elit, relictis illis communibus disceptationibus, quibus
strepit: τί ἐγὼ σὲ ἀδικῶ ἢ σὺ ἐμέ. Haud parum melius
go: ἢ ἐγὼ σὲ ἀδικῶ ἢ σὺ ἐμέ, ut in illo ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ
έ. Quod de hoc loco Madvigius habet *Advers.* I p. 100
egregie displicuit.

l. 176 C. Postquam Plato dixit maxime optandum esse
rrena omnium rerum colluvie relicta, quam primum evo-
ad coetum deorum immortalium, quo mala non adscen-
et quidquid umquam concipiatur nefas, addit: Φυγὴ δ'

dem recte, sed quod addit: ἔωθεν δὲ δεῦρο πάλιν ἀπαντῶμι prorsus requiro: ἐπανίωμεν, sicuti bene legitur Politic. 263 νῦν μὲν οὖν ἐπανίωμεν πάλιν et p. 297 E: εἰς τὰς εἰκόνας ἐπ ἰωμεν πάλιν et Parmen. 142 B: ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν πάλιν ἐξ ἀρχ ἐπανελθωμεν. Cf. Rettigius ad Sympos. p. 309.

Ibid. 178 E: ἢ σὺ τὸ πιθανὸν βέλτιον ἂν προδοξάσαις ἢ τ ἰδιωτῶν ὁρίζοῦν; Aut prorsus non assequor quid Socrates vel aut inserenda negatio est: ἢ (οὐ) σύ.

Ibid. 181 B: οὐδὲν μὲν οὖν ἀνεκτὸν μὴ οὐ διασκέψασθαι λέγουσιν. Miror me non persuasisse Schanzio corrigendum es οὐδέ.

Ibid. 181 C. Quaesiturus de natura motus Socrates interrog Theodorum: ἆρα κινεῖσθαι καλεῖς ὅταν τε χώραν ἐκ χώρας μ ταβάλλῃ ἢ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ στρέφηται. Affirmat Theodoru Ταῦτα μὲν τοίνυν ἓν ἕξω εἶδος, Socrates inquit. Ex diligen huius loci consideratione efficio lectorem aliquem qui meminiss quae Plato dicat in Parmenide p. 138 C, adiecisse illa: ἢ κ ἐν τῷ αὐτῷ στρέφηται. Non mihi videntur haec nunc quide recte addi posse cum continuo sequatur: ὅταν δὲ ᾖ μὲν ἐν τ αὐτῷ, γηράσκῃ δὲ ἢ μέλαν ἐκ λευκοῦ ἢ σκληρὸν ἐκ μαλακοῦ γ γνηται ἤ τινα ἄλλην ἀλλοίωσιν ἀλλοιῶται, ἆρ' οὐκ ἄξιον ἕτερ εἶδος φάναι κινήσεως; Quid enim? Nonne pugnant inter se ver quae delevi et haec: ἤ τιν' ἄλλην ἀλλοίωσιν ἀλλοιῶται, ita ut illa tuearis, haec neutiquam stare possint? Mihi certe videt

Ibid. 182 A: ἴσως οὖν ἡ ποιότης ἅμα ἀλλόκοτόν τε φαίνε ὄνομα: nulla posset oriri de his verbis dubitatio nisi in se Bekkeri lexico haec legerentur p. 378. 32: Πλάτων δὲ ἀλλ τώτατον καὶ ἀλλοκοτώτερον· itaque nostro loco fortasse u est comparativo gradu. Idem legitur in Photii lexici fragme nuper reperto.

Notanda est interpolatio p. 183 D. Ibi Theaetetus dicit sperare fore ut Socrates dicere velit quae sunt reliqua in di tatione nondum absoluta. Cui Theodorus, Ἱππέας, inquit,

τελέον προκαλεῖ· ἐρώτα οὖν καὶ ἀκούσει. Non est valde difficile hoc ad intelligendum et doctum scholion monstrare poterit, si quis forte minus assequatur. Sed vix credibile videtur ad verbum προκαλεῖ· ad hunc usque diem adhaerere explicationem: Σωκράτη εἰς λόγους προκαλούμενος. Si ipse Plato interpretandi causa aliquid addere voluisset, non tam inops verborum fuisset, ut προκαλεῖσθαι verbum negligenter bis poneret. Sed minime obscurum proverbium est: Maximus Planudes cuius Dialogus de Grammatica editus est a Bachmanno in altero Anecdotorum volumine, p. 98 dialogi initio et ipse idem proverbium usurpat, sed nihil addit ut explicet. Neque hercle opus est, nam ne sunt quidem proverbia quae unusquisque non statim intelligit. Veluti infra Plato p. 199 B proverbium usurpat: ῥάττα ἀντὶ περιςερᾶς neque interpretatur nec magis Aelianus interpretatus est Ep. Rust. 19. Plato Rep. I 341 C: ξυρεῖν ἐπιχειρεῖν λέοντα, docte Cobetus evicit non esse Platonis quod adscriptum est: καὶ συκοφαντεῖν Θρασύμαχον, cf. *Mnem.* 1874 p. 149. Itidem Phaedr. 257 D latet nos significatio proverbii γλυκὺς ἀγκών, nec tamen minus Heindorfius optime intellexit non Platonis manum referre additamentum, quo praeterea nihil explicetur: ὅτι ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ Νεῖλον ἐκλήθη, cf. Hartmannus *de Emblem.* p. 119 et Cohnius *de Schol. Plat.* p. 848. Pariter Sophist. 252 C: τὸ λεγόμενον οἴκοθεν τὸν πολέμον ἔχοντες, inutiliter additur: καὶ ἐναντιωσόμενον. Contra Symp. 217 E: ἔτι δὲ τὸ τοῦ δηχθέντος ὑπὸ τοῦ ἔχεως πάθος κἀμὲ ἔχει, recte ipse Plato explicavit: φασὶ γάρ που τινα τοῦτο παθόντα οὐκ ἐθέλειν λέγειν οἷον ἦν πλὴν τοῖς δεδηγμένοις, nam habeat speciem nec tamen revera proverbium est. Cf. Rettig. ad illum locum p. 339. Imprimis luculentum quod Gorgiae initio invenitur. Initium dicendi facit Callicles: Πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι οὕτω μεταλαγχάνειν, cui Socrates: ἀλλ' ἦ τὸ λεγόμενον ἐστίαν ἑορτῆς ἥκομεν; iam alii ante me dudum observarunt loci elegantiam pessumdari additis vocabulis καὶ ὑςεροῦμεν, quibus rectis non ferendum est quod Callicles respondet: καὶ μάλα γ' ἀςείας ἑορτῆς, sed delendum est ultimum vocabulum. Quod continuo additur, monstrabit in cultissimo scriptore istiusmodi explicationes non addi. Contendit Socrates non sua culpa factum esse quod sero veniat, Chaerephontem enim noluisse e foro abire. Cui ille:

οὐδὲν πρᾶγμα, ὦ Σώκρατες, ἐγὼ γὰρ ἰάσομαι. Hic certe libra nihil adscripserunt, quamquam praeclara esset occasio inge ostentandi.

Ibid. 183 E: Μέλισσον μὲν καὶ τοὺς ἄλλους οἳ ἦν ἑσὸς λέγου τὸ πᾶν, αἰσχυνόμενος ἧττον αἰσχύνομαι ἢ ἕνα ὄντα Παρμενίδη Interpolabo: (πάνυ) αἰσχυνόμενος.

Ibid. 185 C: ἃ νυνδὴ ἠρωτῶμεν. Contextus planissime doc opus esse singulari numero ἠρώτων, cf. 198 F.

Ibid. 185 E. Hie primum describam ea quae Hartmannus *Emblem.* adnotavit ad p. 87: „Rogatus a Socrate Theodora ecquem iam magnae spei adulescentem Athenis viderit, si narrare incipit: καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, ἐμοί τε εἰπεῖν καὶ σ ἀκοῦσαι πάνυ ἄξιον, οἵῳ ὑμῖν τῶν πολιτῶν μειρακίῳ ἐντετύχηκα καὶ εἰ μὲν ἦν καλός, ἐφοβούμην ἂν σφόδρα λέγειν, μὴ καί τ δόξω ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτοῦ εἶναι· νῦν δέ, καὶ μή μοι ἄχθου, προσέοικ σοὶ τήν τε σιμότητα καὶ τὸ ἔξω τῶν ὀμμάτων. Urbanene cum Socrate censeamus locutum amicum, quem magni fecerit ille an scurriliter rusticeque? Si urbanus eius fuit sermo haec, it ut nos citavimus, est locutus, neque praeterea addidit verbum Si vero impudens fuit derisor, hisce, quae in codicibus legun tur, ludibrio habuit Socratem: νῦν δὲ, καὶ μή μοι ἄχθου, οὐ ἔστι καλός, προσέοικε δὲ σοὶ κτέ. Eiusmodi autem fuisset ho minis ne lenire quidem impudentiam suam formula qualis ea illa καὶ μή μοι ἄχθου". Haec si merito probaveris, non ancep haerebis de p. 185 E: καλὸς γὰρ εἶ, ὦ Θεαίτητε, καὶ οὐχ, ὃ ἔλεγε Θεόδωρος, αἰσχρός et ultimum vocabulum ex text eliminabis. Praeterea subiungitur stupidum emblema, quod vi feras apud mediocrem scriptorem, nedum apud Platonem: γὰρ καλῶς λέγων καλός τε κἀγαθός. Senarius est potes que adeo e poeta desumtus videri, sed magis putem vocabu forte fortuna in versus speciem concucurrisse.

Ibid. p. 201 B. Sunt plane sine sensu quae Socrates de o toribus interrogat: ἦ σὺ οἴει δεινούς τινας οὕτω διδασκάλους εἶν ὥστε οἷς μὴ παρεγένοντό τινες ἀπεσερουμένοις χρήματα ἤ τι ἄλ

ιένοις, τούτους δύνασθαι πρὸς ὕδωρ σμικρὸν διδάξαι ἱκανῶς ενομένων τὴν ἀλήθειαν; Stallbaumius quum ipse quoque ıt haec idoneo sensu destituta esse, e deterioribus quibus-Codicibus assumsit τούτοις pro τούτους· est illa quidem lectio tolerabilior, sed tamen nisi decies eodem recurreris, vix ıeris quid Plato sibi velit. Nempe, Stallbaumio iudice, ις pertinet ad τῶν γενομένων, quodsi verum videbitur, ut um oblectes, multo erit difficilius Graecum scriptorem uno e perlegere, quam hucusque putabamus. Sed scribe εἰ pro tantula mutatio obscurum locum ita expediet, ut ne puer em haerere possit. Hoc praeterea lucrabimur, servari posse lebere τούτους, neque cogemur aliunde τούτοις reponere, librarii cuiusdam coniectura est.

(*Continuabuntur*).

TENTATUR VERG. ECL. 6. 21.

hromis et Mnasyllos Silenum vino somnoque sepultum vin-s ex sertis factis vinxerunt, quo facto Aegle advenit

iamque videnti

sanguineis frontem moris et tempora pingit.

vius *videnti* explicat 'vigilanti' neque aliter Donatus (ad Ter. n. vs. 73) locum intellexit. Cum tamen eius significationis int exempla neque iocosum videatur, viro vigilanti ac vinis constricto colores inducere, leporem vero in eo esse crem, ut Silenus expergefactus simul vinctum pictumque se ıtiat, traditam lectionem corruptam puto neque scio an pro *ıenti* scribendum sit: *rubenti*, sive deum vino iam rubere eta voluit utpote „inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho" . 15), sive os rubicundum Sileni proprium esse cogitavit, ıoniam et aliorum deorum simulacra et rusticorum praecipue, videtur, minio illini solebant, de qua re cf. Plut. Quaest. om. 98, Plin. N. H. 33. 111 nec non Ecl. 10. 26 sq.:

Pan deus Arcadiae venit, quem vidimus ipsi
sanguineis ebuli bacis minioque rubentem.

P. H. D.

DE TITULO QUODAM ATTICO SEPULCR

(C. I. A. II, 3961, KAIBEL 87, CONZE ATT. GRABRELIEFS 8

SCRIPSIT

A. E. J. HOLWERDA.

Μνῆμα Μνησαγόρας καὶ Νικοχάρους τόδε κεῖται.
αὐτὼ δὲ οὐ (·) παραδεῖξαι ἀφείλετο δαίμονος αἶσα
πατρὶ φίλῳ καὶ μητρί (·) λιπόντε ἀμφοῖμ μέγα πένθ
οὕνεκα ἀποφθιμένω βήτην δόμον Ἄϊδος εἴσω.

Superveni aliquando discipulis A. W. Byvanck, M. A. Ev
N. J. Krom de epigrammate hoc (quod unus ex iis pr
quaestionem quandam archaeologicam intelligere valde cupi
studiose disputantibus. Frustra quoque ipse id tentavi. Hoc
tantum clare perspiciebamus a Köhlero quoque (in Corp.
Kaibelio, Conzio versus hos prorsus non esse intellectos.

De re iam desperabamus. Tandem tamen ex sermonibus n
sponte quaedam interpretatio exsurgebat, cuius aut nemo nost
aut omnes simul auctores essemus. Haec qualis sit, iam p
exponam.

Epigramma idcirco a viris illis doctis intellectum non vid
quia in versu secundo voculam οὐ coniungerent cum sequent
Videtur contra in hoc versiculo post vocem οὐ subsistendum
(colon ponendum) atque mente supplendum κεῖσθον. Nc
eorum qui in sepulcris conditi erant, saepissime μνήμασι sep
impositis insculpta erant; haud raro nomen aliquod seque
formula ἐνθάδε κεῖται. Quicumque stelam cui epigramma nos
insculptum erat, ut hoc legeret, adibat, exspectabat se comp
rum quisnam ibi iaceret (ἐνθάδε ἔκειτο). Frustra. Epigramma

rum quidem defunctorum nomina prodit, horum tamen dicit tum μνῆμα τόδε κεῖται, αὐτῶ δὲ οὐ κεῖσθον. Παραδεῖξαι est quid ita ostendere ut pro exemplo sit, ut decus eius appareat. Cipiendum hic est de prothesi, qua in lecto proponi (προτίθαι) defunctorum corpora solebant haud sine quadam ostentione, variis modis ornata. Nostris adhuc temporibus in usu vox „paradebed". Antiquitus prothesis ad unumquodque funus lemnius pertinebat. Fuit igitur sepulcrum, cui stela nostra mposita fuit, κενοτάφιον. Liberi hi duo ita perierant, ut rum corpora praesto non essent (fac eos devoratos esse undis), iae solemniter proponerentur, efferrentur, sepelirentur: hoc ioque saeva sors parentibus ademerat. In sepulcro ipsi non cebant.

In sequentibus illud λιπόντε hoc habet difficultatis, quod in ntecedentibus desideramus verbum aliquod in duali, cuius subecto (sive silentio suppresso, sive verbis expresso) hoc partiipium appositionis loco recte adaptari possit. Poteris id quodammodo coniungere cum illo αὐτῶ δὲ οὐ (κεῖσθον), ut verba παραδεῖξαι ἀΦ. δ. α. π. Φ. κ. μητρί tamquam in parenthesi posita sint. Cave tamen interpretatione ea accurate concinnare studeas, quae miser poeta concinne proponere minime valuit. Sane nullo modo concinnior evadit oratio si αὐτῶ δὲ οὐ a verbo παραδεῖξαι nulla interpunctione disiunxeris. Sic enim αὐτώ pro huius verbi obiecto (accusativo) habendum est, ut nominativus dualis cui λιπόντε adaptetur in toto epigrammate vel plane desit.

En habes nostram generatione, quam dicunt, spontanea natam interpretationem. Mihi quidem videtur esse satis probabilis, saltem digna quae cum viris doctis communicetur. Postmodo in notitiam mihi venit Leeuweni, collegae optimi, huius epigrammatis correctio, quam proposuit in hoc ipso diario anno 1894 p. 396. Criticus anonymus apud Hoffmann in libro ibi a Leeuweno citato epigramma sic explicat: „nur das Mal, das Bild der Mnes. und Nik. steht hier; die Kinder selbst vorzustellen hat der Wille des Daemon den Eltern genommen". Quae sententia Leeuweno prodire tantum videtur si legatur:

αὐτῶ δ' οὐ πάρα δεῖξαι· ἀΦείλετο δαίμονος αἶσα.

Gaudeo quod vanLeeuwen quoque epigramma explicandum putat versiculo hoc interpunctione dividendo, quamquam omnibus per-

pensis interpunctionem nostram praefero et praecipue quidem quia ipsa illa anonymi interpretatio, propter quam vanLeeuwen coniecturam suam proposuit, per se vix admittenda videtur. Iam enim dubitari potest num unquam „mortui μνῆμα erigere" intelligi potuerit quasi dictum esset „erigere mortui effigiem". Sed lectores ipsi iudicent.

AD TIMOCREONTEM RHODIUM.

Quis non calumniatus est Themistoclem! Nemo malignius quam Timocreon Rhodius, qui lyrico scilicet carmine [1]) narravit Graeciae illum sospitatorem et sibi per fraudem detraxisse tria talenta et aliunde magnam vim pecuniae corrasisse. Cuius carminis hi sunt versus ultimi:

Ἰσθμοῖ δ' ἐπανδόκευε γελοίως
ψυχρὰ κρέα παρέχων·
οἳ δ' ἤσθιον κηὔχοντο μὴ ὧραν
Θεμιστοκλέους γενέσθαι.

Male partis igitur opibus adeo parce Isthmiis usus est Themistocles ut qui illuc convenerant homines optarent... quid? Grave aliquod dicterium contumeliaeque plenum expectamus profecto, in quo probra ista aptum habeant finem. Ergone satis vividum videtur id quod habet textus traditus: „*optarunt ut neglegeretur Themistocles*" sive: „*ut ratio eius non haberetur*"? Mihi misere languere videntur verba haec ultima; egregie displicerent, etiamsi nullam suspicionem moveret hiatus vel monosyllabicum -κλέους (-κλέος Ahrens). Quapropter videndum an legendum sit:

κηὔχοντο μὴ 'ς ὥρας
Θεμιστοκλῆ γενέσθαι.

Sic apud comicum (Lys. 1037) irati senes mulierculis imprecantur: „ἀλλὰ μὴ 'ς ὥρας ἵκοισθε!" sive τάχιστα καὶ κάκιστ' ἀπόλοισθε! Et „ὁ μὴ ὥρασι Δημόστρατος" apud eundem (Lys. 391) est ὁ μὴ εἰς τὰς ὥρας τὰς ἑτέρας βιωσόμενος ἀλλὰ τάχιστ' ἀπολούμενος.

v. L.

1) Apud Plut. vit. Themist. 21.

FORMA ANTIQUISSIMA HYMNI HOMERICI IN MERCURIUM

SECUNDUM C. ROBERTUM IN HERME BEROLINENSI XLI P. 389 SQQ.

NOTULIS ILLUSTRAVIT

H. VAN HERWERDEN.

Gratum me facturum suspicor philologis nostratibus, si eorum oculis subiecerim plene exscriptam, quam C. Robert l.l. indicavit primitivam huius lepidissimi hymni recensionem, qui qualis hodie a serioribus poetis pessime contaminatus legitur scatet contradictionibus et difficultatibus.

Invicta, ut mihi quidem videntur, argumenta, quibus vir ingeniosissimus thesin suam demonstravit, legantur apud ipsum.

Brevis mea adnotatio ad insigne hoc priscae impietatis documentum spectat praesertim locos nonnullos obscuros et controversos continetque correctiones quasdam etiam meas et coniecturas. De reliquis consulantur editiones.

Ἑρμῆν ὕμνει, Μοῦσα, Διὸς καὶ Μαιάδος υἱόν,
Κυλλήνης μεδέοντα καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου,
ἄγγελον ἀθανάτων ἐριούνιον, ὃν τέκε Μαῖα,
νύμφη ἐϋπλόκαμος, Διὸς ἐν φιλότητι μιγεῖσα,
αἰδοίη· μακάρων δὲ θεῶν ἠλεύατ' ὄμιλον
ἄντρου ἔσω ναίουσα παλισκίου· ἔνθα Κρονίων
νύμφῃ ἐϋπλοκάμῳ μισγέσκετο νυκτὸς ἀμολγῷ,
ὄφρα κατὰ γλυκὺς ὕπνος ἔχοι λευκώλενον Ἥρην,
λήθων ἀθανάτους τε θεοὺς θνητούς τ' ἀνθρώπους.

ἀλλ' ὅτε δὴ μεγάλοιο Διὸς νόος ἐξετελεῖτο,
καὶ τότ' ἐγείνατο παῖδα πολύτροπον, αἰμυλόμητιν,
λῃϊστῆρ', ἐλατῆρα βοῶν, ἡγήτορα Φωρῶν,
νυκτὸς ἐπωπητῆρα, πυλῃδόκον, ὃς τάχ' ἔμελλεν
ἀμφανέειν κλυτὰ ἔργα μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν·
ὃς καὶ ἐπειδὴ μητρὸς ἀπ' ἀθανάτων θόρε γυίων,
οὐκέτι δηρὸν ἔκειτο μένων ἱερῷ ἐνὶ λίκνῳ·
ἀλλ' ὅγ' ἀναΐξας ζήτει βοῦς Ἀπόλλωνος,
οὐδὸν ὑπερβαίνων ὑψηρεφέος ἄντροιο,
ὁρμαίνων δόλον αἰπὺν ἐνὶ Φρεσίν, οἷά τε Φῶτες
Φηληταὶ διέπουσι μελαίνης νυκτὸς ἐν ὥρῃ.
Ἥλιος μὲν ἔδυνε κατὰ χθονὸς Ὠκεανόνδε
αὐτοῖσίν θ' ἵπποισι καὶ ἅρμασιν· αὐτὰρ ἄρ' Ἑρμῆς
Πιερίης ἀΦίκανε θέων ὄρεα σκιόεντα,
ἔνθα θεῶν μακάρων βόες ἄμβροτοι αὖλιν ἔχεσκεν,
βοσκόμεναι λειμῶνας ἀκηράσιους ἐρατείνους.
τῶν τότε Μαιάδος υἱός, ἐϋσκοπος ἈργειΦόντης,
πεντήκοντ' ἀγέλης ἀπετάμνετο βοῦς ἐριμύκους.
πλανοδίας δ' ἤλαυνε διὰ ψαμαθώδεα χῶρον,
ἴχνι' ἀποστρέψας· δολίης δ' οὐ λήθετο τέχνης,
ἀντία ποιήσας ὀπλάς, τὰς πρόσθεν ὄπισθεν,
τὰς δ' ὄπιθεν πρόσθεν, κατὰ δ' ἔμπαλιν αὐτὸς ἔβαινε·
σάνδαλα δ' αὐτίκ' ἔραψεν ἐπὶ ψαμάθοις ἁλίῃσιν,
[ἄΦραστ' ἠδ' ἀνόητα διέπλεκε θαυματὰ ἔργα]
συμμίσγων μυρίκας καὶ μυρσινοειδέας ὄζους.
τῶν τότε συνδήσας νεοθηλέος ἄγκαλον ὕλης,
εὐλαβέως ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο σάνδαλα κοῦΦα
αὐτοῖσιν πετάλοισι, τὰ κύδιμος ἈργειΦόντης
ἔσπασε Πιερίηθεν, ὁδοιπορίην ἀλεγύνων,
† οἷά τ' ἐπειγόμενος δολιχὴν ὁδὸν αὐτοτροπήσας.
τὸν δὲ γέρων ἐνόησε † δέμων ἀνθοῦσαν ἀλωὴν

Adnotatio. Post vs. 10 Robert omittit duos vss. (*τῇ δ' ἤδη δέκατος μὶς ἐστήρικτο | ἵς τε Φόως ἄγαγεν, ἁρίσημά τε ἔργα τέτυκτο*), alterum procul recte, sed de priore dubitari posse videtur. — Vs. 18 *καὶ*] *δὴ*? — *αἰμυλ* dedi pro *αἰμυλομήτην*. — Vs. 70 vulgo *θεῶν*, quod labe affectum est propte in vs. sequenti. Recepi *θέων* e cod. D. — Vs. 80 delevit Matthiae. — Vs. 8 nabilis, nisi quod satis probabiliter *δολίην* pro *δολιχὴν* coniectum est. — *δέμων* (v. l. *δόμων*) corruptum. Proposui olim *ἕπων* = *περιέπων*, coll. Hom. sed fortasse ferri potest *νέμων*, quod sic usurpatur in consimili vs. 18

ἰέμενον πεδίονδε δι' Ὀγχηστὸν λεχεποίην.
τὸν πρότερος προσέφη Μαίης ἐρικυδέος υἱός·
„ὦ γέρον, ὅς τε φυτὰ σκάπτεις ἐπικαμπύλος ὤμους,
ἦ πολυοινήσεις, εὖτ' ἂν τάδε πάντα φέρῃσιν

* * * *

καί τε ἰδὼν μὴ ἰδὼν εἶναι καὶ κωφὸς ἀκούσας
καὶ σιγᾶν, ὅτε μή τι καταβλάπτῃ τὸ σὸν αὐτοῦ."
τόσσον Φὰς συνέσευε βοῶν ἴφθιμα κάρηνα.
πολλὰ δ' ὄρη σκιόεντα καὶ αὐλῶνας κελαδεινοὺς
καὶ πεδί' ἀνθεμόεντα διήλασε κύδιμος Ἑρμῆς.
[ὀρφναίη δ' ἐπίκουρος ἐπαύετο, δαιμονίη νὺξ
ἠ πλείων, τάχα δ' ὄρθρος ἐγίγνετο δημιοεργός·]
ἦ δὲ νέον σκοπιὴν προσεβήσετο, δῖα Σελήνη,
Πάλλαντος θυγάτηρ, Μεγαμηδείοιο ἄνακτος·
τῇμος ἐπ' Ἀλφειὸν ποταμὸν Διὸς ἄλκιμος υἱὸς
Φοίβου Ἀπόλλωνος βοῦς ἤλασεν εὐρυμετώπους.
ἀκμῆτες δ' ἵκανον ἐς αὔλιον ὑψιμέλαθρον
καὶ ληνούς, προπάροιθεν ἀριπρεπέος λειμῶνος.
αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τὰς μὲν ἐν ἡσυχίῃ κατέερξεν
καὶ διαπυρπαλάμησεν ὁδοῦ τὸ μὲν ἔνθα, τὸ δ' ἔνθα,
σάνδαλα μὲν προέηκεν ἐς Ἀλφειὸν βαθυδίνην.
Κυλλήνης δ' ἂψ αὖτις ἀφίκετο δῖα κάρηνα
ἕρκιος, οὐδέ τις οἱ δολιχῆς ὁδοῦ ἀντεβόλησεν
οὔτε θεῶν μακάρων οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων·
ἐσσυμένως δ' ἄρα λίκνον ἐπώχετο κύδιμος Ἑρμῆς,
σπάργανον ἀμφ' ὤμοις εἰλυμένος, ἠΰτε τέκνον

orte ibi quoque ἔποντα corrigendum est. Pessime Gemoll de suo dedit καμὼν ὑπὸ γοῦνον ἀλωῆς, pro quo sententia saltem requirebat praesens κάμνων. — Vs. 91. ost h. vs. praeeunte Groddeckio lacunam cum aliis statuit Robert. — Vs. 99 sq. rimus delevit Matthiae. — Vs. 97 dedi προσεβήσετο pro προσεβήσατο. — Vs. 356 sq. mbigit Robert utrum hi vss. h. l. ponendi sint an potius 105 sq.: ἔνθ' ἐπεὶ οὖν πάντας ἐπεφόρβει βοῦς ἐριμύκους | καὶ τὰς μὲν συνέλασσεν ἐς αὔλιον ἀθρόας οὔσας (ἐξευθείσας Stadtmüller). Cf. ληνούς vs. 104. Quod si praeferendum, vs. 103 pro μῆτες (ἀδμῆτες codd.) probabiliter Monro coniecit ἄκμηνοι. — Vs. 357 διαπυρπαλάμησεν. Eustath. p. 515, 30: πυρπαλαμᾶσθαι κακοτεχνεῖν καὶ οἷον διὰ πυρὸς ἢ τῇ κακοτεχνίᾳ. Cf. Suid. et Hes. — Vs. 142 ἂψ αὖθις pleonastice ut αὖθις ἀπαχρῆμα, alia multa, nec igitur opus coniectura αὐτίκ' vel εὐθύς. — Vs. 143 ιχῆς. Hic quidem non suaserim δολίης, quod epitheton magis quadrat in iter a ia ad Pylum. — Vs. 151 σπάργανον] σπάργανα δ', posito puncto aut semicolo Ἑρμῆς? Cf. infra vs. 237.

νήπιον ἐν παλάμῃσι, παρ' ἰγνύσι † λαῖφος ἀθύρων
ἐν λίκνῳ κατέκειτο μελαίνῃ νυκτὶ ἐοικὼς
ἄντρῳ ἐν ἠερόεντι κατὰ ζόφον· οὐδέ κεν αὐτὸν
αἰετὸς ὀξὺ λάων ἐσκέψατο. πολλὰ δὲ χερσὶν
αὐγὰς ἀμόργαζε

* * * *

Ἠὼς δ' ἠριγένεια φόως θνητοῖσι φέρουσα
ὄρνυτ' ἀπ' Ὠκεανοῖο βαθυρρόου· αὐτὰρ Ἀπόλλων
Ὀγχηστόνδ' ἀφίκανε κιών, πολυήρατον ἄλσος
ἀγνὸν ἐρισφαράγου Γαιηόχου· ἔνθα γέροντα
† κνώδαλον εὗρε νέμοντα παρὲξ ὁδοῦ ἕρκος ἀλωῆς.
τὸν πρότερος προσέφη Λητοῦς ἐρικυδέος υἱός·
„ὦ γέρον, Ὀγχηστοῖο βατοδρόπε ποιήεντος,
βοῦς ἀπὸ Πιερίης διζήμενος ἐνθάδ' ἱκάνω,
πάσας θηλείας, πάσας κεράεσσιν ἑλικτάς,
ἐξ ἀγέλης· ὃ δὲ ταῦρος ἐβόσκετο μοῦνος ἀπ' ἄλλων,
ταὶ δ' ἔβαν ἠελίοιο νέον καταδυομένοιο
ἐκ μαλακοῦ λειμῶνος ἀπὸ γλυκεροῖο νομοῖο.
ταῦτά μοι εἰπέ, γεραιὲ παλαιγενές, εἴ που ὄπωπας
ἀνέρα ταῖσδ' ἐπὶ βουσὶ διαπρήσσοντα κέλευθον."
τὸν δ' ὁ γέρων μύθοισιν ἀμειβόμενος προσέειπεν·
„ὦ φίλος, ἀργαλέον μέν, ὅσ' ὀφθαλμοῖσιν ἴδοιο,
πάντα λέγειν· πολλοὶ γὰρ ὁδὸν πρήσσουσιν ὁδῖται,
τῶν οἱ μὲν κακὰ πολλὰ μεμαότες, οἱ δὲ μάλ' ἐσθλά,
φοιτῶσιν· χαλεπὸν δὲ δαήμεναί ἐστιν ἕκαστον.
αὐτὰρ ἐγὼ πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
ἔσκαπτον περὶ γοῦνον ἀλωῆς οἰνοπέδοιο·
παῖδα δ' ἔδοξα, φέριστε, σαφὲς δ' οὐκ οἶδα, νοῆσαι,
ὅς τις ὁ παῖς ἅμα βουσὶν ἐϋκραίρῃσιν ὀπήδει,

Adnotatio. Vs. 152. λαῖφος ἀθύρων corrupta; λαίφεσ' Ilgen, λαίφεα σύρων Ge — Vs. 361*a*. Post hoc hemistichium lacunam statuit Robert. — Vs. 187 ἐρισφαρά Malim ἐρισμαράγου. Passim confunduntur σφαραγεῖν = σφριγᾶν et σμαραγεῖν, pere. — Vs. 188 κνώδαλον] fort. καμπύλον. Cf. supra vs. 90 ἐπικαμπύλος ὦμου εὗρε νέμοντα. fort. εὗρεν ὕποντα. Cf. ad vs. 87. — ἕρκος ἀλωῆς = ἀλωὴν ἑργμα Ut ex βατοδρόπε vs. 190 apparet, vs. 207 et vs. 90 σκάπτειν intellegendum d cidendis spinis aliisque herbis male luxuriantibus e florenti iam vinea (ἀνθο ἀλωήν 87). — Vs. 193 num genuinus? Nihil certe ad rem. — Vs. 209 ὅστ παῖς] si verba sana, cum Ilgenio plene post ea interpungendum, sed vide ne j dederit ὃς πολλαῖς.

ἠπιος· εἶχε δὲ ῥάβδον, ἐπιστροφάδην δ' ἐβάδιζεν,
ἐξοπίσω δ' ἀνέεργε, κάρη δ' ἔχον ἀντίον αὐτῷ."
Φῆ β' ὁ γέρων· ὃ δὲ θᾶσσον ὁδὸν κίε, μῦθον ἀκούσας.
οἰωνὸν δ' ἐνόει τανυσίπτερον, αὐτίκα δ' ἔγνω
φηλητὴν γεγαῶτα Διὸς παῖδα Κρονίωνος·
ἐσσυμένως δ' ἤιξεν ἄναξ Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων.
Κυλλήνης δ' ἀφίκανεν ὄρος καταειμένον ὕλῃ,
τίτρης ἐς κευθμῶνα βαθύσκιον, ἔνθα τε νύμφῃ
ἀμβροσίῃ ἐλόχευσε Διὸς παῖδα Κρονίωνος.
τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησε Διὸς καὶ Μαιάδος υἱός,
χωόμενον περὶ βουσὶν ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα,
σπάργαν' ἔσω κατέδυνε θυήεντ', ἠΰτε πολλὴν
πρέμνων ἀνθρακιὴν οὖλη στοδδὸς ἀμφικαλύπτει·
ὡς Ἑρμῆς Ἐκάεργον ἰδὼν ἐνέειλεν ἓ αὐτόν·
ἐν δ' ὀλίγῳ συνέελσε κάρη χεῖράς τε πόδας τε
† θῆρα νέον λοχάων, προκαλεύμενος ἡδύ·
ἐγρήσσων ἑτεόν γε

* * * *

ἵνθ' ἐπεὶ ἐξερέεινε μυχοὺς μεγάλοιο δόμοιο,
Λητοΐδης μύθοισι προσηύδα κύδιμον Ἑρμῆν·
„ὦ παῖ, ὃς ἐν λίκνῳ κατάκεισαι, μήνυέ μοι βοῦς
θᾶσσον· ἐπεὶ τάχα νῶϊ διοισόμεθ' οὐ κατὰ κόσμον.
ῥίψω γάρ σε λαβὼν ἐς Τάρταρον ἠερόεντα,
ἐς ζόφον αἰνόμορον καὶ ἀμήχανον· οὐδέ σε μήτηρ
ἐς φάος οὐδὲ πατὴρ ἀναλύσεται, ἀλλ' ὑπὸ γαίῃ
ἐρρήσεις, † ὀλίγοισιν ἐν ἀνδράσιν ἡγεμονεύων."
τὸν δ' Ἑρμῆς μύθοισιν ἀμείβετο κερδαλέοισιν·
„Λητοΐδη, τίνα τοῦτον ἀπηνέα μῦθον ἔειπας,
καὶ βοῦς ἀγραύλους διζήμενος ἐνθάδ' ἱκάνεις;
263sq. οὐκ ἴδον, οὐ πυθόμην, οὐκ ἂν μήνυτρον ἀροίμην.

Adnotatio. Vs. 210 ἐπιστροφάδην] ἀποστροφάδην Halbertama, fortasse recte. — Vs. 239. Recepi certam Ludwichii correctionem ἐνέειλεν pro ἀνέειλεν, nec in vs. antecedenti dubitavi cum Hermanno rescribere οὖλη pro ὕλη. Nihili est ὕλῃ, quod dedit Gemoll. — Vs. 241 misere depravatus. Ex sequenti hemistichio, quod omittit Robert, apparet Mercurium ibi dictum esse simulasse somnum. Lacunam indicavit Robert. — Vs. 252 μεγάλοιο δόμοιο. Sapit haec lectio diasceuastam, qui ex antro domum fecit. Fortasse vetus rhapsodus dedisse censendus est ἄντρου μεγάλοιο. — Vs. 259 corruptus. Ingeniose Matthiae ὀλόοισιν (epicum foret φθιμένοισιν) ἐν ἀνδράσιν ἠπεροπεύων. Vix possis δολίοισιν ἐν ἀνδράσιν ἡγεμονεύων, siquidem hoc minus grave supplicium foret furum principi.

οὔτε βοῶν ἐλατῆρι, κραταιῷ Φωτί, ἔοικα,
οὔτ' ἐμὸν ἔργον τοῦτο· πάρος δέ μοι ἄλλα μέμηλεν.
ὕπνος ἐμοί γε μέμηλε καὶ ἠμετέρης γάλα μητρός,
σπάργανά τ' ἀμΦ' ὤμοισιν ἔχειν καὶ θερμὰ λοετρά.
μή τις τοῦτο πύθοιτο, πόθεν τόδε νεῖκος ἐτύχθη·
καί κεν δὴ μέγα θαῦμα μετ' ἀθανάτοισι γένοιτο,
παῖδα νέον γεγαῶτα διὲκ προθύροιο περῆσαι
βουσὶν ἐπ' ἀγραύλοισιν· τὸ δ' ἀπρεπέως ἀγορεύεις.
χθὲς γενόμην· ἀπαλοὶ δὲ πόδες, τρηχεῖα δ' ὑπὸ χθών.
εἰ δ' ἐθέλεις, πατρὸς κεΦαλήν, μέγαν ὅρκον, ὀμοῦμαι·
μὴ μὲν ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ὑπίσχομαι αἴτιος εἶναι,
οὔτε τιν' ἄλλον ὄπωπα βοῶν κλοπὸν ὑμετεράων,
αἵ τινες αἱ βόες εἰσί, τὸ δὲ κλέος οἷον ἀκούω."
ὣς ἄρ' ἔΦη, καὶ πυκνὸν ὑπὸ βλεΦάρων ἀμαρύσσων
ὀΦρῦς ῥιπτάζεσκεν, ὁρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα,
μάκρ' ἀποσυρίζων, ἅλιον τὸν μῦθον ἀκούων.
τὸν δ' ἀπαλὸν γελάσας προσέΦη ἑκάεργος Ἀπόλλων·
„ὦ πέπον ἠπεροπευτά, δολοΦραδές, ἦ σε μάλ' οἴω
πολλάκις ἀντιτοροῦντα δόμους εὖ ναιετάοντας
ἔννυχον οὐχ ἕνα μοῦνον ἐπ' οὐδεϊ Φῶτα καθίσσειν
σκευάζοντα κατ' οἶκον ἄτερ ψόΦου, οἳ' ἀγορεύεις.
πολλοὺς δ' ἀγραύλους ἀκαχήσεις μηλοβοτῆρας
οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὁπότ' ἂν κρειῶν ἐρατίζων
ἀντῇς βουκολίοισι καὶ εἰροπόκοις ὀΐεσσιν.
ἀλλ' ἄγε, μὴ πύματόν τε καὶ ὕστατον ὕπνον ἰαύσῃς,
ἐκ λίκνου κατάβαινε, μελαίνης νυκτὸς ἑταῖρε.
τοῦτο γὰρ οὖν καὶ ἔπειτα μετ' ἀθανάτοις γέρας ἔξεις·
ἀρχὸς Φηλητέων κεκλήσεαι ἤματα πάντα."
ὣς ἄρ' ἔΦη, καὶ παῖδα λαβὼν Φέρε Φοῖβος Ἀπόλλ
σὺν δ' ἄρα Φρασσάμενος τότε δὴ κρατὺς ἈργειΦόντης
οἰωνὸν προέηκεν, ἀειρόμενος μετὰ χερσίν,
τλήμονα γαστρὸς ἔριθον, ἀτάσθαλον ἀγγελιώτην.

Adnotatio. Vs. 276 *οὔτε* postulante grammatica de meo reposui pro soloeco quod frustra defenditur. — Vs. 277*b* (cf. infra 310). Tantummodo quasi rum scire animal ita dictum extare ait Mercurius. Cf. Hom. B 486. — Vs. 280*b* corr Pro *ἀκούων* conjecta sunt *ἀνύσσων*, *ὑποσχών*, *ὑλακτῶν*, quorum nihil proba arbitror. Sanum videtur participium, sed suspicor *ἅλιον φὴ μῦθον ἀκούων*, „quasi verba audiens." — Vs. 284 *καθίσσειν* metri causa restitui pro *καθίσσειν*. Varia tiones sunt *καθίσσαι*, *καθέσσαι*, *καθίσαι*.

ἐσσυμένως δὲ μετ' αὐτὸν ἐπέπταρε· τοῖο δ' Ἀπόλλων
ἔκλυεν, ἐκ χειρῶν δὲ χαμαὶ βάλε κύδιμον Ἑρμῆν.
ἕζετο δὲ προπάροιθε, καὶ ἐσσυμένος περ ὁδοῖο,
Ἑρμῆν κερτομέων, καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν·
„θάρσει, σπαργανιῶτα, Διὸς καὶ Μαιάδος υἱέ·
εὑρήσω καὶ ἔπειτα βοῶν ἴφθιμα κάρηνα
τούτοις οἰωνοῖσι· σὺ δ' αὖθ' ὁδὸν ἡγεμονεύσεις."
ὣς φάθ'· ὁ δ' αὖτ' ἀνόρουσε θοῶς, Κυλλήνιος Ἑρμῆς,
στουδᾷ ἰών· ἄμφω δὲ παρ' οὔατα χερσὶν ἐώθει
σπάργανον ἀμφ' ὤμοις ἐλελιγμένον, εἶπε δὲ μῦθον·
„τῇ με Φέρεις, Ἐκάεργε, θεῶν ζαμενέστατε πάντων;
ἦ με βοῶν ἕνεχ' ὧδε χολούμενος ὀρτολοπεύεις;
ὤ πόποι, εἴθ' ἀπόλοιτο βοῶν γένος· οὐ γὰρ ἐγώ γε
ὑμετέρας ἔκλεψα βόας, οὐδ' ἄλλον ὄπωπα.
[αἵ τινές εἰσι βόες· τὸ δὲ δὴ κλέος οἷον ἀκούω.]
δὸς δὲ δίκην καὶ δέξο παρὰ Ζηνὶ Κρονίωνι."
[αὐτὰρ ἐπεὶ τὰ ἕκαστα διαρρήδην † ἐρέεινον
Ἑρμῆς τ' οἰοπόλος καὶ Λητοῦς ἀγλαὸς υἱός,
ἀμφὶς θυμὸν ἔχοντες, ὁ μὲν νημερτέα φωνὴν

* * * *

οὐκ ἀδίκως ἐπὶ βουσὶν ἐλάζυτο κύδιμον Ἑρμῆν,
αὐτὰρ ὁ τέχνῃσίν τε καὶ αἱμυλίοισι λόγοισιν
ἤθελεν ἐξαπατᾶν Κυλλήνιος Ἀργυρότοξον,
αὐτὰρ ἐπεὶ πολύμητις ἐὼν πολυμήχανον εὗρεν,
ἐσσυμένως δὴ ἔπειτα διὰ ψαμάθοιο βάδιζεν
πρόσθεν, ἀτὰρ κατόπισθε Διὸς καὶ Λητοῦς υἱός.]
αἶψα δ' ἵκοντο κάρηνα θυώδεος Οὐλύμποιο
ἐς πατέρα Κρονίωνα Διὸς περικαλλέα τέκνα·

Adnotatio. Vs. 297. Prius omen de more altero confirmat Mercurius, cuius impudentia non alii causae tribuenda quam ut ostendat quantopere *augurem* (cf. vs. 213). Apollinem contemnat. Hic vero festivissime respondet. Iniuria ridiculam scenam delere iussit Matthiae. — Vs. 303. Verba *τούτοις οἰωνοῖσι* et *εὑρήσω καὶ ἔπειτα* eadem permutare iussit Ludwich, nescio an recte. — Vs. 305 *στουδᾷ ἰών*] *σπουδάζων* Ludwich, quod placet. — Vs. 311 repetitum ex 277 hic abesse malim. — Vs. 313 *ἐρέεινον* corruptum. Schneidewin proposuit *ἐρίδαινον*, quod male coit cum *διαρρήδην*. Conieci *ἄρ' ἔειπον*. — Post vs. 315 Robert statuit lacunam. Ceterum dubito num vss. 313—321, qui prolixi sunt et languidi, iam lecti fuerint in antiquissima hac recensione. Omissi saltem non desiderarentur. Nec caret suspicione, quod *ἐς* pedibus ire, non volare, ut apud Homerum, dicuntur ad Olympum, ut iam Gemoll observavit.

κεῖθι γὰρ ἀμφοτέροισι δίκης κατέκειτο τάλαντα.
[†εὐμυλίη δ' ἔχ' Ὄλυμπον ἀγάννιφον, ἀθάνατοι δὲ
ἄφθιτοι ἠγερέθοντο μετὰ χρυσόθρονον Ἠῶ.]
ἔστησαν δ' Ἑρμῆς τε καὶ ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
πρόσθε Διὸς γούνων· ὃ δ' ἀνείρετο φαίδιμον υἱόν,
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν·
„Φοῖβε, πόθεν ταύτην μενοεικέα λῃΐδ' ἐλαύνεις,
παῖδα νέον γεγαῶτα, φυὴν κήρυκος ἔχοντα;
σπουδαῖον τόδε χρῆμα θεῶν μέθ' ὁμήγυριν ἦλθεν."
τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων·
„ὦ πάτερ, ἦ τάχα μῦθον ἀκούσεαι οὐκ ἀλαπαδνόν,
κερτομέων, ὡς οἷος ἐγώ φιλολήιός εἰμι,
παῖδά τιν' εὗρον τόνδε διαπρύσιον κεραϊστὴν
Κυλλήνης ἐν ὄρεσσι, πολὺν διὰ χῶρον ἀνύσσας,
† κέρτομον, οἷον ἐγώ γε θεῶν οὐκ ἄλλον ὄπωπα
οὐδ' ἀνδρῶν, ὁπόσοι λῃσιμβροτοί εἰσ' ἐπὶ γαίῃ.
κλέψας δ' ἐκ λειμῶνος ἐμὰς βοῦς ᾤχετ' ἐλαύνων
ἐσπέριος παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
εὐθὺ Πύλονδ' ἐλάων· τὰ δ' ἄρ' ἴχνια τοῖα πέλωρα,
οἷά τ' ἀγάσσασθαι, καὶ ἀγαυοῦ δαίμονος ἔργα·
τῇσιν μὲν γὰρ βουσὶν ἐς ἀσφοδελὸν λειμῶνα
ἀντία βήματ' ἔχουσα κόνις ἀνέφαινε μέλαινα·
αὐτὸς δ' οὗτος † ὅδ' ἐκτὸς ἀμήχανος οὔτ' ἄρα ποσσὶν
οὔτ' ἄρα χερσὶν ἔβαινε διὰ ψαμαθώδεα χῶρον,
ἀλλ' ἄλλην τινὰ μῆτιν ἔχων διέτριβε κέλευθα
τοῖα πέλωρ', ὡς εἴ τις ἀραιῇσι δρυσὶ βαίνοι.

Adnotatio. Vs. 325 *εὐμυλίη* depravatum. Quae coniecta sunt, *αἰμυλίη* (Heyne), *μελίη* et *εὐμελίη* (Hermann) prorsus inepta sunt, nec satisfaciunt *ἡσυχίη* vel *νηνε* quaeve alia cum verbis *ἔχ' Ὄλυμπον* iungi possint. Verum perinde est, nam utrum versum insiticium arbitror propter verba *μετὰ — Ἠῶ*. Quippe omnia quae ind vs. 184 facta narrantur, fiunt post *auroram*. Cf. vs. 371. — Vs. 332 obscurus fortasse corruptus. Ut spurium delebat Hermann. — Vs. 336 *παῖδά τιν'*] mal *παῖδα γὰρ*. — Vs. 338 *κέρτομον* depravatum, *κέντρων'* probabiliter coniecit Sta müller. — Vs. 339 vulgo *λῃσίμβροτοι*, dedi *λῃσίμβροτοι*, *praedatores*, *λῃστ* Olim in *Quaestionibus epicis et elegiacis* p. 71 proposui *φυσιμβρότῳ*. — Vs. 3 Post *βουσὶν* forsitan recte Schneidewin statuit lacunam. Non enim habet dativus q buscum coniungatur. — Vs. 346 *ὅδ' ἐκτὸς*] quondam coll. vs. 209 (450) conieci *ὃ δός*, sed hodie praefero Rossbachii suspicionem *ὁ λεπτὸς*, coll. Od. ζ 284. Alii a coniecerunt. — Vs. 348 *διέτριβε*] *διέπρησσε* Pierson, quod arridet. — Vs. 349 *εἰ — βαίνοι*. Verba obscura, nec video quid proficiamus Gemollii coniectura *ἀραιῇ σὺν δρ*

ὄ ἔΦρα μὲν οὖν ἐδίωκε διὰ ψαμαθώδεα χῶρον,
ῥεῖα μάλ' ἴχνια πάντα διέπρεπεν ἐν κονίῃσιν·
αὐτὰρ ἐπεὶ ψαμάθοιο μέγαν στίβον ἐξεπέρησεν,
ἄΦραστος γένετ' ὦκα βοῶν στίβος ἠδὲ καὶ αὐτοῦ
χῶρον ἀνὰ κρατερόν. τὸν δ' ἐΦράσατο βροτὸς ἀνὴρ
5 ἐς Πύλον εὐθὺς ἐλῶντα βοῶν γένος εὐρυμετώπων·
2 αὐτὸς δ' αὐτίκα μῦθον ἀπηλεγέως ἀγόρευεν·
„οὐκ ἴδον, οὐ πυθόμην, οὐκ ἄλλου μῦθον ἄκουσα·
οὐδέ κε μηνύσαιμ', οὐδ' ἂν μήνυτρον ἀροίμην."
5 ἦ τοι ἄρ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο Φοῖβος Ἀπόλλων.
Ἑρμῆς δ' ἄλλον μῦθον ἐν ἀθανάτοισιν ἔειπεν,
δείξατο δ' ἐς Κρονίωνα, θεῶν σημάντορα πάντων·
„Ζεῦ πάτερ, ἦ τοι ἐγώ τοι ἀληθείην καταλέξω·
9 νημερτής τε γάρ εἰμι καὶ οὐκ οἶδα ψεύδεσθαι,
1 Ἥλιον μάλα τ' αἰδέομαι καὶ δαίμονας ἄλλους
2 καὶ σὲ Φιλῶ, καὶ τοῦτον ὀπίζομαι· οἶσθα καὶ αὐτός.
0 ἦλθεν ἐς ἡμετέρου διζήμενος εἰλίποδας βοῦς
σήμερον, ἠελίοιο νέον γ' ἐπιτελλομένοιο,
οὐδὲ θεῶν μακάρων ἄγε μάρτυρας οὐδὲ κατόπτας·
μηνύειν δ' ἐκέλευέ μ' ἀναγκαίης ὑπὸ πολλῆς·
πολλὰ δέ μ' ἠπείλησε βαλεῖν ἐς Τάρταρον εὐρύν,
5 οὔνεχ' ὃ μὲν τέρεν ἄνθος ἔχει Φιλοκυδέος ἥβης,
αὐτὰρ ἐγὼ χθιζὸς γενόμην — τὰ δὲ οἶδε καὶ αὐτός —,
οὔ τι βοῶν. ἐλατῆρι, κραταιῷ Φωτί, ἐοικώς.
πείθεο — καὶ γὰρ ἐμεῖο πατὴρ Φίλος εὔχεαι εἶναι —,
ὡς οὐκ οἶκαδ' ἔλασσα βόας — ὣς ὄλβιος εἶην —,
0 οὐδ' ὑπὲρ οὐδὸν ἔβην, τὸ δέ τ' ἀτρεκέως ἀγορεύω,
3 ὡς οὐκ αἴτιός εἰμι. μέγαν δ' ἐπιδώσομαι ὅρκον·
οὐ μὰ τάδ' ἀθανάτων εὐκόσμητα προθύραια.
5 καί που ἐγὼ τούτῳ τείσω ποτὲ νηλέα Φωρήν,
καὶ κρατερῷ περ ἐόντι. σὺ δ' ὀπλοτέροισιν ἄρηγε."

dissotatio. Vs. 352. *στίβον*] *τρίβον* Matthiae. Non haereo in eodem vocabulo in nibus duobus contiguis usurpato, sed in diverso post adeo breve intervallum sensu. Vs. 364. Verba Apollini quidem supra (263) optime, sed hic Iovi vix intellegibilia. asse vetus rhapsodus ad exemplum Homeri I 509, vs. 362 dedit *ἀπηλεγέως εἴπεν*, *rem pertinaciter negavit*, et vss. 363 sq. reddendi sunt diasceuastae. — 365. Ne repetatur in eodem versu *ἄρα*, conici potest *ἦ τοι ὅ γ' κτέ.* — Vs. 381 sq. praeeunte Ludwichio transposui. — Vs. 378 *ἐκέλευέ μ'* dedi pro *ἐκέλευεν*. — 379 *ἅς, ἵα*, dedi pro *ὡς*. — Vs. 385 *τείσω* scripsi pro *τίσω*.

ὣς φάτ' ἐπιλλίζων Κυλλήνιος Ἀργειφόντης·
καὶ τὸ σπάργανον εἶχεν ἐπ' ὠλένῃ, οὐδ' ἀπέβαλλεν.
Ζεὺς δὲ μέγ' ἐξεγέλασσεν, ἰδὼν κακομηδέα παῖδα,
390 εὖ καὶ ἐπισταμένως ἀρνεύμενον ἀμφὶ βόεσσιν.
ἀμφοτέρους δ' ἐκέλευσεν ὁμόφρονα θυμὸν ἔχοντας
ζητεύειν, Ἑρμῆν δὲ διάκτορον ἡγεμονεύειν,
καὶ δεῖξαι τὸν χῶρον ἐπ' ἀβλαβίῃσι νόοιο,
ὅππῃ δ' αὖτ' ἀπέκρυψε βοῶν ἴφθιμα κάρηνα.
395 νεῦσεν δὲ Κρονίδης, ἐπεπείθετο δ' ἀγλαὸς Ἑρμῆς·
ῥηιδίως γὰρ ἔπειθε Διὸς νόος αἰγιόχοιο.
τὼ δ' ἄμφω σπεύδοντε, Διὸς περικαλλέα τέκνα,
ἐς Πύλον ἡμαθόεντα ἐπ' Ἀλφειοῦ πόρον ἶξον,
ἀγροὺς δ' ἐξίκοντο καὶ αὔλιον ὑψιμέλαθρον,
400 ἦχ' ἄδην τὰ χρήματ' ἀτάλλετο νυκτὸς ἐν ὥρῃ.
ἔνθ' Ἑρμῆς μὲν ἔπειτα κιὼν ἐς λάϊνον ἄντρον,
ἐς φάος ἐξήλαυνε βοῶν ἴφθιμα κάρηνα.

* * * *

ὣς ἄρ' ἔφη, καὶ χερσὶ περίστρεφε καρτερὰ δεσμὰ
410 ἄγνων· ταὶ δ' ὑπὸ ποσσὶ κατὰ χθονὸς αἶψα φύοντο
αὐτόθεν ἐμβολάδην ἑστραμμέναι ἀλλήλῃσιν,
ῥεῖά τε καὶ πάσῃσιν ἐπ' ἀγραύλοισι βόεσσιν
Ἑρμεω βουλῇσι κλεψίφρονος· αὐτὰρ Ἀπόλλων
θαύμασεν ἀθρήσας. τότε δὴ κρατὺς Ἀργειφόντης
415 χῶρον ὑποβλήδην ἐσκέψατο, πύκν' ἀμαρύσσων.
513 καὶ τότε Λητοΐδης Ἑρμῆν πρὸς μῦθον ἔειπεν·
„δεῖδια, Μαιάδος υἱέ, διάκτορε, ποικιλόμητι,
515 μή μοι ἅμα κλέψῃς κίθαριν καὶ καμπύλα τόξα.
τιμὴν γὰρ πὰρ Ζηνὸς ἔχεις, ἐπαμοίβια ἔργα
θήσειν ἀνθρώποισι κατὰ χθόνα πουλυβότειραν.
ἀλλ' εἴ μοι τλαίης γε θεῶν μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι,

Adnotatio. Vs. 396 ἔπειθε] fort. ἢ πεῖθε. An ἔπεισε, solet persuadere? — Vs. ἔφη, sc. Apollo. — Vs. 410 ἄγνων Franke] ἄγνου. Mercurii praestigiis bove Apolline ligati ex locis ubi stant moveri nequeunt, radices agentibus pedum vinc viminеis, et sic iterum Apollini eripiuntur. — Vs. 415 ὑποβλήδην] ὑποβλέβδην sow, πύκν' Barnes] πῦρ. Cf. vs. 278. Demisso vultu, sed crebro nictans oculis, sontis simul et subdoli speciem refert, quod non latebat Apollinem, qui experie doctus veretur, ne ipsa insignia sua tuta non sint ab huius praestigiatoris cupidi — Vs. 514 ποικιλόμητι dedi pro ποικιλομῆτα.

[ἢ κεφαλῇ νεύσας ἢ ἐπὶ Στυγὸς ὄμβριμον ὕδωρ,]

* * * *

πάντ' ἂν ἐμῷ θυμῷ κεχαρισμένα καὶ φίλα ἔρδοις.
καὶ τότε Μαιάδος υἱὸς ὑποσχόμενος κατένευσεν,
μή ποτ' ἀποκλέψειν, ὅσ' Ἑκηβόλος ἐκτεάτισται,
μηδέ ποτ' ἐμπελάσειν πυκινῷ δόμῳ· αὐτὰρ Ἀπόλλων
Λητοΐδης κατένευσεν ἐπ' ἀρθμῷ καὶ φιλότητι,
μή τινα φίλτερον ἄλλον ἐν ἀθανάτοισιν ἔσεσθαι.

οὕτω Μαιάδος υἱὸν ἄναξ ἐφίλησιν Ἀπόλλων
παντοίῃ φιλότητι· χάριν δ' ἐπέθηκε Κρονίων.
πᾶσι δ' ὅ γε θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ὁμιλεῖ.
πᾶσι μὲν οὖν ὀνίνησι, τὸ δ' ἄκριτον ἠπεροπεύει
νύκτα δι' ὀρφναίην φῦλα θνητῶν ἀνθρώπων.

καὶ σὺ μὲν οὕτω χαῖρε, Διὸς καὶ Μαιάδος υἱέ·
αὐτὰρ ἐγὼ καὶ σεῖο καὶ ἄλλης μνήσομ' ἀοιδῆς.

otatio. Vs. 519. Permira optio, nec *ἐπί* sic usurpatur. Nescio an recte spurium t Matthiae. Sed contra excidisse videtur, ut idem monuit, iusiurandi argun, quod demum accipimus ex vs. 522 sq. — Vs. 528 *πυκινῷ δόμῳ* de ipsius ais templo intellegendum, homines enim diripiendi potestatem fratri Phoebus tit. Cf. 520. — Vs. 575. Non solum amicitiam iunxerunt, sed etiam gratiam ambobus donavit Iupiter. — Vs. 576 *ὁμιλεῖ*. Rectissime vulgo. Sententia adir quod ex LDP rescripsit Gemoll, *ὁμίλει*. — Vs. 577 *τὸ ἄκριτον* = *ἄκριτα ίτως* serioris est Graecitatis, quod militat pro opinione eorum, qui hanc clauspriseo poetae abiudicarunt.

EPICHARMUS.

picharmi Γνωμῶν initium, quod nuper in papyro III^{i} ante istum saeculi repertum edidere Grenfell et Hunt — Hibeh yri I (1906) 1 —, vitium praebet leni remedio sanabile:

αἰτίαν γὰρ ἦχον ὡς ἄλλως μὲν εἶην δεξιός,
μακρολόγος δ' οὐ κα δυναίμην ἐν βράχει γνώμας λέγειν.

ribatur:

μακρολόγος δέ, κοὐ δυναίμην κτέ.

ercidit littera I, quemadmodum tertio dein versu interiit C π pro τις), dein ΔϵΚΑ(Ι)ΟΤ in Δ(ϵ)ΟΤΚΑ est mutatum.

v. L.

DE COMMENTI DONATIANI COMPOSITIONE ET ORIGINE.

SCRIPSIT

H. T. KARSTEN.

(*Continuantur ex pag.* 44).

Ibid. 29. Ille ubi miser famelicus videt mi esse tantum honorem

(1) Hic ostendit, quae res coegerit ad discendum, (2) et simul vide secundum vulgi opinionem loqui parasitum: „miserum" et „famelicum", hominem honestis moribus praeditum.

Utrumque damnavit Sabb., merito. Adnotavit haec Editor partim ad exemplum Donati (3): Vide ut sententiose demonstret malos ex bonis contagione fieri, exemplis in pravum praevalentibus: „videt" mihi hoc prodesse et discere optat, quod negabat se posse. Schol. (5) Sabb. iniuria Donato subtraxit.

Ibid. 30 Ibi homo coepit me obsecrare

Don. (3) Mire addidit „homo" [1]). IP hoc opponit: (4) Aut additum supervacuo „homo" ut „donat habere viro decus et tutamen in armis" (Verg. V 262). Observatio et exemplum aeque insipida. S. c.

Ibid. 37 Sed Parmenonem ante ostium hic astare tristem video, rivalis servom; salva res est.

---

1) Attende frequentes huiusmodi brevissimas Aeli adnotationes, lectorum ingenio cogitare relinquentis cur hoc adnotet.

(1) Quia et „ante ostium" et „tristem video", „salva res st". Nec hoc valet ad laetitiam, quod Parmeno est, sed quod ivalis servus. Sic IP specioso acumine, nam una laetitiae causa Gnathoni, cum dicit „salva res est", haec est, quod tristem llum astare videt. S. c.

Ibid. 40 Plurima salute Parmenonem summum suum impertit Gnatho. Quid agitur? Pa. Statur.

(2) Haec tota locutio parasiticae elegantiae et simul ironiae lena est, nam et plurimam dicit ei salutem, quem ne exiguam iidem velit continere, ⟨et⟩ „summum" dicit eum, qui nec vis amicus sit sibi, et „Parmenonem Gnatho", non „te ego". c Don. IP Addidit flosculum: (3) Quam venuste, quod mmum amicum non resalutet Parmeno! Idem Donati adtatiunculae: (6) Facete „statur" — subiunxit: nam stat, cui igredi non licet. In quo denuo erravit, etenim Parmeno ipse rofiteri hic nequit, domum ingredi sibi non licere.

S. utrumque c.

Ibid. 43 (3) „Uro hominem" sibi hoc gestu et vultu parasitico dicit. — (4) et „uro" pro eo quod est dolere cogo, — (5) „Ut falsus animi est" similiter et Parmeno secum servili gestu. Sabb. monet (4) interpolatum esse inter scholia similia (3) et (5). Cf. similem scholiorum positionem 29 (4) (5), 30 (1).

Ibid. 46 Sex ego totos, Parmeno, hos te menses quietum reddam

(1) Quid est „totos"? an diebus et noctibus, utpote amatoris servum, ac per hoc sine ulla cessatione?

Comparandus est locus Ad. III 3. 43 „Aut non sex totis mensibus prius olfecissem, quam ille quicquam coeperet?" Ubi Donatus: (2) Hoc est integris, ut ne unum quidem diem minus a sex mensibus sciat, quid coepturus sit filius: nimis comica et moralis asseveratio.

Ecce Aeliana scholii conscribendi ratio, elegans et perspicua reique apposita. Pallescit iuxta eum magistri longe quaesita sapientia ad nostrum locum, quasi illud „totos" quicquam commune habeat cum Parmenonis servitio apud amatorem. S. c.

Ibid. 54 Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus,
Ne tu istas faxo calcibus saepe insultabis frustra

(1) Nova locutio „c. ins. f." Sallustius „multos tamen ab

adulescentia bonos insultavit" [1]). Sic Don., I P hoc ampliavi in (3): Mira loquentia, in qua utraque ὑπερβολή expressissim est; nam neque „uno digitulo" minus aliquid dici potest nequ „c. s. ins." aut amplius aut ingentius. S. c.

Ibid. 57 Mira vero militi quae placeant

Don. (2) „Mira" pro mirum, Verg. (I 669) „nota tibi", e est ironia, cett. I P (3) Potest tamen et pluraliter intellegi. Hoc quidem D. non negavit. S. c.

II 3. 1 (3) „Occidi" produc mediam syllabam huius verbi et contrarium significat. Adnotatio scholastica a Donato abiudicanda. S a b b. comparavit Probi appendicem IV p. 203. 33.

Ibid. 8 Hic vero est qui si occeperit

(1) Utrum senex an Chaerea? sed senex potius. (2) Senex. (3) Chaerea. Omnis dubitatio exclusa est, quin sit Chaerea. S a b b. Donato tamen dedit (1), vix recte; reliqua inclinatis litteris edidit.

Ibid. 10 Praeut huius rabies quae dabit

(4) Hic ex parte χαρακτηρισμός (vid. v. l.) quidam est personae Chaereae, quem moribus conicit servus ardentiorem amore fieri posse, simul coeperit [2]). Compendium liberrimum scholi amplissimi quod sequitur Donati: (5) Hic ostenditur iam pridem motus in res venerias Chaerea, e. q. s. Ut hoc recte proscripsit S a b b,, ita ei non assentior de (3) et dubito de (2).

Ibid. 11 Di deaeque omnes senium perdant

(2) Plus dixit „senium" quam „senem", nec mireris pos „senium" „qui" additum, non „quod", ideo quia declinationem ad intellectum rettulit, ut alibi „in Eunuchum suam" (pro 32). — (3) Et s e n e x ad aetatem refertur, s e n i u m ad conv

---

1) Hunc S a l l u s t i locum Donatum iam cognovisse antequam ad Terentium manus adhiberet apparet ex eiusdem citatione apud Serv. ad Aen. IX 631, X 64 quod moneo propter ea quae W e s s n e r u s suspicatur de A s p r o Donati fo etiam in citatis Sallustianis (Aem. Asper, ein Beitrag z. röm. litt. gesch. Halle 19 p. 39 alibi).

2) Genus dicendi obscurum vagum, salebrosum, nusquam fere demonstravi, cu attento lectori in oculos saliat, veluti h. l. Quid sibi vult. „ex parte" et „quidam et ablat. „moribus"? Et quam debile est „ardentiorem amore fieri posse" de adul cente in res venerias irruente.

· sic Lucilius: „ast, ait, quid iam te, senium atque
›phista?" [1])
lum Lucilii contra Sabb. vindicandum est Donato.
seiunxi quod Interpolatori tribuendum videtur, cuius
observatio nec vera est et pugnat aliquo modo cum
nitio: „plus dixit" e. q. s.
13 (2) „Quidve es alacris?" — Aut velox aut — lae-
; nam „alacris" l littera pro d posita non tristis id
ρυς intelligitur. Lineolis indicavi additamentum Sabb.
ınero quoque damnatum. Ille merito praeterea notavit
ı (4): Alacritas est mutatio quaedam vultus gestientis
ı aliquam. Donatus definitiones dare non solet ver-
ıuae non sunt in textu; accedit quod haec interpretatio
:edit ab adiectivi interpretatione in (2).
14 (1) „Unde is?" modo *ad quid* venis *significat.*
eo de loco ad locum veteres dicebant, quod subiectis
obabitur. (4) „Quorsum eam" hinc, ut diximus (in (2)),
tum est ire et adventum significare.
.) verba interpolata cum Wessnero inclinatis litteris ex-
la curavi, quippe falsa. Don. dedit „is" modo venis",
III 3. 7 (2) „Ire" pro venire, ut „nec vero Alcidem
n laetatus euntem" (VI 392). Idem per ambages di-
) et (4), quocirca particula adversativa *sed* nullam habet
n; „subiecta" autem quae probationem exhibebunt, nihil
si iterata observatio in (4), in qua denuo habemus Edi-
lud „ut diximus". (Cf. supra p. 15). S. c.
15 Ita prorsus sum oblitus mei
‚Prorsum" id est *recte vel* (Sabb. et Wessn. c.) omnino.
Nam „prorsum" est porro versum, id est ante ver-
— hinc et prosa oratio, quam non inflexit cantilena.
4) causativum *nam* non minus ineptum est quam modo
ıtivum *sed*; et quid significat „ante versum"? IP e
ria negligenter reddidit Don. ad Andr. III 2. 30: „prorsus"
porro versus, quod Graeci dicunt *μακράν*. Ad. I 1. 46:
ım" et retro versum ut „prorsum" porro versum.

---

[1]) cum Lucilii ingeniose sic correxit Marx p. 1117: „Es, ait quidam, senium insulse, sophista".

De prosa Isidorus Orig. I 37.1 „Prosa est produc oratio, a lege metri soluta. Prosum enim antiqui productu dicebant et rectum [1]), unde ait Varro apud Plautum prosi lectis significari rectis; unde etiam quae non est perflexa n mero sed recta, prosa oratio dicitur, in rectum producenda" [2] Sabb. (4) totum Interpolatori imputavit, ego quae lineolis saeps

Ibid. 16 Nunc, Parmeno, te ostenderis qui vir sies

(2) Non „qui sies" sed, quod est ἐμφατικώτερον, „qui vir sies'

(4) Et „vir" modo non ad sexum vel aetatem dicitur, se ad laudem.

Sabbadinio hoc suspectum fuit, mihi etiam illud, nam „qu sies" et „qui vir sies" non emphasi differunt sed significatione velut Andr. 586 „tandem cognosti qui siem" unice decet, contr Eun. 66 „sentiet qui vir siem". Insulsa adnotatio (4) i memoriam revocat, quae Donatus adnotavit ad Andr. II 5.: „„vir" enim modo ad vituperationem cum ironia, modo a laudem sumitur ‹sine› ironia", et Ad. IV 2. 25 „virum t iudico" inquit non „adulescentulum": hoc enim ad aetatem e probitatem non ad sexum refertur".

Ibid. 20 (2) „Hoc hercle factum est" inveni quod amem Sic breviter Don. (cf. vs. 17). IP idem ampliavit: (3) Ho quod dicebas, inquit, morae esse, iam factum est: amo. S. c.

Ibid. 21 Fac sis nunc promissa appareant. Sive [3]) adeo dign res est ubi tu nervos intendas tuos

Falsa lectio sive vexavit scholiastas, qui etiam sine caus disputarunt essentne verba Chaereae, quod luce clarius est, a Parmenonis.

(1) Si persona Parmenonis est, „sive" abundat. (2) E pro expletiva coniunctione est modo (scil. „adeo"); in quibu dam omnino non legitur. (3) „Adeo" aut abundat aut m mis significat *vel satis* (W. curs.). (4) Si Chaerea dicit, h ordo et sensus est: fac si vis nunc, si adeo digna res est, u tu nervos intendas tuos, ut promissa appareant, ut ‹sit› „si si vis ‹et› „ut" addatur ‹ad› id quod est „fac promissa a

1) Hinc interpolatio in (3).

2) Extrema repetuntur in Gloss. V 576. 62.

3) Codd. habent si. Dziatzko: „Est adeo". Fleck. Umpf. Fab. „Sic adeo".

pareant". (5) Utrum obscene hoc, ut servus, an μεταφορικῶς: ubi laborare ac periclitari debeas? (6) Sed melius legunt, qui hoc totum ad personam applicant Chaereae. (7) Et melius, quam qui Parmenonem hoc putant loqui „sive adeo digna res est".

Farrago genuinorum et spuriorum. Ad (2) (3) Sabb., Stud. lt. III 341, comparavit I 2. 124 (1) „Adeo" pro nimis positum est. (2) Aut expletiva particula, — et Ad. I 1. 15 (4) „Is adeo" transitus ad argumentum subtilissimus. (5) „Adeo" aut abundat aut nimium significat ut in Eunucho (I 2. 124)... Haec scholiorum paria inter se pugnant; qui scripsit 124 (1) non scripsit (2) et qui scripsit 15 (4) non scripsit (5).

Igitur si 124 (1) et 15 (4) ad Donatum referimus, ut par est[1]), reliqua duo Interpolatoris sunt. Hinc sequitur nostro loco scholia (2) et (3) spuria esse; alterutrum sine dubio Editori debetur, credo (2), ut I 2. 124 (2) cui respondet; quod autem addit: „in quibusdam omnino non legitur", secundum virum peritissimum Sabb. p. 342: „In generale le lezione Terentiane di questi interpolatori risalgono a fonti impure". Eidem tribuendum est (5), ineptum et putidum, quod genus amat (Mnem. XXXII p. 229. 63, 231. 125, 234, 24), praeterea falso hunc versum Parmenoni dedit; denique (7) est supplementum prorsus inutile praecedentis (6) coll. (1).

Sic igitur Donato relinquuntur (1) (4) (6), quae inter se optime cohaerent, si sumimus in commento hoc ordine stetisse: (4) Si Chaerea dicit cett. (1) Si persona Pa. est cett. (6) Sed melius legunt, qui cett. Editor non disputavit (nisi oblique in (5)) de persona loquentis, sed tantum de particula „adeo" (2) vel (3), et de „nervos intendas" (5), quod scholium non ipsum credo posuisse inter (4) et (6) sed dormitantem Compilatorem, qui fortasse adscripsit etiam (7), et e margine, verborum ordinem secutus, male transposuit (1).

Sabb. me iudice perperam Donato dedit (5), subtraxit (4) et (6).

---

1) Donatus „adeo" pro abundanti vel expletiva particula habuisse non videtur, saltem iis locis Aeneidis, ubi adeo has partes agere videtur, a Servio, i. e. Donato, semper explicatur per multum, valde, ut ad Eun. per nimis. Serv. ad Aen. IV 96, VII 427, XI 436. Nostro loco quomodo particulam interpretetur docet in (4): „si adeo d. r. e., ubi t. n. intendas".

Ibid. 24 Si quae est habitior paulo

(1) Inde et habitudo dicitur, ut (II 2. 11) „quae habitud est corporis"! (2) Nam „habilior" aptior intelligitur, ut „nam que humeris de more habilem suspenderat arcum" Verg. (I 318) Ergo „habitior" legendum est.

Schol. (2) contra Sabb. Donato vindicandum est, qui cognovisse videtur lectionem „habilior", quam refutat. In commento scholia nimirum coniuncta fuerunt, eo fere modo, ut post (1) legeretur: „vera lectio, non habilior, nam habilior" cett. (cf. ad Andr. I 2. 34 (2)); verba casu interciderunt.

Ibid. 26 Itaque ergo amantur (scil. puellae iunceae)

(1) „Itaque", inquit, „nemo illas amat": εἰρωνεία. Sic acu rem tetigit Don. (= „de liefde die men hun toedraagt is in overeenstemming met hun schraalheid"; de formula „itaque ergo" vide Fabia ad h. l. et Weissenborn ad Liv. 1. 25. 2 „demnach also"). Contraria interpretatio legitur in (2) et (3) Incipio a (3): „Itaque" atque ita, ut sit: atque ita fit ut amentur non naturae merito sed industria. Interpretatio falsa quidem, nam in textu nihil legitur de natura et industria, sed perspicue enuntiata. Iam vero similis fere proponitur in (2) sed contorta oratione sic:

Vere amantur, ut eo magis haec amanda sit, quae naturae beneficio, non industria aut factis comptibus, pulchra est.

Huius scholii inventor etiam alibi plura intulit, quae non sin in textu, quamquam hic aperte hoc finxit ad exemplum (3) nemo autem dubitabit quin auctor ille sit IP, assiduus Donat aemulus. Num igitur ille praeter schol. (1) etiam (3) in com mento offendit? Ita credo, et ea quidem ratione, ut Don. po (1) perrexerit: „Alii sic: (3) „Itaque" atque ita", cett. Tu IP suum (2) substituit pro (3), quod reduxit ex alio fon Compilator, omissis v. „Alii sic", vel tale quid. Ergo Sabb. (recte, (3) perperam inclinatis litteris dedit.

Ibid. 28 Hanc tu mihi vel vi vel clam vel precario fac trad

(1) Haec tria sunt quibus non rite res agitur. (2) Pre mentio non est, vel quia virgo, non meretrix, vel quia nul ephebo spes est fallendi senis. (3) Secundum ius locutus e nam his tribus mala fide aliquid possidetur. (4) „Vi" quia virg „clam" quia custoditur, precario" quia pretium non habet Chaere-

Sabb. Donato dedit (3) et (4), interpolatori (1) et (2). Assentior.

Ibid. 34 Cui magis bonae felicitates omnes adversae sient

(1) Felicitas adversa est, cum ex prosperitate quod habeat nascitur. (2) „Bonae" magnae. Nove autem dixit magnas felicitates sibi adversari, eo quod virginem tantae pulchritudinis ex oculis amiserit; nam vidisse eam felicitatis iudicat, sed amisisse adversae felicitatis. (3) Et quod addidit „bonae", vel magnae et nimiae intelliguntur vel ἐπίθετον proprium et perpetuum felicitatum est „bonae". — (4) *et magna ἔμφασις, quod felicitates pluraliter posuit* (W. c.). — ἐπίθετα autem tribus de causis nominibus adduntur: discretionis, proprietatis, ornatus. Discretionis ut „et Phrygiae molimur montibus Idae", proprietatis, ut „terribili impexum saetae cum dentibus albis" (Aen. VII 667), ornatus, ut „alma Venus, coeli subter labentia signa" (Lucr. I 2).

Incipio a (3) et (4) quae, si excipimus emblema a Wessnero notatum, unum scholium constituunt Donato adsignandum cum propter iustissima exempla, tum propter aliquam congruentiam cum epithetorum divisione apud Servium ad Aen. I 178: „epitheta ... aut ad augmentum, aut ad diminutionum, aut ad discretionem poni solent"; nec non verissima sunt quae dicit de duplici significatione adiectivi bonus. Hinc sequitur schol. (2), ubi „bonae" = magnae sumuntur, quam decisionem D. omisit, alius esse auctoris, non illepidi quidem, ut est nonnunquam IP. Accedit autem hoc, quod concisa et elegans definitio „felicitatis adversae" in (1) Donato dignissima videtur, at cum hoc quoque non quadrat (2), ubi „adversae sient" ducitur a verbo adversari. Itaque concludo, Donatum dedisse (1) (3) et (4) sine emblemate [1]), Editorem inseruisse (2) et initium τοῦ (4), omisso (3), quod Compilator denuo in suum locum restituit, satis stupide ante interpolationem scholii quarti; sed talia ille non curabat.

Sabb. longe aliter (1) (3) et (4) inclinatis litteris expressit, nisi quod, praeter (2), etiam initium scholii quarti de emphasi Donato reliquit.

Ibid. 40 Illum liquet mihi deierare

---

1) Hoc quoque redolet IP, qui amat ἔμφασιν et ἐμφατικώτερον.

(1) „Liquet" liquidum est, constans et manifestum et ce tum. — (2) Et sic „liquit" pro liquidum est, ut „claudit" p claudum est, ut apud Sallustium „nihil socordia claudebat" – et est „liquet" verbum iuris, quo utebantur iudices, cu amplius pronuntiabant, obscuritate commoti causae magi quam negotii simplicitate. (3) „Deierare" valde iurare, u (Hec. IV 1. 14) „demiror" et „deamo te, Syre" (Heaut. I 6. 21), — si de producta legeris, si correpta, deos iurare in telligitur.

Scholium Donati continuum de „liquet" deturpatum est em blemate a Wessnero quoque designato, quod non tamen Compilator per errorem alicunde huc intulit, sed consulto ips Editor, iactans se plumis Aelio surreptis, qui Sallusti exemplum apte usurpavit ad I 2. 84, dum h. l. ineptum est, quis enim putabit „claudebat" hic pro „claudum erat" positum esse! Minus bene Wessnerus, Sabb. secutus, rem gessit in (3), ubi „Deierare" valde „iurare" cum exemplis iustissimis Hecyra et Heautontimorumeni, quae Wessn. inclinatis litteris expressit, Aelio danda sunt, reliqua („si de p. l. cett.) Editori. De in compositis significare valde, tritum est Grammaticis et in commento (Eun. II 2. 49, ubi vide W., Ad. IV 6. 1) sed differentia dĕierare „si deos iurare intellegitur" Donato saltem non valuit, qui scripsit ad Hec. V 1. 5 (1) „dēierat" deos iurat.

Nec non ibidem Interpolator addidit: (3) si correpte deos iurat, si producte valde iurat, quod fortasse ipse primus proposuit, ut est audax differentiarum inventor. Alibi, quod sciam, haec differentia nusquam reperitur.

Ibid. 45 Continuo accurrit ad me ... incurvus, tremulus labris demissis, gemens.

(1) Ut omnia ostendat in contrarium sibi versa, etiam cursu attribuit cani. (2) Labra sunt superiora, labia inferiora — labeae asinorum proprie dicuntur —; „gemens" autem ob continuam tussim, sic Lucilius ... (3) „Incurvus" valde curvus, ut Vergilius „Turnus ut infractos" (12. 1), „infractos" enim valde fractos significat, nam in praepositio nunc augen nunc minuit dictionem [1]). (4) Et recte etiam deformitate

1) Festus 114 Ingens dicitur augendi consuetudine, ut inclamare, invocare. Qu

describit senis, quod praeter aetatem post pulchram virginem foedior videbatur. (5) Et quam importune omnia: pro puella „senex" occurrit, pro virgine „incurvus tremulus", pro pulchra „labiis demissis gemens"; et cum amor sit in animo adulescentis, ipse iudicium loquitur, dum festinandum sit, remoratur. (6) „Labiis demissis" maiora labra, unde labeones; alii labia dicunt inferiora et labra superiora.

Sabb. praeter emblema in (2), a Wessnero quoque notatum, interpolatori tribuit etiam (1) (4) (5) (6). Et genuina esse (2) et (3) nemo affirmare dubitabit. Neque autem spuria esse censeo (1) et (4), quae nihil habent, quod Donato sit indignum.

Quod de labeis asinorum dicitur in (2) vix verum est; vide lexica et Gell. X 4. 4. In (5) audimus IP stili Terentiani praeconem, qualem cognovimus supra ad I 2. 87 (5), 88 (4), gaudentem antithetis, e quibus postrema praesertim (amor in animo iudicium in ore, festinare remorari) hominis artificium denotant. In (6) IP doctrinam Verri Flacci [3]) praetulit „aliorum" differentiae, quam Don. rettulerat in (2).

Scholiorum ordo in commento idem manifesto fuit, qui nunc

---

enim gens populi est magnitudo, ingentem per compositionem dicimus, quod significat valde magnum. Cf. Serv. l.l. cit. in App. Wessn. Ad Eun V 8. 29 (1) repetitur regula a magistro post interpretationem Donati.

1) Sabb. p. 355 citavit Charis. I 108: Verrius autem Flaccus sic distinxit, modica esse labra, labia immodica et inde labiones dici. Cf. praeterea hi Grammaticorum loci, quos citavit Wessn. in App., Agroec. VII 116: Labrum superius dicitur, labium inferius. Serv. Ecl. II 34: Inanissimam quidam temptant facere discretionem, ut virorum labra, mulierum labia dicantur. Isidor. Orig. XI 50: Quod autem superius est labium dicimus, quod inferius, eo quod grossius sit, labrum. Alii virorum labra, mulierum labia dicunt. Gloss IV 532, V 629.

Schol. Bemb. ad h. l. sic: „Labellum pueri habent, ut Vergilius „calamo trivisse labellum"; labrum iuvenes „necdum illis labra admovi" (cf. Ecl. II 34 et III 47); labia mulieres sive senes. Sed quantum Donatus Commentator Vergilii refert, labeae dicuntur inferiores. Haec omnia falsa sunt et peioris magistri inventa; discrimen inter Ecl. II 34 et III 47 nullum est et utrobique sermo est de pastoribus eiusdem aetatis. Donatus ad Vergilum nihil docuit, quantum scimus, nisi quod Serv. habet ad E. II 47, sed ad Terentium hoc ipsum, quod hic adscribitur Commentatori Vergilii, hinc verisimile est scholiastam scripsisse „sed quantum Don. refert" et verba „Comm. Verg." glossam esse alicuius magistelli, nisi putare malis ipsum Scholiastam iam sic errasse. Quae Wessnerus, de Acm. Aspro p. 42 sq., ex hoc scholio deduci posse ratus est, iusto fundamento carere mihi videntur.

dempto emblemate: (1) (2) (3) (4). IP subiecit (5); quomod autem (6), quod verisimiliter inseruerat in exordio secundi, ant alterum emblema „labeae asinorum" cett. omisso Don. initio in finem totius sylloges devenerit, nescio.

Ibid. 52 Illa sese interea commodum huc adverterat

(1) „Commodum" tantum quod vel ipso eodemque tempore, — (2) „commodum" una vel ex hoc significat, ut si dicas: eodem tempore, quo haec agebantur, — (3) nam „interea" nunc coniunctio accipienda est, non ut alias, pro adverbio ponitur.

Interpolatoris commentum (2) partim falsum est partim transcriptum e Don. (1) dividitque continuum scholium, cuius argumentatio haec est: quia „commodum" est adverbium („ipso eodemque tempore"), „interea" debet esse coniunctio. Etenim interea numeratur inter coniunctiones causales (G. L. IV 389. 6) et inter adverbia (Prisc. III 43. 12). Ceterum Don denuo ad Phorm. IV 3. 9 (2): „Commodum" tantum quod, Lucilius, cett.; ibique IP (1) „Comm." aestimatio est temporis. Sabb. perperam damnavit (1) et (3).

Ibid. 57 Parmeno, cum ex uno alteroque verbo Chaeres statim intellexerit quam puellam hic in platea viderit, praecid longiorem eius narrationem dictione figurata, qua post perfe tum funus homines dimittuntur:

llicet; desine; iam conclamatumst [1]). Ch. Alias res agis

(1) „Iam concl." transactum ac finitum, ut conclamata co pora nihil reliqui iam habent ad vitae officia. Sic Don. S quitur de eadem re: (2) „concl." manifestum significa quia dixerat (vs. 7) „o fortunatum senem, si et hic ama coeperit", tamquam dicat, iam occisum patrem tuum scim iamque deflevimus. Haec primo aspectu nemo quis facile i tellexerit, nempe explicatio huc redit: novi amores alteri filii Chaereae occident patrem, cuius funus Parmeno iam nu cum filius puellam primum viderit, quasi perfectum propo Haec enarratio longe repetita vix quadrat cum eo, qu Parmeno in seqq. illam patris occisionem ipse provocat et pr

1) Serv. ad Aen. VI 216. 218, ubi hic locus citatur. Cf. alia v. interpretatio ad Aen. II 233.

parat, neque autem cum vocis interpretatione manifestum, quae nil commune habet cum funere et obitu. Hoc igitur redolet nimiam sagacitatem Editoris, qui satagit novis et longe accessitis. Hinc eidem fortasse, hac explicatione nondum contento, adsignanda est etiam (3): Aut „concl." satis deploratum satisque vociferatum est, ut in conclamatis funeribus nulla iam dilatio est doloris ac luctus, ut Lucanus ait „corpora nondum conclamata iacent". Haec et falsa sunt, nam satis, quod intruditur, corrumpit dictionem qua utitur Terentius, et pessime enuntiata, non enim funera conclamantur sed mortui ipsi.

Igitur Donateae interpretationi Editor duas apposuit a se inventas. S. utrumque c.

Ibid. 58 Nostin quae sit? Dic mihi, vidistin?

Pa. Vidi, novi; scio quo abducta sit.

Ch. Eho, Parmeno mi, nostin et scis ubi siet?

Pa. Huc deductast ad meretricem Thaidem: ei dono datast.

Ad 59 (1) Plus dixit quam interrogabatur, — credo taedio interrogantis: nam properat, ut dicturus est (vs. 72), ad deducendum eunuchum ad Thaidem cum ancilla ex Aethiopia.

Ad 61: Et hoc effundit semel acervatimque dicit velut odio interrogantis saepius et festinatione ad mandata Phaedriae peragenda.

Additamentum ad 59 (1) expressum est ab Interpolatore ad exemplum eiusdem enuntiati Donatiani ad 61.

S. perperam utrumque c.

Ibid. 64 (2) „Comparet" pro „emat" aut „comparandum putet". Vitiosum. S. c.

Ibid. 67 Homo quatietur certe cum dono foras

Don.: (1) Mire „cum dono" tamquam illi repulsae causa donum futurum sit. Subiunxit IP: (2) Tum deinde non „eiciatur" sed „quatietur". Don. denuo: (3) Vide quam contumeliosius dictum sit „quatietur foras": vel verberibus impelletur foras, non expulsione et detrusione; — (4) Vel sic dixit „foras quatietur" ut desit „versum", ut sit: foras versum verberabitur [ut verberetur] [1]) et fugetur foras — nam et per-

1) Verba „ut verberetur" pro dittographia expuli.

vulgatae consuetudinis est dictum „feri canem foras", hoc es feriendo canem foras eice. Haec nimirum unam Donati a notationem efficiunt, inani interpolatione divisam.

Sabb. temere omnia a Donato abiudicavit praeter (1).

Ibid. 68 sq. Ch. Sed istam Thaidem non scivi nobis vicinan Pa. Haud diust. Ch. Perii, numquamne etiam me illam v disse! Ehodum, dic mihi: Estne ut fertur forma?

(1) Καλῶς: quomodo enim pro eunucho veniet (Chaerea), novit aut notus est? Et si adulescens mulierem ne novit qu dem, multo maxime ipsi nescitur: (2) οἰκονομία contra illu quod meretrix vicina est [1]). (4) Et nota apud Terentiu vicinas poni saepius adulescentibus meretrices, ut haec prim sit amoris illecebra.

Sabb. damnavit (2) et (4), sed illud cum Donateo (1) co iunctum fuisse suspicor, et hoc nihil habet quod offendat.

Ad 69 Don.: (1) „numquamne" cett. artificiose inculcat poet τὸ πιθανόν. Hoc non satisfecit Editori, qui subiunxit adn tationem sua verbositate compilatam e Don. 68 (1), quod sup scripsi, in 69 (2): Sed nimio lepore Terentiano [2]) iam illud (s τὸ πιθανόν) agitur, nam hic ostenditur verisimile esse pro e nucho creditum apud vicinam meretricem Chaeream, qui ad ignotus sit mulieri, ut nec ipse eam noverit, quod erat facili et promptius (vide vv. Don. „multo maxime"); et additur colo quod et illa non diu vicina est et quod adulescens in Pira primum commoratus est. Immo, hic color non additur, s aliunde ab interpolatore fingitur. Ad 70 Don. (1) Hoc propt illud, quod supra (68 (1)) diximus. Sabb. igitur merito 69 (c., immerito 70 (1).

Ib. 72 Numquid me aliud?

Don. (1) Hoc dicere abeuntes solent. IP: (2) Et bene h quia festinat, (3) et simul, quia hinc nascitur dolus fallend meretricis. Utrumque a Donato abiudicandum, illud quia n quadrat cum (1), hoc quia „hinc", i. e. ex hac formula, ni eiusmodi nascitur. S. c.

1) In schol. quod sequitur (3) „Et est causa, an verisimile sit nescire pote vicinam" rhetori danda sunt. In Mnem. XXXIII p. 239 et hoc omisi et alia rh rica interpolata in hac scaena: 16 (3), 17 (3), 18 (1), 19 (1), 91 (3) (5), 92.

2) De IP sermonis Terentiani laudatore vide supra ad 45 (5).

Ibid. 74 Cf. supra ad I 1. 112.

Ibid. 76 Videbit, colloquetur, aderit una in unis aedibus, Cibum nonnumquam capiet cum ea, interdum propter [dormiet

(1) Amatorie nimis quinque lineas amoris exsecutus est, adeo diligenter, ut etiam ordinem custodiret. Falsum, nam omittuntur tertia tactus et quarta osculi (Don. ad IV 2. 12 [1]); putes pro „quinque" corrigendum esse „tres", tunc schol. verum est, verumtamen a Donato alienum, qui in (3) rem aliter expressit. Et vide mox ad 81 (1). (2) Mire amator non semel effudit hoc bonum, sed particulatim digessit, ut maior voluptas futura esse noscatur. Imitatio libera eorum, quae Don. de alia re ad vs. 79 (2) observasse videbimus, et cf. etiam ad 60. et 61. Haec igitur Sabb. iure proscripsit, iniuria vero (3), quod rectissimum est: istae enim sunt amoris lineae, etsi eas non omnes est persecutus. Vide quae adnotavi ad IV 2. 12 p. 14.

Ibid. 79 sqq. Capias tu illius vestem... Pro illo te deducam... Te esse illum dicam... Tu illis fruare commodis, e. q. s.

Don.: (2) Non semel ostenditur quid futurum sit, quia particulatim potest etiam quod turpe est tamen inmitti ad persuasionem, semel ingestum respuitur. Observatio tam iusta quam eleganter exarata. Hanc autem IP sic illustravit: (3) Ergo non dixit „ibis pro eunucho", sed primo „cap. i. v."; tum deinde (vide supra 67 (2)) hoc ipsum non aspernante domino pergit servus ad cetera, quae audaciora sunt. S. c.

Ibid. 81 Ch. Audio... Intelligo. IP: „Audio" et „intelligo" vim modo non usitatam exprimunt, scilicet consentientis immodicum affectum. Don. 80 (2) simpliciter adnotavit: „Audio" hoc est admitto et consentio, ut in Phorm. (II 1. 6) „audio et ut fateor", et contra (III 2. 1) „non audio". S. c.

Ibid. 82 (1) „Cibum una capias" bene servus interturbavit supra dictas amandi lineas et ordinem voluptatum, quippe qui amare non noverit. Hoc nimis ridiculum, servulos amare non posse! At dedit hoc IP quasi supplementum scholii sui 76 (1), ut declararet cur tertia et quarta linea amoris abessent. S. c.

Ibid. 83 Illarum ... quisquam

---

1) „Prima visus, secunda alloqui, tertia tactus, quarta osculi, quinta coitus".

(1) Ideo „quisquam" quia quaequam dicere absurdum e Sic IP, Don. cautius: (3) „quisquam" multis exemplis probat etiam feminino genere veteres protulisse, *ita ut numeris et ge ribus haec pronomina infinita sint* (W. c). Haec postrema ali magister subdidit ex Ad. IV 4. 26, ubi Don.: (2) Proprie en veteres et quis et aliquis et quisquam non observab quo genere aut quo numero declinarent. Cf. etiam IV 4. 11. S.

Ibid. 84 Praeterea forma et aetas ipsa est, facile ut p eunucho probes.

(1) „Ipsa est" deest „in te". (2) Formam scilicet et a tatem: formam quia pulcher, aetatem quia ephebus. (3) „P bes" nunc fingas aut persuadeas, ut in consuetudine cimus „homo sacrilegus pro innocente se probavit", — Cicero(?) „hoc tu his probabis"; itaque deest „te", quod sub diemus, ut sit: pro eunucho te probes. (4) „Probes" „migrantis cernas" (vide supra p. 13). (5) Aut „probe persuadeas. (6) Et simul honeste non dixit, quod erat r tum, „ut eunuchum probes", sed „pro eunucho", ne esset c tumeliosum in Chaeream.

Iusta interpretatio legitur in (3), cf. Fabia ad h. l., tame exemplum Ciceronis insiticium videtur, nusquam adhuc reperti et ab ipsa interpretatione alienum. Hoc igitur Donato adsigi Altera interpretatio legitur in (2): „ut formam et aetatem p bes", tertia in (6): „ut eunuchum probes". Utraque perve est et redolet IP, illa propter additamentum per „quia" „qui haec propter ineptam honestatis differentiam inter „eunuchu et „pro eunucho". (1) et (5) adnotatiunculae marginales s aliorum magistrorum, tractae e Don. (3). (4) supra p. 13 I nato dedimus.

Itaque in commento erant (3) et (4). His Editor adiecit et (6), quod adiunxit per *et simul*, a Compilatore disiecta, q fortasse altera pars melius quadrare videbatur post quam a (3). Idem addidit (1) et (5) alicubi reperta.

Sabb. praeter (1) et (2) omnia cursivis litteris expressit, non assentior, nec magis, in eo quod mox 88 (1) Donato eripu cf. III 1. 42.

Ibid. 89 Vide ne nimium calidum hoc sit modo

. Don. (2) „calidum" periculosum. Cf. Fabia et schol. Be

improvidum, temerarium. IP: (3) sed melius „callidum" legitur. S. c.

Ibid. 90 At enim istaec in me eudetur faba

Don. plane et plene hoc proverbium sic explicuit: (1) Παροιμία, id est: in me hoc malum recidet, in me haec vindicabitur culpa, ut laborat solum, in quo cuditur, id est batuitur faba, cum siliquis exuitur tunsa fustibus, ut in areis more rusticorum fit.

Cum haec interpretatio dubitationi locum non relinquat, Interpolatori reddenda est mirabilis illa, quae sequitur: (2) Vel quod quidam male coctam fabam et quae non maduerit sed dura permanserit, supra caput coqui ‹cudunt› velut ipsi fabae irati, dum eius granum saxo comminuunt: tum universum malum et omnis dolor ad coquum pervenit. — Simile et alibi (Phorm. II 2.4) a pulmento proverbium est „tute hoc intristi, tibi hoc est exedendum, accingere".

Postrema pars: „Simile et alibi" sqq. pertinet denuo ad scholium Don. (1); erravit Sabbadini cum haec quoque pro interpolatis haberet, nec minus Wessnerus, cum verba: „velut ... comminuunt" pro emblemate scriptura notaret, pertinent enim ad praecedentia.

Ibid. 91 Flagitium facimus. An id flagitium est

(1) „Flagitium" more militari dicitur res flagitatione, hoc est increpatione digna. (2) Nam flagitatio a strepitu dicitur, unde flamma et flagella et flagellare, id est personare, intelligimus dici: nam haec omnia sine sonitu crepituque non sunt. (3) „An id flagitium est" an liceat, an deceat, et prius quia licet. (4) Terentius laudat argumentum huius fabulae, in quo exemplum promitur, quod prosit parentibus, obsit meretribus; et simul deliberationibus tractans, ‹an› sit faciendum.

Mihi ut Sabbadinio suspecta est derivatio (2), quacum confer Gloss. VI 466 „fraglantes" per r splendentes, ardentes, venit a fremitu ignis. Scholia (3) (4) (5) uti 92 et 96 (1) sunt e genere rhetorico quod non cadit in Donatum, de quo vide Mnem. XXXIII 126 sqq. 229 sqq. Non Editoris sed rhetoris alicuius haec esse opinor, illata alicunde e marginibus a Compilatore; apparent aliquando plura simul, sed plerumque ut rari nantes in gurgite vasto.

Ibid. 97 Verum ne post conferas culpam in me

Don. (3) Deest „vide". Contra eum IP (4) si „ne" p hibentis est, nihil deest, si percunctantis, item; sin „ne" . forte, deest timeo. S. c. [1])

III 1. 6 Ut grata mihi sunt quae facio omnia

(1) Gratae nobis aut res aut personae sunt. Insipidum quod additur: sed nunc res dicit.

Ibid. 11 (2) „Habes" intelligis, quod enim tenemus corpor habemus quoque; item animo quod habemus, intelligimus. (3) „Habes" pro intelligis; sic dicitur „accipe" et „da". (4) „Habes" id est dicis, ut Sallustius „Tartessum, Hispania civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gaddirum habent.

(3) est Donati; hoc IP ampliavit claudicante comparation in (2). Cum (4) compara Nonium 318. 11: habere dicere, ut citatur hic locus Terentii (vid. W. in app.) aeque falso ac Sallustii exemplum. Habemus igitur praeter Don. et IP tertium magistrum cum exemplo scholastico.

Ibid. 13 Credere omnem exercitum consilia.... Tum sicut eum satietas hominum aut negoti si quando odium ceperat

(1) „Consilia" *αὔξησις*. Editor addidit otiose: plus est „consilia" quam totus exercitus (cf. 12 (1)). (4) Reip. princeps duas res patitur: homines et negotia, personas et res. Hoc quoque idem philosophice exornavit: (5) Proprie et decenter „hominum satietas" „negoti odium"; non enim par erat reipublicae principem hominum odio laborare. De odio = taedio cf. Fabri ad h. l. et infra V 5. 3 (5).

Ibid. 18 „Regem elegantem narras" qui eligere sciat. Sic Don., cf. III 14. 18 „spectator elegans" est cunctantis et fastidiosi iudicii, ‹cui› non quid placet facile. IP satis absurde subiunxit: aut qui ipse sit eligendus.

Ibid. 22 Illi invidere misere, verum unus tamen impense

Don. longiorem adnotationem (3) sic finivit: ... et cum „misere" et „impense" idem significent (scil. hoc loco), modo tamen sine ullo auctu addidit „verum unus tamen impense". Nempe hoc vult Don., militem, nisi stupidus esset, in alter

1) Huc usque Sabbadini scholia edidit.

ententia adverbium maiore auctu, veluti „miserrime" v. t. q., usurpaturum fuisse. IP denuo: (4) Aut plus est „misere" quam „impense".

Ibid. 23. Elephantis quem Indicis praefecerat

Don.: (1) Et hoc stulte, cum hoc [1]) ad dignitatem sumit et sic pronuntiat, ut magna esse praefectura videatur haec ipsa.

IP addidit: (2) Et hoc a stolido milite sic profertur, tamquam magnum hominem velit esse, qui sibi inviderit.

Ibid. 40 Dolet dictum imprudenti adulescenti et libero

Scite Don.: (1) Deest „mihi" ut sit: dolet mihi, — (2) *et dictum participium est, id quod dixisti* (W. curs. Cf. ad prol. 6) — addidit enim parasitus, quo gravius sit dictum, commiserationem eius, in quem dictum est, utpote imprudentem adulescentem et liberum; scit enim homines stultos malos videri velle. IP hoc sic variavit et auxit: (5) Et sic laudat militem, ut iam miseratione dignus sit adulescens, ‹cum› tam festive ‹ille mordeat› [2]) ut iam misereri inimicorum vacet.

Ibid. 55 Denique par pro pari referto, quod eam mordeat

Don. (1) „Quod" par. IP rogat (2) An absolute „quod" quae res?

III 2. 3 Meum savium, quid agitur?

Don.: (2) Cum oscularetur dixit. (3) „Quid agitur" et hoc blandimenti genus post osculum. IP addidit: Sed duri et agrestis est. Cur, quaeso?

Ibid. 4 Ecquid nos amas de fidicina istac?

(2) Vide non „puellam" sed „fidicinam" quasi ab amatore dictam et eo amatore, qui quasi memor sit artis qua delectatur, et quia puella sit aemula meretricis, nam meretricum est fidicinam esse.

Acutius quam verius. Miles nequaquam adhuc amator est mancupii (vs. 274), quod misit Thaidi ut huius sibi amorem conciliaret, neque artis illius aemula exstitit in comoedia.

Ibid. 6 Gn. Eamus ergo ad cenam. Quid stas? Pa. Em alterum! Ex homine hunc natum dicas?

---

1) V.v. „cum hoc" eliminanda videntur, aut legendum „sumat" „pronuntiet".

2) Sententiam indicare conatus sum loci sic corrupti: „tam festive vi ut".

His verbis Parmeno cenae avidum Gnathonem indicat, modo locutus est, ut bene intellexit Don.: 7 (1) Recte rep hendit Parmeno duos, quorum munus alter exprobrarat, al (Gnatho) cenam ita pro beneficio ostendit, tamquam ad e currendum sit, *nam hoc significat „quid stas?", quasi dicat „q restas?" quasi sit causa properandi* (W. inclinatis litteris; cu nisi quod otiosa haec sint). Iam vero IP ex mera vani quentia sic dubitat: 6 (3) „Em alterum" si hic, quomo ‹supra (vs. 4)›, reprehenditur miles, „alterum" dictum, parasitus, „alterum" hominem. Vult enim Parmeno et par sito esse versutior, et debent esse, qui peioris condicionis sur

Postrema observatio per se non illepida; ut nos dicere solemu qui non est fortior, sit callidior; sed ad rem praesentem paru refert.

Ibid. 10 Bene fecisti hodie itura ...

(1) Quid bene fecit Parmeno? an quasi perturbata haec l quitur et iam de nihilo blandiens, utpote meretrix et faceta? an quod laeserit convitio? Separavi coniecturas, quarum ia forma („an — an" non „utrum — an") duos auctores demonstra Illum Donatum esse nemo credere dubitabit. Hic ergo est Ei tor, qui quod convicium intellegat nescio. Dziatzko put Thaidem his verbis ironice exprobare inimica verba Parmenon multo ante dicta in I 2, iungens „bene fecisti hodie"? Eg ut Fabia „hodie" cum „itura" iungo, credoque meretrice Parmenonem ad se venientem blande alloqui his verbis, qu gratiam agentis sunt (Fabia ad vs. 186), cum meliora stati non inveniat, ut est perturbatus (sic recte Don.) quoniam Parmen supervenit hoc ipso momento, quo ad militis Phaedriae rival cenam itura sit, quod ideo aperte profiteri non audet; hinc r ticentia post „itura" ...

Ibid. 12 sqq.

Thraso. Quid stamus?" Quor non imus hinc?
Pa. Quaeso hercle ut liceat, pace quod fiat tua,
Dare huic quae volumus, convenire et colloqui

Ad 12 Don.: (1) „Quid stamus" ad moram refertur (sc quam facit Parm., quod aegre fert Thr.). (2) „Hinc" ubi ser rivalis est Parmeno. (Vide quae modo adnotabam). IP addi (3) His verbis miles insulsus dolere se indicat.

Ad sequentia IP 13 (3): Proprie, quia pax, datio, deditio, conventio, colloquium militiae verba sunt. Idem 14 (3): „Convenire et colloqui" sic pronuntiandum, ut quasi dicat: liceat per te, miles, quod etiam inter hostes et in bello licet.

Inspiravit eum Don. 13 (2): Et sic locutus est, quasi bellum omnibus his verbis indixerit. 14 (2): ‹„Conv. et coll."› ut in hostico solet. Sallustius: „quae pacta in conventione non praestitissent", et alibi: „cuius adversa voluntate colloquio militibus permisso" cett. De pronuntiatione autem Don. 14 (4): „Dare h. q. volumus". Haec singula cum invidia pronuntianda sunt. Id est: maligna tarditate singula a Parmenone in militem proferuntur. Tertius est, qui hoc perperam ita explicuit 14 (1): Et sic pronuntiandum, ut subaudiatur „vel", ut sit: vel dare vel convenire et colloqui.

Supersunt duo scholia: 13 (1) „Pace" aut gratia aut voluntate (cf. Don. ad Aen. 10. 31), [et deest „cum"] [1]). 13 (4) Et invidiose, quasi per eum nec accipere liceat dona Thaidem. Haec Donato relinquenda puto.

Igitur ad 13 Editor post belli mentionem in (2) intulit (3), ad 14 suum de pronuntiatione (3) ante Donateum de eadem re. Tertium de pronuntiatione Compilator aliunde allatum negligentius primo loco posuit.

Ibid. 17 sqq.

Pa. Procede tu huc: Ex Aethiopia est usque haec ...
Ubi tu es, Dore? accede huc.

17 (1) Bene „procede" dixit non „accede" aut „veni", ut appareat dignitas etiam in incessu. Ecce genuinum Interpolatoris inventum: ridicula est dignitas illa incessus in turpi nigraque puella, et inepta est antithesis „accede", cum hoc ipso verbo utatur poeta de dono pulchriore et digniore.

(2) Et callide ab inferiore incipit munere, hoc est a puella, ad Chaeream venturus, simul ut a vero mancipio incipiens ad falsum sine suspicione transiret. 18 (6) Et mire ab inferiore coepit, ut αὔξησιν doni faceret in Chaerea, et turpi praecedente lenocinium comparat secuturo pulchro.

Exordium simile, cetera diversa. In (6) αὔξησις fit, ut pul-

1) Addidit magister.

chrum donum magis placeat post turpe, in (2) hoc idem quidem in prima sententia, sed alia causa additur per a nempe ut verum munus obtegat sequens falsum. Hoc tamentum nimis speciosum prodit auctorem, quid enim s cionem suscitare potuit nisi eunuchi iuventus et pulchri at haec praemissa turpiore Aethiopissa magis enitent, ut e utroque scholio, atque hae qualitates mox omnium admirati nullius dubitationem provocant. Editor autem post suum lium ad 17 etiam ad 18 Donateum satis diversum rec potuit, nam alterum alterius nequaquam est repetitio [1]).

Ibid. 18 Thraso conspiciens turpem puellam exclamat: sunt tres minae!

(4) Callide munus ad pretium revocavit, ut ad avar converteret meretricem, ne officio donantis et gratia lenire

Huc usque Don., persequitur Editor: et ideo non dixit „t minis valet", sed „hic habe, Thais, tres minas", quasi vendenda sit.

Ibid. 22 Pa. Quid tu ais, Gnatho? Numquid habes contemnas?

(2) Plus est „contemnas" quam „vituperes". IP vel magister.

Ibid. 31 Parmeno erum suum meretrici sic commendat

Ubi molestum non erit, ubi tu voles
Ubi tempus tibi erit, sat habet si tum recipitur

(3) Et mire occupat animum meretricis, cum illam impulsu inducit facere, quicquid dure fecit excludendo driam. Hic igitur, qui scit praecepta de beneficiis aestima intellegit oratorie in utramque partem dicta omnia. Ad His dictis et militem reppulit ab animo meretricis et com davit adulescentem et perfecit, ne iniuria videatur, ut sponte susceperit Phaedriam.

Eiusdem sententiae interpretationes diversae unius au vix esse possunt. Illam Donato dederim, quia in altera n iustum est, Phaedriam iam susceptum esse.

(4) Utrum „tibi" molestum an aliis? sed aliis, quia illa est „ubi ‹tu voles, ubi› tempus tibi erit". Absurdum.

---

1) Excerptum alius magistri 18 (2) ex 18 (5) supra designavi p. 22.

(5) „ubi tu voles" non „amator" sed „tu". Puerile.

Ibid. 38 E flamma petere te cibum posse arbitror

(1) Unde sine damno aut malo nihil potest auferri; — (2) „e flamma" hic intellegitur non e foco, sed ex medio igne aut ex incendio. — Nam antiquum verbum est „cibum petere e flamma". (3) Mordicus utrumque. Simul et nescias quem plus vituperaverit, huiusne famem an illius immanitatem vel voraginem. (4) Et simul vide unde convitium redditum, unde congestum est, id est de egestate atque pauperie.

Marx ad Luc. 657 docet proverbium verisimiliter hoc fuisse „Petere aurum e flamma e coeno cibum mordicus", itaque suspicor exempto inani emblemate, Donatum uno tenore sic dedisse: „Unde ... auferri; nam ant. v. est „c. p. e flamma ‹vel caeno›", mordicus utrumque."

Cum (3) et (4) vix simul Donato adscribi possint, ei hoc potius quam illud imputaverim, quod Editor superiori scholio de proverbio adnexuit per *simul*, sic, puto, intelligens: e proverbio simul discimus perinde vituperari militem, quia flammae immanitatem habeat, ac parasitum propter cibi famem et voraginem [1]) insatiabilem.

Ibid. 42 (3) et (5) cf. supra p. 22.

Ibid. 46 (1) et (2) unum scholium Don. effecisse videntur.

Ibid. 48 Fac cures, si forte huc Chremes advenerit, ut ores...

Οἰκονομία ad litem futuram et exitum fabulae, et hoc non audit miles. Cur non audit? nimirum ne oeconomia perturbaretur. Itaque Interpolatoris est quod male sequitur: nam si audiret, nimis irasceretur.

III 3. 27 Rus eo

Pro potiore negotio „rus" posuit. Addidit, opinor, IP: et maior negatio est, quam si diceret „non venio huc". Eiusdem farinae est:

Ibid. 28 „Non possum, inquam" plus est quam „nolo".

III. 4. 4 sqq. Antipho quaerit Chaeream, qui mox adparet eunuchi veste indutus:

---

1) Tum igitur in (3) corrigendum: „huius famem vel voraginem an illius immanitatem."

Praeteriit tempus; quo in loco dictum est, parati nihil es
Homo ipse nusquam ...
7 Quisnam hinc a Thaide exit? Is est an non est? Ipsus est.
Quid hoc hominis? Quid hic ornatus? Quid illud mali est?
(1) „Praeteriit tempus" quia „tempus constitutum est" (vs.
(2) „quo in loco" quia „locus constitutus est" (ibid.). Ad
„Homo ipse" quia „Chaeream ei rei praefecimus" (vs. 2).
8 (3) „Quid h. h. est" quod a Thaide ephebus exit. (4) „Q
h. o." quod de eunuchi veste indutus est. Ad 9 „Quid i. n
quod timidus egreditur.

Haec omnia in usum tironum a magistris dictata per Co
pilatorem huc permanarunt [1]).

8 (1) Vide an longam narrationem possit audire, qui nondu
amico narrante iam (cf. var. l.) pendeat. (2) Vide an potue
meretricem ignotam hoc habitu atque ornatu fallere, qui
Antiphone vix agnoscitur. Haec postrema observatio opport
nissima est; illa non ad hunc versum pertinet, sed fortasse
4 „praeteriit tempus" cett.; quid autem sibi vult „iam pendea
usurpatumne pro „festinatione trepidet"? Ceterum Antipho n
rantem amicum placidissime audiet per totam scaenam seque
tem, ut non assequar, quid haec observatio momenti aut uti
tatis habeat.

III 5. 2 Iamne erumpere hoc mihi licet gaudium?

(1) „Erumpere" quasi activum verbum posuit pro neutral
ut sit: licet mihi erumpere hoc gaudium? cum sit „erumper
quasi exire et „mihi" pro a me. (2) Utrum „erumpere" p
emittere posuit, an „erumpere" pro exclamare, ut rur
pere vocem dicitur qui exclamat? „Nam pro Iuppiter" dict
rus est.

Haec comparanti quid adulterinum sit in promptu est. A
tor prioris putare videtur „erumpere" semper esse verb
neutrum, exire, et nescire usum activum apud Cicerone
Caesarem, Livium, ubi vide Weissenborn ad 36. 7. 13. Do
tus (1) novit hunc usum, sed dubitat de huius loci signif
tione, sitne fortasse = rumpere, ad exemplum vocem ru

1) Cf. infra similia ad IV 4 54 (1) (3) (5).

pere [1]). Nonius legit „rumpere" idque vertit retentum proferre p. 382. 38.

IP Donati interpolationi suam denuo iuxta posuit et quidem praeposuit.

Ibid. 6 Qui me ... rogitando obtundat

(2) „Obtundat" odiose instat ac repetat. (3) Molestus et odiosus sit. Hoc alius magistri, illud Donati, cf. Ad I 2. 33: „Ne me obtundas" ne me saepe et moleste interpelles, nam obtundere est saepe aliquid odiose repetere.

Ibid. 7 Quid gestiam aut quid laetus sim

(2) Gestire est motu corporis monstrare quid sentias; hoc autem constat a pecudibus ad homines esse translatum. (3) Gestire est sensum corporis gestu indicare, quod magis animalium est mutorum. Vergilius „et studio in cassum videas gestire lavandi". Ad quem locum, Georg. I 387, Servius: „Gestire" laetitiam suam corporis habitu significare; nam ut homines verbis laetitiam suam exprimunt, ita aves corporis gesticulatione.

Cum oratio tum exemplum Verg. hoc Aelio adsignant, illud imitatori cuidam, aut excerptori.

Ibid. 9 Adibo atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo

(1) Sensus et ordo hic est: adibo atque ab eo gratiam hanc inibo, quam video hunc velle a se inire (iniri?). (2) Gratiam inire est dare beneficium ac per hoc mereri alicuius gratiam id est amicitiam. (3) Sed haec est elocutio „gratiam ab eo inibo" pro eius gratiam merebor; nam ab eo amat Terentius pro eius ponere, ut in Andria (I 1. 129) „primum ab eo animadvertenda iniuria est" pro „eius iniuria". (4) Inire autem gratiam est mereri gratiam. Plautus (Curc. III 35) „inibis a me solidam et grandem gratiam" [2]).

---

1) Vocem rumpere e Vergilio notissimum varie explicatur. Videtur significare perruptis obstaculis exitum dare voci, et comparandum cum eo transitivo in his locutionibus: Ovid. Met. V 257 „fontis ... quem ungula rupit". Verg. G. I 446 densa inter nubila sese diversi rumpent radii. Aen. XI 548 tantus e nubibus imber ruperat. II 415 rupto ceu turbine venti. G. III 428 dum amnes rumpuntur fontibus. Cf. ἡηγνύναι φωνήν. Aliud est igitur silentia rumpere Aen. II 63, quod nonnumquam in comparationem vocatur.

2) Ad V 7. 16 (1) „Ineo gratiam" in gratiam eo, hoc est amicos comparo.

Ex eiusdem formulae definitionibus diversis (2) et (4) h
Donato, illud eius aemulo adsignandum esse nemo facile negab

A schol. (3) autem differt Donati doctrina ad l.l. Andri
prolata: Bene „ea ab illo" dixit „iniuria": certissimam en
notavit personam, quae debeat pro iniuriis poenas solver
quodsi dixisset „iniuria eius" amphiboliam fecisset, utrum
quam passus est ab alio, an: quam ipse aliis intulit.

Restant Donato (1) et (4). His Editor interposuit (2) et (3
coniuncta per sed, quia secundum (2) vulgaris structura es
„mereri alicuius gratiam", sed h. l. dicatur mer. gr. ab ali
quo. Particula „autem" in (4) hoc scholium in comment
iunxerat cum (1).

Ibid. 12 O festus dies hominis! Salve, amice mi!

(2) Utrum qui causa est festi ac laeti diei an qui ipse tan
tus sit quantus est festus dies? (3) Pro „homo festi diei"
sic dicitur etiam „scelus hominis" (sic Wessn. pro „homo"
qui tamen perperam haec verba inclin. litt. edidit). Ennius „
pietas animi!"

Donatus prudenter locutionem exemplis illustravit non hari
latione semasiologica, ut IP (2) [1]).

Ibid. 14 Ant. Narra istuc, quaeso, quid sit.

Ch. Immo hercle obsecro te ut audias

(1) Bonum compendium, ne multa diceret ad commendandar
ut solet narrationem futuram. Hoc est: Chaerea auditore
repente rapit in medias res sine solita narrationis praeparatione
Sic Don. IP idem aliter: (2) Bene contulit verba, ut ex hi
appareat quid (Rabb. Wessn.: quam id) agere velit: ille dixi
„quaeso" hic „obsecro". IP utrumque in editionem recepit.

Ibid. 15 (1) Don. quaestionem [2]) tractat „an verisimile si
Antiphoni notam esse Thaidem" et putat huius famam eun
scire e Phaedria. Interpolator contra: (2) Verisimile est hae
scire Antiphonem, qui adeo sit familiaris Chaereae. At ver
Chaerea II 3. 68 sq. ipse fatetur suam Thaidis ignorantiam.

---

1) Bentleius reprehensa Donati interpretatione correxit: „O festus dies meus amicus, salve!"

2) Wessn. in Aem. Aspro p. 22 suspicatur Donatum huiusmodi quaestiones tulisse e Probo.

or: (3) Et mire, tamquam sola interrogatio morae sit.
. 39 Luserat iam olim ille ludum
1) Bene non „scelus" dixit. Don. 38 (2) Ut „hunc,
ine me furere ante furorem" (Aen. 12. 680); figura ἀφ-
ῆς.
40
ım se in hominem convertisse atque in alienas tegulas
ıisse clanculum per impluvium fucum factum mulieri
Hic apparet separatim Iovem, separatim auri fuisse pic-
(3) „In hominem" utrum quia Iuppiter humana forma
infundens pictus erat in tabula, non pro Iove aurum?
hominem" id est in hominis audaciam atque flagitia?
lectione „in hominem" et „per impluvium" tum con-
ut hodie constat, si Bembino aurem praebemus [2]); quae
quem scrupulum moverit audimus in scholiis, unde na-
st alterum interpretamenti conamen ab ipso Aelio vel
eius factum „in hominis aud. a. fl."
'polator, ut saepe, ubi Don. dubitabat, fortiter quaestio-
iremit in (2).
. 42 Qui templa caeli summa sonitu concutit
. (3) Parodia de Ennio. Ed. (3) Tragice, sed de indu-
non errore.
. 47 Cape hoc flabellum, ventulum huic sic facito

magistelli nota marginalis: (2) Demonstrativum et gestu ex candum.

IP Donati scholium sic variavit et auxit: (3) Quam pa culatim, cum qua diligentia et δεικτικῶς iubet quasi [1]) nov et imperito!

Ibid. 53 Ego limis specto sic per flabellum clanculum

(2) „Limis" si nominativus est singularis, transvers significat, si septimus pluralis, deest „oculis". (3) Nam mis" est transversus, unde limen quoque dicitur, quod ing dientibus exeuntibusque transversum est; cum igitur dissimul se homines videre quod vident et non recte facie sed transve intuentur, limes dicuntur aspicere. (4) Cum limi dican obliqui generaliter, hoc tamen proprie de oculis dicitur.

Compara cum his Festum p. 116: limis obliquus, id transversus, unde et limina. Isidor. Or. XV 14. 2 Transve omnia antiqui lima dicebant, a quo et limina ostiorum ... limites, cett. Gloss. VI 664 limis λέξος ... Strabo obliq (vel obliquus) oculis. Eugraphius: Quidam intelligunt „lim obliquis, quod limen, cum ambulamus, itineri nostro obliqu est; alii intelligunt „limis oculis", paululum tortis; alii „lim coniunctis ad flabellum, ut Plautus dixit „Numquam cum limavi caput" id est coniunxi. Serv. ad Aen. XII 120 n limum obliquum dicimus, unde et Terentius „limis ocul dicit, id est obliquis.

Scholium (2), sine decisione in re tam ancipiti, Donato de rim, nec non (3) per „nam" priori recte iunctum. Tum alius est, fortasse Editoris.

Ibid. 56 An ego occasionem mihi ostentam, tantam, t optatam, tam insperatam amitterem?

IP (4) Vide quanta dixerit: non „voluptatem" (sic leg.) „occasionem", non „adversam" sed „ostentatam", non „ha sed „tantam", non „angustam" sed „brevem", non „appetita sed „exoptatam", non „repentinam" sed „insperatam"! D nil nisi hoc: (5) bene „insperatam": aliud enim sibi promise ut supra diximus (vs. 36), non quod pictura occasioque persua

1) Hac particula Interpolator in superioribus scholiis ut hic identidem usus more Taciteo pro quippe, et ceteroquin delectatur hac vocula.

. 8 Invitat tristis; mansit (Chremes). Ibi illa cum illo
:m ilico
Adulescens scilicet; (2) „mansit" pro remoratus est, id
ubuit nec recessit. IP: (3) Si miles „mansit" passus
Chremes „mansit" immoratus est conviva nec enim sta-
:cessisse accipiendus est. Haec inania verba sunt ei qui
:ondicionem sibi repraesentat.
. 10 sq. Heus, inquit, puer, Pamphilam arcesse, ut de-
his nos
Quasi dicat „quod haec (Thais) non facit". — (2) Sed
tare fidicinae est, quia supra de illa dixerat (vs. 133)
libus scire". — (3) Et bene „hic", quasi „⟨ubi⟩ insua-
nunc tractamur". Scholia (1) et (3) quamquam non
momenti Donato relinquenda censeo, quem Editor per-
obloquitur in (2), etenim Pamphila non invocatur ut fidium
militem et parasitum delectet, verum ut miles eam pro
foveat atque Thaidis invidiam excitet [1]).
. 13 Interea aurum sibi clam mulier demit
Ne aurum pro virgine, quod retinebat, amitteret. Id
le miles ornamenta Thaidis aurea pro pignore puellae a
: retentae de collo bracchiisque raperet. Sic recte Donatus.
posuit insulse: (3) Vel ut esset ad fugam expeditior vel
am.

2. 3 Aliam rem ex alia cogitare et ea omnia in peiorem
1
um subauditur „cogitare" an „ibant" „vergebant" aut quid
Dubitari non debuit quin supplendum sit „cogitare".
onateum.
l. 7 Ubi ad ipsum veni diverticulum
„Diverticulum" est, ubi iter de via flectitur. Sic recte
us. Cf. Fabia ad h.l. et Wessn. in Appendice. IP al-
vocis significationem comparat, ab hac sententia alienam:
:t proprie, quia diverticula dicuntur in via domicilia,

---

ad 10 scholium (3) Non „provoca" sed „arcesse", quia non est aptum militi, relinquo; cf. III 1. 53. Contra 11 (4) Non „respondet", sed „exclamat" vix am est.

ad quae de itinere divertendum sit. Rationem causativae „ non assequor. Etiam (3): plus est scientem restitisse (praeteriisse nescientem, suspectum est.

Ibid. 9 Biduum hic manendum est soli sine illa?

(1) „Soli [sine illa]" scilicet sine illa. (2) Aut sine oblectamento. (3) Satis amanter. (4) Iam causa est, cu duum gravetur loco tristi, cur solacium conquirendum. autem qui idem putent esse „soli" „sine illa", ut „sine ἐξήγησις eius sit quod dixerat „soli". (3) et (4), quae f se commendat, Aelio danda videntur, qui tamen cur non p verit alteram interpretationem unice veram, non video, ne tellego, quomodo ipse „soli" explicuerit, nisi hoc lateat ir cuius tamen forma, ut primi, aliquem magistrum prodit.

Ibid. 14 Vide supra p. 18.

IV 3. 7 Absente nobis

Don. (1) aut subdistinguendum et subaudiendum „me" ἀργαισμός est figura „absente nobis" pro „absentibus nc Pomponius in Ergastilo „praesente amicis" cett., Varro in cello „id praesente legatis" cett [1]). IP (2) „Absente n cum dicit pro praepositione ponit absente, ut si diceret „c amicis".

Praeteriit, spero, tempus cum de istiusmodi commentis (poterat „perhaps the view of Donat himself" (Smith, chaisms of Terence. Baltimore 1890 p. 14).

Ibid. 11 Eunuchum quem dedisti nobis quas turbas de

(1) [Aut] σύλλημψις, ut „urbem quam statuo vestra (Aen. I 573) — aut „quem" cum interrogatione pronuntiar ut sit qualem — (2) [et] quidam volunt „quem" subd guere, quasi dicat „qualem", sed nesciunt hac figura mu veteres usos esse: „eunuchum" enim ad „dedisti" verbum tulit nunc, ad „dedit" ergo propter aliud ἀξίωμα adsumer extrinsecus „is eunuchus"; nam quotiens cett. (3) Et „qu et „quas" sic accipe, quasi dixerit „qualem eunuchum „quales turbas".

---

1) Omnem eiusmodi doctrinam Wessnerus a Donato sumptam putat ex et Aspro.

avi manifestam interpolationem inter plenissima scholia i (1) et (2). Editor ut eam adglutinaret, primo scholio xit alterum „Aut". Alius magister in (3) reddidit interpre-nem, quam merito impugnaverat Donatus. Exemplum Ver-i etiam citatur ad Phorm. V 8. 53, ubi Wessnerus verba peram sic interpunxit: „Urbem quam statuo? vestra est". nuleton cuius causa Don. hos versus attulit, non est inter tatuo" et „vestra est", sed inter hunc vs. 573 et praece-atem.

Ibid. 13 Ph. Temulenta es. Py. Utinam sic sient, qui mihi ale volunt

Quid hoc maledictum significet docet simile in Plauti Asina-a 833, ubi Argyrippus, qui affectato risu vultus tristitiam simulare conatur, confidenter „Hem, aspecta, inquit, rideo", d Demaenetus reponit: „Utinam male qui mihi volunt sic ideant", hoc est: utinam aeque minus rideant, quam tu. Itaque Pythias: Utinam aeque minus temulenti sint, q. m. m. v., atque go sum. Optat igitur malevolis eandem ebrietatis, quasi feli-citatis, absentiam, qua ipsa laborat. Et hoc perspexit Donati nomen adnotantis in (2): Bene non esse ebriam in male-dictum versum, quasi vere temulentam esse felicitatis sit.

Fabia citavit quidem exemplum Plautinum, sed maledicti ignificationem vix cepit cum interpretationis instar citaret scho-ium pseudo-Donateum, ubi Interpolator hoc inepte temptavit: (3) An non negat ebriam ⟨se esse⟩, sed non vino sed malo briam vult intelligi?

Ibid. 18 (1) „Bonus vir" εἰρωνικῶς. Sic pro more Don., nihil idens. Quod autem sequitur: „non enim iam eunuchus" a spurium est, quam (3): bene „vir", quia hoc illum esse ntendit. Pythias hic ne punctum quidem temporis cogitavit ine Pamphilae violator „vir" an „eunuchus", loquitur ironice t V 3. 9.

Ibid. 21 Vise amabo num sit

(1) „Domi" subaudiendum est. Adnotatio vera, sed vix ne-cessaria post vs. 20. Nihilominus IP aliquid novi temptavit nimis absurdum: (2) Aut: num sit quod dicis.

Ibid. 24

At pol ego amatores audieram mulierum eos esse maximos,

Sed nihil potesse; verum miserae non in mentem venerat

Post interpretationem Donati IP: (6) An aliud non in mente venerat, non scilicet facturum fuisse quod fecit? Coniectur falsa, cui praecedit alius magistri explicatio prorsus fatu (5) „In m. n. venit" non quod audieram, sed quod hic fecit.

De scholiis (2) sqq. et (7) vide Mnem. XXXIII p. 256 et supra p. 22. Ceterum Editor scholium suum (6) posuer post (3) Donati; Compilator demum inseruit excerptum (4) adnotatiunculam (5).

IV 4. 2 Prodi, male conciliate!

Donatus in (3) declaravit quid sit „male conciliate". Tu IP addidit hanc doctrinam valde suspectam: (5) Omnis convent uniuscuiusque (cf. var. l.) unicuique conciliatio nominatur Scholia (4): Ergo „m. c." magno empte significat, et (5) fine: „Conciliatum" ergo magno emptum, ostendunt gen conclusiuncularum in codd. marginibus, debitum magistellis.

Ibid. 14. Ille erat honesta facie

(1) τῷ ἰδιωτισμῷ „erat" quasi de mortuo. Hucusque Don tum agnosco, sed non intellego quae sequuntur: aut qui n est, scilicet Thaidi, quia fugit.

Ibid. 18 Tace, obsecro

(1) Apte dictum est „tace" femineo stomacho quasi imp denter assistenti formae improbae (sc. eunuchi) et argument inaniter pertinaciterque invocanti. (2) De consuetudine dictu est „tace" et bene additum „obsecro", ne „tace" ipsum viden tur iniuria.

Utrum horum interpolatum? Credo (1) propter orationis t morem in re simplici.

Ibid 20 Chaerea a Pythia invita laudatur tamquam

Adulescentulus
Quem tu videre vero velles, Phaedria.
Hic (Dorus) est vietus, vetus, veternosus senex

Lepor loci positus est in eo, quod nec Pythias nec Phaedri novit eum, qui laudatur, esse huius fratrem, nec non in eo quo

1) Eugraphius: „m. c." male empte, nam concilium nundinas dicimus.

ythias laudare cogitur pseudeunuchum, quem exsecratur. Hinc onatus:

(1) Commota adversus Phaedriam cogitur eum laudare, cui ata est, et ideo totum callide [1]).

Quod sequitur: (2) Facete, quasi hunc nec ipse qui misit spectum velit, Interpolatoris est, qui mire putat, Pythiam rio nolle, ut Chaerea Phaedriae in conspectum veniat, et porem hunc esse, quod illa hoc dicat ei qui ipse misit pseudnuchum.

Eidem aut alii magistro dandum est (3) An „velles" talem <qualem> loquor? Coniectura vix seria.

Aelius denuo praebuit: (4) [Et] breviter forma laudata est huius?>, cum prolixius illius sit describenda deformitas: (5) re pulcher est, cuius forma nec odium nec convitia commeit. Lucilius: „At Hymnidis acri [2]) ex facie florem delegeris".

Tandem (6): Quare „tu"? An quia istae iam nolunt, iratae ilicet ob vitiatam virginem? An „tu" quasi „spectator formaum elegans" (vs. 566, ubi tamen Chaerea hoc praedicat de e), ut qui amator sis Thaidis? Utrumque ineptum, praesertim ima suspicio, ex qua „tu videre vero velles" tacitam antihesin hanc haberet: „at nos iratae nolumus", quae scilicet illum dum viderunt!

Itaque Editor primum Donateis (1) et (4) interposuit (2) et 3), dein agmen clausit scholio postremo. Tum igitur Compilaris opera nulla fuit propria.

Ibid. 21 Hic est vietus vetus veternosus senex

Hunc versum Donatus ordine sic tractavit, ut primum loqueretur de pronuntiatione (1), dein de synonymis „vietus", „vetus", „veternosus" et de voce „senex". His scholiis Editor interposuit emblemata duo in (3) et in (6), quae referre supereodeo, cum inclinatis litteris iam indicentur a Wessnero. His tamen non contentus addidit schol. (7): Utrum vere senex an quia ita videtur ob deformitatem, — quo in dubium vocat Don. (6): „senex" ex malo aegritudineque rugosus.

Ibid. 44 Heus, negato rursum

---

1) Idem observavit Dacier ad h. l. Vid. Fabia.

2) Sic corrupta verba post alios correxit Marx vs. 1115.

Verba ita interpretanda sunt ut Phaedria Dorum a lat iterum negare iubeat, quod iam semel negavit. Don. („Rursum" non ad „negato" pertinet, sed ad interrogationei ut sit: „rursus interrogo te". IP (2): „Rursum" retro [1]) est ‹e› contrario ac per hoc: „contrarium superiorib dicito".

Uterque erravit, sed Editor graviorem verbis vim intulit.

Ibid. 53 sq. Tu pol, si sapis,
Quod scis nescis, neque de eunucho neque de vitio virginis

Habemus scholiorum triades: 53 (3) Non possumus nesci quod scimus; sed ita sane „concordia discors" (Hor. Luc. Vergilius „sequiturque sequentem" (11. 695). 54 (3) In Hea tontimorumeno „nescis quod scis, Dromo, si sapis" (vs. 748 et hoc est quod κακόζηλον dicitur. (4) Proverbiale est et mu tum apud διαλεκτικούς tractatum, ut „facio et non facio" „amicus sum et non sum" et „audio et non audio" et cete huiusmodi. Et praeterea: 54 (1) „de eunucho" quod fuerit [2]). (2) „de eunucho" quod Chaerea sit, non eunuchus. (5) „d vitio virginis" quod iam mulier facta est.

De his Wessn. in Appendice: „Cohaerent inter se scholi 1, 2 et 5; schol. 54 (3) fortasse olim coniunctum erat cum scholi 53 (3)". Hoc et ego sane credo, et ita quidem ut in commen Donati praecesserit 54 (3). Wessn. tacet de (4), quod sic accipi eum hoc scholium non cum illis coniunctum fuisse opinari; valde contiguum est ideoque tribuendum Donati aemulo, q libenter sic generaliter doctrinam iactat, sed vagam et incertan unde nihil frugi discimus. Altera scholiorum trias sic cohaere ut (2) et (5) profecta sint ab eodem magistello qui scripsi schol. III 4. 4—8 per „quia" et „quod", supra a me indicata de (1) vide infra adnotationem.

IV 5. 5 Certe tu quidem pol multo hilarior

Don. (1) Et „certe" et „pol" haec (Pythias) dixit, ut appa reret hanc vere loqui quae sobria est, illum vero ex vino fall

---

1) Cf. Ad. I 1. 46 (3) „Rursum" est retro versum.

2) Hoc non intelligo. Supplendumne „Chaerea", an legendum „quis fuerit"? Ut que repetitio est scholii 54 (2).

— (2) pro longinquo tempore, ut Lucilius „ut multos
sque diesque, non tamen aetatem". Restitui nitorem
scholii genuini sublato emblemate Editoris. Quod sequi-
(3) „Aetatem" diu longoque et prolixo tempore, ut est
sitne hoc Editoris an alius magistri nescio, sed hoc
milius est. Additamentum autem huic scholio affixum a
iero iam damnatum est: „Nam sic dicimus de die et die-
m, aliquantulam moram". Oriundum hoc e Don. ad Andr.
27, ubi haec tria leguntur: (2) „Dieculam" moram. (3) Et
τοκόρισμα „diecula", hoc est tempusculum et sumitur ab
od est haec diés. (4) „Diecula" mora et quasi dies parva.
rum medius est Donatus.

6. 3 Usque adeo ego illius ferre possum ineptias et mag-
verba

Non dixit „usque adeo illum possum amare", sed quam
vis iam diu sit, ostendit dicendo „ferre possum". (2) [et]
ostendit, quae sit amicitia militis: „ineptias" inquit „et
ifica verba".
utrum magni pretii, sed illud scribendi genus refert Inter-
oris („non" — „sed"), qui in eo quoque peccavit quod de
ndo milite Thais numquam cogitavit. In (2) „cito" =
ter.
id. 4 Thais sic pergit:

non potest amitti quod nondum acceptum est. Addidit alte (2) An quia iamdudum sumptum est. Insulsa cavillatio : id, quod Don. postremo dixit.

Ibid. 17 Militem secum ad te quantas copias adducere?

(1) Proprie dixit „copias", nam sic dicuntur legiones in unu collectae. Convenit tamen rudi et rustico adulescenti sex hom nes „copias" dicere: militem, parasitum, Syriscum, Simalionem Sangam.

In altera parte audio equidem IP corrigentem Donatu („tamen") ratione parum probabili.

Ibid. 20 Ah, metuo qualem tu me esse hominem existimes

Don.: (2) Videtur ebrius factus hic Chremes (sc. qui in III Thaidem spernebat) iam etiam displicere nolle mulieri. Nimi otiosum est quod Ed. addidit: Nam idcirco fatetur se timer malam de se opinionem Thaidis. Eiusdem est (3): „Metu qualem" nove dixit pro „metuo ne ignores"; interpretatio prava Fabia recte sic vertit; „Je me demande avec inquiétude".

Ibid. 21 Peregrinus est, minus potens quam tu, minus no tus, minus amicorum hic habens

Ed. (2) Bene sic dixit, quia tardum fuit dicere „ille impotens tu potens" etc.!

Ibid. 23 Sed tu quod cavere possis, stultum admittere est

Don.: (2) „Admittere" est fieri sinere. Ed. (3) et meliu dixit quam „pati": hoc generale est [1]).

Ibid. 25. Tu abi atque obsera ostium intus, dum ego hin transcurro ad forum

Don. (1) Pavidi consilium nihil aliud continet praeter claustr et fugam. Ed.: Nam sera est claustrum ianuae.

Omnia eiusdem notae et originis.

Ibid. 24 (1) „Malo ego nos prospicere" pro „cavere ne fiat' *id est prospicere et cavere:* ab eo quod praecedit id quod se quitur.

Wessnerus a Donato adiudicavit quae inclinatis litteri expressi. Ego puto etiam sequentem formulam Interpolato reddendam esse, qui eam saepe adhibuit, ut docui Mnem

1) Sequitur etiam adnotatio magistelli: „Nam nunc „admittere" pati fieri signi ficat", quam Wessnerus iam obelo notavit.

p. 221 [1]), in hac comoedia etiam bis IV 7. 10 (4) et
[1]).

31 Attolle pallium

(3) Ex huius (leg. Et his?) verbis Chremetis animum
ravit nimium liberaliter pavidi adulescentuli. IP (4) Vel
iplex est vel quia ebrius trahit pallium Chremes. Immo
endae imperitia neglexit adulescens facere quod unus-
de plebe ante certamen facere solet [2]).

,1 Hancine ego ut contumeliam tam insignem in me
n, Gnatho?

„Contumeliam" proprie et ut miles. Sallustius „ne quam
eliam remanere in exercitu victore . . . sinat" (Iug. 58.5).
n., quod IP stulte aemulatus est in (5): Et „insignem"
es dixit, quia insignia armorum sunt!

. 2 Mori me satius est

. (1) Ridicula praesumptio tamquam adversus meretricem
i> numquam Thraso sumere ausurus esset nisi morte
ta; ergo velut mortis contemptu opus est ad tale proe-
Hoc mirum in modum IP sic variavit: (2) „mori
e.", tamquam aliter miles adversus mulierem audere non
vel quia nihil vel quia amator. Tertius aliquis denuo:
i. m. s. e." quasi ille sibi dicat vel molestum esse certa-
el amicam non esse laedendam. Etiam mirabilius.

. 4 Thr. Male mulcabo ipsam. Gn. Pulchre. Thr. In
n huc agmen cum vecti, Donax!

. (4) Ridicule satis armaturas leves non putat adversus
m idoneas et ideo „agmen cum vecti" vult venire in

---

dhibetur formula saepe de verbo dicere. Andr. III 2. 22 (1) „Dicas" pro
non enim dicimus nisi quod credimus: ab eo q. s. i. q. pr. (2) Figura μετά-
a posterioribus ad priora. Idem alibi (immo Plautus) „audacter dicito", et
'horm. III 2. 8) „.... dices", id est credes, scies, senties. Ad. V 3. 37 (2)
" autem posuit pro intellegere et scire, ab eo q. s. i. q. p., ut (Phorm. l.l.)
. II 2. 43, ubi nihil adnotatur) „memorem me dices". Aliter ad Phorm. prol.
„Certasset" ἀντὶ τοῦ „provocasset", ab eo q, p. i. q. s. Verg. (I 548) „Nec
ase priorem paeniteat". Hic quoque formulam Editori reddendam esse, osten-
ersa vocis „certasset" interpretatio in scholio Don. (1). Illisne locis Donatum
is? Non sane ad Andr. I 1. 22 (1), nec ad Eun. h. l. et mox IV 7. 10.

Fabia: „Attolle pallium" C'est le geste de l'homme qui se dispose à agir.

medium. IP (5) An ideo „cum vecti", quia ad expugnati nem venitur aedium?

Ibid. 6 Cedo alios: Ubi centurio est Sanga et manipulu furum?

(1) Non „reliquos" „sed „alios", quasi multi sint. Vi iustum, cum alii apud comicos saepe idem sit ac reliqui vid. Fabia.

(3) Proprie „manipulus" milites centum Romani et Latini sub uno centurione, ex manipulo herbae, quem pro signo sequebantur. Merito igitur centurionem videns manipulum desideravit. — Hoc est cocum (sc. Sangam) videns convivas desideravit, qui apparuerant, quotiens cocus affuit, id est convivium instructum est; alii „manipulum furum" coci discipulos putant dici.

Indicavi additamentum Editoris, qui satis absurde putat Thrasonem arcessere convivas, qui nulli sunt. Interpretatio „aliorum", fures esse coci adiutores, unice vera est, quam Don. ipse fortasse rettulerat. Cf. Fabia, qui citat locum Pseudoli notissimum.

Ibid. 9 Qui abstergerem vulnera?

(4) Quorum vulnera? Utrum utriusque partis an, quod magis ridiculum est, suorum? Languidum.

Ibid. 10 Solus Sannio servat domi

Don. (3) pro remanet et observat, nam „servat domum" rectum erat, non „servat domi", si custodit intellegeretur. IP (4) Vel „servat" pro sedet et servat, ab eo quod sequitur id quod praecedit: nam non servat nisi qui prius in eodem loco sederit! Cf. p. 227 adn. De hoc usu verbi servare vide exempla Plautina apud Fabiam.

Ibid. 12 Ipse sibi cavit loco

Recte Fabia: Il a pourvu à sa propre sûreté par la place qu'il a prise. Hoc voluit Don., cum scriberet: (1) „loco" simpliciter, quia post principia (vs. 11). IP docte magis quam apposite: (3) An „loco" in loco, opportune, *εὐκαίρως*, ut „pecuniam in loco negligere" (Ad. II 2. 8)? Tertius in margine dederat: (3) An pro de loco?

Ibid. 13 Idem hoc iam Pyrrhus factitavit

(1) Irridet quidem poeta, verumtamen ostendit officium in

hoc esse ne se in periculum proiciat. — Sic Sallustius
.) „et in proeliis actu promptus"; (2) et hoc totum
i in palliata, sed concessum poetis fuit. — Pyrrhus au-
issimus strategematum fuit primusque, quemadmodum
lina per calculos in tabula traderetur, ostendit.
si Editoris interpolationem. Exemplum Sallustii im-
n est; „hoc totum" sqq. male reprehendit lepidum

15 Sane, quod tibi nunc vir videatur hic esse, nebulo
est: ne metuas
igurata locutio et praeterea ὑπερβάτῳ intermixta, nam
est: „sane hic nebulo ‹est›: ne metuas.
n hic ordo erit et sensus, ut sit dictum: ne metuas:
od tibi vir videtur esse hic, nebulo magnus est?
t recte, nam dum obit terretur adulescens et aetate mi-
od iam vir est] et magnitudine [quod magnus corpore],
aque in illo vana esse meretrix ut experta iam indicat.
" autem vel inanis et vanus vel mollis, ut nebula est,

t εἰρωνικῶς hoc dictum est: meretrix enim corripiens
metuentem Chremetem „sane" inquit „nimis consilium
est de occludendis aedibus" (vs. 14).
t deest „non est", ut sit: non est quod tibi nunc vir
esse hic: nebulo magnus est. Sic et alibi: si te in
ffendero posthac ‹umquam›, quod dicas mihi „alium
m, iter hac habui", peristi (vs. 1064), ut sit: non est
as mihi.
Don. illustravit verborum sententiam, ubi notavi duo
ta Editoris aliusve magistri. Reliqua scholia tractant
n structuram, non tam raram, sed intricatam.
(4) Donato cedendum esse non negabitur, si modo hoc
n non trahitur ad totam sententiam, sed ad „sane",
positum; hinc sequitur schol. (1) alius esse auctoris,
ane" perperam affirmative iunxit cum „nebulo est", nec
(2), quod tametsi correctionem proponit praecedentis
, tamen eandem exhibet iuncturam. Restat (5), quod
locutionis interpretationem continere censeo, erroneam
et in hoc exemplo et in eo quod citat ex fine fabulae,

sed ille tamen non neglexit coniunctivum „videatur" imprimi explicandum esse, quod non viderunt magistri (1) et (2).

Sic igitur Editor primum dedit suam opinionem (1), cu aliquis magister (in margine ipsius editionis?) appinxit (2) a Compilatore recte receptum post (1), deinde scholia Donati: (3) de sententia, (4) de sententia et structura, (5) de structura.

Ibid. 16 Fundam tibi nunc nimis vellem dari ut illos ... ex occulto caederes, facerent fugam

Don. (3) Mire parasitus, quia militem videt nolle vel no audere pugnare [1]), consilium formidulosum et aptum metuen dedit, subtiliter tamen; nam funda pugnant, qui commin non possunt et ex occulto, qui non audent palam. IP (5 Sed honesta causa: non „quia timentur" inquit, sed „ut fugiant tamquam nisi hostes fugerint, non sit tutum accedere. Sat obscurum et praeter textum. Idem pergit (5): Non dixit hasta aut lanceam sed „fundam", qua nimirum longe iactatur, ut hoc intervallo pavorem ostenderet non audentis accedere. Pa tim otiosum, partim relatum ex (3).

Tertium denique addidit (6): Et mire „tibi", tamquam ip parasitus nec hoc audeat.

Haec igitur subiunxit Editor scholiis longis et integerrim Donati quae praecedunt (2) et (3).

Ibid. 17 Facerent fugam

(2) Deest rursus „ut" ‹ut sit, ut› facerent fugam. (3) Ve ἀσυνδέτως illatum. (4) Desiderat coniunctionem „enim", u sit: f. enim fugam. (5) „Caederes" pro caedendo cogere ‹ut› f. fugam.

Verum continet (4); conveniunt partim (2) et (5), quarur hoc Interpolatori tribuerim, illud magistello; (3) excerptu est ex (4).

Ibid. 18 Sed eccam Thaidem ipsam

(1) „Eccam" et „ipsam" figura ἐμφάσις, quasi eccam ‹ca sam› belli et „ipsam" contra quam pugnandum sit. Suspe tum inde a „quasi".

---

1) Sic correxi vulg. lect. «vel non audet repugnare". Ceterum de scholio (2) v infra in cap. de fontibus.

0 Di vostram fidem, quanti est sapere! Numquam
uin abs te abeam doctior
re egit personam admirantis per trinam apostropham:
„di v. f.!", ad se ipsum „q. e. s.", ad militem „n.
tt.
ophae nimis longe quaesitae: Eiusdem est (1): „Qui
uae iubeam sine vi faciat" et hoc mire: non „velim"
eam". Don. (2) „Iubeam" velim, ut „iubeo Chre-
(Andr. III 3. 1). Igitur scholiis Donateis (2) (3)
postposuit sua.
24 Thr. Rogitas. quae mihi ante oculos coram ama-
dduxisti tuum?
trum significatur ineptum [1]) militis dictum ‹an› „ante
minus est quam „coram"? (3) Potest „ante oculos"
e intellegi: „coram" etiam proximitatem significat.
i quaestionem in (2) inscite („ante oculos" = longe)
ditor. Ceterum confer Don. Ad. II 4. 5 (2): „Coram
udare" coram ad ipsum pertinet qui laudat, et ad eos
unt; „in os" ad ipsum qui laudatur. Ubi Editor denuo:
coram laudat, qui non tacet apud alios et hoc agit
epistulam, sed ipse praesens; „in os" qui apud ipsum
quem collaudat.
33 Diminuam ego caput tuum hodie nisi abis
usticius dixit „c. tuum d." quam si diceret „d. tibi c."
nentum vix verum Interpolatoris; cuius similes vide
ones III 2. 3 (3) et IV 6. 31 (4) Editores hodie ex
o: Diminuam ego tibi caput.
35 Principio dico eam esse liberam ... civem Atticam
m sororem.
onus ordo: libera, civis, nobilis. Suspectum; cf. infra
(2).
59 Hic furti se alligat
natho occasionem finiendi litigii iamdudum quaerit ob
um mensae et cibi (vs. 815) et ideo quasi de iure con-
suggerit, hunc reum furti esse posse, qui paratus sit
rem suam dicere et id in iure profiteri; — *hoc est*

[1]) legendum videtur pro „inepti".

apud praetorem: (3) — ergo „furti se alligat" reum se efficit fraudis, nam μεταληπτικῶς furtum pro omni dolo et fraude accipimus — *et iniuria.* — „Alligat" autem obstringit et inlaqueat et obnoxium facit [1]). — *Omne igitur quod fraude fit, furtum est.* — Sic Vergilius insidias: „furta paro belli" (XI 515), adulterium: „et dulcia furta" (G. IV 346), omne malum factum: „quae quis apud superos, furto laetatus inani, distulit" cett.

Ecce scholium unum et integrum Donati tribus emblematis purgatum. (5) „Furtum" duobus modis dicitur: uno, cum omne maleficium generaliter significatur, altero, cum res subrepta demonstratur; nunc ergo „furti" maleficii. Sic Editor, comprehendens quae D. fusius scripserat et addens vulgarem vocis significationem, quam referre Don. necesse non habuit.

Emblemata illa sunt magistellorum, qui ea in margine adnotaverant per „hoc est", „et", „igitur"; horum infra magna copia dabitur.

Ibid. 40 Thais militi respondere dedignatur his verbis:

Quaere qui respondeat

(2) Et contempsit interrogantem et indixit inimicitias, professione iracundiae cum dicit indignum militem. (4) Satis contumeliose: illud enim q u a e r i t u r, quod difficile reperitur ergo: non modo indignus es, inquit, cui ego respondeam, sed vix invenies qui te dignum responso iudicet. Alterutrum a Donato abiudicandum est. Illud nimirum, propter orationem minus perspicuam et praesertim quia inimicitiae iamdudum indictae sunt et in apertum certamen eripuerunt.

Ibid. 41 T h r. Quid nunc agimus?

(1) Vide ut nunc evanuerit actio militis. Sequuntur haec Primo dixit „omnia prius experiri quam armis sapientem decet" (vs. 19), post „idem hoc tu ais, Thais?" (vs. 40), postremo „quid nunc agimus?". Additamentum enuntiata continere videtur quae militis ignaviam indicare debeant, sed non cohaerere cum praecedenti parte scholii. Amat autem I P huiusmodi enumerationes. Eidem tribuo (5) „Quin redeamus": non „abeamus" inquit, sed „redeamus", ut irritos conatus verbo ostenderet.

Ibid. 42 Credin?

1) Non raro Donatus locutiones trifariam interpretatur.

Don. scite (1) Ex parte consentit, qui sic interrogat. IP
') Credere dubitantis est, certum esse fidentis. Donatus usquam allegat, quae ad rem non pertinent et minime otiosum stiusmodi veriverbium.

Ibid. 46 (2) „Frugi" utilis ac necessarius, a frugibus, quae quod his fruamur ita dictae sunt; — unde fructus et frumentum. — (3) Frui autem est vesci, a frumine, quae est summa pars gulae, cett. Emblema continuum scholium rupit.

V 1.5 Eunuchus abiit: quam ob rem et quid factum est

(1) Quia nescit causam, non „fugit" dixit sed „abiit", nec „Chaerea", sed „eunuchus". Nimis otiosum, cum in ipso textu legatur nesciri causam, et de nominando Chaerea omnino hic sermo esse nondum potuit.

Ibid. 7 Quis fuit igitur? Py. Iste Chaerea

(1) Haec cunctatione pronuntianda sunt, quia aut invita indicat aut dubitat de nomine ignoti aut trepidat per timorem ut non videatur adfuisse vel scisse cum fieret, aut ‹ostendat›, quam non libenter dicat eius nomen, cui irascitur. Sic Don. nimis fortasse prolixus. Sequitur: (2) Sed ego agnosco ancillarum consuetudinem, quod obliviosae sunt nominum [1]). Sic Editor.

Ibid. 8 Py. Iste ephebus frater Phaedriae

(1) Ephebi nomen ad aetatem rettulit, non ad facinus commissum. Obscura adnotatio declarare videtur quod Don. scripsit (2) Ephebus cito (= breviter) ostendit, cur ‹sit› iste eunuchus creditus (scil. quia etiam eunuchi virilem faciem non habent).

Ibid. 17 Quid illud hominis est?

(2) Per genetivum casum iniuriose dicitur, per nominativum honorifice. Videtur imitatio scholii Don. ad II 2.6 (1). Vide supra p. 13.

V 2.1 Apud Antiphonem uterque, pater et mater, ... domi erant

(3) Non uterque pater et utraque mater, sed uterque parens, quia mater et pater. Insipidum.

---

1) Sic legendum videtur. Codd. compendia habent dn. dño, unde Wessn. „dominarum", quod non intellego. De ego cf. Mnem. XXXII p. 223.

Ibid. 2 Quasi dedita opera domi erant, ut nullo modo
Intro ire possem, quin me viderent

(1) Non tam mirum, si domi erant, sed illud magis mirum quod in ea domus parte, qua in aedes introeundum erat adu lescentulo. (2) Superius causa continetur cur non mutaverit vestem, inferius autem cur huc redierit.

Quid est „superius" et „inferius" in (2)? Non intellego, nisi fortasse indicentur duo illa in scholio (1) „domi erant" et „in ea domus parte", sed utique adnotatio mirabilis est.

Ibid. 4 Notus mihi quidam obviam venit

Don. recte (2): Qui me possit agnoscere. IP stulte addidit vel qui me noverit, id est amicus.

Ibid. 10 Quid mea autem? Quid faciet mihi?

(1) Colligit se rursus ad impudentiam Chaerea. Inanis imitatio est quod sequitur: (2) Et vide si non eadem est audacia in Chaerea quae in suscipiendo facinore fuit?

Ibid. 11 Th. Adeamus. — Bone vir Dore, salve

Lemma scholii (2) est „Adeamus", itaque hoc in Commento fuit ante (1) cuius lemma est „Bone vir Dore". Transpositio debetur errori Compilatoris.

Ibid. 14 Ch. Si aliam admisero umquam, occidito

(2) Et non „caedito" sed „occidito". Immo hoc ipsum intellegit Chaerea. Schol. (3) corruptissimum: Illa quasi chorea dixerat adhinc irrisor quasi fugitivus, — fortasse ita corrigendum: ‹Thais› illa quasi ‹ingenuo› Chaereae dixerat (scil. v. 13): „Credin te impune habiturum?"; at hic irrisor ‹respondet› ut fugitivus.

Ibid. 25 Non te dignum, Chaerea, fecisti

IP (3) „Dignum" pro „digne", aut deest „facinus", ut si non te dignum facinus fecisti. Perperam. Cf. Phorm. 45 „tuis dignum factis feceris". Nihil deest.

Ibid 36 Quid, si hoc quispiam voluit deus?

Don. (1) Pleraque repentinis impulsionibus nata mirisque praeventibus deo adscribi solent, ut Vergilius (Aen. II 632, III 71) et Sallustius (fr. Hist.). Ed. (2) Vult amorem intellegi deum. Falsum; intellegitur aliquod numen, cf. Fabia.

---

1) Cf. Eiusdem schol. ad Andr. V 3. 25 Quia amor deus est. Mnem. XXXII p. 23

Ibid. 37 Th. Equidem pol in eam partem accipioque et volo.
Ch. Immo ita, quaeso. Unum hoc scito cett.

Don. (1) Utrum meretricem (i. e. te) an deos quaeso? Utrumque enim accipi potest. Ed. (2) An „quaeso" unum hoc scito?

Recte Fabia: Thais a répondu trop froidement au gré de Chaerea: il insiste. Ergo: „te quaeso".

Ibid. 39 sq. Contumeliae non me fecisse causa, sed amoris.
Ph. Scio, et pol propterea magis nunc ignosco tibi

Ad 40 „Nunc ign. t." quod culpa non sit hominis sed amoris. Sic Ed. secundum schol. suum 36 (2).

Ibid. 41 Non adeo inhumano ingenio sum, Chaerea
Neque tam imperita, ut quid amor valeat nesciam

(1) „Non inhumano" quia homo, „non imperita" quia meretrix. (2) „Neque tam imperita", inquit, quasi dicat: neque tam pudica sum, ut quid amor valeat nesciam. Alterutrum interpolatum: illud, credo.

Ibid. 45 Py. Nihil tibi quicquam credo

Don. (3) „Nihil quicquam" *παρέλκον* [1]) quartum. Ed. (4) Aut „nihil" pro non.

Ibid. 61 Py. Parum perspexisse eius videre audaciam

Don. (1) Ironia est „parum". Additicium videtur (2): Et non „sensisse" sed „perspexisse" dixit, ut iam non sit experienda, quae sit perfecte cognita.

Ibid. 68 (2) Vide supra p. 19 sq.

Ibid. 69 (2) „Virgo vero" vero *εἰρωνικῶς*. (3) Nam ironia est, ut „egregiam vero laudem" (Verg. IV 93). Sumpsit hoc a Donato ad vs. 55. Miram interpolationem iam Wessnerus notavit in (4): Manifestum est cur meretrix docta capiendorum more iuvenum praeire velit Chaeream: ut in consequendo ipsa sit tardior; vult enim illi liberum sine arbitris cum puella esse colloquium et licitum amorem; — nisi forte putamus Terentium haec sine causa fecisse, qui sit artificiossimus poeta. — nam neque ipsa ingreditur cum Chaerea neque ingredi simul permit-

1) Sic Donatus centies. Cf. And. I 1. 28. 63, 2. 30. 34, 5. 56. Eun. IV 4. 63. V 2. 45, 8. 2. Ad III 2. 8, 3. 12. 28. IV 5. 12. V 5. 6. Hec. I 1. 10. 56, 2. 110. III 3. 40. V 1. 18. Pho. I 2. 38. 39. 40. 3. 20. II 3. 18.

tit Pythiam. Obstinate Editor obloquitur scholiis commenti aut fingit ratiunculas.

V. 3. 7 „Nam illi faveo virgini" quasi dicat: „illi faveo, non Chaereae, et simul causa est cur illum ulcisci cupiat, quia scilicet multum illi favet. Minime verum; in hac scaena Pythias non de Chaerea sed de Parmenone ulciscendo cogitat.

Ibid. 10 „Vide ut otiosus it" (Don. „sit"). (1) Invidet illi securitatem, quem sollicitum redditura est. Sequitur, quod otiosum videtur additamentum: Non enim erit ulla alia vindicta post praeter istam. Particula „enim" ratione caret.

Ibid. 11 „Spero me habere" (1) pro habiturum. (2) Aut „spero" pro credo more suo. „Aut" ratione caret, nam „spero" nihilominus posceret infinitivum futuri; refert autem Ed. Donatum ad I 2. 123 (1) Nove „spero" pro „credo" vel „confido".

V 4. 4. (3) „Difficillimum" quia „a meretrice avara". 5 (2) „Carissimum" quia „virginem quam amabat". Iam bis hoc additamentorum genus notavi III 4. 4 p. 214 et IV 4. 54 p. 224.

Ibid. 8 „Id vero est" (1) „Vero" nisi ornativum esset, nihil significaret. Aliter Don. V 2. 55 de huius particulae significationibus.

Ibid. 11 „Cum cognoverit" (2) Suaviter non „noverit" sed „cognoverit" dixit, quod est plene ac perspicue noverit. Vix genuinum; praecedit enim „noscere" vs. 10 eodem significatu.

Ibid. 12 (3) Nam nec omnia per „magis" adverbium proferri nec omnia per comparativum gradum. Vide supra ad II 1. 21 p. 38.

Ibid. 17 Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent

(1) „Ex" pro cum positum est. (2) Aut deest „madidum" aut „maceratum" aut „emollitum"; nam apparet et sordidum esse, quia sit ater, et durum utique, qui ex iure hesterno sit comedendus. Cui contrarium Sallustius posuit (cf. var. 1. de deliciis militum loquens „panem in dies mercari" inquit.

(3) „Panem atrum hesterno ex iure", ut quidam volunt, e antiquitate mucidum accipimus.

Interpretatio triplex. Deditne Don. (1) et nihil amplius, idque

r *aut* correxit Editor addito exemplo Sallustiano, an ipse elius est qui iunxit (2) cum (1)? Tertium utique a Donato iudicandum videtur.

Ibid. 19 Miro artificio poetae et ab initio non placatur Pyias nec redit in gratiam Chaereae et insuper nunc a Parmenone ritatus magis, ut per eam Parmeno terreatur, per Parmenonem gredi ad Thaidem cogatur senex, per senem nuptiae confirmentur. *Haec ergo artificibus et eruditis, cetera spectatoribus poeta exhibet.*

Postrema Wessnerus merito inclinatis litteris a Donati scholio de oeconomia fabulae separavit. Mirum in modum Editor, nam is est, opinor, quem audimus, a „spectatoribus" distinxit „eruditos" i. e. grammaticos et rhetores posterioris aevi, quas poetam iam ante oculos habuisse credit.

Ad hanc insolitam interpolationis speciem refero etiam in hac scaena: 43 „sed poeta hoc agit, personae nesciunt" et 45 (2) „choragi est administratio, ut opportune in proscaenium (scil. senex prodeat)." Eiusdemmodi scholia Donatus opportuna et elegantia exhibet mox ad V 5. 27, 7. 1 (3), 8. 4.

Ibid. 30 Virginem etiam ...
Scis eam hinc civem esse? et fratrem eius esse adprime nobilem

Don. (2) Haec ad terrorem gradatim aucta sunt. Supplevit Ed.: Nam primo „virginem", post „civem", ad ultimum „nobilis sororem". Cf. IV 7. 35 (5) supra p. 231?

Ibid. 33 Conligavit eum primum miseris modis

Don.: Mira tarditas ad torquendum Parmenonem. Sequitur: simul enim relictus ad succurrendum locus. Addidit hoc Interpolator per prolepsin illius, quod Don. daturus erat ad vs. 35: (5) Bene „minatur", ut succurri possit ei, qui non⟨dum⟩ [1]). sit passus. Ad nostrum autem versum adnotatio est inepta.

Ibid. 46 Dicam huic an non dicam? Dicam hercle

Don.: Non esset verisimile (scil. ut in re tam ancipiti) nisi dubitasset. Ed. addidit: Quod enim ad Chaeream pertinet, non quod ad ipsum pertinet, dubitat. Immo, dubitabat Parmeno propter suum praecipue periculum, ut docent quae se-

1) Sic correxi pro „non".

quuntur: „etsi mihi magnum malum scio paratum", et conl Don. 47 (1): haec causa dubitandi fuit, quod hinc Parmenon illinc adulescentis periculum cernitur.

V 5. 10 Quicquid huius factum est

Don. (1) Absolute, ut supra „et quicquid huius feci" (I 2. 12; IP (2) Aut deest „rei", ut sit: huius rei. Cf. supra V 2. 25 (3 45 (5).

Ibid. 19 sq. Ego te, furcifer, si vivo ...! Sed cett.

Modo omnis saevitia comica aut in comminatione est aut apparatu verborum. Obscurum et suspectum. Donatus 20 (Ἀποσιώπησις, quam necessario sequitur „Sed".

Ibid. 22

Pa. Is pro illo eunucho ad Thaidem hanc deductus est.
La. Pro eunuchon? Pa. Sic est. Hunc pro moecho post Comprendere intus et constrinxere.

(1) „Pro eunuchon?" Non interrogat sed exhorrescit. (2) Ben studuit Terentius „pro" bis numero dicere: et „pro eunucho et „pro moecho"; „pro moecho" autem quasi excusans dixit nam vere in virginem Atticam non pro moecho, sed moechu (3) Bene utrumque „pro", quia neque eunuchus est qui v tiavit virginem, neque moechus qui in domo meretricia. (4) Et specta quam oratorie transsilierit mentionem vitiat virginis: „pro moecho", inquit, ut culpam Chaereae sub m retricis accusatione celaret. (4) Bene τὸ „pro", quia nequ eunuchus qui ephebus, neque adulter qui amator.

Ecce scholiastarum certamen de praepositione pro. Sanu et sobrium Donati iudicium agnosces in (1) et (4). Fortass eidem tribui debet etiam (3), ut primum dicat utrumque „pro recte usurpatum esse, ac dein laudet artem poetae in reticend rei turpis mentione et Chaereae culpa. Duo reliqua (2) (5) haud scio an coniungenda sint. Etenim in (2) adnunti scholiasta, — quem Editorem esse quis non statim suspicab tur? — se dicturum de „pro" bene adhibito „bis numero" atqui hic agitur tantum de „pro moecho", et in (5) de utr que. Ergo conicio eum hoc ordine scripsisse: (2)[a] ... et „p eunucho" et „pro moecho": (5) [bene τὸ „pro"] quia ... am tor; (2)[b] „pro moecho" autem, cett. Itaque tollenda sunt is

τὸ pro", a Compilatore praeposita cum nescio quo casu scholium separatim adderet. Hoc modo obtinuimus iuxta ea (3) + (4), scholium alterum (2) + (5) Interpolatoris ine dignum.

d. 28 Nisi, quia necessus fuit hoc facere, id gaudeo.

„Necessus" nomen est. *Nam „necessus" et „necessis" et ssitas" et „necessum" lectum est.* Merito Wessnerus non a Donato adscripta esse indicavit.

) „Id gaudeo" ut scilicet succurreretur Chaereae periclitanti. ılsum; „id" indicat quod sequitur in vs. 29, cf. Fabia.

6. 20 Qui adulescentulum nobilitas flagitiis et eundem cas

2) Duas res significat simul: et cogis facere flagitia et fatem indicas. Otiosa imitatio scholii Don. 13 (1): Duo cit: unum quod male consuluerit, alterum quod prodiderit le consulta sua.

Ibid. 21 Uterque in te exempla edent

Post Don. (2) de varia lectione „edet", Ed. addidit: et plus „edet" quam „dabit". Vix verum.

Ibid. 23 Ego meo indicio miser quasi sorex hodie perii

(1) Proprium soricum est stridere clarius quam mures vel repere magis cum obrodunt frivola; ad quam vocem multi se tendentes quamvis per tenebras noctis transfigunt eos. Plautus onfossiorem te faciam soricina venia" (Bacch.) — (2) Quia tere potuit nec occidi, si taceret. — (3) Nunc repetit proerbium in eos, qui ipsi se produnt. — Quia sorex non facile peretur, nisi emitteret vocem noctu.

Editor Donati scholium continuum supplevit postremis verbis Quia sorex" cett. Altera interpolatio (2) potius a Compilatore n aliquo margine translata irrepsit.

V 7. 1 Quid inceptas (sic schol.), Thraso?

Ed. (5) „Incipere" magnorum facinorum est et audaciae.

Vera lectio est „coeptes", et Gnatho haec loquitur ad militem non audacem sed animi despondentem et hostibus se tradentem.

Ceterum differentia est Donati ad V 4. 45 (1) facimus me-

diocria, incipimus negotia (lege: negotiosa), et V 8.5 invenire sapientis est, incipere audacis, perficere constanti

Ibid. 4 Utinam tibi commitigari videam sandalio caput

(2) Plus dixit „caput" quam aliam partem corporis verberat (3) et mire: calciamento caput. Utrumque inficetum.

V 8.6 Scis Pamphilam meam

(1) Amatorie dixit „meam", — vel potius „sponsam meam" - id est quam amo. Manifestum emblema notavit Wessn.

Ibid. 9 Thais patri se commendavit in clientelam et fidem

(1) Hoc est, quod profuit Phaedriae. (2) „In clientelam" ut ametur, „in fidem" ut defendatur.

Formula „commendare se in cl. et fid. alic." significat, patronum eum capere (vid. vs. 886 et Fab. ad h. l.). Quod autem Thais hoc feçit, id non profuit Phaedriae, sed proderit in posterum. Alterum scholium vim formulae non vere expressit. Utrumque scholium suspectum est.

Ibid. 14 Numquid, Gnatho, tu dubitas quin ego nunc perpetuo perierim? Gn. Sine dubio, opinor

(1) „Sine dubio, opinor" quia non quis dicitur perpetuo periisse; quid enim opus hac exceptione est, quando nemo interit ut temporaliter pereat et postea fiat non perditus? Correxi parasitus stulti dictum militis, non illum „perpetuo" sed „sine dubio" periisse. (2) „Sine dubio, opinor": „te periisse"; pro certo confirmatur periisse miles, ut post tot munera ex desperato supplex, ex supplice patiens rivalis existat.

Scholiastae consentiunt „sine dubio" pertinere ad id quod miles dixit „perierim", non ad „opinor". Sic simpliciter Donatus nimirum in (2), dum Editor id speciosa et obscura („hac exceptione" = „perpetuo?) ratiocinatione corroboravit in (1). Donatum quidem non fugit „perpetuo" mire additum esse, sed hoc scite explicuit ad 13 (1) „Perpetuo" quia illud „periisse" supra temporale videbatur. — respiciens quod miles V 7.5 transitu exclamavit: „Perii".

Ibid. 15 sqq. Illumne qui mihi dedit consilium ut facerem an me qui id ausus sum, an fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit, ... an mei patris festivitatem et facilitatem?

(1) Attribuuntur personis consilia, facta, casus, orationes

laudatur consilium Parmenonis, factum Chaereae, casus — *id est, eventus* (W. c.) — oratio senis. Ita Don., l. sic amplificavit: (2) Tria sunt in vita hominum: conıcta, successus. Consilium animi est, factum corporis, ıs fortunae. Ecce philosophus! Eiusdem esse puto Et festivitas in dictis est, facilitas in animo et quocum compara Don. ibidem (1) et (3).

20 Di vostram fidem, incredibilia Parmeno modo quae t!

(1) Nimius affectus in utramque partem (scil. tristitia dium nimium) defectus orationis amat. Cf. I 20 (2): ımat *ἀποσιωπήσεις* nimia indignatio, — ibique App.

Additamentum est: (2) Ergo *ἔλλειψις* est, deest enim ı". Hoc profecto deesse Donatus non adnuerit.

23 Thr. Perii, quanto minus spei est, tanto magis amo

(1) Hic vero est ardor insanissimus, ut Vergilius: „Forpastor Corydon ardebat Alexin, delicias domini, nec peraret habebat" (Ecl. II 1). Hoc graviter sic probavit ıphus: (3) Et profecto sic est: sapientes spe maxime ad ı coguntur, stulti forma tantum. Nihil ad rem.

27 Quodvis donum praemium a me optato: id optatum

„Donum praemium" est munus praemium. (2) Sed m praemium dis datur, munus praemium hominiam separatim donum deorum est, praemium virorum rtium, munus hominum. (3) Et donum munusım ante factum quam post factum datur, praemium isi post factum. (4) Donum voluntarium est, praeı debetur. (5) Alii vero *ἀσυνδέτως* pronuntiant: primo m" et sic „praemium" quasi unam partem orationis. Donum" petito ut a largo homine, „praemium" ut pro facinore. (7) „Donum" optato, ob quod „praemium" as. (8) Totum militariter, nam et optio dicitur et ri a militibus, ut „vir fortis optet quod volet praei."

ıgraphius: Novi te, si hoc effeceris, quod vis donum nio donasse (?), hoc, inquam, a me poscito: id cum optaaccipies. Atque ultra merita sunt dona, praemium vero

est, quod quasi ob meritum datur. Proprium enim verbum ut: „Optet praemium vir fortis quod volet."

Dan. ad Aen. II 269: Quidam donum ex voluntate dicu venire, munus ex officio; donaria vero loca in templis, in q bus dona ponuntur.

Isid. Orig. VI 19. 26 Dona divina propria dicuntur mune hominum. 27 Nam munera dicuntur obsequia, quae pauper divitibus loco munerum solvunt. Itaque munus homini datu donum Deo; unde etiam in templis donaria dicimus.

Gr. Lat. VII de diff. 524. 16: Munus quod amicus vel clie vel libertus officii causa mittunt, vel munus gladiatorium; d num quod dis datur: inde ubi dona ponuntur donarium appe latur. Possunt et illa nihilo minus dona dici, quae donai pauperibus divites vel potentes. Illud quoque donum putandu est, quod militibus donatur in castris, ut vallaris corona.

Denique Schol. Bern. ad Lucan. V p. 111, qui suis utitu exemplis permultis: Inter „donum" autem et „munus" ho interest: donum deis damus, munus hominibus. Virgilius d hominibus (VII 291), de diis (IX 406), item de hominibu (XI 281) et Terentius (Eun. II 1. 8), de diis (VIII 608).

Secundum haec testimonia (quae debemus Wessnero in Ap pendice, ut tantum non omnia quae hucusque citavi et poste citabo, quod gratus refero,) conspirant Grammatici de don deorum et de munere hominum, et Danielinum scholium cui (4) de dono ex voluntate, denique exemplum scholii (8) etiai exhibet Eugraphius.

De „praemio" loquuntur tantum Commentum et Eugraphiu qui varia excogitarunt: praemium est virorum fortium (2), pi claro facinore (6), post factum datur (3), ob meritum (Eugr.).

Alia est quaestio sitne „donum praemium" una notio (1) (2 an duo synonyma (5) (6), an „praemium" praedicative sit po situm (Eugr. „donum praemio" et (7) quodammodo).

Ex his opinionibus unice iusta est quae invenitur in (5), ul procul dubio Donatum audimus, qui cum aliorum nomine hc referat, ipse perperam id, opinor, proposuit, quod legitur in (1 ubi hoc voluit, Terentium dixisse „donum" pro „munere" quia illud deorum sit, hoc hominum, quod tamen, quipp notissimum ut vidimus, reticuit. Interpolator eius mentem no

ellexit, cum in (2) per „Sed" impugnaret effatum Donati quod c ipsum continet quod dicturus est. Differentia (3) aut eius- m est aut alius magistri, uti etiam (4). Schol. (6) cum (5) niungendum videtur, cuius amplificationem quandam exhibet. terpretatio (7) arbitraria est, et (8) denuo in memoriam re- ocat quae Interpolator supra de militaribus verbis protulit, raeterea, uti antea alicubi, hoc quoque loco partim concinit um Eugraphio, et eodem fonte usus esse videtur.

Ecce quod censeo de difficili scholiorum sylloge, non tamen ita, ut mihi prorsus satisfaciam. Hoc constat Commentum prae- ter IP ab aliis esse interpolatum, qui scholia sua ((4) (7 (8)?) fortasse in margine Editoris adscripserant, unde totum compo- suit Compilator.

Ibid. 29 Postulo ut mihi tua domus te praesente absente pateat, invocato ut sit locus semper

Don. (1) „Invocato" non vocato, id est αὐτομάτως. — „in" enim et auget et minuit dictionem [1]). — Ed. (2) Male intel- ligunt precibus vocato, cum sit τῷ αὐτομάτῳ id est etiam non invitato: quin ultro venire debeat in suam domum. Imitatio Donati libera et suspectae Latininitatis („quin ... debeat ... suam").

Ibid. 33 (3) Vide supra p. 13.

Ibid. 34 Si te in platea offendero hac post umquam, quod dicas mihi: „Alium quaerebam, iter hac habui", periisti

(2) Aut deest, non ‹est›" ut sit „non est quod dicas mihi, [id est nihil est]; aut „q. d. m." pro „ut dicas mihi", ut sit „quod" pro „ut". — aut „quod" pro „quid enim", ‹ut sit: quid enim› dicas mihi. — Certum est autem veteres sic locu- tos esse.

Sic Donatus minus recte ut vidimus supra p. 229 ad IV 7. 15. Ceterum seclusi emblema et praeterea interpolationem de signi- ficatione τοῦ „quid enim", quam Aelio imputare veritus sum.

Ibid. 35 Alium quaerebam

(1) Aut „alium" pro „quendam" posuit, ut sit: quendam quaerebam, id est aliquem; aut — „alium" hoc est: non quem putas, hoc est [alium] non Thaidem, — sed si „aliam" diceret

1) De hoc emblemate vide supra p. 200 ad II 3. 45 (3).

neque commode neque εὐφώνως loqueretur, — praevalet enim masculinum genus.

Fabia paene odoratus videtur quid genuini esset in ho scholio cum citaret tantum „Don.: Alium, non Thaidem". E revera recidenda sunt omnia praeter haec: „Alium, h. e. no quem putas, h. e. Thaidem; praevalet enim m. genus". Reliqu Editor intulit, cuius vv. „neque commode neque εὐφώνως l." imprimis falsa sunt.

Ibid. 37 Prius audite paucis, quod cum dixero si placuerit, Facitote

(1) Mira insinuatione agit, qui non ut consentiant, sed ut audiant paucis, petit. (2) Bene „prius" quasi non obst quominus faciant quod velint; tum deinde quod attentionem excitat addidit „paucis, deinde „si placuerit": facilius enim flec titur, cum quo non pugnamus ut consentiat. (3) „Prius audite" quod ‹dicit›, fiduciam ostentat persuasoriam re dicturi.

Scholium (3) paucis complectitur quod explicite declaratu est in (1) et (2). Illud Editori, haec Donato adsigno, ni quod hic non dedit „tum deinde" sed „tum", quoniam mo sequitur „deinde". Formula tum deinde grata fuit Interpol tori, ut supra vidimus.

Ibid. 40 Me huius quicquid facio id facere maxime causa mea

Verborum structura in medio est posita, nec Donatum fuis credo, qui scripsit: (1) Deest „rei" aut „est", ut sit: „m huius quicquid est quod facio, id f. c. m.".

Ibid. 42 Militem ego rivalem recipiendum censeo

(4) Considera quo vultu hoc dicendum sit et intelleges „militem" et „rivalem" et „recipiendum" et „ego" et „censeo quanta significent; non enim dixit Thrasonem sed militem quod ad stultitiam valet nomen; nec socium sed rivalem, quo ostendit, quando quidem rivalis in meretrice capiendus, hu potius eligendum; nec non excludendum sed recipiendum dixi ut et ostenderet adeo prodesse, ut etiam de industria retinend sit; et non volo aut rego sed censeo, ut consiliarius non par situs videatur loqui.

Nam quod „ego" addidit nunc, eo dicto usus est, quo u solent qui plus in negotio vident, (ut in hoc ipso pronomi

iliarii auctoritas inesse videatur [1]). Nam sic in Phormione sc. „ego quae in rem tuam sint ea velim facias" ... „ego alo hunc dixisse credo" ... „ego amplius deliberandum seo" (II 4. 9, 13, 17).

Prior pars scholii valde suspecta est cum propter formam ion — sed" toties repetitum), tum quia insunt similia quaedam que in Donati (1) et (3), etenim illic legitur: „nam quod militem" et „rivalem" dixit, ad eam rem valet, ut magis mittendus sit quam excludendus", et in (3) vide virtutem oetae: „non dixit „peto" sed „censeo", tamquam illis iam nsulat (comp. in (4) „consiliarius"), non pro milite agat"; enique quia fluctus fiunt in simpulo. Simplicissima sententia tot erba non requirit. Ab altera parte bonum exemplum in fine Donato dandum videtur. Hinc concludo commentum de virtute oetae, quae laudatur in (3), nihil habuisse praeter id quod illic legitur de verbo „censeo", et in (4) sub fin. de pronomine ego". Post (3) igitur D. sic perrexit: Quod „ego" addidit nunc, cett. — Verba „ut in hoc ... videatur", quae Wessn. alia de causa uncinis inclusit, ab eodem Interpolatore inserta videntur, lectorem revocante ad id quod dixit „ut consiliarius".

Ibid. 49 Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctes et dies

(1) „Fatuus est" hoc est „opportunus". (2) „Insulsus" sine ale et sapientia — aut sine saltu ac facilitate. (3) „Tardus" in venerem scilicet. (4) „Stertit" plus dixit „stertit" quam „dormit". (5) „Noctesque (sic) et dies" plus significat, quam si (diceret) „diebus et noctibus". (6) „Fatuus inepta loquens. a fando Fatuus dicitur, inde Fauni Fatui et Nymphae Fatuae vocatae sunt. (7) „Fatuus est" verbis ac dictis, „insulsus" corde atque animo, „tardus" corpore ac membris, quamvis etiam intellectu tardos dicamus, qui stulti sunt.

(8) Sed melius est sic intelligi, ut ea vitia dicere videatur, quae inamabilem faciant etiam divitem largumque amatorem: nam aut verba commendant, ut „pendetque iterum narrantis ab ore" (Aen. IV 79) [hic fatuus est], aut sapientia gratum facit, ut „multa viri virtus animo" (ibid. 3) [et hic insulsus est]. (9) Sed mihi videtur fatuum dicere, qui tantum

1) De hac parenthesi vide Wessn. in App., et quae infra disputabo.

glorietur et blandiri amicae nesciat, insulsum qui non s salax et cupidus coitus, tardum qui non facile explicet ver rem, quae res meretricibus odiosissima est. (10) Sunt qu fatuum animo putent, insulsum dictis (cf. contrarium i (7)), sed male, nam Fatui di quoque sunt, qui et Fauni di cuntur (cf. (6)), et non stulti, sed multum fantes, id es loquentes. (11) Haec quae nunc addit non ex superioribu pendent; sed cum superiora (vs. 48) valeant plurimum, nam qui et dives et liberalis, potuit obesse rivalibus, haec omnia bon in milite corrumpuntur, quod „fatuus", quod „insulsus", quod cetera quae ipse persequitur. (12) Haec bene adduntur, qui ‹quod› dixit „et habet quod det et dat nemo largius" (vs. 48 ad eam rem valebat, ut amaretur miles a meretrice et pra ponendus esset omnibus: sed ingrata sunt mulierculis maxim que lascivis haec omnia quae subiecit. (13) Hoc pro acerv vitiorum cum quadam vultus improbitate prolatum est, qu magis res in medio posita esse videatur.

In hac farragine quaedam excellunt, quae nemo peritus no mecum Donato statim tribuerit. Primum schol. (8), ubi hi versus iure iungitur cum sequenti: „neque istum metuas m amet mulier" [2]), et lectissima exempla citantur. Reicit autem aliam interpretationem, eam nimirum, quae proxime praecedit (7) [3]), ubi „tardus" explicatur de „corpore et membris", quam quam ibi conceditur etiam usurpari de intellectu. Ergo Don. han praeferendam esse dicit: „Sed melius est" cett. Haec correcti pertinet igitur tantummodo ad interpretationem v. „tardus" Editor in (9) pro more impugnat quod ille commendavit: „Se mihi videtur", cett., agitque non tantum de v. „tardus", se etiam de ceteris. Produnt hominem spurcitia et ineptiae (qu modo enim miles „non salax et cupidus coitus" dici poterit? quibus delectatur [4]).

Secundo loco Donato adsignandum est sanissimum schol. (1

1) Vs. 48: Principio et habet quod det et dat nemo largius.

2) Hinc Dziatzko, melius quam Fabia, post „dies" duo puncta posuit.

3) Cf. supra p. 31. Hic quoque Don. in (7) aliorum opinionem prius affirmant refert, sed dein in dubium vocat ipse (8).

4) Vide in hoc genere quae citavi Mnem. XXXII p. 229 I l. 63, p. 231 I l. 12 p. 234 II l. 24, alia.

totius loci significatione et cohaerentia cum superioribus. ue iterum sequitur Editoris retractatio potius quam refutatio (12) ubi incipit ab iisdem fere verbis „Haec bene adduntur" on.: „Haec quae nunc addit"), sed dein aliter explicat „suriora" h. e. vs. 48, quem asserit, idque perperam, cum ver- s ille non commodum quod meretrici sed quod Phaedriae e hrasonis opulentia exspectandum sit demonstret verbisque ostremis („mul. max. lascivis") denuo innuat putidam adiecti- orum interpretationem antea (9) prolatam.

Tandem etiam (13) de vultu, ut tantum non omnia huius eneris, genuinis adnumerandum est. Sed unum etiam ex his choliis in Commento adfuisse debuit, nempe (7), ubi Donatus liorum (Probi, Aspri?) interpretationem rettulit, ut partim efutaret. Etiam alibi hoc fecit, ut nempe aliquam interpre- ationem proponeret tamquam suam, dum in sequenti redarguens ndicaret alienam esse [1]).

Restant scholia (1)—(6) et (10). Ex his ineptum est (1), cuius auctor „fatuus" comparasse videtur cum eo quod est „opportunus" in vs. 47. Dein (3) haustum est a magistello ex interpolatoris scholio (9). Tum (4) et (5) propter „plus quam" huic ipsi tribuo, quem saepe hanc formulam adhibentem audi- vimus. Wessn. ad (5) citavit Serv. Aen. I 47 [2]). De eo quod est noctes et dies = sine intermissione, vide supra ad II 2. 46.

In (2) prior pars Donato, posterior („aut sine s. a. f.") In- terpolatore digna est.

Denique (6) et (10) exhibent vulgare etymon Fatuorum et Faunorum a fando [3]); puriorem autem memoriam servavit (6),

---

1) Cf. Supra ad I 2. 5 p. 31.

2) „Tot annos" licenter in istis locutionibus et accusativo et ablativo utimur: dicimus enim et „tota nocte legi" et „totam noctem legi"; honestior tamen elocutio est per accusativum. (Dan.): Sane „tot annos" continuationem significat tot an- nis autem intervallum.

3) Veterum testimonia de Faunis et Fatuis a fando haec sunt:

Varro L.L. VII 36 Hos (Faunos) versibus, quos vocant Saturnios, in silvestribus locis traditum est solitos fari, quo fando Faunos dictos. Idem VII 55 Hinc (ab eodem verbo fari) alia ... in quo et Fatuus et Fatuae.

Serv. Aen. VII 47 Dicti autem sunt Faunus et Fauna a vaticinando, id est a fando, unde et fatuos dicimus inconsiderate loquentes. Praecedit autem hoc: Fatu- clus; huius uxor est Fatua; idem Faunus et eadem Fauna. At ibid. 81 Faunus ἀπὸ

nempe Varronis, qui nihil tradidit de fandi genere eorum aut stulto aut loquaci, sed cogitavit tantum de fando fato vel futuro (cf. L. L. VI 52).

Cum autem initium huius scholii non minus iustum sit („Fatuus inepta loquens"), hoc totum ad Donatum refero. Auctor autem scholii (10) primum eos adoritur, qui dissentiant ab eo, quod doctum est in (7) „fatuum esse verbis ac dictis, insulsum corde atque animo", deinde etymon refert scholii (6), sed cum additamento recentiore. Utrumque, et crisis et additamentum istiusmodi, cadit in Editorem.

In Commento igitur fuerunt (2ª) (6) (7) (8) (11) (13), iusto ordine, nempe ita ut post verborum singulorum interpretationem (2ª)—(8), tractaret versum integrum (11) et de vultu, id est de pronuntiatione (13). Haec Editor etiam ordine interpolavit: (4) et (5) ante (6), (9) et (10) post (8), (12) post (11). Compilator inseruit tantum notas marginales (1) (2ᵇ) (3) ex ordine verborum in textu [1]).

Ibid. 53 Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est

(1) Facete dixit adulescens rei parcus et qui putat amorem sine damno esse oportere quique fefellerit meretricem, non solum eiciendum non esse militem, sed etiam quovis modo sustinendum ac perferendum. — (2) Obtinuit parasitus iam quod negabatur: primo deliberatum, ut „quid agimus?" (vs. 51),

---

τῆς φωνῆς dictus quod voce non signis ostendit futura. Dan. VIII 314 Faunus Pici filius dicitur, qui a fando, quod futura praediceret, Faunus appellatus est ... Hos Faunos etiam Fatuos dicunt, quod per stuporem divina pronuntient.

Ad Ge. I 10 Faunus, qui dictus est a fando. Quidam F. putant dictos ab eo quod frugibus faveant. Cf. R. Agahd, Ant. rer. div. p. 193 adn.

Isid. Orig. X 103 Fatuus ideo existimatur dictus, quia neque quod fatur ipse, neque quod alii dicunt intelligit. Fatuos originem ducere quidam putant a miratoribus Fatuae, Fauni uxoris fatidicae, eosque primum Fatuos appellatos, quod praeter modum obstupefacti sunt vaticiniis illius usque ad amentiam.

1) Rabbow in libello de Don. comm. in Ter. p. 312 et haec scholia attulit ea quae modo persecutus sum ad vs. 42, ut luculenter appareret „Scholia Donati ex duobus (excerptorum) commentariis concinnata esse" (p. 311). Cum autem illenuda scholiorum, litterarum forma distinctorum, citatione, sine ulla argumentatione duplicem illum commentarium iam emergere et ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendi posse consuerit, nihil est quod redarguere possim eumque tacitus transeo. Est quidem, ille ait, commentum „monstrum biforme", sed ea ratione ut ab altera parte sincera Donati, ab altera miram Editoris figuram ostendat.

ɔum, ut „mirum nisi h. q. p. o. est". — (3) Hic, inquit, st, ut etiam cum mala condicione paciscendum sit.
2) respicit Gnathonis verba vs. 57 „Prius audite ıod cum dixero, si placuerit, facitote", nec Donato videretur si Phaedria revera aut deliberationem aut ɔm recusasset, quod secus est, nam nihil dixit prae- „Hem recipiendum?" Si (2) pro interpolatione eli- redundat unum continuum scholion Donati (1) + (3) integrum.
› Recipiatis: satis diu hoc iam saxum vorso ıtho lepide. Pro „vorso" commentum „volvo". verbium in eos qui inextricabili labore afflicti sunt, — ɔne „saxum" de stulto milite, et ‹se?› ipsum Sisy- .t. — (4) velut Sisyphus apud inferos.
ıterpolationem et denuo resurgit unum schol. integer-

8 Ubi vis, accede
„ubi" nisi quando intellexeris, vitium est. Adno- lastica supervacanea. Simile adnotatum est III 1. 16 (2) o quando et in his et supra (vs. 15), sed merito, igi potest". Alibi iam notavi repetitionem: „Ubi et tempus significat", III 1. 50 (1) et 5. 52.
) Et conlaudavi secundum facta et virtutes tuas hoc *ἀμφίβολον* (cf. ad 59), nam virtutes *εἰρωνικῶς* pro untur, ut *„nescis qui vir siet"* (Ad. IV 7. 5) *et* (W. c.) esses ex tuis virtutibus" (Ad. II 1. 22). (2) Proprie adscribuntur „facta". (3) Amarior est ironia in vi- nines quam veritas.
tremi sinceritate valde dubito, sapit philosophum trita m; praecedens (2) confidenter scholiis militaribus adnu- ae intulit Editor.
2 Ite hac
o vocat parasitus? Ad meretricem an ad cenam militis, sit „Hunc comedendum et deridendum censeo" (vs. 57 ı aliter audit). (3) Comessatum ad militem vel Thaidem. ɜpurium, hoc germanum. Donatum dubitasse in re satis endit scholium (4).

AD PHOTII LEXICON.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J.F.

Der Anfang des Lexikons des Ph
herausgegeben von R. Reitzenstein.
Teubner, Leipsig und Berlin 1907.

Grato animo nuper accepimus philologi novam partem Ph lexici ab Reitzensteinio ita ut a viro eruditissimo harumque rum peritissimo expectari poterat, id est optime editam. Mu fragmenta poetarum comicorum, non pauca tragicorum, n nulla aliorum poetarum et scriptorum pedestrium hinc prim innotuerunt; quorum alia, ut fit, minoris sunt pretii, alia i ioris. Brevi autem annotatione et Prolegomenis uberrimis iectis editor operam dedit ut suo pretio statim singula poss aestimari a legentibus. Cui etiam propter id quod *non* f agendae sunt grates; nam noluit suae ipsius famae potissim consulens huic thesauro per longum temporis spatium incub sed in communem usum omnium hominum, quibus litt Graecae cordi sunt, quam primum eum proposuit, τῶν φί πάντα κοινὰ non dicenda tantum ratus sed et facienda. C plures emendationes statim post librum evulgatum attulit lamowitzius [1]), proximis diebus alia correxit Leo [2]), nec dubi quin alia in integrum restituturi sint alii. Equidem quae prehendi neque multa sunt neque magni momenti, fort

1) Sitzungsberichte der kön. preuss. Akad. d. W, 10 Jan. 1907.
2) Hermes, Febr. 1907.

ı haud indigna quae hic proponantur — grati certe animi ıonium.

ipto quae mandaveram postquam cum Nabero, amico vene- , communicavi, hic insigni et vere sua comitate fruenda permisit quae olim, cum in Photii lexico edendo totus ad sextum Bekkeri lexicon, cui novum fragmentum si- mum est, annotavit. Cui pro tanto beneficio libentissime ı animi sententia ago gratias.

ultis autem glossis locos poetarum scriptorumve pedestrium, ı desumtae sunt, adscripsit Naber, alios addere poteram dem; sed haec nunc in scriniis servo, quoniam Reitzenstein ulto in hac προεκδόσει nihil eiusmodi commemoravit. Qui m multa, quae in fragmentis iam antehac cognitis a criticis t emendata, quascunque ob causas sciens omisit.

ɔ, 1. — Vocem ἄβιος *Antiphon* fertur ita adhibuisse ut „in- siva" esset vis syllabae ἀ-, quemadmodum adiectivum Ho- ricum ἄξυλον erant qui πολύξυλον interpretarentur. Eadem ıntur apud Harpocrationem, et apud Hesychium haec extant: ιος· πλούσιος, ὡς Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείᾳ.

Hic haereo, quoniam credibile non videtur Antiphontem voce m insolita et a dictione Attica longe remota esse usum. Quod ıtem confertur adiectivum *epicum* ἄξυλος, non sinit vulgatis- mo adhibito remedio substitui εὔβιος vel ἔμβιος (quod ibi apud Harpocrationem ex Antiphonte περὶ Ἀληθείας ἀ af- ertur). Itaque non possum non suspicari nomen proprium vitio laborare vetusto, non enim Ἀντιφ(ῶντα) ἐν Ἀληθείᾳ fuisse ım qui Homerico nomini ἀβίῳ miram illam tribueret potesta- tem, sed Ἀντίμ(αχον) ἐν ᾱ τῆς Θηβαΐδος. E quo libro ti βασιλεύτωρ et Τύδης et Κύνθος apud grammaticos allata re- periuntur. *Homericam* autem vocem quod modo dicebam τὸ ἄβιον, non est periculum ne refellar; nam probe novimus quan- topere versus illi

Μυσῶν τ' ἀγχιμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν
γλακτοφάγων Ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων (N 5 sq.)

olim torserint interpretes; ubi erant qui ante ἀνθρώπων tertium τε insererent, pro nomine proprio habentes vocem Ἀγαυῶν, voces autem Ἱππημολγῶν et ἀβίων pro adiectivis. Quam interpretandi

rationem improbabat Aristarchus: olim Antimachum Colo nium eam probasse suspicor.

9, 9. — *ἀγαθοῦ δαίμονος. οὕτω καλεῖται παρὰ τοῖς παλαιοῖς μετὰ τὴν ἅρσιν τῶν τραπεζῶν προσφερόμενον ποτήριον.* Leg dum *περιφερόμενον* (Naber).

10, 21 sqq. — Sub lemmate *ἄγγᾱροι* qui afferuntur Menan versus novi, horum unus:

ἀγγαροφόρει καὶ ταῦθ' ἃ νῦν ποιεῖς ποίει

utilis est ad commendandam lectionem traditam Ar. Eq. 2 quem in annotatione laudavit Reitzenstein:

Φαυλότατον ἔργον· ταῦθ' ἅπερ ποιεῖς ποίει.

Fuere qui pro *ταῦτα* ibi ponerent *ταὐτά*, et favet quodamm illi opinioni pronomen *ἅπερ*, quoniam aut *ταῦτα ἅ* dici sc aut *τὰ αὐτὰ ἅπερ*, qua de re docte — ut assolet — disputa Naber Mnemos. 1903 pag. 120 sq., allatis Demosthenis locis ab loquendi hoc more discessum est in textu tradito. Qu quam cunctos illos mutandos esse nondum mihi est persuasu sic Demosth. 24 § 57, ut hoc utar, verba *„οὐχὶ ταῦτα πράγματα ἅπερ ἦν ἐπὶ τῶν τριάκοντα μὴ γενέσθαι"* non s intellegam si *ταὐτὰ* scribatur, nam *ista*, non *eadem* ibi quiritur. Ad Menandrum autem ut revertamur, aptissimum eius verbis est *ταῦτα*, tolerabile vix foret *τὰ αὐτά*. Nam sus *ἓν διὰ δυοῖν* efficit huiuscemodi: *διακόνει καὶ τὸν βίον του ζῶν διατέλει.*

Eiusdem comici verba illic e Thaide fabula laudata [1]):

ἡδέως ἄν μοι δοκῶ
ὅμως πεπονθὼς ταῦτα νῦν ταύτην ἔχειν

novum praebent exemplum traiecti adverbii *ὅμως*, ut in Ari phanis versu: *ἀλλ' ὅμως Λακωνικὸν πνέων ᾤχετο* Lys. 276, conferantur velim quae adnotavi. Cuiusmodi locis id quod *περ* valet *ὅμως*.

---

1) Egregia enim Wilamowitzii emendatio est *ἐν Θαΐδι ὁ ἀκρατής* pro *ἰδίῳ ἀκρατής*.

4, 7. — *ἄγειν .... καὶ ἀντὶ τοῦ πίνειν, ὅπερ καὶ ἐπάγειν γεν Ἀττικοί.*

Haec si recte sunt tradita, — nam apud Hesychium et apud Stathium 1399, 60 *ὑπάγειν* editur et utriusvis usus desidero empla, — ita intellegendum est *ἐπάγειν* ut in Aristophaneo o: „*καὶ ἔπειτ' ἐπάγει παπαπαπάξ*", *incitandi* igitur, *iterandi*, *dum accelerandi* sensu illo, qui etiam aliunde bene cognitus t, adhibitum idque fere valens quod *χανδόν, ἀμυστὶ ἕλκειν τοι σπᾶν τὸν οἶνον τῶν ποτηρίων θᾶττον περιφερομένων.*

15, 14 = Anecd. Bekk. 336, 19. — *ἀγενὲς καὶ στενὸν φθέγμα. ἐπὶ τῶν ἀφώνων καὶ μικρὰν καὶ ἀηδῆ φωνὴν ἐχόντων.* Legendum esse *ἀγεννὲς* docet contextus. *Illiberalis* dicitur vox surda et parum modulata.

16, 17 sq. = Anecd. Bekk. 328, 15 sq. — S. v. *ἀγῆλαι* post alia multa haec leguntur: *Φεύγειν μὲν οὖν χρὴ τὸ τῶν γλωττῶν, εἰ δέ γέ σοι εἴη ἀρχαία φωνὴ καὶ σπουδὴ σεμνότητος λόγων, χρήσαιο <ἂν> τῷ τοιούτῳ χαρακτῆρι τῶν ὀνομάτων, φησὶν ὁ Φρύνιχος.*

Emendatius iam sic scripta extant quae in lexico Segueriano tradita erant: *εἰδέναι δὲ εἴη*, non satis recte a Ruhnkenio (ad Tim. s. v. *ἄγαλμα*) sic mutata: *εἰδέναι δὲ εἰ ἦ ἀρχαία φωνή.* Sed nonne praeterea sic corrigenda sunt haec: *εἰ δέ γέ σοι εἴη ἀρχαίας φωνῆς σπουδὴ καὶ σεμνότητος λόγων*?

17, 16 = Bekk. Anecd. 328, 5. — *ἀγιστεύειν· ἁγιάζειν. καὶ ἁγιασθέντων· ἀφιερωθέντων.* Probabili emendatione, quae fugisset me nisi indicasset Naber, olim haec sic correxit Mehler (Mnemos. 1855 p. 44): *ἀγίζειν· ἁγιστεύειν. καὶ ἁγισθέντων· ἀφιερωθέντων.* Nempe in unum confluxisse videntur quae de verbo Platonico *ἁγιστεύειν* sive *sacra ferre* (Leg. 759 *d*, Ruhnk. ad Tim. p. 11) et quae de Aristophanis verbo *ἀγίζειν* sive *consecrare* (Plut. 681) annotarunt grammatici.

26, 9 = Anecd. Bekk. 331, 33 = Harpocr. — *ἰδίους δὲ αὐτούς φασιν εἶναι Ἀπόλλωνος.*

Quod annotare operae pretium in hac novi operis *προεκδόσει*

non habuit Reitzenstein, — nam fugere eum non potuit, — de nomen in Lexico Segueriano est Ἡλίου, aperto vitio, nam agitur περὶ τῶν ἀγυιῶν et verum praebet Harpocration. Quod vitium correxit olim Cobet Var. Lect.[2] praef. p. XVI, simul indicato eodem errore Anecd. Bekk. 344, 10 commisso: ἀδιούνιος — immo ἀΡιούνιος! [1]) — ταῦρος· ὁ ἥλιος ὑπὸ τῶν Κρητῶν οὕτως λέγεται, ubi item id, quod coniectura olim assecutus est Ruhnkenius, ipse praebet Photii lexicon: ὁ Ἀπόλλων. Tertium eiusdem generis sphalma ibidem correxit Cobet: Anecd. Bekk. 443, 31 τρεῖς δὲ θεοὺς ὤμνυον, Δία, Δήμητρα[ν] καὶ Ἥλιον, l. Ἀπόλλωνα.

33, 22 = Anecd. Bekk. 342, 8. — Ἀδράστεια Nemesis nomen a nonnullis repetebatur ἀπὸ Ἀδράστου τοῦ παλαιοῦ. Legatur τοῦ Παλαοῦ cum Dobraeo (Naber).

35, 4 = Anecd. Bekk. 346, 1. — Ἀδώνιος Φερεκράτης εἶπε ἀντὶ τοῦ Ἀδώνιδος. λέγει δὲ καὶ τὴν αἰτιατικὴν τὸν Ἀδώνιον. Corrupta haec esse, utpote sibi pugnantia, legenda autem Ἄδωνος et Ἄδωνα, docuit Cobet Var. Lect. p. 182 coll. Hesych.: Ἄδωνα· τὸν Ἄδωνιν. Cui praeiverat Meineke Fr. Com. II 694 Ἄδωνα coniciendo, genitivum tamen non tangens. Fidem autem his criticis neque Kockium habuisse (ad Cratini fr. 376) neque — nisi eum fugerit correctio — Reitzensteinium, magnopere miror.

Ultima huius glossae verba: ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης καὶ ἕτεροι λέγουσι δὲ καὶ Ἄδωνιν αὐτὸν πολλάκις deleta particula δέ sic in unum iungenda esse suspicor: ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης καὶ ἕτεροι λέγουσι καὶ Ἄδωνιν αὐτὸν πολλάκις. Delendum igitur esse Aristophanis fragmentum 737: Ἀδώνιον, perinde atque sequens fragmentum: ἀ[ε]ῖταν· τὸν ἑταῖρον, Ἀριστοφάνης δὲ τὸν ἐρώμενον (Anecd. Bekk. 348, 2), in quo nunc apud Photium pro *Aristophanis* nomine legitur *Aristarchus*, pag. 37, 7. Aristophanem autem *grammaticum* utique esse intellegendum olim docuit Naber[2]

1) Nam ἀριούνιος quin altera sit epitheti epici ἐριούνιος forma nullus dubito. Mehler Mnemos. 1855 p. 49 tentabat Ἀδώνιος.

2) Naber Phot. p. 138: „noli intelligere Aristophanem poetam sed grammaticum. Item nunc Reitzenstein: „Ar. fr. 738 ist zu streichen".

incerum videri hoc nomen optimo iure observavit vWilamo-
. Ceterum dubito an sic olim scriptum fuerit: *αἴταν· τὸν ἴρων Ἀριστοφάνης, Ἀρίσταρχος δὲ τὸν ἐρώμενον.* Nam i vix potuit quin *duo* hic sibi opponerentur nomina propria.

37, 1 = Bekk. Anecd. 347, 9. — Fragmentum comicum et ehac cognitum (incert. 37), quod *Cratini* esse docuit nunc otius, sic olim explevit Naber (Mnemos. 1880 p. 433):

γλῶττάν τέ σοι δίδωσιν
<θησαυρὸν> ἐν δήμῳ Φορεῖν καλῶν λόγων ἀείνων,
ἢ πάντα κινήσεις [1]*) λέγων.*

ni sive verum vidit, sive aliud latet, — nam dubito, — entione certe digna coniectura.

Periclem spectari putat Reitzenstein (Proleg. p. XVIII): equi- m ad Pytinen fabulam hos versus libenter rettulerim, ad sum igitur Cratinum haec dici suspicatus collato Pytinae noto agmento (186):

ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων!
καναχοῦσι πηγαί, δωδεκάκρουνον τὸ στόμα,
Ἰλισὸς ἐν τῇ Φάρυγι κτὲ.

Sed concedo rem incertam esse et illud „*ἐν δήμῳ*" magis for- tasse favere opinioni Reitzensteinii.

39, 1 = Anecd. Bekk. 349, 8. — Nicocharis fragmentum (16): *ἀ τεύσομαι τὸν ἀηδόνειον ὕπνον τῆς νυκτὸς ἀποδαρθόντα* (*-θέντα* ms.), *ταυτὸν αἰτιῶ* sic supplebat Naber (Phot. p. 158 et Mnemos. 1880 p. 41):

εἰ πεύσομαι
τὸν ἀηδόνιον <μόνον> ὕπνον ἀποδαρθόντα σε,
αὐτὸς σεαυτὸν (vel *σὺ σαυτὸν*) *αἰτιῶ,*

nunc vWilamowitz sic:

εἰ πεύσομαι <σε κἂν> τὸν ἀηδόνιον ὕπνον
τῆς νυκτὸς ἀποδαρθόντα, σαυτὸν αἰτιῶ.

Supplementum utrumvis probabile videtur, sed *κύνειος* et *ἵππειος* et *βόειος* cum sint proba adiectiva, et omnino in adiectivis, quae ab *animantium* nominibus ducta sunt, plane regnet suffixum

1) Sic traditum, idque servat Reitzenstein coll. Ar. Eq 214; *νικήσεις* Meineke Naber Kock, ut *πάντα κρατήσεις* in noto oraculo.

-ειος, cur ἀηδόνιος scribendum sit potius apud comicum (t gicorum enim alia est ratio) quam — quod traditum — ἀη νειος, me latet: ὕπνον ἀηδόνειον ita dictum arbitror ut θάνα κύνειον et similia. Itaque sic scripserim potissimum:

εἰ πεύσομαι τὸν ἀηδόνειον <μόνον> ὕπνον
τῆς νυκτὸς ἀποδαρθόντα, σαυτὸν αἰτιῶ.

Cum Meinekio Naberoque expectabam αὐτός ante σαυτόν, qu tamen sine nimia violentia non videtur posse inseri.

42, 9 = Bekk. Anecd. 352, 23. — Ἀθήναζε. Πλάτων Πα μενίδῃ (126*a*).

Post Πλάτων quod in lexico Segueriano sequitur absurdu additamentum ἐν Ὀδυσσείᾳ, et delendum esse patet, et oli qui perspexit Mehler (Mnemos. 1855 p. 146), acute coniec ex alia glossa: „ἄθυρμα· Κρατῖνος ἐν Ὀδυσσεῦσιν" huc a errasse.

43, 13 = Bekk. Anecd. 352, 20. — ἀθυμία. Ἡρόδοτος ἐν τ ἀ αὐτοῦ λόγῳ (37) τὴν ἀτυχίαν λέγει.

Corrigendum ἀψυχίαν (Naber). — En novum certissimun que exemplum litterarum T et Ψ permutatarum. Quae si ci dubia videri posset emendatio, confirmari posset collata glos proxima: ἀθυμεῖν· ἐπὶ τοῦ τῇ ψυχῇ καταπεπτωκέναι.

44, 4 = Bekk. Anecd. 360, 10. — αἰαί. ἀκόντιον Ἀθή νησι καὶ τὸ (τοῦ Bekker) Αἰακοῦ τέμενος.

Primus huic loco lucem attulit Cobet Var. Lect. p. 87, si corrigens: Αἰακεῖον· τὸ Ἀθήνησι τοῦ Αἰακοῦ τέμενος. Secutu est Mehler, qui *duas* glossas Αἰαία νῆσος et Αἰακεῖον confluxis coniecit Mnemos. 1855 p. 32. Nunc probabiliter statuit Reit zenstein *tres* hasce glossas permixtas esse: 1) αἰαί, 2) αἰγανέα ἀκόντιον (nonne αἰγανέαι· ἀκόντια?), et tertiam, quae apu Hesychium his verbis legitur concepta: Αἰακεῖον· οὗ φασὶν Αἰ κὸν οἰκῆσαι.

44, 15 = Bekk. Anecd. 353, 26. — αἰγιάζειν· ἀντὶ τοῦ π ριάγων λαλεῖν.

Qui verum περὶ αἰγῶν primus restituit non Bekker es sed Bast in Commentatione Palaeographica p. 884 (Naber).

5, 8 = Bekk. Anecd. 361, 28. — *αἰγύπτης· συβώτης, νο-*. Conferri Hesychium iubet Reitzenstein, ubi quae extant: *ύπτης· σίντης, ἀσκαλαβώτης* vel: *ὁ καλοβότης* nihilo facilius lleguntur. Sed veritatis omnes numeros habet quod ibi prouit M. Schmidt: *αἰσυήτης*, qui sequentia in unum *βότης* ıtraxit, sive recte, sive aliud illic latet. Apud Photium *συήτης· συβώτης, νομεύς* quin sit scribendum non est dubium ΤΗ — ΓΥΠ).

47, 21 = Bekk. Anecd. 363, 10. — *ἀΐδρυτα· τὰ κακά, τὰ ιτάρατα.*

Conferri iubet Reitzenstein Etym. M. 42, 10: *ἀΐδρυτον κακόν) κατάρατον*, sed tacet de Hesychio, qui haec praebet: *ἀΐδρυτον κκόν· Κρατῖνος Σεριφίοις* (fr. 209)· *οἰκοῦσιν φεύγοντες, ἀΐδρυτον κκὸν ἄλλοις.*

47, 23. — *Ἄϊδος κυνέη. ἀθάνατόν τι νέφος κτέ.* Quoniam nox sequitur altera eiusdem glossae explicatio, simillimis verbis expressa, cuius initium est: *οἷον νεφέλη ἀφανής*, etiam in priore simile quid requiri patet; itaque conieci *ἀόρατον* aut *ἄφαντον*, sed vero etiam similius esse *ἀθέατον* observat Naber, cui libenter concedo. Hoc igitur restituatur.

50, 15. *αἰκάλλειν .... οὕτως Πλάτων.* Quoniam apud Suidam affertur *Aristophanis* versus Thesm. 869, hic quoque illius poetae nomen scribendum fuisse est quod suspiceris.

52, 22. — *αἰονᾶν. καταντλεῖν. καὶ τὸ κατέχειν ἢ λούειν.* „Wohl *κκταχέειν* oder ..." Reitzenstein. Poterat confidentius loqui, nam *καταχεῖν* (sic scribendum) quin verum sit minime dubium. Indicat Naber similem errorem Anecd. Bekk. 20, 23 commissum, ubi *ἀρυταίνῃ* balneatores uti dicuntur *πρὸς τὸ παρχειν*, immo *παραχεῖν*. Et in Euripidis fragmento apud Photium s. v. *λίθων χοαί* allato:

λευκοὺς λίθους ἔχοντες αὐχοῦσιν μέγα

legendum esse *χέοντες* docuit idem Mnemos. 1873 p. 344.

54, 27 = Bekk. Anecd. 358, 7. — *Praebendi* sensu et *αἴρειν*

dictum esse grammaticus docet, καὶ μετὰ τῆς προθέσεως ὡς κράτης Πετάλῃ· πρόσαιρε κτέ.

Leg. μετὰ τῆς <πρὸς> προθέσεως (Naber).

55, 26 = Bekk. Anecd. 363, 5. — Glossa αἴσχιον· ἀντὶ αἰσχρόν. Θουκυδίδης, non Thuc. II 40 § 1 respici, quod suspicat Reitzenstein, sed VIII 27 § 3, annotat Naber. Cui haud dubitanter adstipulor.

56, 2 = Bekk. Anecd. 359, 10. — ἡμεῖς δὲ περὶ ἀμφοτέρων ἐροῦμεν<, ὅτι> τὸ αἰσθάνεσθαι ... οἱ παλαιοὶ ἐπὶ ... ἔταξαν, καὶ ἐπὶ ... (Naber).

56, 8 = Bekk. Anecd. 359, 4 = Suid. — αἰσχυνόμενος πλέκει τὴν συμφοράν. ἐν συνουσίᾳ <χρῶ>.

Sic Reitzenstein. Post αἰσχυνόμενος Dobree Adv. p. 619 supplebat δέ, trimetrum igitur efficiens.

56, 20. — αἰώρα. Add. schol. Soph. O. R. 1264 (Naber).

57, 3 = Anecd. Bekk. 359, 24 = Suid. = Hesych. — αἰρόπινον. σκοτεινόν. καὶ κόσκινον ἐν ᾧ πυροὶ σήθονται ὑπὲρ τὰς αἴρας διελθεῖν.

Quae glossa pertinet ad versum Aristophanis e Polluce X 11 cognitum (fr. 480):

ὥσπερ [κόσκινον] αἰρόπινον τέτρηται.

Sed cribro paleae ceteraeque sordes quoniam retinentur, non transmittuntur, aut ante διελθεῖν inserenda est negatio μή, aut — et hoc demum adhibito remedio apte decurret enuntiatum — ὑπὲρ τοῦ τὰς αἴρας ἐξελεῖν. Iamque optime concinit Phrynichus (Anecd. Bekk. 22, 13), qui αἰρόπινον dicit esse „τὸ κόσκινον τὸ τὰς αἴρας ὅπερ ἐστὶ ῥύπος τῶν πυρῶν καθαῖρον.

Quid autem σκοτεινόν illud sibi vult? Id demum *obscurum* Leguntur prorsus eadem verba in sexto lexico Segueriano, apud Suidam, apud Hesychium. Ergone patienter ferenda? Immo prisci vitii nimis stolide repetiti admodum luculentum hic testimonium exemplum. Nam CKOTЄINON illud nihil esse nisi KOCICINON male lectum, delenda igitur esse σκοτεινὸν καὶ

[illegible] male sanum dittographema, nemo admonitus negabit, opinor, licet in alia omnia abierint interpretes Hesychii.

Sed actum ne agam vereor, nam ante annos quadraginta Naber in Photii sui Prolegomenis p. 93 haec observavit: „in Bekk. Anecd. p. 359, 24 male σκοτεινόν pro κόσκινον est scriptum."

61, 11 = Bekk. Anecd. 365, 8 = Suid. — ἀκμαῖος· νεανίσκος Φρυγῶν.

Leg. νεανικός, σΦριγῶν (Cobet Var. Lect. p. 260).

61, 26 = Anecd. Bekk. 345, 23 = Suid. — ἀκόλαστον καὶ ὑβριστὸν πρᾶγμα ἡ ἄνθρωπος. λέγοι δ' ἄν τις καὶ ὑβριστικόν.

Haec quomodo sint intellegenda, docet altera glossa, quae eadem est argumenti, sed multo uberior, pag. 62, 8 sqq. = Bekk. Anecd. 368, 12; in qua et afferuntur versus Platonis comici (fr. 98, Cobet Plat. p. 131), unde ductum est illud ἀκόλαστον καὶ ὑβριστὸν πρᾶγμα·

γυνὴ γάρ, ἣν μὲν αὐτὴν
ἀεὶ κολάζῃς, ἐστὶ πάντων κτημάτων κράτιστον,
ἐὰν δ' ἀνῇς, ὑβριστόν <ἐστι> χρῆμα καὶ ἀκόλαστον.

Phrynicho igitur debetur brevior illa observatio, qua docet de muliere proterva eleganter dici posse: „ἀκόλαστον καὶ ὑβριστὸν πρᾶγμα (immo χρῆμα) ἐστιν ἡ ἄνθρωπος". Fortasse inutilis haec mea observatio; sed quoniam aliquantisper illud ἡ ἄνθρωπος addubitavi (tentabam ἡ ἀνετός), dein a Nabero ex errore sum revocatus, non reticendam putavi.

62, 2 = Anecd. Bekk. 367, 21. — ἀκόλαστον σῶμα Sophocles dixisse fertur; fortasse recte, sed speciem habet Cobeti coniectura ἀκόλαστον στόμα Nov. Lect. p. 428.

Ibidem Cobet strenue commendavit sequentis vocabuli correctionem a Dobraeo propositam: ἀκολαστάσματα, pro qua voce ἀκόλαστ' ἄσματα legitur in Aristophanis codicibus (Lys. 398) et ἀκολαστάματα in lexico Segueriano, ἀκολαστήματα autem nunc praebet Photius, idque olim poposcerat Bentley. Verum -ήματα ducit Reitzenstein; vereor ut iure, non enim sic nasci potuit ludicrum illud vitium in textu Aristophaneo.

62, 7 = Anecd. Bekk. 367, 25. — ἀκολαστοτέραν Νικόλαος. Scribendum esse Νικόμαχος coniecit Dindorf Fleck. Annal. IC p. 108 (Naber).

64, 4. — De longa Photii sive Phrynichi annotatione, in qua verba *ὀργᾶν gestire et ὀργάζειν mollire* absurde permiscentur, non disputabo, ne acta agam; copiose enim Cobet Mnemos. 1860 p. 35 sqq. utrumque verbum illustravit et librariorum interpretumque castigavit errores. Quibus etiam *Didymum* olim fuisse implicatum docet huius ad Demosthenem commentum hic annis repertum. Ad Ar. Av. 462 et 839 pauca — pro illius editionis consilio — de utroque verbo observavi equidem.

65, 3 = Anecd. Bekk. 373, 14. — ἀκουσέτην Σοφοκλῆς. Scribi ἀκούσεσθε iubet Reitzenstein. Dobraeum ἀκουσείειν coniecisse annotat Naber.

66, 2 = Bekk. Anecd. 373, 13. — ἀκουσία. τὸ πρᾶγμα. Σοφοκλῆς. Haec ut possint intellegi, supplendum est: τὸ <ἀκούσιον> πρᾶγμα. Ellendt in lexico Sophocleo proponebat τὸ <ἄκον>.

67, 1 = Anecd. Bekk. 369, 22. — ἀκρατὴς γάμων. Sic mulier libidinosa dicitur verecunde vocari posse, apud Phrynichum autem Anecd. Bekk. 28, 24 lemma est ἀκρατὴς γάμος. Et id quidem aperte vitiosum, quoniam necessarius est genitivus; sed singularis potius requiritur quam pluralis. Scribatur igitur γάμου. E γάμῦ utrumque vitium — γάμῦ et γάμῦ — fluxit.

68, 13 = Anecd. Bekk. 372, 1 = Suid. — ἀκρόνυξ· οἷον ἀρχὴ νυκτός. Σοφοκλῆς.

Adscribit Reitzenstein „Ai. 285", ubi cum legatur „ἄκρας νυκτός", patet eum lemma sic corrigendum ducere: ἄκρα νύξ. Quin igitur sic edidit? Nam verum quin indicaverit non est dubium.

68, 27 = Anecd. Bekk. 373, 15. — ἀκροφύσιον κτέ.

Adde p. 415, 29, ubi plura (Naber).

69, 19 = Anecd. Bekk. 365, 18. — *ἀκύμονα· ἀτάραχον, ἀσάλευτον.*

Conferri Suidam et Hesychium iubet Reitzenstein; adde Phrynichum Anecd. Bekk. 6, 1 (Naber).

69, 26 = Anecd. Bekk. 374, 5. — *ἅλα. θάλασσαν. ἢ τὰς τῶν ἰνύχων ἐξύτητας.*

Poetica vox est *ἅλς*, itaque non solum *θάλασσαν* illud, sed etiam alterum quod subiungitur interpretamentum mirificum, ad poeticum aliquem locum spectare certum est. Incredibilia autem — nam *salem* etiam *unguium segmina* dicta esse non est quod cuivis facile credas — incredibilia igitur cum proferuntur ab interpretibus, de carminibus epicis statim cogitamus. Quae igitur Homeri verba hoc deliramentum in lucem vocare potuerunt? Aut egregie fallor aut fuit Odysseae versus innocentissimus sanisque hominibus intellectu facillimus (*ρ* 455):

οὐ σύ γ' ἂν ἐξ οἴκου σῷ ἐπιστάτῃ οὐδ' ἅλα δοίης.

Ubi *οὐδάλα* una voce lectum Callistratus — Callistratus inquam, Aristarchi sodalis et Aristophanis ut ille discipulus — interpretabatur *sordes*. Neque melior hac explicatione neque deterior fuit eius qui *ἅλα unguium ramenta* intellexit, et cognato ingenio deberi videtur quod apud Hesychium s. v. *οὐδ' ἅλα* legitur: „*Αἰγύπτιοι δέ, τῶν ἄρτων τὰ φλογίσματα*". Ubi in voce *Αἰγύπτιοι* interpretis alicuius nomen (*Ἀπίων*?) latere suspicor. Eorundem hominum fuit *κάρα* comminisci vocabulum Homericum *pediculum* significans et *στήτην feminam* et *ἅλα* vocem tam inepte interpretari.

At *ἅλα*, non *οὐδάλα* apud Photium affertur? Nempe *οὐδ' ἅλα* perperam in codicibus tribuitur Callistrato, unde natum esse „pessimum Zonarae in lexico errorem, *ἅλα* sensu *κοπρίων* proferentis" pridem docuit Buttmann [1]).

70, 5. — In Anecd. Bekk. 374, 7 loco parallelo pro *λίθινος ἢ ψήφινος μυροθήκη* legendum esse *φήγινος* annotat Naber.

---

1) Cf., quem indicat mihi Naber, R. Schmidt de Callistrato post Nauckii Aristoph. Byz. p. 321, 38.

75, 1 = Anecd. Bekk. 383, 11. — *ἀλίνουσι· λεπτύνι Σοφοκλῆς.*

„Nonne *λειαίνουσι*?" annotat Naber, qui acu rem tetig videtur (ΛΙΑΙΝΟΤCΙ — ΑΛΙΝΟΤCΙ).

75, 2. — *ἀλίπαστα κτἑ.*

Confert Reitzenstein locum parallelum Anecd. Bekk. 383, et Eust. 1827, 60. Addere poterat Anecd. Bekk. 26, 21 et Aeli Dionysium apud Eust. 1278, 54.

76, 22 = Bekk. Anecd. 376, 28. — *ἀλκμαίων· ἰσχυρ ἀνδρείων, γενναίων.*

„Lies *ἀλκαίων*" annotat Reitzenstein, fortasse verum re tuens, sed aut non minus bene aut etiam melius placet *μαίων*, quod proponit Naber.

77, 14 = Bekk. Anecd. 377, 30. — Fabulam quae est diebus *ἀλκυονίσιν* enarrasse dicitur *Ἀγήσανδρος ἐν τοῖς περὶ ὑ μνημάτων.*

„Lies *Ἡγήσανδρος*" annotat Reitzenstein neque oblocuturus quisquam. Sed quam mirum titulum habuit eius liber! In lex Segueriano *ἐν τοῖς περὶ ὑπομνήματι* est editum, quae ve sic corrigebat Mehler: *ἐν τοῖς περὶ <ἀγαλμάτων καὶ δριάντων> ὑπομνήμασι* (Naber).

78, 18 = Anecd. Bekk. 378, 13 = Suid. — *ἀλλήλων· ἀ τοῦ ἑαυτῶν. οὕτως Εὐριπίδης* (fr. 1124 = 1107 Dind.) *κτἑ.*

Spectari Eur. Suppl. 676 annotat Naber. Ex Euripidis igi fragmentis sive genuinis sive dubiis hic locus eximendus.

78, 21 = Anecd. Bekk. 378, 31. — *ἀλλόκοτον κτἑ.*

Confert Naber schol. Plat. Rep. 487*d*.

79, 8 = Anecd. Bekk. 379, 9 = Suid. — *ἄλλος ἄλλον· ἀ τοῦ ἀλλήλους.*

Anecd. Bekk. 81, 8 integriora haec sic legi: *ἄλλος ἄλ παρεκάλει· ἀντὶ τοῦ ἀλλήλους. Ἀραρὼς Ἀδώνιδι*, annc Naber.

79, 9 = Anecd. Bekk. 379, 11. — ἄλλος· ἀντὶ τοῦ ἕτερος κτέ. Etiam Anecd. Bekk. 82, 1 haec legi idem observat, praeterea hotium s. v. ἕτερος conferens.

81, 18 = Anecd. Bekk. 381, 22 = Suid. — ἀλοστατεῖ· στρατεύεται.
Sana haec nemini videntur; ἀλλοστατεῖ Dindorf, cui dubitanter adstipulatur Reitzenstein. Equidem suspicor στρατεύεται noto errore ex στραγγεύεται esse natum, itaque magnopere mihi placet Toupii coniectura: μελλοστρατεῖ· στραγγεύεται.

83, 2. — ἄλυς. ἡ ἄλη καὶ ὁ ῥιπ<τ>ασμός.

84, 1 = Anecd. Bekk. 386, 18 = Hesych. — ἀλφινία· ἡ λευκή.
Leg. λεύκη (Naber).

85, 3 = Anecd. Bekk. 381, 11 = Suid. = Eust. 1968, 40. — ἀλωπόχρους· ὁ πολιός.
Corrigendum esse ἀλφιτόχρους (ΦΙΤ—ωΠ), spectari enim Aristophanis vocem (fr. 533): ἀλφιτόχρωτος κεφαλῆς, quae supra 84, 9 est allata, docuit Cobet Mnemos. 1856 p. 190 et 1861 p. 69.

85, 7 = Suid. = Anecd. Bekk. 218, 29. — ἀλώπηξ δωροδοκεῖται· ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως δώροις ἁλισκομένων. Κρατῖνος Νόμοις (fr. 128)·

ὑμῶν εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπηξ δωροδοκεῖται.

Bis scribendum esse δωροδοκείτω censet Naber Mnemos. 1880 p. 23 sq., ante ῥᾳδίως autem inserendum esse μὴ, quod exstat apud Suidam; non enim facile decipi vulpeculas. Kock δωροδοκεῖ τι tentat. Et activum quidem requiri certum est.

Equidem poetae verba sic potius intellegam, ut tam callidi quam vulpes dicantur magistratus Athenienses ad dona captanda, dubito autem an versus exitus scribendus sit δωροδοκῆσαι, = ἀλώπεκές ἐστε πρὸς τὸ δωροδοκῆσαι. Sed eiusmodi quid si voluit comicus, nihil huc facit οὔτε τὸ ῥᾳδίως οὔτε τὸ μὴ ῥᾳδίως ἁλίσκεσθαι, sed errasse dicendus erit interpres. Itaque ἐπέχω.

90, 26. — *ἀμέλει κτἑ.*
Eadem legi Bekk. Anecd. 214, 22 annotat Naber.

91, 7 = Anecd. Bekk. 387, 18 = Suid. — *ἀμήρυτον· πι ἐκτεταμένον, ἀτέλεστον, τουτέστι διηνεκῶς ἐπιμένον, ἀπέραντον.*
Apoll. Rhod. II 221 desumta haec glossa videtur.
Naber confert Anecd. Bekk. 20, 30, ubi locutio *ἀμήρυτοι λι* pluribus illustratur.

94, 3. — *ἀμνίον* et alia significare posse dicitur et *τὸ πεπ ρωμένον ἀγγεῖον θαλάσσης.*
Spectant haec Homeri versum *γ* 444: *Περσεὺς δ' ἀμνίον εἶ* Integrum autem si est *θαλάσσης*, fuere qui pelvem aqua mar repletam Perseum tenuisse perhiberent. Quod cum parum credibile, compendio autem *θαλ*ª scripta sit vox in altero cod et saepius in vicinia (95, 26 et 99, 9), aliud latere suspica Naber, *γάλακτος* proponens dubitanter. Equidem malim *θι λῶν*, collato versu Aristophaneo (Pac. 948):
τὸ κανοῦν πάρεστ' ὀλὰς ἔχον καὶ στέμμα καὶ μάχαιρα

95, 18. — *ἄμπρον· ᾧ ἐχρῶντο ἀντὶ τοῦ ῥυμοῦ σχοινίῳ μέ τεταμένῳ τῶν ἑλκόντων ζυγῶν.*
Leg. *ζευγῶν* (Naber). Id quod extat Eust. 623, 38, qu laudat Reitzenstein.

97, 14 = Hesych. — *ἀμυσχῆναι· καθᾶραι, ἁγνίσαι.*
Leg. *ἀμυσχ<ρ>ῆναι* (Naber) collata glossa vicina *ἀμυσχι καθαρόν, ἁγνόν, ἀλλόχροον* (vel *ὁλόχροον*).

98, 22 = Anecd. Bekk. 388, 20. — *ἀμφήριστον· ἄνισ ἀμφίβολον.*
Verum esse *ἴσον*, quod praebet Suidas, observavit vD (Naber).

99, 22 = Anecd. Bekk. 388, 29 = Suid. — *ἀμφίδι ψέλλια. ἢ κόσμος περιτραχήλιος.*
Edidit Reitzenstein *ἀμφίδεα<ι>* vel potius *ἀμφιδέα<* ratus igitur spectari *ἀμφιδέας* illas, quarum mentio fit Heroc

II 69 et Aristoph. fr. 320[11]. Speciem habet correctio, fallacem tamen. Nam separatim ἀμφιδέαι apud Suidam commemorantur, recte autem illic dicuntur περισκελίδες τινές εἶναι, item apud Harpocrationem, neque abludit Hesychius ψέλλια· κρίκους· δακτυλίους interpretatus. Sunt igitur ἀμφιδέαι *crurum* ornamenta, non *colli*, qui vero κόσμος περιτραχήλιος vocatur, is proprio nomine ἀμφιδέραια dictus fuit, id quod olim pro Lexici Segueriani lectione corrupta ἀμφιδέρρεα (item 202, 26) restituit vDam. Quae coniectura si cui minus certa videatur, confirmari possit collata alia Photii glossa: περιδέραια· περιτραχήλια κόσμια (Aristoph. fr. 320[5]).

100, 17. Affertur novum Eubuli ἐν Πεντάθλῳ fragmentum:

νόθος, ἀμφίδουλος, οὔδαμόθεν οὐδεὶς κύων.

„Malo κλύων" annotat Naber. Παρατρεχῳδοῦντος igitur verba esse suspicatus.

104, 8 = Anecd. Bekk. 389, 18 = Suid. — ἀμφὶ τὸ λυκόφως· περὶ τὴν αὐγήν.

Intercidisse lemma: ἀμφιλύκη annotat Naber. Res manifesta videtur coll. schol. H 433: ἀμφιλύκη νύξ· τὸ καλούμενον λυκόφως, τὸ πρὸς ὄρθρον.

104, 11 = Anecd. Bekk. 389, 20. — ἀμφιφορεῖα· ἀγγεῖα. Annotat Reitzenstein: ἀμφιφορῆα· ἀγγεῖον Suid.; ubi quae adduntur, testantur sinceram eam esse lectionem.

105, 22 = Anecd. Bekk. 389, 28. — ἀμωσγέπως. ὁπωσδήποτε, ἔν γέ τινι, καθ' ὁντιναοῦν τρόπον. Pro ἔν corrigere ἑνί cuiusvis est et apud Suidam recte sic editur.

111, 9. — ἀναθορεῖ. ἀνατρέχει. Scribatur ἀναθορεῖ<ν>· ἀνατρέχει<ν>.

111, 26 = Anecd. Bekk. 390, 20. — ἀναίδην. ἀπηρυθριασμένως, ἀθρόως, σφοδρῶς. Apud Suidam est: ἀναίδην. ἀθρόως, σφοδρῶς, ἀπηρυθριασμένως. Qui verborum ordo mutatus originem glossae manifeste vitiosae, vel sic non obscuram, clarius etiam ostendit.

Nam legendum esse *ἀνέδην* nemo non videt [1]), id quod adverbiis *ἀθρόως* et *σΦοδρῶς* non male redditur; succrevit autem tertium *ἀπηρυθριασμένως* postquam littera *ε* in *αι* corrupta impudentiae aliquid glossae intulit.

113, 14. — *ἀνακαλπάζει. τινὲς μὲν ὡς οὐ δόκιμον ἐΦυλάξαντο τὴν Φωνήν, Αἰσχύλος δὲ ἐχρήσατο Μυσοῖς ὡς δόκιμον. λέγει γάρ·*

εἶδον καλπάζοντας ἐν αἰχμαῖς·

ὁμοίως ΣοΦοκλῆς, Ἀριστοφάνης καὶ Πλάτων καὶ ἕτεροι.

Egregie hac glossa confirmatur Hermanni emendatio Ar. Thesm. 1174, ubi unicus codex Ravennas habet:

πρῶτον μὲν οὖν δίελθε καὶ ἀνακόλπασον,

ἀνακόλπισον scripsit Bisetus, Hermannus verum restituit: *ἀνακάλπασον* sive *salta*. Hunc igitur versum spectasse videtur qui Aristophanis in Photii glossa fecit mentionem.

114, 15 = Anecd. 391, 9 = Suid. = Hesych. — *ἀνακωχεύειν· τὸ ἐν πελάγει χειμῶνος ὄντος στήσαντας τὰ ὀθόνια σαλεύειν.*

Pro *στήσαντας* in (Photio et) in Lexico Seguerianо scribendum esse (quod habent Suid. et Hesych.) *στείλαντας*, in transitu observavit Cobet Nov. Lect. p. 170.

120, 7 = Hesych. — *ἀναρίθμιον. ἐχθρόν.* Scribendum esse *ἀνάρθμιον* olim monuit Salmasius.

123, 16. — *ἀνατεθυμένος. ἀναπεπεισμένος. οἱ δὲ ἀνακεκαυ-*

124, 5. — *ἀνατεθυμιαμένος. ἀναπεπεισμένος.* [*μένος.*

Hesych. — *ἀνατεθυμιασμένος. ἀνακεκαυμένος.*

Tribus his locis, qui unius instar sunt, scribatur *ἀνατεθυμμένος*, a verbo *ἀνατύΦω*. Participium grammatici recte interpretati sunt *permotum* sive *incensum*, quapropter Kusteri ad Hesychium coniectura *ἀναπεπρησμένος* pro *ἀναπεπεισμένος* doctior videtur quam utilior.

127, 21 = Anecd. Bekk. 394, 31. — *ὁ ἐκ χαλκοῦ καὶ ξύλ[ιν]ου καὶ χρυσ[ι]οῦ καὶ τῆς ἄλλης ὕλης* (Naber).

---

1) „Pueri hoc sciunt" Cobet Nov. Lect. p. 170, hoc loco indicato.

128, 21 = Anecd. Bekk. 395, 17 = Suid. — *ἀνέγρετον. ἐνυπόστροφον.* Immo *ἀνήγρετον*! Id quod *retrahi nequit* sive *ὐ πάλιν ἀγρετόν ἐστιν*, ut cum poeta loquamur, recte dicitur *ἐνυπόστροφον*, quoniam *οὐχ ὑποστρέφεται*. Similem compositionem ex. c. habet *ἀνήρετος*.

Conferre iuvat errorem, quo in textu Homerico verba *ἀγρέσθαι* et *ἐγρέσθαι* sive *colligi* et *expergisci* inter se permutata sunt H 434 et Ω 789:

ἀμφὶ πυρὴν πάλιν ἔγρετο λαὸς Ἀχαιῶν.
ἀμφὶ πυρὴν κλυτοῦ Ἕκτορος ἔγρετο λαός.

Ubi *ἤγρετο* certatim restituerunt critici, in his Cobet, sed primus ni fallor Duentzer. Non *pernoctarant* copiae apud bustum sed prima luce illuc *convenerunt*. Et alibi apud Homerum variant *ἄγερθεν* et *ἔγερθεν* (Ψ 287), *ἀγειρομένων* et *ἐγειρομένων* (υ 103), *ἐγρόμεναι* et *ἀγρόμεναι* (υ 123). Quod autem notatu dignum videtur, apparet in lemmatis minime rara esse eiusmodi vitia quibus mutetur ordo alphabeticus.

130, 5 = Anecd. Bekk. 396, 25 = Suid. — *ἀνείληπτός ἐστι τὸ Ἑλληνικόν, οὐχὶ ἀνάλειπτος.*

„Lies *ἀνήλειπτος*" Reitzenstein annotavit. Potius scripserim: „legendum esse *ἀνήλιπτος* observavit Cobet (Nov. Lect. p. 170)."

130, 7 = Anecd. Bekk. 395, 29 = Suid. = Hesych. — *ἀνείλεσθαι· συστρέφεσθαι καὶ ἀλλήλους τοῖς δόρασι τύπτειν.*

„Lies *ἀνειλλεσθαι*" Reitzenstein, et ita scribi voluit fortasse grammaticus, sequitur autem nova glossa: *ἀνείλλεται· ἀνειλεῖται* e Timaei lexico Platonico (Plat. Conv. 206*d*) ducta; sed vera verbi forma est *ἀνίλλεσθαι*. Nam *reduplicatione* stirpis ϝ(ε)λ, ex Homerico *ϝέλλειν ϝαλῆναι* bene notae, nata est prima syllaba verbi *ϝι-ϝλ-jεσθαι*, *aoristo* vero proprius est *ει* sonus, e. g. in participio *περιειλάμενος* Ar. Ran. 1066; ea enim intercedit ratio, ut hoc utar, quae est inter *γίγνεσθαι* et epicum *γεινάμενος*. Conferantur velim quae ad Nub. 761 annotavi. *Passivi* aoristo *εἰληθῆναι* ex Ionicis scriptoribus bene noto etiam Thucydidem usum esse VII 81 § 4 (*ἀνειληθέντες ἔς τι χωρίον*) annotat Naber.

131, 19. — *ἀνελεύθερον σῶμα* affertur ex Pherecrate. Nonne *στόμα*? (Naber). Cf. supra pag. 259 ad 62, 2.

132, 7. — *ἀνελπίστως· τὸ ἀπροσδοκήτως ἐν τῷ περὶ στεφάνου Δημοσθένης* (?).

Confert Reitzenstein Anecd. Bekk. p. 397, 18; etiam p. 80, 16 eadem leguntur (Naber).

133, 10. — *ἀνεπίκλητος καὶ ἀνεπικλήτως Φασὶ καὶ ἀνεπικλητότερον.*

Multo uberior est haec glossa in Anecd. Bekk. 400, 23—29. Errori autem deberi videtur *ἀνεπικλήτως* Thuc. I 92, ubi *ἀνεπιλήπτως* reponi iusserunt Ulrich et Cobet Nov. Lect. p. 527 coll. Xen. Anab. VII 6 § 57.

135, 18 = Anecd. Bekk. 399, 17 = Suid. = Hesych. — *ἀνεχρήσαντο· διέφθειραν. οὕτως Θουκυδίδης* (?).

Sic Reitzenstein. Thucydidis qui spectatur locum esse I 126 § 11, ubi nunc *ἀπεχρήσαντο* aut *διεχρήσαντο* legitur, annotat Naber.

141, 19. — E Phrynichi *Comissatoribus* novum affertur fragmentum: *ἡμῖν δ' ἀνίει δεῦρο σὺ τἀγαθὰ τοῖς τήνδ' ἔχουσιν τὴν πόλιν ἵλεως* (post *τἀγάθ'* collocandum esse *ἵλεως*, deleto fortasse *σύ*, observavit vWilamowitz).

Quod fragmentum licet minime sit spernendum, non tamen tanti est pretii quanti putat Reitzenstein, qui in Prolegomenis haec de eo scripsit p. XXI: „Es ist wichtig, dass der Gramma„tiker dabei bezeugt, dass die Eingangsworte dem üblichen „Gebet an die Verstorbenen entsprechen; Aischylos Choëph. „141 (147) gibt die Bestätigung in der pathetischen Umschrei„bung *ἡμῖν δὲ πομπὸς ἵσθι τῶν ἐσθλῶν ἄνω.*"

Quae vera sunt sane, sed non nova; nam *Aristophanes* idem testatur (fr. 488[14]):

αἰτούμεθ' αὐτοὺς δεῦρ' ἀνεῖναι τἀγαθά.

Nec non concepta illa precum funebrium verba spectat Dionysus in Ranis, cum Aeschylum sic alloquitur (vs. 1462):

μὴ δῆτα σύ γ', ἀλλ' ἐνθένδ' ἀνίει τἀγαθά.

1 Aeschylo autem et alter conferri potest locus (Pers. 220):

αἰτοῦ τάδε

σὸν πόσιν Δαρεῖον, ...

ἐσθλά σοι πέμπειν τέκνῳ τε γῆς ἔνερθεν εἰς φάος.

Praeterea versus ex Euripidis Alcestide huc facit 1004:

χαῖρ' ὦ πότνια, εὖ δὲ δοίης.

Nempe utpote δαίμονες πλουτοδόται qui dicuntur apud Hesiodum (Oper. 122—126) sic invocantur manes. Conferatur iam Ceres ἀνησιδώρα apud Photium s. v. vel prisci hymni ad Pausaniam X 12 § 5 versus:

Γᾶ καρποὺς ἀνίει, διὸ κλῄζετε μητέρα Γαῖαν.

143, 8. — Sub voce ἀνοίσω e Philonidis *Cothurnis* novum hoc affertur fragmentum:

περὶ δ' ὧν σὺ λέγεις, λόγος ἐστὶν ἐμοὶ πρὸς Ἀθηναίους κατὰ χειρός,
ὃν ἐγὼ λογιοῦμ' ἐξ ἀτελείας, τῷ δήμῳ δ' οὐδὲν ἀνοίσω.

Thratis igitur bonum consilium daturum se civibus promittit hic homo, quisquis est, si satis bene eius verba intellego. Quod autem editor (Proleg. p. XIX) dubitare se scribit, an κατὰ χειρός in κατὰ χεῖρας sit mutandum, non miror, est enim perquam insolita haec locutio; non tamen dubitasset, ut arbitror, si recordatus esset versus in Pherecratis quodam fragmento obvii (fr. 146[3]):

κατὰ χειρὸς ἦν τὰ πράγματ' ἐνθυμουμένῳ.

His igitur locis κατὰ χειρὸς εἶναι sive *praesto esse* dicuntur quae una voce πρόχειρα vocantur.

Mitto nunc alterum eumque minime dubium aut insolitum vocis κατὰ χειρός usum, quo aquam convivis praebitam ad manus lavandas sive homericum χέρνιβα significat (Ar. Vesp. 1216 etc., Cobet Nov. Lect. p. 4). Unum Teleclidis eiusmodi dictum huc facit (fr. 1[2]):

εἰρήνη μὲν πρῶτον ἁπάντων ἦν ὥσπερ ὕδωρ κατὰ χειρός,

i. e: *pax, ut hanc omnium primam commemorem (utpote bonorum maximum), praesto tunc (aureo saeculo) erat semper, veluti aqua ad lavandum.* Quae verba s. v. κατὰ χειρός attulit Photius nec male sic est interpretatus: „τὸ ῥᾷστον πάντων καὶ εὐχερέστατον κατὰ χειρὸς ὕδωρ καλοῦσιν."

Praeterea confero cognatum illud ἀπὸ χειρός (Vesp. 656) de

eo dictum qui nullis abacis aut pugillaribus adhibitis so gitis suis utatur ad computandum, quippe in re simplici aperta.

147, 28. — Sub lemmate ἀντιδικοῦμεν Lysiae ex or deperdita afferuntur quaedam verba, dein: <καὶ> τί, ὦ ἀντιδικοῦμεν <πρὸς> ἀλλήλους ἔτι;

Sic Reitzenstein, sed ἀλλήλοις esse scribendum, non supplendum, observat vWilamowitz. *Senarium* autem hae cere annotaverat Naber. Itaque non solum καὶ, quod sup Reitzenstein, sed etiam comici alicuius et fabulae intercid nomina.

149, 19 = Anecd. Bekk. 411, 20. — ἀντία· χαλεπή, ἀντης.

In altero novi fragmenti codice est ἀντλία, item in L Segueriano. Scribendum igitur est ἀνταία, quod res Naber coll. Hesychio. Glossa est tragica.

153, 13 = Anecd. Bekk. 413, 29. — ἄοινος· ἐπὶ τῶν μ γυμνασμένων οἴνῳ καὶ ἐπὶ τῶν μὴ ἐχόντων.

Collatis (quos et Reitzenstein laudat) Suida ἐπὶ τῶ γευομένων οἴνου et Anecd. Bekk. 9, 27: ἐπὶ τῶν τελέα γευομένων οἴνου patet etiam apud Photium rescribe esse: ἐπὶ τῶν μὴ γεγευμένων οἴνου (Naber).

153, 26 = Anecd. Bekk. 414, 8 = Suid. — ἀπάγειν, γεῖσθαι, γράφεσθαι, δικάζεσθαι. τούτων ἕκαστον ἐπὶ τῶν ἐ κατηγορούντων λέγεται, ἀλλ' ἐὰν μὲν πρὸς διαιτητὴν ἢ διαδι γένηται, καλεῖ<ται> δικάζεσθαι.

Paulo plures quam putabat Reitzenstein excidere litterae, legendum est <δια>δικάζεσθαι (Naber).

155, 14 = Anecd. Bekk. 414, 29 = Suid. — ἀπάλλ ἀποπέμπεις.

„ἀπαλλάττεις Phavorinus richtig" annotat Reitzen Nonne *Cobet* sequendus est potius, qui ἀπιάλλεις co (Nov. Lect. p. 170)?

Pacis fabulae exordium recordamur omnes. Duo ministri ante stium versantur, quorum alter voraci cuidam monstro pabulum arat, alter statim paratas affert offas. Intus nimirum ingentem carabaeum alit dominus; qui miro furore correptus et id unum gens ut caelum adeat, alicunde

εἰσήγαγ' Αἰτναῖον μέγιστον κάνθαρον.

„*Secum in domum adduxit ingentem quendam Aetnaeum* ..." haec qui audivit, proximum vocabulum expectat *equum*; nam clara illo tempore erant iumenta Aetnaea, quae in laetis campis Siciliae alebantur et nuper cum ipsa Sicilia melius innotuerant Atheniensibus.

Itaque cum servus vocabulum „*κάνθ*..." proloqui incipit, nemo est inter auditores, quin „*κανθήλιον*" id fore putet. At *Aetnaeus* hic non *ca*...*ballus* evadit sed *ca*...*ntharus*. Hunc concreditum sibi habent ministri, Pegaso hoc novus Bellerophon mox per aërem vehetur ad sedes deorum.

Intellectu haec sunt facilia, sunt lepida, sunt vere Aristophanea.

Nimis facilia visa sunt viro alicui vesane docto. Sonum vocis τοῦ χαλκεντέρου ἐκείνου percipere mihi videor; sed quisquis fuit, comici verba obruit farragine doctrinae male digestae. Demonstratum ivit nimirum, „maximos in Aetna monte gigni scarabaeos, testibus Epicharmo Aeschylo Sophocle Platone comico".

Haec vero quaenam sunt insomnia? Sumamus testibus ... non poetis quibusdam, sed viris qui rerum naturalium periti sunt vel olim fuerunt, teste Aristotele igitur vel Linnaeo vel Evertsio nostrate, praegrandes aliquos scarabaeos vixisse in iugis Aetnaeis, — sumamus Athenienses Siciliam visentes artis entomologicae fuisse curiosos: meliusne sic intellegetur iocus comici? Faciliusne vehetur rusticus Atticus bestiola, cuius corpus tres quatuorve transversos digitos sit longum, quam melolontha vulgari lucanove cervo?

Nae nugari videmur dum ita de comici verbis disputamus. Extra poetarum autem locos, qui in scholio afferuntur, ingentium illorum scarabaeorum vestigium est nullum.

Illos igitur locos consideremus.

Codicis V [1]) scholion, quod ad vocem *Αἰτναῖον* pertinet, haec habet:

ὑπερμεγέθη. μέγιστον γὰρ ὄρος ἡ Αἴτνη. ἢ ὅτι διάφοροι κάνθαροι ἐκεῖ εὑρίσκονται.

ἄλλως. μεγάλοι λέγονται εἶναι κατὰ τὴν Αἴτνην κάνθαροι. μαρτυροῦσι [2]) *δὲ οἱ ἐπιχώριοι. Ἐπίχαρμος ἐν Ἡρακλεῖ τῷ ἐπὶ τῇ ζωστῆρα·*

πυγμαρί᾽νι λοχαγὸς ἐκ τῶν κανθάρων
τῶν μειζόνων, οὓς φασὶ τὴν Αἴτνην ἔχειν.

τρόπον δέ τινα καὶ Αἰσχύλος ἐπιχώριος· λέγει [3]) *δὲ ἐν Σισύφῳ πετροκυλιστῇ·*

Αἰτναῖός ἐστι κάνθαρος βίᾳ πονῶν [4]).

Σοφοκλῆς Δαιδάλῳ·

ἀλλ᾽ οὐδὲ μὲν ἂν κάνθαρος τῶν Αἰτναίων πάντων.

λέγει δὲ πάντα εἰκάζων εἰς μέγαν. Πλάτων ἐν Ἑορταῖς·

ὡς μέγα μέντοι πάνυ [5]) *τὴν Αἴτνην ὄρος εἶναί φασι, τεκμαίρε-*
ἔνθα [6]) *τρέφεσθαι τὰς κανθαρίδας τῶν ἀνθρώπων λόγος ἐστὶν.*
οὐδὲν ἐλάττους.

ἢ ἀντὶ τοῦ μέγαν ὡς τὴν Αἴτνην. ἢ ὅτι οἱ Αἰτναῖοι ἵπποι δοκ-
βόητοι καὶ τὸν δρόμον ἀξιόλογοι, καὶ τὰ ζεύγη ἐπαίνετα [7])*· <ὡς>*
καὶ Πίνδαρός φησι·

ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς ἀγλαοκάρπου Σικελίας ὄχημα.

Varia igitur in scholio allata sunt testimonia, omissum quod prae ceteris ad rem facit: Soph. Oed. C. 312, ubi *Aetnaeum iumento* Antigone vehi dicitur. Quem versum dudum laudarunt interpretes recentiores. Inepta autem explicatio: „*Aetnaeum* quod *magnum* significare, magnum enim esse Aetnam montem

---

1) Ravennatis scholion haec sola habet in ultima paginae 94ª ora attrita: „*Αἰτναῖον κάνθαροι· <ἐπειδή τινες> μεγάλοι λέγονται εἶναι κατὰ τὴν Αἴτνην κάνθαροι. μαρτυροῦσι δὲ οἱ ἐπιχώριοι*" — omissis testimoniis poetarum, omissa etiam simplici vera loci explicatione, quam iam laudavimus. Quam fallax autem foret haec mentio *τῶν ἐπιχωρίων*, nisi collato scholio codicis V posset ostendi quid sibi vellent verba contextu rudi manu evulsa: de Siculis nimirum *poetis* quibusdam fieri sermonem.

2) *μαρ̄* codex.

3) *λέγεται* codex.

4) *πόνων* codex.

5) Sic Meineke, *πάλαι* codex.

6) Sic Cobet ; codex habet *ὀθ̄* (*ὄθεν*).

7) Sic scripsi pro *ἐπαίνετοι*.

gna est cui immoremur; quae fortasse fluxit e Platonis verbis vicinia excriptis. Epicharmi vero versus fortasse sic sunt ibendi:

πυγμάριον εἶ [1]) λοχαγὸς ἐκ [2]) τῶν κανθάρων
τῶν μειζόνων, οὓς φασὶ τὴν Αἴτνην ἔχειν,

d quoniam ignoratur contextus, certi quid ut statui possit ireor. Id tamen manifestum, non de *praegrandibus scarabaeis* cutum esse Epicharmum, sed de *hominibus pusillis*; non tantos ici scarabaeos ut homines ferre possint, sed nanos tantillos ut arabaeis vehi. Gruum cum Pygmaeis recordamur bella, et ntulit Crusius fabulam, quae est de Herculis cum Pygmaeis ugna apud Philostratum Imag. II 22 (ubi scarabaeorum tamen on fit mentio).

Aeschyli versus haud obscurus: in dramate satyrico Sisyphus apidem volvens iocose assimulabatur ateucho similive scarabaeo tercoris globum praegrandem obnixis cruribus dorsoque intento promoventi. In alio Aeschyli fragmento *ingenti* cuidam *muri* similis dicebatur Sisyphus; non tamen effecerunt inde interpretes immanes aliquos mures in Sicilia vixisse.

Sophoclis verba obscura. Id tamen docere videntur loci allati, certam aliquam scarabaeorum speciem ateucho sacro moribus similem — non tamen corporis ingentis — *Aetnaeam* quamcunque ob causam dictam esse Athenis, et festivior etiam fit iocus Aristophaneus, si non solum *Aetnaeos caballos* sed et *Aetnaeos scaltaros* revera norant Athenienses.

Plato denique comicus aut Epicharmeam illam — ut arbitror — aut similem aliquam fabulam iocose respexit. Nam revera „hominibus haud minores" scarabaeos Aetnam olim genuisse ... id quo Didymi quidem aut qui magis etiam abstrusae eruditionis appetentes essent in animum sibi induxerunt. Id credere est eandem atque ferri vim ingentem a mure uno devoratam esse vel puerum a noctua abreptum. v. L.

1) Diodorf ∪ πυγμαρίων, Crusius ὁ πυγμαρίων.
2) Pro ἐκ an εἰς scribendum sit dubito.

DE COMMENTI DONATIANI COMPOSITIONE ET ORIGINE.

SCRIPSIT

H. T. KARSTEN.

(*Continuantur ex pag.* 249).

Scholia varii generis ab Editore praesertim in Phormionis commentum illata.

Prol. 20 Benedictis si certasset audisset bene

Don. (1) Bene „certasset", quia supra (vs. 16) dixit „in medio omnibus palmam esse positam", — quasi dicat: quicquid in certamen venerit, in eo vincendos aemulos esse. (2) „Certasset" ἀντὶ τοῦ „provocasset": ab eo quod praecedit id quod sequitur. Vergilius „nec te certasse priorem poeniteat" (I 548).

Nequaquam verum est „certasset" h. l. significare „provocasset", neque haec sententia fuit Donati, ut ostendit scholium (1). Eadem repugnantia est in scholiis ad locum Vergilii, ubi post Servium, qui igitur repraesentat interpretationem Donati, Daniel. sic pergit: Sane certasse quidam provocasse accipiunt, ut Terentius „beneficiis si certasset audisset bene". Et hinc fit certasse Ed. suum sumpsit, addens caram sibi formulam, de qua vide supra p. 227 ad Eun. IV 6. 24. Nec non eidem tribuendum videtur additamentum in (1) „quasi dicat" cett., nam nihil tale dicitur aut innuitur in textu aut in verbis Donati.

Ibid. 23 De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cum ipse de se finem non facit

(1) Maledicendi an peccandi? (2) Prius ego, inquit, finem

1) Prorsus idem legitur in Schol. Bemb. Herm. II 377.

ı quam ipse de se. (3) Et prius ego dicendi faciam
ille peccandi finem.
.tilis rogatio in (1) Donato danda non videtur. Wessner
:it: an ⟨vere⟩ peccandi. Interpretatio in (2) falsa est cum
e" non pertineat ad „finem facit", sed ad „ipse" = ex sua
ı voluntate (Sloman: „he on his side"). Denique (3)
supplementum est praecedentis, quocum fortasse iunctum
ut utrumque Editori dandum sit. Donati schol. 22 (1): „Et
i" et „de se" proprie positum est; et praeterea *ἀμφιβολία*",
dit eum sensisse „de se" ambiguum esse. Sloman, qui
l. Oxford. 1899 multa acute observavit, h. l. habet: „*De se*
ıserted to answer to *de illo* emphasising the unprovoked
ıcter of the attack. The sense here given to *de* is unusual."
id. 26 (1) *Φόρμιον* tegiculum dicunt Graeci, a quo inster-
· pavimentum, unde *Φορμίων* correpta prima syllaba apud
.lodorum est, non ergo a formula, ut quidam putant et
parasitus, vilissimae condicionis homo, nomen accepit.
) Si a formula esset nomen comoediae, produceremus
ıam syllabam, si a phormione, corripere debemus.
f. I 2. 72 (2) „Phormio" non a formula sed a phor-
ɔne dictus sparteo, quem nos eronem dicimus trivialiter
ıro consuetudine.
'raeterea Praef. I 1: „Quamobrem nulla dubitatio est hanc
m esse, cui nomen poeta mutaverit, et errare eos, qui in
Phormionem parasitum putant a formula litis, quam
ıderit, nominatum, cum Graeca lingua fiscus sparteus et
men nauticum sic dicatur: a cuius rei vel capacitate vel
tate etiam ab Apollodoro parasitus Phormionis nomine nun-
atur.
'um Praefationes hodie plerisque v. d. a Donato compositae
ı videantur (Leo Mus. Rhen. XXXVIII p. 326. Sabbadini
d. Ital. II 13. Wessn. in app. ad h. l., al.), consequens est
quicquid in scholiis a praefationis testimonio abhorret, a
uino Commento secernatur; primum 26 (2), etenim Donatus
vationem a formula reiecit, quia phormio Graecae sit
ɨinis, at huius scholii auctor, quia quantitas non convenit
ı voce latina.
ed etiam 26 (1) et 72 (2) Donato dari nequeunt. Illud, quia

et definitio Graeci vocabuli et explicatio cur parasitus sic appellatus fuerit, nimis differunt a praefatione; hoc eadem de causa, nempe ero e significationibus Donati, quae iustae sunt, alteram tantummodo refert, dum altera omittitur. Denique latinitas utriusque deterior est quam Donati esse solet et ambo repetunt id, quod D. in praefatione dixit „errare eos qui ... Ph. parasitum putant a formula litis", ubi scite addidit „litis", quod illic desideratur, non sane brevitatis studio, saltem in 72 (2) tautologiam habemus „trivialiter" „ex consuetudine." Wessnero quoque forma in 26 (1) non placuit, ubi lineola distinxit emblema — „unde ... putant" — et sic quidem ut verba „non ergo a formula, ut quidam putant" cursiva scriptura a praecedentibus denuo secreverit.

Quid multa? Donatus Phormionis vocabulum plane illustravit in praefatione; hinc alius magister concinnavit 26 (1), quod unum continuum est, alius I 2. 72 (2), nam haec inter se discrepant. Tum medium scholium 26 (1) tertius aliquis excerpsit in 26 (2). Postea autem scholiasta Bembinius (Herm. II 378) hoc conscribillavit: „Formon dicatur grece saccum sparteum (cf. praef. Don.); ab hoc parasito nomen est vel capacitate (ibid.), unde Formio corr. pr. syll. ap. Apoll. est, non ergo a formula, ut quidam putant, ergo inde par. vil. cond. homo (cf. 26 (1)); si enim a formula esset nom. com., protraeremus primam syll., si a formione, corr. debemus (cf. 26 (2))," cett.

Editori potissimum addixerim schol. 26 (1) [1]).

---

1) Wessnerus in appendice mecum consentit in eo, quod 26 (2) fluxisse putat ex 26 (1) et quod praefationis verba Donato adsignat. De ceteris magnopere dissentit. Non proficiscitur a praefatione sed a scholio 26 (1), cuius initium et finem, exemptis pro emblemate verbis „unde ... putant" adscribit ei „qui Apollodori comoediam cum Terentiana contulit", quem Asprum fuisse suspicatur; dein Donatum esse putat qui cum huic scholio „originationem Latinam aliunde sibi cognitam" intulerit („unde ... putant"), tum praefationis verba scripserit, denique etiam I 2. 72 (2), „cum praefatione et cum Schol. 26 (1) artissime coniunctum". De Aemilio Aspro Donati in Graecis auctore, ut de re incerta, nihil nunc disputo; res digna est, quae accurate aliquando inquiratur; sed verba praefationis, multo pleniora et accuratiora (a formula litis, quam intenderit ... fiscus sparteus et stramen nauticum ... vel capacitate vel vilitate), concinnata esse e scholiis 26 (1) et 72 (2) et inter se et ab illo diversis ac praeterea horum omnium auctorem esse unum Donatum, non credo. Multo verior et simplicior haec est ratio, ut Donatus in praefatione (auctore Aspro, si videbitur,) totam rem luculenter exposuerit et supervacaneum

I 1. 6 Nam erilem filium eius duxisse audio uxorem: ei, edo, munus hoc corraditur

(2) „Ei" uxori scilicet. (5) Et „ei" an uxori an absolute, t sit „ei rei"?

Schol. (5) inepta dubitatio est Editoris, cf. vs. 15 „omne hoc ıater auferet".

Ibid. 8 „Ut semper aliquid addant" mire non „dent" sed ddant" et non „aliquando" sed „semper".

Ibid. 9 Quod ille unciatim vix de demenso suo, suum defraudans genium, compersit miser

Don. (7) Servi quaternos modios frumenti in mense accipiebant et id „dimensum" dicebatur. Editor: (8) Et utrum a mense an a metiendo incertum est. Immo peritioribus hoc minime incertum fuit, nec Eugraphio, qui sic: De cibario, hoc est, quod sibi sit demensum, a metiendo. Gloss. II 41 ἀπομέτρημα. Ibid. IV 50 a me[n]tiendo dictum; ubi cod. Casinensis addit: vel ab eo quod in mense uno acceperit. Nonius 524. 5 Demensum in Phormione quasi deminutum posuit (seq. loc. Phorm.), cui interpretationi subest iusta derivatio. Schlee p. 128. 2 de eo quod sibi demendo minuerat parce vivendo.

Sed praecedunt haec scholia:

(5) Potuit et unciatim et cito conflari peculium, ut multa pauxillatim sed cito fiunt maxima, merito ergo additum est „vix". (6) Sed quid si et „unciatim" et „vix" et tamen de lucro? „de dimenso suo" inquit. Quid si ex abundanti? „suum defrudans genium"; deinde non „adquisivit" sed „comparsit" et ad postremum „miser", ut iniquitas consuetudinis comploratione finiretur.

Scholium (6), quod prima lectione facile suspicionem moverit, si bene consideras, Donati ingenio et stilo non indignum est et coniunctum fuit cum quinto.

In schol. (4), Wessnerus merito inclinatis litteris expressit exemplum Ciceronis in fine; additamentum est Editoris non raro exhibentis exempla de suo, vulgo non idonea [1]).

---

ratus sit ad proximas scaenas eadem repetere, quod tamen fecerunt interpolatores, nihil novi addentes nisi de quantitatis differentia vocis Graecae et Latinae. Sed haec satis perspici non potuit antequam de interpolationum natura et frequentia satis constaret.

1) Scholium (4) doctum longumque sic se habet: „Unciatim" cum pecunia expensa

Denique eidem adsignandum est (1) „Quod ille" docte ad singularem numerum transit a plurali. Lege versus praecedentes et videbis quam perverse expressum sit id, quod Don. simpliciter sic indicavit: (2) Redit ad Getam.

Itaque Ed. scholia addidit ab initio et in fine, atque exemplo auxit (4). In scholiis additiciis copula *et*, quam Wessn. cursivam ponere solet, Editoris est, quoties, ut hoc loco, Donatois illa subiunguntur.

Ibid. 11 Davus sic pergit:

Id illa universum abripiet, haud existimans quanto labore partum. Porro autem Geta ferietur alio munere, ubi ea pepererit

(2) „Universum" contra illud quod „unciatim" dixerat. Sic Don., quem Ed. supplevit: (3) Magna virtus paene in singulis syllabis [1]): contra illud quod ait „ille" „illa" rettulit, contra „unciatim vix" et „de dimenso suo" „universum" (cf. Don.), contra ⟨id⟩ quod ait „munus corraditur" „arripiet" [2]), contra „suum defraudans genium" et „comparsit miser" „haud existimans quanto labore partum". Haec partim falsa partim futtilia sunt.

Idem Donateo (5) „existimans" pro „aestimans", Sallustius „si, Quirites, parum existimaretis", praeposuit (4) „existimans" vel intelligens vel recogitans ac reputans. Cf. Schlee p. 128: Non recogitans, cum quanto labore acquisitum sit, quod ipsa libidinose expendet. De schol. similibus ad v. „ferietur" vide supra p. 20.

I 2. 3 (1) „Lectum est" absolute, nam non dicit quid, *utrum debitum an argentum.* Wessn. additamentum iam obelo notavit.

Ibid. 4 Amo te et non neglexisse habeo gratiam

(1) Amat quod reddiderit pecuniam, agit gratias quod.

---

ferretur more veterum, non ut nunc adnumeraretur, assis libra erat eiusque partes unciae; rursum unciae unius duodecima pars libella dicebatur. Merito ergo non per singulos sestertios neque per singulos denarios neque per singulos asses, sed id quod ὑπερβολικῶς minimum fuit, per singulas uncias „unciatim" dixit. *Et Cicero „ecquis Volcacio, si sua sponte venisset unam libellam dedisset?* (W. c.)

1) De hoc encomio vide supra p. 50 ad Enn. II 3. 69 (2).

2) In citandis versibus orthographiam commenti sequi soleo, nisi nimis falsa sit.

ligenter. (2) Et quare? utrum quia condictum non fefellerit i quia lectum attulerit et numero congruenti? (3) Et recte xit, nam redhibitio debiti hoc agit, ut etiam agamus gratiam.

(4) Hoc pro gratiarum actione ponitur, — et ostenditur vere ecessariam fuisse pecuniam. — (5) In Andria (I 1. 15) „et id ratum fuisse adversum te habeo gratiam".

In his genuina videntur tantummodo (4) et (5), quae unam fecerunt adnotationem, dempto emblemate, nam nihil istiusodi ostenditur. Don. in (4) hoc tantum voluit, totum versum ihil continere nisi gratiarum actionem, neque ideo quaerendum st quae sit vis singulorum verborum, de quo agunt speciose t inaniter schol. (1) (2) (3). Haec omnia suspecta habeo. Schol. 1) responsio potest esse scholii (2), sed (3) alius est auctoris, ui quid velit per „hoc agit" vix assequor.

Ibid. 7 Sed quid tu es tristis? Ge. Egone? nescis quo in metu quanto in periculo simus?

(4) „Nescis" cett. et pronuntiantis et interrogantis potest esse. (5) Duae perturbationum bigae sunt: a malo una, ex ispitis altera, ergo a mali bigis praesentis temporis periculum esse dicimus et futuri metum [1]). (6) Pronuntiative magis quam percontative efferendum est. Sic enim solemus de magnis rebus dicere. (7) Vix alterum sustineri potest eorum, quae nunc utraque posuit et „metum" et „periculum".

Scholia (4) et (6) similia sunt praeter additamentum in (6): sic enim sqq., quod prodere videtur sapientiam Interpolatoris hoc loco incongruam.

De reliquis conferenda sunt: Andr. V 434 (3) „ita animus commotus est metu spe gaudio" Duo carnifices futurarum rerum: spes et metus, dolor enim et gaudium praesentium rerum intelleguntur, Verg. (VI 733). Sic Donatus. Porro Eugraphius ad h. l.: Omne malum duo habet tempora praeteritum et futurum. Praeteritum vero simul iungitur et praesenti. Ita in praesenti vel praeterito malum, in futuro metus est; magnus igitur confessus dolor est, cum dixit „Nescis" cett.

---

1) Hartman p. 118: „Sumptae hae bigae e Platonis Phaedro". Quod autem addit: „Philosophica ergo, quae in scholiis leguntur omnia sunt eiusdem generis et tantum non omnia ex eodem fonte hausta", hoc non assentior.

Ex Andriae scholio apparet bigam „ex cupitis" esse gaudia et spem, quae Don. ad hunc versum nominare supersedit. Schol. (7) excogitavit Editor, ne Donatum solum philosophi pateretur in (5). Genuinis igitur sua subiunxit (6) et (7).

Ibid. 10 Cuius tu fidem in pecunia perspexeris

(5) Non „inspexeris" sed „perspexeris" quod plus est dixi Quasi illud h. l. ferendum fuerat.

Ibid. 12 Hanc operam tibi dico

(3) Plus est „dico" quam „do": dicatur perpetuo, datu ad tempus.

Sitne hoc Donati dubito propter scholium Dan. ad Aen. I 7 Alii „dicabo" dabo accipiunt. Terentius: „iam hanc operam ti dico", id est do.

Ibid. 13 Senis nostri, Dave, fratrem maiorem Chremem nostr
Da. Quidni?

(2) Mirum compendium narrationis quasi per interrogationem fecit, ne ex alto repeteret. Sic Vergilius „fando aliquod si for tuas pervenit ad aures" e. q. s. (II 81), et „nostin hanc, quam amat frater?" in Eunucho (III 5. 15). Editor hoc ampull ita exornavit: (1) Dicendo „senis" ostendit [1]) et adulescente se dominum habere, dicendo „nostri" ostendit esse et alienum dicendo „fratrem" non unum esse monstravit, dicendo „maiorem etiam minoris facit indicium (NB minor ille est Demipho, q in fabula identidem comparet!). Sic argumenti partem maximam nondum narrans in ipsa interrogatione transegit (cf. Don.). Hae autem omnia propter populum [2]) sic aguntur; ideo ille „quidni?" dicit, ne sit opus pluribus verbis. Ecce quae secundum Interpolatorem insint in eo quod Donatus appellavit „mirum compendium"!

Ibid. 19 Et supererat (3) Plus est superesse quem esse Ed., ut 57 (2) Plus est „vis boni" quam bonum.

Ibid. 20 Desinas: sic est ingenium (Demiphonis)

Don. (1) Bona praeparatio qua et dives et avarus describitu Demipho, ut indotatas nuptias filii ferre non possit. Ed. (

---

1) „Dicendo" et „ostendit" in Ed. scholiis saepe redeunt.

2) Cf. supra p. 237 ad Eun. V 4. 19 in fine, ubi distinguuntur spectatore et eruditi.

recte: non enim fortuna, inquit, avarus est sed natura. Lepidum illud „inquit", quasi Geta sic philosophetur! Tertius commentator addidit (3) „Ingenium" omnium an domini? Sed domini magis.

Ibid. 24 Memini relinqui me (a senibus) deo irato meo

Don. (1) Sic Vergilius „nec di texere Cupencum Aenea veniente sui" (XII 538). Hoc Asper, sed mihi videtur ad hoc addidisse „meo", ne esset ἀμφίβολον, cui diceret „irato deo". Naevius in Stalagmo „† nisa deo meo propitio meus homo est". (2) „Deo" domino dicit, an vere „deo"? (3) Et bene „meo" ne esset ἀμφίβολον.

Iuxta Donateum (1) audimus alium magistrum vel Editorem in (2), et excerptum Donati in (3).

Donati est denuo schol. (4) [Et] sic dixit „memini relinqui", ut in Andria „memini videre" (II 5. 18) et „memini me fieri pavum" Ennius. Idem exemplum Don. rettulit ad Andr. l.l., et ad Ad. I 2. 26 alia de causa: (2) „Fieret" producta prima syllaba, Ennius „m. m. f. p." [1]).

Contra Asprum, qui „meo" merum possessivum pronomen esse existimabat ut in exemplo Vergiliano, Donatus profert exemplum Naevii, ubi „meo" fere sit „mihi" et κατὰ συνέσιν etiam pendeat a „propitio", ut apud Terentium ab „irato". Manifestum est, exemplum Naevianum ab ipso Donato, non ab Aspro, ad hunc locum allatum esse [2]). Similis interpretatio legitur in scholio Dan. ad Aen. II 396 „Haud numine nostro"

---

1) Donatum semet ipsum saepius repetivisse ad singulas fabulas iam supra ostendi, cum de repetitionibus agerem. Regulam, quam Wessnerus posuit et ad hos locos applicuit (Aem. Asp. p. 36): „Auszugehen ist von dem Grundsatz, dass, wo dieselbe Erklärung zweimal vorliegt, gleichviel ob die Form der Scholien wörtlich übereinstimmt oder nicht, diese Erklärung aus dem zweimal exzerpierten Donatkommentar stammt", post ea quae in praefatione disquisitionis exposui refellere supersedeo.

Idem loquitur de „commentatore Ego", cui tantum non omnia scholia per *ego, mihi videtur* sim. tribuenda sint (ibid. p. 37, 38 adn.), sed hoc loco est ipse Donatus, ut ad Andr. III 2. 1 (4), Eun. IV 4. 22 (2), 7. 16 (2); alibi autem Interpolator, velut ad Andr. II 4. 7 (5). Eun. V 1. 7 (2), 8. 49 (9) „sed mihi videtur". Cf. Mnem. XXXIII p. 223.

2) Aliter Wessn. in App. ad h. l.: „Fieri autem potuit, ut Donatus in Aspri commento Naevianum exemplum inveniret et suum in usum converteret". Verum ipsa ratio et expressa Donati verba „Hoc Asper, sed mihi videtur" vetare videntur quominus sic putemus.

non nobis utili. Contra ad XII 538 scholium Danielis comparat nostrum Terentii locum et Aen. IV 610 „Nec di morientis Elissae", addens: Singuli enim deos proprios habemus genios.

Ibid. 26 Seni fidelis dum sum scapulas perdidi

(3) Plus est „perdidi" quam si diceret „dolui". Scholium nimis futtile.

Ibid. 38 (2) „Exadversum ei loco" legitur et „illico", et annotatur „ex abundanti additum, ut apud veteres multa sunt".

Si hoc Donati est, ut fere suspicor, rettulit h. l. scholium praecessoris, e. g. Aspri.

Ibid. 54 (6) Duo ingentia et „virgo" et „pulcra".

Emphaticum epitheton ingentia, et duplex copula prodit auctorem.

Ibid. 57 Ut, ni vis boni in ipsa inesset forma (virginis), haec formam exstinguerent

(2) Plus est „vis boni" quam „bonum". Scholium ostendit auctorem vim sententiae non cepisse. Don. (3) Fornum veteres ignem et calorem quendam quasi fervorem dixerunt, et ideo fornaces, forcipes, formam et formosos, ex quibus amoris ignis exsolvitur, cett. [1]). Sequitur conclusio Editoris, quae non pertinet ad textum, sed ad ea quae dixit Donatus: (4) Ergo et Vergilius sic ait „at mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas" (Ecl. III 66).

Ibid. 65 Bonam bonis prognatam

(1) „Bonam" non vilem, quia boni non viles. *Unde superlativus gradus optimates facit, quia bonus melior optimus dicitur.* W. merito cursive.

Ibid. 71 Ille indotatam virginem atque ignobilem daret illi?

Don. (1) Bono affectu „daret illi?" filius enim familias non tam ducit uxorem quam a patre accipit, quippe cum patri committatur puella potius in huiusmodi condicionibus quam marito. (4) Mire „daret", ut ostenderet nihil esse potestatis in filio. Excerptum ex (1).

Ibid. 73 Est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens: qui illum di omnes perduint!

---

1) Adiectivum formus i. e. calidus notum e Varrone apud Non. 531. 24. Cf. Fest. 83 et 84, al. in app. Wessn.

Da. Quid is fecit? Ge. Hoc consilium quod dicam dedit

(3) „Qui illum": „qui" utinam est, ut Lucilius in secundo: ‚Qui te, Nomentane, malum" etc. *Pergit autem per „hoc consilium quod dicam dedit".* (4) „Qui" aut expletivum est aut pronomen, quo incipiens Phormionem describere cohorruit consideratione eius et in hanc vocem quasi confusus erupit; hoc autem certum genus est *παρενθέσεως.*

Post rectam Donati interpretationem affirmanter propositam (3), sequitur dubitatio Editoris, qui exhibet alias non illepide inventas et expressas; amat ille „expletivas" particulas, ut ad Ann. I 2. 124 (2), II 3. 21 (2). Sed quid sibi volunt verba a Wessnero inclinatis litteris expressa? Aut fallor aut in margine scripta erant a magistro quodam ad ea quae Editor scripserat de „qui" pronomine; nempe recte magister intellexit, si „qui" pronomen sit, coniungi posse pro subiecto cum verbis „hoc ... dedit", hinc adscripsit: „pergit autem, (cum non amplius cohorreret) per h. c. q. d. d." — Compilator haec iniusto loco inseruit. Etiam supra exempla habuimus huiusmodi notarum marginalium in Editione interpolata, qua Compilator utebatur.

Ibid. 84 Iocularem audaciam!

Don. (2) *Εἰρωνεία κατ' ἀντίφρασιν,* hoc est minime ioculatem. Ed. (3) An quae ex ludo et ioco in periculum veniat?

Haec non multum differunt, si Donati periphrasin sic intelligimus: audaciam seriam, periculosam. Et hoc significat exclamatio, ut monstrant proxima Davi verba: „O Geta, quid te futurum est!" Sloman minus recte: „What amusing impudence!"

Ibid. 92 Ceterum posthac si quicquam, nil precor

Don. (1) Facile impretrat, qui non omnia extorquet. — *Ergo non precatoria est mitigare praesentia, futura permittere.* — (3) „Si quicquam" ut solet, eleganter per *ἔλλειψιν.* — (4) et simul non si tantundem peccaverit, sed si vel minimum, — tale est illud „si sensero hodie quicquam in his te nuptiis fallaciae conari", et „si quicquam invenies me mentitum, occidito" (Andr. 196. 863). (5) „Nihil" pro non. — *Sed plena negatio est „nihil".*

Additamenta per *ergo* in (1) et *sed* in (5) iam notavit Wessn.

Ego addo emblema per *et simul* in (4), quod si eliminatu emergit unum scholium continuum (3) + (4).

I 3. 8. Ant. At non cotidiana cura haec angeret animum Ph. Audio (2) „Audio" per εἰρωνείαν dicitur modo a con temnente dictum Antiphonis. (3) Omnia deridet Phaedri cupiens fructum amoris vel periculis adipisci, est ergo „audio" εἰρωνεία pro „non audio", hoc est: nihil dicis.

Utrum genuinum? In praegressis Antipho perhibuit, malli se non potitum esse amica quam angi conscientia facinoris i patrem. Phaedria respondens „Audio" monstrat se nihili face illam perhibitionem. Eatenus igitur scholiastae concinunt, se quod in (3) additur de Phaedria mire cogitatum et expressum est: minime „omnia deridet", et de „periculis" quaestio non est sed de conscientiae angore; denique quisquis etiam tali cynismo non laborat, tamen dictum Antiphonis non magni faciet.

Ibid. 12 Nam tua quidem hercle certo vita haec expetendi optandaque est

Donatus quid sit vita h. l. sic declarat: (3) „vita" autem e mores significat, et animum, et alimentum, et spatium vivendi, et fortunam accidentem viventibus ut modo. Ed hoc praemisit: (2) „vita" dixit, ut ostenderet, etiamsi no felicitas sed vita dicatur, optandam esse. Mirum, poetam ve Phaedriam de tali re ostendenda cogitasse. In (3) Don. pe „autem" hoc scholium iunxerat cum (1).

I 4. 9. De scholio (6) ab Editore interpolato in postremo capite agam.

Ibid. 15 Sed ubi Antiphonem reperiam? Aut qua quaerer insistam via?

(1) „Sed" pro ergo, ut sit: ergo ubi A. reperiam? (2) An hic pro fine superioris sententiae est, ut Sallustius, „sed Metel lus in ulteriorem provinciam" (fragm.). (3) „Reperiam" si alicubi cesset, „aut qua q. i. v." si alicubi ambules. — Omnis enim, qui quaeritur, aut cessat aut ambulat.

De „sed" haec insuper habemus: Andr. prol. 11 „Sed tamen" discretio est a superioribus. II 1. 10 (2) „Sed Pamphilum video" (ut h. l.) „sed" inceptivum est, ut Sallustius (citatur idem ex.)

. 4 Semper „sed" contrariae sententiae significatio est.
a I 2. 7 (2) „Sed qui tu es tristis?" (ut h. l.) „sed" par-
transitum significat ad mentionem alterius rei. Idque
vit Editor ad I 4. 37 (1) „Sed quis hic est senex . . ?"
', ut diximus [1]), transitum significat ad alteram rem ab ea
agebatur.
tur utrumque scholium a Donato alienum. „Sed" pro ergo
) per se falsum est, et (2) pugnat cum Don. ad Andr.
. 10, unde tamen Editor exemplum mutuatus est. Com-
um vacabat de „sed", et ad hunc versum nihil habebat
er initium scholii (3), cuius postrema pars „omnis enim"
tam falsa est quam insipida.
iqua difficultas manet in particula „an", quae (2) iungit
(1). Num igitur Editor non Donati sed alius magistri
lio (1) suum (2) adfixit, an utrumque ab eo profectum est?
vix credibile, nam eum semper adhuc ad genuina com-
ti scholia se applicasse vidimus, itaque potius (1) et (2) ad
em redeunt.
id. 17 Ibi plurimum est
) Scilicet propter amorem uxoris suae. Ineptum, etenim
matur hoc non de sene, sed de adulescente.
id. 24. Nulla est mihi vita expetenda (sine Phanio)
) „Nulla pro non. (2) An nullius condicionis, quasi dicat:
deorum vita quidem mihi dulcis est sine te? (3) Scilicet
a vita sit expetenda sine Phanio.
lic Donatus est qui dedit (1) et (2) ut unam sententiam
rrogativam [2]). Illud (3) magistello cuidam tribuendam.
illus pro non" frequens est in his scholiis de quo vide
sn. in app. ad Hec. I 2. 4.
bid. 30 Hoc nihil est Phaedria: ilicet
)on. recte (2) „Hoc" relativum (= hoc, quod dicis). Idemne
rexit an Editor potius in (3): An „hoc" cum contemptu pro
c Antipho nihil est". Sic Cicero in Verrinis „etsi hoc nescio
d nugatorem sciebam" (IV 33, ubi hodie leg. „nugatorium")
) „hunc".
De (4) „semper „ilicet" finem rei significat", iam dixi ad

[1]) De formula *ut diximus* infra agam.
[2]) Cf. infra II 1, 57 (1) initio.

Eun. I 1. 9 (3), ubi eadem interpolatio legitur. Donatus alit de hac formula in (5).

Ibid. 33 Sat est

(3) Non dixit „bene est" sed „sat est". Sane; „bene est non conveniret; cf. quae praecedunt „Satine sic est" et „prop modum".

Ibid. 34 Verbum verbo par pari ut respondeas

(3) Duo dixit: non tantum „verbum verbo" sed „par pari"

Eiusdem trutinae est ac praecedens et quod sequitur i vs. 391 Egomet me novi et peccatum meum,

ubi (3): Duo dixit, et hominem pavidum et peccatum grav

II 1. 4 Demipho indignabundus primum in filium, deinde i Getam, quos nondum conspexit, sic exclamat: Hanc tande uxorem duxit Antipho iniussu meo? ... O facinus audax, o Get monitor. Ge. (a latere) Vix tandem (scil. in me irrumpit).

(1) „Vix tandem" convenit hoc dictum ei, qui iam prides se male audire putat, et ideo sero videtur ad hunc senex pe venisse, cum ille metuens se primum ad accusationem crederet

(2) An „vix tandem" ad hoc pertinet, quia ille „monitor" dixit: Quasi dicat: vix tandem factum est, ut me senex lau dare(!) coepisset, quia „monitor" quamvis in contrarium dixerit tamen nomen est laudis. (3) „Vix tandem" *εἰρωνεία*, quas „paene me oblitus est". (4) An quia tarde ad servum pervenit senex, quem ille ob conscientiam a se coepturum esse credebat

Interpretatio in (1) iusta est Donati. Cf. Dziatzko et Sloman ad h. l. Eadem breviter redit in (4), nec non cum ei conspirat explicatio ironiae in (3). Contra ea (2) denuo egre gium exemplum exhibet speciosi acuminis philosophi nostri quod per „an" opposuit Donato (1), qui idem dedit, opinor (3) nam amat D. figuram *εἰρωνείας* [1]), idque primum posuit in commento ante (1), unde casu quodam reccidit in locum poste riorem. Iam vero (4) alius est magistri qui suis verbis iustam interpretationem sua vice opposuit Editori (2), fortasse in mar gine illius editionis.

Ibid. 20 Horum nihil quicquam accidet animo novum

1) Cf. infra 57 (3).

) Tale est illud sapientis Aeneae „non ulla laborum, o
, nova mi facies inopinave surgit (VI 103). Sic Don.,
l Ed. ineptis exemplis, a Wessnero cursive editis, supplevit
*Et „Arma parate animis et spe praesumite bellum", et „Hunc
si potui tantum sperare dolorem"* idem (XI 18, IV 419).
bid. 21 Geta repetit quae senex dicebat in vs. 16:
Quicquid praeter spem eveniet omne id deputabo esse in lucro
1) Totidem verbis usus est quot senex, ad irrisionem eius;
et in Adelphis „inspicere tamquam in speculum in patinas,
mea, iubeo" (III 3. 61 et 74). (2) Hoc idem senex fieri
ortere dixit (vs. 16), quod hic fecit, ergo sapienter Geta.
Don. (1) magister aliquis, vix enim Editor, excerpsit in (2).
Ibid. 30 „Gestio" plus est quam „volo". Sane! Eugr.
Gestio" autem cupio aut desidero, cett.
Ibid. 50 Ubi tute verbum non respondeas
(2) Non dixit „parum dicas", sed „verbum ⟨n. r.⟩". Ed.
Ibid. 57 O bone custos, salve! Columen vero familiae
(1) „Columen" culmen, an „columen" columna, unde colu-
mellae apud veteres dicti servi maiores domus? Lucilius ...
Lubero ... Horatius ... Ennius ... (2) Sustentatio vel de-
ns, unde columnae dictae. (3) Et moralis in *αὐξήσει εἰρωνεία.*
Hic quoque (2) alius est magistri nota marginalis, et (3)
ianuo Donati. Cf. supra II 1. 4 (3). Schol. (1) propter veterum
hoca Wessnerus ex Aspro derivandum esse censet [1]).
Ibid. 62 Servum hominem causam orare leges non sinunt
(2) Venuste hominem. Sallustius in Iugurtha (12. 5) „... in
tugurio mulieris ancillae". — (3) Mire extenuavit condicionem
suam dicendo (cf. supra ad I 2. 13 (1)) non „me" sed „servum",
et addendo „hominem" moraliter locutus est; sic Vergilius

1) Asm. Asp. p. 34 sq. Non nego hoc verisimile esse, sed inde non sequitur Donatum veteres poetas non ipsum revolvisse neque hoc mihi persuasit ratiocinatio W. p. 35 infra: „Bei einem Erklärer des Vergil und Terenz (h. e. Asper) wird man es nur natürlich finden, dass er gerade mit Ennius sich näher beschäftigt hat. Zwar Donat ist ja auch Vergil- und Terenzerklärer in einer Person, aber ihm zuzutrauen dass er selbst den alten Dichter aufgeschlagen, verbietet die Tatsache, dass er in seinen Artes zwar öfter Enniusstellen anbringt, aber ohne den Dichter zu nennen, und dass ein Teil dieser Zitate sich auch in verwandten grammatischen Werken findet. Ohne Zweifel(!) hat Donat seine Enniusbruchstücke durch andere Grammatiker erhalten, es waren Schulbeispiele".

(X 720) „... Graius homo". — (4) „Orare" proprie; sic gilius „orabunt causas melius" (VI 849).

Indicavi interpolationem: „me" omnino non usurpari po hoc loco et exemplum Vergilii minus efficax est quam Sall in (1); „dicendo" et „non-sed" produnt stilum Editoris.

II 2. 8 Quid vis nisi ut maneat Phanium atque ex crin hoc Antiphonem eripiam et in me omnem iram derivem sea

(2) Tria promittit in quibus omnis Antiphonis causa est stituta. (4) Considera trium rerum quas promittit gradus auxesim esse servatos.

Illud Editori hoc Donato dederim.

Ibid. 10 (1) O vir fortis atque amicus

(1) Ordine laudavit, plus est enim amicus quam vir fo Vix genuinum.

Ibid. 18 In illis opera luditur

(5) „Luditur" exercetur. (6) An „illuditur" hoc est stratur? Hoc Ed. addidit, ut forma indicat. In (1) au supplendum censeo „frustra" post exercetur. Formula frequ est in Plauto et Terentio, qui eadem significatione etiam dic „operam perdere". Cf. Lorentz ad Pseud. 357, Brix Capt. 344.

Ibid. 27 Ille ringitur tu rideas

Don. (4) Varie, nam pronuntiativo coniunctivum misc Addidit Editor: non dixit enim „ringitur".

Ibid. 29 Ubi tu dubites quid sumas potissimum

(2) Non „potius" sed „potissimum" dixit, ut in re omni alia potiora monstraret. Plautus „standum est in lecto, si q de summa petas" (Men. I 1. 27). Philosophatur et exempl asserit ineptum.

Pervenimus ad eam Phormionis scaenam (II 3), cuius scho post primos versus, dupliciter sunt tradita, in altera serie vs. 3 ad finem, in altera B a vs. 5 ad finem. Has autem S badini, Rabbow, Wessner repraesentare putabant duor Excerptorum illorum commenti specimina, quae ad cet fabulas huiusque scaenas primas a Compilatore essent confu sed ad hanc scaenam ab eodem altera post alteram transcri

II 3. 3 Adeste quaeso

(2) Proprie: adesse enim causae proprie dicuntur patroni et amici. A (6) Proprie advocatis dixit.

Secundum me habemus Donatum in (2), magistri cuiusdam excerptum in A (6); secundum Sabb. Rabb. Wessn. illic scholia utriusque excerptoris in primis vss. etiam confusa, hic alterius excerptum.

Ibid. 5 Pro deum immortalium! Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?

B (2) Magno ingenio Terentius impudentiam calumniatoris expressit, nam et prior incipit et prior accusat. — (3) Et quia non potest dicere „expellit Ph. Demipho?" „negat cognatam?" dixit.

Indicavi Interpolatoris additamentum ineptissimum: etiamsi Hormio illud dicere potuerat (non potuit autem ante minationem Demiphonis vs. 77), tamen non dixisset, quia cognationis negatio hoc loco unice commemoranda erat. In (1) autem agnosco scholium integrum Donati, in quo nihil desideretur, nisi alterius hominis excerptum.

A vacat ad hunc versum et ad 6, 7, 9, 10, quorum scholia supersunt tantum in B, et quidem plenissima denuo satisque longa.

Ibid. 8 Demipho ad advocatos: Ipsum esse opinor de quo agebam. Sequimini!

„A „Sequimini" dixit, quia properantius et concitatiore gradu surgit iratus.

Sic vere Donatus, nam senem indignantem et iratum (vs. sqq.) vix passibus aequare possunt amici. Pugnat cum his schol. B: Apparet Demiphonem ut patrem familiae perturbari non mediocriter, quippe qui et advocatos conquisiverit adversus hominem sine advocatis agentem et progredi non audeat, nisi illi sequantur. Immo Demipho nec nunc neque in reliqua scaena perturbatus est aut ideo advocatos conquisivit, nec metu eos incitat ut sequantur, sed omnia festinabunda agit indignatione.

Habemus igitur in A scholium breve sed plenum ipsius commenti, in B contrariam Editoris interpretationem satis longam.

Ibid. 10 Ignoratur parens, negligitur ipsa

B (2) „Ignoratur" non agnoscitur, — (3) *„Ignoratur" quod fingitur, — hoc enim significat modo.* (4) *Et* „parens" pater,

nam ut variaret parentem dixit, quem supra (vs. 7) dixerat patrem. (5) Patrem ergo dixit puellae a Demiphone ignorari

Quam vehementer hic interpolatus sit B (A deest) ostendunt cursiva Wessneri, qui quattuor tantummodo verba intacta reliquit. Merito, sed accedat oportet etiam (5), otiosa conclusiuncula magistelli per *ergo*, quem saepius iam offendimus. Scholia (3) et (4) olent sapientiam Editoris, nisi quod verba *hoc enim sign. modo*, a Wessnero recte a praegressis separata, magistello reddenda sunt.

Itaque serie B, praeter longam et integram adnotationem Donati (1), quam omisi, exhibet operam et Editoris et magistellorum duorum vel unius.

Ibid. 11 Vide avaritia quid facit!

A Haec conversus ad circulum et coronam circumstantium conqueritur et dicit: nulla enim re magis populus concitatur quam si quis egenum contemnat; inde et Sallustius „bonis invident et malos extollunt, atque sed". etc.

B (2) Proprie: „vide" stomachantibus convenit, qui indignatione coguntur quasi cum aliquo colloqui; sic ipse in Adelphis „illud sis vide: exemplum disciplinae!" Sunt qui putent illum alicui de corona circumstantium dicere moraliter „vide".

Ex contrariis interpretationibus τοῦ „vide" sana est B (2) et apto exemplo illustrata, et reicienda est A cum inepto exemplo quippe quod nequaquam ostendat, populum concitari si egenus contemnitur; totus enim Sallustii locus sic se habet: „Nam semper in civitate, quibus opes nullae sunt b. i. m. e., veteres odere nova exoptant, odio suarum rerum mutari omnia student turba atque seditionibus sine cura aluntur, quoniam egestas facile habetur sine damno.

Hanc autem Interpolatoris [1]) interpretationem minus probabilem ex A aliquis magister rettulit post finem scholii Don. in B (2) „Sunt qui putent" cett.

Itaque in A Editor exstat, in B (2) (nec non in B (1)) Donatus cum additamento magistri petito ab Editore.

Ibid. 12 Si erum insimulabis avaritiae male audies

---

1) Stilus interpolatoris cognoscitur tautologiis „circulum et coronam", „conqueritur et dicit".

A(1) „Insimulare" est crimen ingerere; sic Cicero „nihil eorum quae Galli insimulabant, negavit" (Cat. III 12). B(1) Insimulatio est et falsi et veri criminis incusatio; sic Cicero (l.l.).

Illud genuinum est, hoc Editoris, qui amat verba, praesertim substantiva, derivata ab eo quod in textu est, in censum vocare. Igitur in A commentum, in B Editorem habemus cum exemplo commenti.

Ibid. 13 O audaciam, etiam me ultro accusatum advenit!

A: Exclamatio est; et ostendit, quid absente patre defenderit filius. B: Hic iam ostenditur persuasum Demiphoni esse vim adhibitam filio suo uxorem ducere, uno cum hunc audacem appellat, altero quod dicit „etiam", quae coniunctio ad Antiphonem convertitur, et sic „accusatum".

Altera pars scholii A „et ostendit" cett. pertinere videtur ad vss. sequentes et est e genere rhetorico quod a Donato abiudicavi in Mnem. XXXIII 229 sqq. cuiusque exempla in Phormione dedi p. 244 sqq. Schol. B. pessime exaratum Donato dari non potest, nam et exclamatio „o audaciam" perperam trahitur ad accusationem Antiphonis, et ea quae sunt: „ducere" pro „ut duceret" [1]), „uno" „altero", „coniunctio convertitur ad A." ab illius latinitate nimis abhorrent. Igitur Donatus de exclamatione perspicua tacuit. A rhetorem habet, B Interpolatorem.

Ibid. 14 Phorm. Nam iam adulescenti nihil est quod succenseam si illum minus norat

A(2) Vide ut veteratorie ostendat contradixisse adulescentem.

B(1) Hic subtiliter ac latenter [2]) purgatur a Phormione apud patrem Antipho: cum dicit „iam non est quod succenseam iuveni" ostendit adhuc succensuisse et inimico fuisse animo, cumque addit „si illum minus norat", ostendit contradixisse sibi et restitisse in iudicio. (2) Et sic dicit, quasi adulescens non agnoscens puellam veniam meruerit, pater negata cognata ferri non possit.

Delenda sunt quae de his disputavi, cum mihi de loci lectione

---

1) Quod olim correxi Mnem. XXXII 249, sed praestat ab Interpolatorum latinitate manus abstinere.

2) Similiter Don. usurpavit „latenter" II 1.18 (2), Ad. V 8.6.

nondum constaret ante editionem Wessn., in Mnem. XXXI p. 250. Schol. B (1) rectissime se habet, dummodo „ostendit" utrobique intelligimus „patri persuadet", nam revera Antipho nec succensuit nec contradixit Phormioni, sed cum eo vinci se passus est (vs. 135 „vincimur"). Tum igitur A (2) breve excerptum est ex Donati B (1); huic autem genuino Ed. affixit suum (2), ubi verborum intentio alia esse dicitur quam quae Donato visa erat merito.

Ibid. 15 Quippe natu grandior

B (4) ⟨„Grandior"⟩ hic comparativus non est, sed habet significationem a positivo minus; Vergilius „iam senior sed cruda deo viridisque senectus" (VI 304). (6) Et „grandior" non „grandis", quasi dicat: grandior fuit, quam ut illum adulescens nosse posset. (7) Proprie grandis ad speciem refertur aetatis, ut grandis puer, grandis virgo et grandis senex dicitur.

Interpretatio in (6) prorsus est inutilis et lectorem nihil docet certi: nempe „grandior" causam indicat cur senex iam rure semper degeret nec nosceretur ab Antiphone. Donato concedendum est (4), quocum compara ad Hec. prol. II 3 (2): „Adulescentior" haec comparatio minus a positivo sonat et vim diminutivam exprimit, ut „iam senior", cett. Cum (7) compara Ad. IV 5. 39 (1): „Grandem" ad aetatem veteres rettulerunt, non ad corpus, et in parte aetatis dicitur „grandis", non in tota vita, nisi additur „natu", ut „grandis natu parens adductus ad supplicium" (Cic. Verr. I 76). Et grandis infans et grandis puer et grandis ephebus et grandis virgo recte dicitur. In his postrema: Et grandis infans sqq. Wessnero additicia videntur, possunt tamen ferri pro exemplis illius quod dixit „in parte aetatis" dici. Videtur ad hunc locum Adelphorum Interpolator finxisse schol. (7); si cui tamen Donatus semet ipse repetivisse videatur, id non vehementer impugnem. A deest.

Ibid. 16 Pauper, cui in opere vita erat, ruri fere se continebat

A (1) „Vita" pro victu posuit. (2) Et „opera" hic septimus casus est.

B (2) „Opera" [1]) septimus casus est et „vita" nominativus.

1) Lemma A exhibet „opere", B „opera". Quod in A (2) legitur „opera", ostendi hoc excerptum esse ex B (2). Contra B (3) respicit lemma A „opere".

Ex his illud excerptum est, hoc fortasse plenum Donati.

B (3) „In opere vita erat" [1]) id est: qui opere faciendo quaerebat cibum. (4) Et bene addidit „fere": non enim semper, sed plerumque. (5) Expresse ostendit miseriam eius, qui in urbe natus interdixerat sibi accessus eius ob pudorem inopiae; — nam hoc significat „continebat", unde contenti dicuntur in malis durantes. — hoc autem apud veteres faciebant nobiles, cum ad paupertatem redacti erant.

Schol. (5) unum Donati et continuum interpolatum esse sententia causali per *nam*, iam notavit Wessnerus; explicat Editor pro more vocem deductam a verbo quod legitur in textu (cf. supra sub 12) Scholia (3) et (4) non est quod Donato denegemus. Sed quid dicendum de A (1) et A (3) quod sic audit: Continere ⟨se⟩ dicitur, qui contra voluntatem se retinet?

Neutrum Donato concesserim: A (1) sensu non discrepat a B (3), quod illi dedimus; A (3) vix verum est, si componimus „intra silvas sese continere" (Caes.) et similia, nec quadrat cum Don. B. (4) „interdixerat sibi accessus".

Si haec igitur vere disputata sunt, series A nihil Donati continet, sed duo magistrorum compendia atque verbi interpretationem. B praeter schol. (1) satis inane Editoris („hic ostenditur quam pauper fuerit") [2]) exhibet scholia genuina (2) (3) (4) et (5) cum interpolatione Editoris.

Ibid. 18 Saepe interea mihi senex narrabat

A Habet miseriam otiosa (i. e. tranquilla) narratio. B (2) Miserabiliter et invidiose positum „senex" et maiore fide, quia „narrabat" dixit non „querebatur".

Brevem Donati adnotationem in A dilatatam audimus ab Editore in B (2), nam „senex" h. l. sine emphasi dicitur et „querebatur" ferri non poterat.

Ibid. 19 B (1) „Hunc se neglegere" ἀμφιβολία, sed quae sensu dissolvitur. Repetitio magistri vel Ed. est in 7 B (1) „„Patrem se scire" ambiguitas quae tamen discernitur sensu".

---

1) In codd. lemma est per errorem „Ruri fere", unde Wessn. supplevit: „qui ⟨ruri⟩ o. f. q. c."; minus recte.

2) Eugraphius B (1) (3) et A (1) quasi coniunxit: Expressit paupertatem, cui victus quotidianus opera quaerebatur.

Ibid. 20 Quem ego viderim in vita optimum

A Modo „in vita" in moribus. B (2) In actu ac moribus (3) Et „in vita" hoc est: cum viveret et quoad vixit.

Nulla harum interpretatio placet. Sloman recte „in my life", ut iam Bentleius: *unquam, in vita mea.* A Donato de derim, qui cum dicit „modo" (= hoc loco) respicere videtu aliam significationem quam „vitae" exhibuit ad I 3. 12 (3) vide supra. Mira forma scholii (3) Editorem redolet.

Ibid. 21. Sequuntur scholia omnium fere difficillima. Geta laudes, quas Phormio in senem illum contulit, sic respuit:

Videas te atque illum, ut narras. Ph. I in malam crucem

De obscura illa formula in A nihil legitur nisi hoc de pro nuntiatione: Melius hoc clare dictum a servo accipimus, qui defendisse dominum videretur. Contra permulta in altera serie B (1) Deest „vidisti". (2) Scit enim illum vera non dicere. (3) „In malam c." adverbialiter ut „huc viciniae" (Andr. I 1. 43). (4) Hoc est: parem tete illi existimo atque illum tibi. (5) An potius: servus sciens hanc personam fingi vel certe etiam mortui vis⟨um⟩ hominis induci, male precatur parasito, ut etiam ipse sic aut nusquam sit ut fictus, aut pereat ut mortuus? (6) An sic accipiendum est, ut servus summissa voce hoc pro iocum dixerit: tantum tu in vita te videas optimum, quantus fuit ille quem narras? (7) An sic intellegendum, ut servus hoc dicat: si optimum est victum opera quaerere et in alieno agro esse, videas te atque illum vidisti (cf. (1)), quemadmodum narras, vivere, et alluserit ad illud quod ait „quem ego viderim in vita optimum"?

Adde Eugraphium: Servus narrat pro domino sese agere cognosce te atque illum cum quo loqueris (legitne: cui narras?) Bentleius locum corruptum esse credens: „Donatus, inquit ut solet implicatus falsae lectioni, quo se vertat nescit: quatuor diversas interpretationes adfert, omnes exsibilandas. Ne recentiores se expediunt. Palmerius emendationem tentat sed infeliciter: „Videas ted, illum ut narras"". Bentl. ipse corrigit: „Vidisti nullum, ut narras"; coniectura non multo felicior Rhunkenius: „Locus foedissime corruptus; vide coniecturas apud Bentleium". Dziatzko omittit „ut", unde restat „Videas te, atque illum narras", scil. „optimum esse", ut Geta seric

quatur optetque hoc: Tu, Phormio, talem, tam bonum, te ideas, qualem illum esse narras. Sloman: „Compare yourself and him according to your account", i. e. „what a contrast between such an excellent man as you describe and a rascal like yourself." The meaning must be uncomplimentary to account for Phormio's rejoinder (i. e. seni illi ficticio). Some explain thus, „do you see to your stories about yourself and him, it is nothing to us", or, „see what liess you are telling about yourself and him."

Ubi etiam hodie sic titubatur, quid mirum si nihil ibi bonae frugis praebuerunt interpretes veteres. Ex horum temptamentis in (5) facile agnoscimus miram philosophi nostri inventionem, qui de spectro cogitat. Auctor scholii (6) verba magis sobrie explicuit, nempe Getam cum hoc eloquio non, ut in reliquo sermone, stare a parte Demiphonis, sed clam, submissa voce, Phormionem compellare, et ironice optare: „tantum tu" cett.; at vero quid haec ipsa verba „tantum tu" seq. proprie significent non aperte declarat; videtur locum intelligere ut Dziatzko, sed ironice. Omnium minime displicet, quod legitur in (7), cuius scholii significatio saltem aperta est nec absurda; scilicet arripit Geta Phormionis verba ultima: „At quem virum! quem ego viderim in vita optimum! et odiose ei eandem vitam in alieno agro aerumnosam imprecatur, quam ille senis optimi fuisse narravit. Tum ergo elocutio iusto brevior sic est explenda: „Videas te ita viventem atque illum vidisti, ut (falso scil.) narras." De ita omisso ante „atque" vid. Dziatzko ad h. v.

Hoc igitur Donatum invenisse puto, e cuius scholio magister (1) excerpsit: deest „vidisti"; alius (2) verba „ut narras" sic interpretatus est „scit enim illum non vera dicere". Tertius denique suo marte interpretationem infeliciter temptavit in (4). Tum in (5) Editorem audiri supra vidimus.

Sed quid censendum est de auctore schol. (6)? Possis putare hoc alterum temptamen esse Editoris, minus ineptum quam praecedens (5); at hoc nec per se verisimile est — nam procul dubio huic homini prius illud multo magis placebat eiusque ingenio conveniebat, — et est cur hoc in commento iam adfuisse credam, nempe propter scholium unicum A, huius enim scholii forma et argumentum ea sunt, ut Donato reddendum

videatur, qui verbis „melius hoc clare dictum" cett., opti refellit illud, quod in (6) est de „summissa voce". Itaque vum hic exemplum invenimus eius rei, quam antea [1]) ob vavimus, Donatum citare interpretationem antiquiorem, addentem ut vulgo „sunt qui intelligant", vel tale quid, dein hanc refutare (in A (1)) suamque novam subiungere (7)

Si haec vere disputata sunt, Editor in commento inve quinque scholia hoc ordine disposita: B (6), A, B (7) de l enarratione, et B (3) de nota formula; praeterea in margin opinor, legebatur B (4). Haec ita ordinavit, ut praeponeret h vissimum (4), tum insereret suum (5) et assumeret (6), A, ((3). Compilator ex margine ab initio posuit (1) (2) adiunxitq (3) e fine translatum. Tandem is, qui confecit seriem A, unu modo scholium excerpsit de pronuntiatione [2]), etenim in A loc difficilis prorsus omittitur.

Ibid. ad vv. 22 et 23 in B quattuor scholia leguntur genuin in A unum tantum ad vs. 23: „Ob hanc" id est pro filia i sius, — idque suspectum propter formam (p r o f.).

Ibid. ad vs. 24 in B tria scholia Donati plena et integr in A haec duo: (1) A s p e r n a r i est averti non solum corpo sed etiam animo. (2) A s p e r n a r i est recusare aut fere n agnoscere; est autem dictum ab „a" et „sperno".

Alterutrum a Donato abiudicandum; credo hoc, ubi ver significatio minus recte efficitur ex iis quae Phormio dixit v 5 sq., cum reapse sit longe vehementior, ut est in Gloss. „desp cere, contemnere, detestari". De (1) confer Livianum: „pos quam aspernabantur flagitium aures" (VIII 8. 3) et Plautinu illud in Capt. III 3. 2 „a me segregant spernuntque se".

Ibid. 25. In B duo Donati. In A: (1) „Pergin" *ἀπόστροφ* per *παρένθεσιν*. (2) „Male loqui" pro maledicere. (3) „Imp rissime" improbissime. (2) excerptum ex B (2): „male loqui pro male dicere, et quaerit Probus, quis ante Terentium dixeri Schol. (3) Donato concedi potest, sed dubito de (1) propter

1) Supra p. 31 ad Eun. I 2. 4 (3).

2) Unde utriusque ordinis A et B origo repetenda sit, postea inquiram, et i vide quae dicuntur ad vs. 28 et 30.

quod additur „per παρένθεσιν", cum secundum Artem Don. IV 372. 10 hic nudus sit apostrophus non parenthesis, de qua vide ibid. 262. 32. Cf. praeterea seq. schol. 26 (2).

Ibid. 26. In B tria Donati. In A unum ab Editore interpolatum: „Ain tandem carcer". Non carcereum sed carcerem asperius appellavit; sic Lucilius „carcer vix carcere dignus". cf. „vix" *pro* „non". Cf. supra p. 17 ad Eun. III 2. 19 (1).

Ibid. 27 Bonorum extortor legum contortor

A: Fingit illi crimina de causa et de negotio. B: Ingeniose de ipso negotio sunt inventa convicia.

Hoc recte se habet, non enim nisi convicia sunt. In A observatio rhetorica impropria est de meris conviciis.

Ibid. 28 Demipho postquam fictum Phormionis cum Geta litigium aliquamdiu auscultavit, hunc iam clara voce compellat: „Geta". Phormio eundem submissa voce monet ut ero aurem praebeat: „Responde"! Tum Geta, qui erum nondum conspexisse se simulat, respiciens: „Quis homo est?" inquit.

A „Quis h. h. est?" Mire servus finxit se non vidisse senem, ut ea quae dixerit in Phormionem sincere dixisse credatur.

B (1) „Responde" Timuit poeta, ne huiusmodi vociferatio Getae quasi veram discordiam apud populum fingeret, et ideo facit eum a Phormione admoneri. (2) „Quis h. h. est?" Ita mera dissimulatione additum „homo", ut videatur nihil de praesentia domini cogitasse.

A et B (1) Donati sunt, in cuius commento praecedebat B (1), ubi „vociferatio" intelligitur Getae convicia in Phormionem vs. 27: Bonorum extortor, legum contortor! In B (2) Editor corrigere sibi videtur id quod Don. de iisdem verbis apertissime dixit in A, sed partim idem repetit, partim fallitur in eo quod inepte dicit „nihil de praesentia d. cogitasse" pro praesentiam non sensisse, vel tale quid.

B (3), de alia re, genuinum est.

Quid haec scholia nos docent? Centies iam offendimus Editorem Donateis suas correctiones, plus minusve tamen ex illis compilatas, continuo subscribentem, nullo intercedente alio scholio. Itaque ille commentum integrum hic habuit, in quo scholia legerentur hoc ordine: B (1), A, B (3), tum suo loco correctionem B (2) inseruit post A. Itaque diversae series

A et B exstiterunt demum ex Editione Interp toris, non ex ipso iam Donati commento. Hae tem editio, ut identidem observavimus, magistellorum qu additamenta tenebat in marginibus vel etiam in textu.

Hinc factum est, ut et horum hominum et Interpol opera nullo discrimine in utroque ordine deprehendatur i scholia germana. Confirmatam videbit hanc regulam qui scholia iam tractata et etiam tractanda ad eam exegerit.

Ibid. 30 Getam suam senis defensionem iactantem hic i pellat his:

Ohe [iam] desine!

A: Imponit silentium Getae, quasi validiora dicturus si sic et supra „tace" dixit senex (vs. 28). B: Hac voce ost plus iusto pro se locutum videri Getam, nam „ohe" interi est satietatem usque ad fastidium designans. Horatius (S 5. 96) „donec „ohe!" iam ad caelum manibus sublatis dix urge".

Ecce ratio superiori prorsus contraria, cum nunc A exh Editoris scholium aemulum Donatei in B, cuius attende ele tiam in definitione et exemplo. Quo iure autem in A „ diora" dicatur, non assequor; exspectas „magis vana"; at c scholium 33 (1) „Ais" dicimus de his qui vana loquuntur cere autem de his, qui validiora, — unde Ed. vocem for sumpsit.

Ad hunc usque versum series B scholiorum numero et gitudine multo locupletior fuit, sed inde a vs. 31 alte utroque nomine superat.

De scholiis A ad vs. 31—35, ubi B deest, nihil adnotan est praeter emblema magistri aut Editoris in 32 (2) „Mil respondeas" bene „mihi" utpote patri adulescentis. — ve mino Getae, vel etiam seni. — Reliqua in his scholiis nuina sunt.

Ibid. 35 Proinde expiscare quasi non noris

A Expiscari est diligentissime quaerere, ubinam p lateant. — Ergo tractum verbum a piscatoribus. B „Proi similitudinis adverbium modo est, non coniunctio ut „pr tona eloquio, solitum tibi" (Aen. XI 383).

Praeter additamentum otiosum per *ergo*, utrumque redi

um, qui prius locutus est de „proinde", dein de sequenti „expiscare".

positum est repetere h. l. argumentum, quo usus sum contra eos qui duobus excerptoribus hos ordines A et B ri putarent. Scripsi nempe in Mnem. XXXII p. 213 praelia hoc quoque: „Excerptores illi nimirum scholia in suam que editionem transferebant in utilitatem lectorum, unde entaneum erat, utrumque excerpsisse in genere optima et issima ac non raro eadem. Sed res aliter se habet. Uterque ulo vitavit ea quae alteri placuerant, nam ordines numquam eadem exhibent [1]). Diceres eos operam praestitisse ex comto, nisi haec coniectura nimis esset inepta". Sic ad hunc um e duabus Donati notationibus utilibus alter alteram exrpsisset, neglecta altera. Idem valet de scholiis Donati in A B ad 14 A (1) iuxta B, 24 et 25 et 28 item, 43, 46, 49, 73. Si igitur verum est, in quo demonstrando haec tota disputatio versatur, utramque seriem inquinatam esse iisdem interpolationibus Editoris et insuper additamentis magistellorum a Compilatore translatis iisque similibus, quae in reliquarum quoque fabularum scholiis deprehendimus, et si praeterea altera series alterius rationem semper habuit, sequitur seriem A et B post commentum a Compilatore confectum demum exstitisse et quidem alteram post alteram. Qua ratione hoc fieri potuerit postea adumbrabo.

Ad vs. 36—41 deest B; quae in A leguntur brevia sunt sed sincera praeter vs. 38.

Ibid. 38 De. Dic nomen. Ph. Nomen? Maxime. De. Quid nunc taces?

(2) Hic ergo deest „nescio" vel „necessarium est". (3) „Quid n. t." Urget senex, quia intellegit eum nomen nescire.

Manifestum additamentum est conclusio ex (3) per *ergo* in (2), nec unum, sed duo opinor, nam alter mag. addidit ineptum illud „vel necess. est".

---

1) Concinunt tantum in quattuor levissimis rebus: 16 Opera septimus casus est; 20 in moribus; 25 male loqui pro maledicere; 26 Lucilius: carcer vix carcere dignus.

Ibid. 43 et 46 Utraque series exhibet ad hos locos sch… genuina, nihil amplius.

Ibid. 49 De. Ita ut dicis. Ergo tum cum advenissem (… in iudicium)

Lepida Demiphonis verba „Ita ut dicis" spectant tantum … quae Phormio dixit vs. 46: „primus esses memoriter progeni… vostram usque ab avo atque atavo proferens", non ad id q… ille dixerat vs. 46 „si talentum rem reliquisset decem", … perperam tracta sunt ab Editore in A(1): Ita sum, inquit, … dicis avarus et superbus. Schol. A(2)(3) et B de schemate … nati sunt.

Ibid. 51—59 Sex scholia breviora Donati in A. Deest … qui contra ad 61 Donati schol. exhibet longius.

Ibid. 62 A(1)(2) brevia Donati. B tritum illud magistell… „id" pro ob id [1]).

Ibid. 64, 65, 66 A quattuor brevia Donati. B rhetorica … 64 et 66 [2]).

Ibid. 67 Ph. Itane tandem quaeso, virginem cum duxeri… mercedem dare lex iubet ei atque amittere?

A Bene „amittere", quia finis cupiditatis amissio est. … per se et hoc loco satis absurdum; significat enim repudiare

Ibid. 68 A(1) Longum et integrum Donati. (2) Rheto… cum [3]). Vides igitur utramque seriem etiam rhetoricas interp… lationes tenere. B deest.

Ibid. 70 et 72 A duo brevia Donati.

Ibid. 73 Sine modo

A(1) Haec minantis sunt verba. (2) Bene imitatus est … modum comminantis. IP hoc illi pro augmento addidisse videtur.

B duo brevia genuina.

Ibid. 75 A rhetoricum spurium. B duo genuina. 76 et 78 A scholiuncula incerta.

Ibid. 79 Dem. ... cum uxore hac ipsum prohibebo domo ...
Ph. Tu te idem melius feceris

---

1) Cf. Mnem. XXXII p. 303 adn.
2) Cf. Mnem. XXXIII p. 246.
3) Hoc inserendum in Mnem. XXXIII p. 246 post 66.

„Tu tē i. m. f.". Locus est hic ut se ostendat Phormio mpacto egisse cum Antiphone. B: Quidam sic intellegunt te id. m. f.", ut senex potius exeat quam eiciat filium; ciose autem loquitur Phormio, ut adimat suspicionem seni ensionis et convenientiae inter parasitum et filium. Sen- ia verborum „Tu te idem melius feceris" aperta est et a mano sic reddita: „it would be better to do the same a yourself" i. e. „to leave the house yourself". Et sic etiam iatzko. Illi „quidam" igitur recte intellexerunt nec cogitari est, quomodo scholiasta, qui vix alius esse potest quam e Donatus, pervenerit ad alteram interpretationum, nisi su- mus eum legisse „Tute idem m. f." idque sic explicasse: ic idem quod dixisti (i. e. prohibe filium cum uxore domo), hil melius facere poteris. Tunc lemma Donati fuit Tute, n Tu te, et simul declaratur cur insolenter lemma repe- tur, nempe quod dicit sic intelligunt id spectat alteram ctionem, quae subicitur, tu te, haec igitur lectio obiectum st verbi intellegunt, non sequens sententia „ut senex" cett. ic Donati explicatio non quidem defendi, sed tamen excusari uodammodo poterit.

Schol. A, quod contrarium docet atque Donatus, nempe Phor- tionem non celare sed ostendere consensionem cum Antiphone, tique Editori adsignandum est. Wessnerus cum Teubero emere correxit „⟨non⟩ de compacto e. c. A."; tum autem cholium conspiraret cum Donati interpretatione et pertineret d parallelorum speciem Interpolatoris, ubi eadem aliis verbis petit.

Reliqua scholia brevissima, ad vs. 81, 82, 86, 88, 90, 92, 93, nnia leguntur in A, nisi quod ad vs. 93 B notat ἔλλειψιν. aec omnia genuina sunt praeter 86: „Quae tuam senectutem lectet" non te sed tuam senectutem. Huius auctorem iam vimus, redit ad Andr. V 3. 15 (3) Non „me" sed „meam nectutem", quod plus est et miserabilius, dicit.

Antequam ex hac scholiorum recensione ad Phormionem II 3 ncludam de duorum ordinum A et B natura atque origine, ius interpolationes exsequar, quae in rarescentibus scholiis veniuntur ad eiusdem fabulae scaenas II 4—V 9.

II 4 In hac scaena praeter vere Donatea leguntur nova[1] scholia rhetorica de quibus vide Mnem. XXXIII p. 246 sq. Haec non derivanda sunt ab editione Interpolatoris sed Compilatore aliunde illata.

III 1. 13 (2) „Confutavit verbis", convicit, ut si dicat „refutavit". (2) Sed refutatio in personam.

Editor Donatum falsa differentia corrigit. Cicero refutare confutare cum obiecto personali et reali iunxit promiscue comicis in usu fuit confutare. „Refutat" in Pacuvio suspectum erat Ribbeckio p. 83.

Ibid. 14 (2) Ordine: primo dominum, post Phormionem ultimum se posuit (cf. vs. 11, 12, 14). Scholium nimis ineptum.

III 2. 17 Neque Antipho alia cum occupatus esset sollicitudine
Tum hoc esset[2]) mi obiectum malum!

(1) Hoc dolet Phaedria, quod in eadem re laboraverit Antipho id est in amore, quodque amare contigerit. (2) „Alia" amore aliqua sollicitudine quam haec est quam nunc gerit. (3) An „alia" praeter hanc quam de me gerit. (4) Ordo et sensus hic est: neque tum esset mihi hoc obiectum malum cum Antipho alia sollicitudine esset occupatus, levi quapiam non hac de nuptiis, quae est gravissima.

Verborum sententia ambigua est. „Neque" iungi potest cum „alia", cum „occupatus esset", cum altera sententia „tum" esset.

Schol. (1) iungit „neque alia" = eadem et verba sic intelligere videtur: dolere Phaedriam quod, dum ipse adhuc laboret in amore, Antipho iam laboraverit, i. e. non amplius laboret, quippe cui amatam possidere contigerit. Interpretatio obscure enuntiata et amico indigna, quippe qui doleret amicum prosperitatem in amore.

---

1) Numeravi ibi scholia satis multa rhetorica non Donatea cum in hac tum praecedenti parte commenti ad Phormionem. In scholiis ad II 3—V notavi hanc II 3. 1, B 15 (5), B 20 (1), B 64, B 66 (1). II 4. 1 (2), 11, 12 (1), (2), 13 (2), 15 (2), 16, 18, 19. III 2. 1 (1), 11 (1). IV 1. 1. VI 6, 7, 24 postr. V 9. 1. 25, (longiss.), 28 (1) (2), 29 (2) in f. 45. Praeter haec et ea quae supra deinceps tractabuntur omnia scholia Donato esse danda videntur; pleraque brevissima sunt.

2) Sic perperam lemma et scholiasta in (4) pro esse.

ıol. (4) Iungit „Neque tum" sqq. et locum sic enarrat: : Phaedria hoc malum sibi non tum obiectum esse, cum pho alia, hoc est leviore, sollicitudine occuparetur quam ua nunc versatur. Sic igitur „esset" = esse et „alia" ım pro leviore. Excerptum huius scholii legitur in (2): a" minore aliqua, cett.

Denique schol. brevissimum (3) locum sic explicare videtur: et Phaedria hoc malum sibi tum obiectum esse, cum Antipho ı alia etiam praeter hanc quam de Phaedria gerat sollicitu- ıe esset occupatus. Hoc sane nimis absurdum.

Non tantum veteres interpretes de loci sententia laborarunt, l recentiores etiam valde dissentiunt. Bentleius interpunxit ıst „Neque" et sensum sic libere reddidit: „Indignatur Phae- ria ... se tum in sollicitudine esse, cum Antipho beatissimus t" [1]). Wagnerus pro „Neque" correxit „Atque", eumque ecutus est Dziatzko, cui tamen vel sic loci forma non satis- acit. Sloman vertit: „And to think of my being confronted with this trouble just when Antipho had been engrossed with a similar („neque alia") anxiety", idemque refert hanc versio- nem viri doct. S. C. Jebb: „And to think that this blow should not have befallen me when. A had same love trouble on hand too".

De tam variis interpretationibus paene dixerim cum Livio: „Haec utcumque animadversa aut existimata erunt, haud in magno equidem ponam discrimine". Proximae vero videntur enarrationes in scholio (4) et Bentlei ac Slomanni, sed harum quoque nulla non habet, quod displiceat, vel propter sententiam vel propter loci structuram minus probabilem.

---

1) Nota Bentlei digna est quae describatur: „Donatus sic explicat. *Alia, levi cupiam, non hac de nuptiis, quae est gravissima* (cf. schol. (4)); hoc voluit: Dolere Phaedriam, adeo occupatam esse alia cura Antiphonem, ut de suo hoc negotio, nec spatium ei cogitandi nec voluntas sit. Atque haec interpretatio fere hodie obtinet; nisi quod Guyetus, cui illa non satisfacit, antiquum suum obtinens, tres hos versus ut insiticios damnat. Omnino aliud est, quod voluit Poeta. Indignatur Phaedria, vel ex aemulatione et invidia inter pares et cognatos, vel quod in miseria socii se invicem magis curant et adiuvant, se tum in sollicitudine esse, cum Antipho beatissimus sit. Hoc idem sensit supra I 3. 11 Antiphonem *amore abundare*, nimia felicitatis copia gravari: et nunc id ipsum hic sensisse, quae sequuntur, ostendunt. *O fortunissime Antipho!*.

Iam vero, ut ad scholia redeam, Donato cum Bentleio tribuerim (4) huiusque excerptum (2) magistro nescio cui tum (1) re et forma satis debile Editori; denique (3) alii magistro supplenti collegae notationem (2). Itaque in commento legebatur tantummodo schol. (4), huic Ed. praescripsit (1) denique Compilator vel ex Editoris vel ex alius editionis margine inseruit (2) (3).

Ibid. 40 Ant. Iam ea (dies praestituta olim cum Phaedria) praeteriit? Dor. Non, verum haec ei antecessit

(2) Urbane leno „haec antecessit", ut alii putant meretrix vendita, ut alii dies lenoni quam constitutum fuit. — (3) An aperte leno perfidus mentitur, unde sequitur „non pud. vanitatis"? (4) Ergo plus est „antecessit" quam praeteriit. — (5) „Non pud. vanit." apparet supra lenonem de perfidia anticipati temporis esse confessum.

Dorias leno diem praestituerat ad quam Phaedria pecuniam, ille puellam daret (vs. 38), sed interveniente milite eam nihilo minus vendiderat.

Urbanitas, hoc est lepor (cf. V 8.95 (1)), scholii (2) in eo est posita quod leno non negat quidem diem Phaedriae nondum praeteriisse, sed versute et vafre ait alteram ei antecessisse. Sed quid est haec? Respondet scholiasta: „ut alii putant meretrix vendita (i. e. ipsa venditio meretricis), ut alii dies lenoni, quam constitutum fuit".

Postrema sententia laborat corruptela. Wessn. correxit: „d. l ⟨in⟩ quam constitutum fuit", quod minus intelligo. Scholiasta nimirum significat aut ipsum diem quo veniit, aut diem, quam cum novo emptore constituerat tradendae mulieris [1]). Itaque verba sic fere corrigenda videntur; „dies qua (vel in quam) lenoni constitutum fuit (scil. tradere puellam)".

Sequitur falsa coniectura in (3), nam leno non mentitur, verum urbane vana et perfida locutione usus est. Itaque (3) Editori reddendum est, nec non inepta conclusio per caram e

---

1) Sloman „haec, sc. the day on which the other purchaser appeared", quae versio hanc quaestionem non dirimit. E versu 45: „Cras mane argentum mihi miles dare se dixit" apparet, alteram scholiastae significationem iustiorem esse, ut declaratur in (5).

mulam *plus est* in (4), quod cum (3) coniunctum fuit. stant schol. (2), ubi „haec" non meretricem, sed diem incare merito decernitur, et (5), quae iuxta fuere in commento ibusque Ed. suam coniecturam et conclusionem interposuit, nia haec ad priorem Donati notationem pertinebant.

IV 3. 6 Compluria

(1) Secundum regulam locutus est, nam hoc complure t haec compluria. (2) Sic veteres, quod nostri dempta yllaba complura dicunt; sic et Cato Originum V „fana in o loco compluria" et Cicero in Protagora „confirmandi genera ompluria". — Credo quia veteres hoc plure non hoc plus icebant.

Formae plure et complure, quantum cognovi, alibi nusquam commemorantur, et denuo impudenter fictae sunt ab IP., atque is est, qui Donati scholio (2) suffixit suum „Credo" [1]). Alius magister ex Don. (2) cum additamento Editoris concinnavit schol. (1).

Ibid. 30 Haec hinc facessat

(1) Pro „hinc se faciat" id est abeat, ut „huc se faciat" huc accedat significat. (2) „Facessat" pro cedat, alias faciat. *Ergo duas res significat hoc unum verbum* (Wessn. c.). (3) An hinc „facessat" proverbialiter quasi hinc faciat? Plautus „rgentum hinc facite" (fragm. susp. XII G.). (4) „Huc te ac" dicitur pro „huc accede".

E scholio genuino (1) duo magistri confecerunt potius quam excerpserunt scholia (2) et (4), atque ad (2) mag. A, opinor, st qui adnexuit cursiva Wessneri „Ergo" cett. Haec igitur e marginibus inseruit Compilator. Editor Donateo suam, ut solet, coniecturam inanem subiunxit per *an*, addens exemplum Plautinum, ut ait, sed fortasse subditicium, hoc est ab ipso impudenter fictum.

De facere et facere se pro facessere vide Friedlaenderum ad cenam Trimalchionis c. 62 „coepit ad stelas

1) Wessnerus de Aem. Aspro p. 38 adn. verba „credo ... dicebant" attribuit illi, quem appellat „commentatorem Ego" („Egokommentator"), sed scholia per *ego* non unius sunt auctoris. Cf. supra p. 281. Idem schol. (1) minus iuste nominat „ein trivialer Auszug des Originals ohne Zitate".

facere" p. 154 et p. 288, ubi citat Apul. Met. V 2 „paulo fidentior intra limen sese facit". Tertull. de pall. 3 „ad illum ex Libya Hammon facit".

Ibid. 63. Sexcentas proinde potius mihi iam scribito

(1) Perspicere hinc licet consuetudinem utriusque sermonis, nam Apollodorus μυρίας dixit pro multis. — (2) Et ut apud Graecos μύρια ita apud nos „sexcenta" dicere pro multis usitatum est. — Cicero „sexcenta possum decreta proferre" (Verr. I 125).

Initium et finem unum Donati scholium efficiunt, cui Compilator e quodam margine infersit initium scholii (2), excerptum a magistro ex (1). Ceterum Donati scholium imitatus est Eugraphius: „Postremum autem sexcentas pro quamvis multas, ut Cicero: possum s. d. p.".

Ibid. 76 Id sumam

(1) Non „fructum", sed „argentum". Hoc vel caecus viderit.

IV 4. 27 Interdixit hariolus

(2) „Hariolus" est qui divina mente vaticinatur. dictus hariolus quasi fariolus a fari. — scilicet H pro F, ut et F pro H in multis locutionibus mutabantur. (3) An ab halando? nam halitu solebant excludere veluti mortalem animam, ut divinam reciperent. Unde et voces eiusmodi dabant, † quae est ex hoc qui hunc sonum exhalandi praestant.

Donatus in (2) derivationem notissimam exhibet, quae invenitur etiam apud Gramm. latinos (VII 11. 10 etc.) et in Glossariis. Postrema verba „scilicet" cett. ei tamen imputanda non sunt; Donatus in tali re ipsa mutationis exempla addere non omittit, ac praeterea particula *scilicet* additamenti suspicionem facit. In (3) autem Editor denuo coniecturam profert, cuius utrum insaniam an audaciam magis mirer nescio. Suppeditavit ei hoc inventum harioli definitio talis: „Incantatores sive divini, qui concepto ante aram spiritu futura praedicunt". Vel: „Insani, qui spiritu nescio quo inflati vaticinantes circa aras et templa discurrunt atque bacchantur". Gloss. VI p. 512.

Corruptela in fine ita fortasse corrigi potest: „quae exeunt ex (his vel) iis, qui", illius enim verba non nimis eleganter restituenda sunt.

5. 1 Quietus esto

uietus" id est securus: ab eo quod praecedit id quod se-
r. Cf. supra ad Eun. IV 6. 24.

2. 3 Ita fugias, ne praeter casam, ut aiunt

n. (1) Ita fugito, ne praetermittas casam tuam, quae sit tutissimum receptaculum. Huic simplicissimae proverbii ationi Interpolator duas supposuit ineptas has: (2) Aut ugias, ne praetereas casam tuam, ubi custodiri magis et endi fur et mulcari verberibus potest. (3) Aut verbum erat s custodis furem exagitantis et interea prohibentis, ne ante n transeat, ne in praetereundo etiam inde aliquid rapiat. ugraphius non minus mirabile: „Fugias non ante casam, in casam; enim stultum est, cum auxilium habere possis, illam fugere, non in illam; utique enim auxilium tuae us debes petere, non alienum". Cum his compara Pom-m (G. L. V 311): Nescio qui puta fur rapuit nescio quid ugit ante domum eius cui rapuerat, tu dicis illud quod mus in Terentio „ita f. n. p. c.".

eorges (Otto A. f. L. L. V 9) cum Donato „Fliehe so, du nicht an der bergenden Hütte vorbei rennst, d. i. dass nicht vor Eifer zu entkommen dem eigentlichen Zielpunkt(?) er Flucht verfehlst". Sloman: „In running away, don't the house (i. e. your master's)", vel „don't pass your ty". Dziatzko vix recte: „Wer einer Gefahr durch Flucht zu entziehen sucht, soll zusehen, dass er nicht dabei seine usung den etwaigen Verfolgern überlasse. Das Sprichwort rielleicht einem verbreiteten Kinderspiele entlehnt". Hanc pretationem probavit Otto, quod miror, cum scite citet cum proverbium: *οἶκοι γενοίμην· ἐπὶ τῶν ἐκφυγεῖν τὰ δεινὰ κένων*; ceterum non a puerili ludo sed e re militari (casa castra) desumptum esse putat. Idem tamen merito probat ti interpretationem ad vs. 1: „Queritur de se senex, quod avari infamiam fugit, stulti reprehensionem incidisset". mirum proverbium eos carpit, qui, dum Scyllam vitare ndunt festinatione et mentis anxietate ac stupore abrepti arybdim incurrunt.

V 8. 28 Sed transi sodes ad forum atque illud mihi
Argentum rursum iube rescribi, Phormio.
Ph. Quod ego rescripsi porro illis quibus debui?

(1) „Rescribi" reddi, scilicet per mensae scripturam. (2) Quoniam adnumerationem pecuniae antecedit scriptura, rescribere dicebant pro remuneratione, et sic infert „quod ego rescripsi porro illis quibus debui". Haec est ergo figura, in qua secunda de primis significatum sumunt. (3) „Rescribi" per scripturam, id est de mensae scriptura dari; unde hodie additur chirographis „domo ex arca sine mensae scriptura".

30 (1) „Quod ego r. i." per scripturam reddidi. (2) Illis dedi, ut apud Vergilium „deditur hic subito Troiana per agmina rumor" (VII 144).

Illustrantur haec scholia his veterum locis [1]): Ad. II 4. 13 (l. „Ego ad forum ibo" tum enim in foro et de mensae scriptura (cf. supra (3)) magis quam ex arca domoque vel cista pecunia numerabatur". Schol. Ter. ed. Schlee p. 139, 14 ad h. l. „reddi per scripturam" Ps. Acron ad Hor. Serm. II 3. 74 „rescribere est enim debitum solvere, hoc est scriptum debiti liberare. Terentius „... iube rescribi" hoc est reddi per scripturam". Serv. ad Aen. VII 422 „rescribi" vero reddi: Horatius (l.l.)

Hi loci non multum lucis ad scholiorum nostrorum auctores cognoscendos afferunt. De his autem sic iudicandum esse censeo.

Schol. (2) concinnum prorsus satis facit ad verbi quod est „rescribi" iustam plenamque intelligentiam. Hoc igitur Donato debemus, qui idem, ut puto, praemisit ex (1): „rescribi" redd — nihil amplius. Praeterea etiam pro additamento habendum est, quod legitur in fine schol. (1) „Haec est ergo figura" cett. Don. figuras separatim refert et vocabulo Graeco vel saltem certiore formula, quam haec est, quae redolet Editoris formulam saepe usurpatam „ab eo quod praecedit, id quod sequitur".

Schol. (3) Editori tribuo, qui res sumpsit e Don. ad Adelph. l. l. sed suis verbis eas vestivit. Schol. 30 (1), uti additamentum 29 (1) „scilicet p. m. scr.", continent vulgarem verbi definitionem, ut ostendunt loci supra citati, quam in marginibus exhibue

1) Hos locos gratus debeo Wessneri industriae in Appendice componendo adhibitae.

int magistri. Denique 30 (2) vel Interpolatori nimis ineptum st, nisi fortasse scripserit sic: „Rescripsi illis" „dedidi, ut pud Verg." cett., ubi pro „diditur" legit „deditur", unde puavit „rescripsi illis" simul significare: inter eos distribui.

In commento igitur hoc erat: „Rescribi" reddi; quoniam adnumerationem ... quibus debui?" Editor tum supplevit: „Haec est ergo ... sumunt", adiunxitque (3). Tandem Compilator ex margine inseruit „scilicet p. m. s. scr." in (1). Ad vs. 30 Donatus vacabat.

Ibid. 50 Chr. Nullus sum ... Sepultus sum

„Sepultus sum" *αὔξησις*. Sic Don. Addidit Ed.: nam plus est quam nullus sum.

Ibid. 60 (2) Proprie militibus adscribuntur „facta". Schol. suspectum.

Ibid. 95 Nisi sequitur, pugnos in ventrem ingere

(1) Urbane „in ventrem" quasi parasito. (2) An „ventrem" totum parasitum dicit, ut Lucilius in secundo „vivite lurcones, comedones, vivite ventres?" (3) An simpliciter, quia qui restitit nec sequitur collo trahentem obtorto, repandum se facit et ventrem proicit, cum in ventrem feritur, currit et sequitur? Particula „An" ab initio schol. (2) procul dubio a dormitante Compilatore (vel librario?) inserta est ad exemplum sequentis (3). Etenim (2) non opponitur praecedenti scholio, sed explicat cur venter „urbane" i. e. lepide, cf. supra p. 304 ad III 2. 40, usurpatus esse dicatur. In (3) deprehendimus Editorem, qui mentis acie, qua non caret, abutitur, ut saepe, in argutas enarrationes nimis longe arcessitas.

V 9. 59 Tu tuum nomen dic quid sit. Ph. Phormio

(1) Bene dixit „tu": interim pronomine utitur, quod non habet nomen. (2) An potentiorum blandimentum circa inferiores fuit hoc, ut nomina eorum quaererent et cum audissent, ipsis nominibus eos compellarent statim? (cf. vs. 61). Tale est in Ad. „qui vocare? — ⟨Geta⟩ — Geta, hominem maximi pretii" etc.

In (2) lector admirabitur nimirum Editoris acumen et eruditionem, non male nunc sed commodissime adhibita, sed desinet mirari, si legerit ipsius Donati adnotationem ad Adelphorum l.l.,

quae sic se habet: „O, qui vocare?" Post „o" nomine vocaturu[m] non habuit quid diceret et ideo subiecit „qui vocare?" Sic Ver[g]ilius: „O — quam te memorem, virgo? Moris est autem in[f]eriores proprio nomine vocare, si blandiri velis; sed hic nomi[n]nis oblitus, dum dubitat et inquirit, inhaesit pronomini". (Cf. Don. in (1)).

De eadem re Wessn. in App. citavit Dan. ad Aen. I 38, ubi haec leguntur: „Nec posse Italia Teucrorum avertere regem et mire Aeneam noluit nominare. Honorantur enim minores a maioribus si suo nomine fuerint nominati, ut „Aeole, namque tibi". Contra contumelia est si maiores a minoribus suo nomine nominantur, ut „Iunonis gravis ira", et „pacem te poscimus omnes, Turne".

Meminimus Wessnerum (praef. p. XLVI) Sabbadinii et Rabbovii vestigiis insistentem coniecisse, scholiorum ordines A et B repraesentare exemplaria, quae excerptor unus et alter e commento Donati servato auctoris nomine confecissent ac „plus minusve transformata in Terentianorum codicum margines" transtulissent; Compilator autem hos ordines ad Phorm. II 3 alterum post alterum dedisset, sed dein ad Phorm. II 4 usque ad finem fabulae neglecto altero alterum tantummodo (A vel B) rettulisset. Quid de hac coniectura censendum sit supra satis disputavi. Nunc id tantum moneo, cum in ordinum scholiis A et B, tum in reliquis ad Pho. II 4 sqq. prorsus similem eiusdem Interpolatoris operam nobis identidem deprehensam esse, quam antea sescenties offendimus in scholiis ad reliquas fabulas et initium Phormionis, unde sequitur illos ordines et rarescentia scholia in reliquam Phormionem ad exemplaria vel exemplar commenti revocanda esse, quod ab illo, quem Editorem appellavi, interpolationibus iam magnopere auctum esset. Quid autem censeam de ordinum illorum rarescentiumque scholiorum auctore et origine in sequenti capite sub finem declarabo.

onspectus interpolationum Editoris ad Eunuchum et Phormionem praeter II 3.

Jt Editoris opera varia et multiplex rite cognoscatur, interationum, quae supra tractatae sunt, genera et species multria sub his titulis disposui [1]).

Imitationes rerum et verborum Donati

n. I 1. 1
2. 4[2]
22[1]
70[2]
98[1] (ut diximus)
II 3. 20[3]
28[1]
59[1]
76[1.2]
III 2. 17[2]
V 2. 10[2]
69[3]
6. 20[2]
Phorm. prol. 26[1]
I 1. 12[4]

I Scholia Donatianis iuxta posita vel opposita sine particulis

n. I 2. 18[3]
28[2]
59[4]?
83[2] [2])
87[5]
88[4]
93 [2])
110[3]
II 2. 5[7] [2])
29[1.2]
54[3]
57[3]
II 3. 10[4]
26[2]
28[2]
II 3. 82[2]?
97[4]
III 1. 11[2]
2. 6[2]
31[3]
5. 2[1]
9[2.3]
14
42[3]
IV 4. 18[1]
20[2]
44[2]
6. 3[1]
4[3]
7. 2[2]
IV 7. 15[1]
16[5]
40[2]
41[1]
V 1. 7[2] (sed ego)
8[1]
5. 22[2.5]
8. 14[1]
29[2]
37[3]
Phorm. I 1. 11[4]
2. 7[6.7]
13[1]
20[2]

) Aliorum commentariorum (ad Vergilium, Horatium, Lucanum, Iuvenalem cett.) nibus quod interpolationes attinet cum Donati commento comparandis nondum vi. De Servianis autem commentariis ad Vergilii carmina lectu dignissima sunt, hac in re Georgius Thilo exposuit in praefatione vol. I p. v sqq.

) Donati fere compendia.

Phorm. I 2. 73[4] II 1. 4[2] III 2. 17[1]
3. 8[3] 2. 8[2] IV 3. 6[2] (credo)
12[2] III 1. 13[2] V 8. 29[3]

III Scholia Donatianis subiuncta per particulas

1. Per *an, an aliter, an potius, an quia, vide an,* sim.

Eun. prol. 24[3] IV 6. 13[2] I 4. 24[1. 2]
I 2. 43[3] 7. 12[2] II 1. 4[2]
120[2] V 2. 37[2] III 2. 40[3]
III 1. 55[2] Phorm. I 1. 6[5] IV 3. 30[3]
2. 10[1] 2. 24[2] 4. 27[3]
4. 8[2] 84[3] V 8. 95[3]
IV 3. 13[3] 4. 15[2] 9. 59[2]
24[6]

2. Per *nam, enim, non enim*

Eun. prol. 17 II 3. 91[2] V 3. 10[1]
I 2. 9[2] III 2. 48 4. 12[3]
II 1. 14[3] IV 3. 18[1] 30[2]
21[3] 6. 20[2] 46
2. 40[6] 25[1] 8. 29[2]
Phorm. V 8. 50

3. Per *aut, aut — aut*

Eun. prol. 73 II 3. 53[3] V 4. 17[2]
I 2. 83[5] III 1. 18[6] 5. 10[2]
120[2] 22[4] 8. 34[2]
124[2] IV 1. 21[2] 35[1]
II 2. 30[4] V 2. 54[4] Phorm. I 2. 73[4]
3. 21[3] 3. 11[2] V 2. 3[2. 3]

4. Per *vel*

Eun. II. 1. 18[4] IV 1. 13[3] IV 7. 10[4]
2. 6[3] 6. 31[4] V 2. 4[2]
III 5. 17[2]

5. Per *sed*

Eun. I 2. 88[7] II 3. 89[3] (sed melius) IV 7. 16[4]
II 1. 5[3] III 1. 6[1] V 1. 7[2] (s. ego
3. 14[2] 2. 3[3] 8. 26[2]
69[2] IV 6. 17[1] (tamen) 8. 35[1]

V 8. 49[9] (s. mihi videtur) V 8. 49[10] (sunt qui s. male) Phorm. I 2. 92[5]

Per *Simul, et simul, et bene, mire, vide,* sim.

I 2. 91[2] (et melius) 103[2] 109[3]
II 1. 62[3] 2. 29[2] 3. 72[3] 84[6]
II 3. 45[5] (et quam opportune) III 2. 38[4] 5. 23[3] IV 5. 5[3] (et honorifice) 6. 23[3] (et melius) 7. 16[6]
IV 7. 20[4] V 2. 20 3. 7 4. 33 5. 22[2. 5] 8. 42[4] (considera) Phorm. I 1. 19[1] (docte)

V Scholia ab Editore ultro prolata

Harum species distinxi has:

Quae nullum habent indicium externum

I 2. 88[9] II 2. 37[1] 46[1] 3. 34[2] 81 82[1] III 2. 4[2] 12[3] 17[1]
III 2. 24[3] IV 1. 8[3] 4. 2[5] 20[6] 53[4] 7. 9[4] V 2. 1[3] 25[3] 36[2]
V 2. 41[1] 3. 7 6. 23[3] 8. 40[1] Phorm. pr. 23[2. 3] II 3. 5 B[3] III 1. 14[2] V 8. 30[2]

Quae exhibent particulas vel formulas

2. *Non — sed*

I 2. 71[1] 74[5] 87[2] 99[4] II 1. 9[2] 11[2] 3. 16[4] 79[2]
III 2. 18[4] 31[5] 42[5] 5. 56[4] IV 7. 20[1] 41[5] V 1. 5[1] 2. 14[2]
V 8. 42[4] Phorm. I 1. 8[1] 2. 10[5] 4. 30[4] 39[3] II 1. 50[2] 2. 27[4] 29[2]

3. *Utrum — an*

Eun. prol. 94 | II 2. 28[1] | 3. 8[1] | 21[5] | III 2. 31[4] | IV 4. 21[7] | 7. 9[4] | V 2. 38 | Phorm. I 1. 9[6] | 2. 3[1] | 18[6]

4. *Rettulit ad — ad, quia*, sim.

Eun. I 1. 9[2] | II 2. 5[3] | 11[2] | 12[1] | II 3. 11[3] | V 1. 8[1] | 2. 41[1] | 4. 4[5] | Phorm. I 1. 11[3] | Eun. II 3. 45[5] (*pro* to

5. *Plus est*

Eun. III 1. 13[1] | 22[4] | 3. 27 | 28 | V 6. 21[2] | V 7. 4[2] | 8. 49[4. 5] | Phorm. I 2. 12[3]? | 19[3] | 26[3] | I 2. 57[2] | II 1. 30 | 2. 10[1] | V 8. 50

6. *Ergo* [1])

Eun. II 3. 79[2] | V 4. 19 | V 8. 20[2] | Phorm. I 2. 57[4] | I 2. 92[1] | V 8. 29[2]

7. *Differentiae verborum praecipuae*

Eun. II 3. 14[3] | III 5. 17[2] | IV 2. 14 | IV 7. 24[3] | 42[2] | V 4. 11[2] | V 7. 1[5] | Phorm. prol. 34[2] | III 1. 13[2]

8. *Definitiones verborum*

Eun. I 1. 10[3] | II 2. 9[2] | 26[2] | 28[3] | 3. 13[4] | 45[2] | 52[2] | 57[2. 3] | II 3. 64[2] | III 5. 53[4] | IV 3. 7[2] | 4. 2[5] | 7. 17[5] | 39[5] | 46[2] | V 8. 27[2. 3] | Phorm. prol. 23[1] | I 1. 9[3] | 11[4] | 3. 12[2] | 4. 15[1] | 30[4]

---

1) Reliqua additamenta levioris momenti per *ergo* cum Editoris tum aliorum magistrorum posthac indicabuntur.

9. *Scholia philosopha quaedam*

Eun. I 2. 113[3] III 1. 13[5] V 8. 15[2]
II 2. 12[4] 2. 6[2] 23[2]
60[3]

10. *Laudatur impense virtus poetae*

Eun. 1 2. 87[5] II 3. 45[5] Phorm. I 1. 11[5]
88[4] V 2. 69[4]

11. *Exempla perperam adhibita*

Eun. IV 3. 3 Lucil. } p. 17 Phorm. I 1. 9[4] Cic.
cf. Andr. I 2. 12 } 4. 15[2] Sall.
II 3. 57[3] Lucan. II 1. 20[5] Verg.
84[3] Cic. l. ign. 62[3] „
IV 7. 13[1] Sall. II 2. 29[2] Plaut.
V 8. 30[1] Verg.

V Interpolationes quae continua Donati scholia dividunt

Has supra lineolis — — distinxi: inseruntur autem per particulas formulasque varias:

et, nam, sed, aut, vel, et bene, nove, ostendit, intelligitur, alia.

Eun. I 1. 20[1. 2] II 3. 15[4] IV 4. 21[3. 6]
28[1. 2] 34[4] 5. 8[1]
2. 5[3] 40[2] 7. 13[1]
22[2] 45[2] V 1. 69[2]
50[1] 52[2] 2. 69[5]
115[6] 67[4] 8. 6[1]
120[7] 90[2] 53[2]
II 1. 3[3] III 2. 38[1] 55[3]
9[2] IV 1. 10[2] Phorm. I 2. 3[4]
11[2] 3. 6 92[4]
3. 11[3] 11[1] II 1. 62[3]
13[2]

Conspectus interpolationum ad Phormionem II 3.

Ut appareat Editoris operam in ambobus scholiorum ordinibus A et B eandem esse atque in reliquo commento, interpolationum genera hic quoque, quoad praesto sunt, disponam; nunc

autem una opera addam magistrorum excerpta vel additamenta quae e reliqua Phormione et ex Eunucho postea recensebunt

II Ad hoc genus pertinet in A: 11, 26, 30 (haec iuxta v rum Donatum in B), 49[1] (iuxta D. in A[2.3]), 73[2] (iuxta Do in A[1]), 79 (contra Don. B). In B: 8 (iuxta Don. in A), 1 (contra Don. in B[1]), 15[6] (iuxta Don. in B[4.5]), 20[2] (idem 21[5] (contra Don. in B[6.7]), 28[2] (iuxta Don. in A).

III et IV In A 18[2] (exempl. inept.), 24[1] (defin. verbi), (item), 86 (*non — sed*). In B: 5[3] (*et quia*), 10[3.4] (*nam*) 1 (defin. v.), 13, 16[1] (item), 18[2] (*non — sed*).

V In A 32[2] (*vel, vel*). In B 16[5] (*nam*).

Magistris tribui; in A: 3[6], 13 (rhet.), 14[2] (exc. ex B[1] Don 16[1.2.3], 23. 25[2] (exc. ex B[2] Don.), 27 (rhet.), 35 (*ergo*) 3 (*ergo deest*). In B: 10[3] (W. c.), 11[2] (*sunt qui putant*), 1 (rhet.), 18[2], 21[1.2.4], 62.

De editoris opera ad Phormionem II 3 sqq.

Cum igitur ordines A et B, quod ad Editoris et magistr lorum operam attinet, nihil differant a reliquo commento ab hoc eatenus tantum discrepent, quod ambo quidem s multa, singulatim vero solito pauciora scholia exhibent, cu denique ita inter se consociati sint, ut vicissim scholia po sideant, quae alterum identidem ordinem respiciant (A iux aut contra B et vice versa), necessario sequitur A et B nihil esse nisi Excerpta ex commento ab Editore iam re tractato et quibusdam magistrorum additamentis iam munito. Itaque coniectura Wessneri c. s. sic convertenda est, ut hi ordines non ex commento Donati genuino a duobus excerptoribus confecti esse dicantur, nec nobis elementa repraesentent, unde commentum quod nos habemus, post variam deinceps interpolatorum operam, tandem exstiterit, sed contra, ut ex commento interpolato, quale superest ad initium Phormionis aliasque fabulas quattuor, haec excerpta originem duxerint: haec igitur illi commento non priora sed posteriora sunt.

Iam vero si quaeritur, quis ordinum confector fuerit et cur sic laboraverit, ita conicio:

interpolator primarius manibus tenuit et retractavit commentum primum ipsius Donati, quod iam tum aliquibus magistrorum notationibus erat ornatum [1]). Ex hac retractatione tum est commentum secundum ab interpolatore sepatim editum sub medium fere saeculum quintum [2]). Aliquanto ost, cum genuini commenti memoria iam prorsus interiisset, stitit Compilator qui confecit commentum tertium obis servatum. Ille putabat quidem se tractare ipsius Donati ommentum, sed revera iterum edidit commentum secundum, actum sat multis notationibus, quae partim in margine ipsius ommenti partim in editionum fabularum marginibus paulatim b variis ludi magistris, grammaticam et initia rhetorices dontibus confectae erant; ipse autem, praeter harum notularum ispositionem in contextu commenti secundi, vix quicquam raestitit de suo, quantum adhuc video, nisi quod scholiorum rdinem et copulationem aliquoties mutasse existimandus est.

Cum autem hoc officium per quattuor fabulas et dimidium fere sedulo peregisset, nescimus qua festinandi causa coactus [3]) laborandi rationem inde a Phormionis actu II scaena III subito mutavit, reddiditque non totum amplius commentum II, sed excerptum (A) atque hoc facere perrexit per sequentes scaenas ad exitum fabulae, dum modo largius (velut IV 3, V 8. 9) modo parcius (velut III[3], IV 1 et 2, V 3, 4, 7) exemplum suum excerpebat; hoc officio peracto cum nova laborandi facultas vel otium exstitisset, ea quae omiserat suppeditare incohavit [4]), sed ultra unam scaenam II 3 nescimus quo casu telum pertexere non potuit.

---

1) Cf. supra p. 10, alibi.

2) Sic tempus indicavi medium fere inter Donatum, qui teste discipulo Hieronymo insignis fuit a. 353, et medium saeculum sextum, ante quod commentum, quo nos utimur, natum est (Wessn. in praef. p. XLV). Saeculo quinto ineunte studia Terentiana nondum consopita fuisse docet Rufini commentarium in metra Terentiana (G. L. VI 565).

3) Non operis taedio languescere incepit, opinor, is qui portum in conspectu iam habebat, sed aliis officiis vel morbo aliove casu graviore implicatus susceptum opus in brevius contrahere debuit. Dein, cum excerpsisset totum commentum, ad explendum rediit quamdiu officia illa vel casus ille adhuc permitteret.

4) Hinc factum est, ut ordines A et B nusquam fere similia exhibeant, sed alter alterum expleat, quod usu venire non potuit, si duo excerptores uterque suo nomine commentum retractassent.

Compilatorem autem, officio defungi festinantem, in excerpendis scholiis ad II 4 sqq. non adhibuisse notulas marginales in editionibus Terentianis, quas supra commemoravi, sed tantum modo commentum secundum mediocriter adnotatiuncul munitum, hinc verisimile est, quod in scholiis illis, quae CXC sun numero, vix septem istiusmodi notulas invenire potui. Sed a altera parte scholia rhetorica post-Donatea exhibentur viginti unde concludo ludimagistrum illum, qui Phormionem val multis huiusmodi scholiunculis tironum in usum ornavit, i fecisse in marginibus commenti secundi.

Scholia variorum.

Cum in initio huius disquisitionis scholia suspecta dividerem praeter Imitationes et Excerpta et Interpolationes quartum ge nus seposui, quod ita describebam pag. 8:

A superiore illo genere interpolationum secernendum est aliu ubi iuxta breves Donatianas verborum, rarius rerum explicati nes, leguntur eorundem verborum vel rerum interpretationes magistrorum, qui cum illo et inter se varie certant.

Tametsi in his insunt quae etiam Editori debeantur, tamen hoc genus seiunctim tractavi, quia scholiorum forma et indole proprium ostendunt colorem: versantur fere omnia in verborum definitione atque brevia sunt et eiusmodi, ut de auctore certo iudicari saepe nequeat.

In Eunucho.

Prol. 4 Tum si quis est, qui dictum in se inclementius
Existimavit esse, sic existimet,
Responsum non dictum esse, quia laesit prior

(2) Superius „dictum" (vs. 4) participium ⟨est⟩, inferius nomen, a quo etiam dicaces dicuntur, qui malignis iocosis salibus maledicunt. (3) Figura πλοκή, nam „dictum" bis numero positum supra nomen significat, infra participium, ut in Heautontimorumeno „in quem quidvis harum rerum convenit, quae sunt dicta in stultum" (VI. 3).

27 Si id est peccatum, peccatum imprudentia est
Primo negat peccatum, dehinc concedit et purgat.
σχή, nam superius „peccatum" nomen est, sequens par-
n. (5) Et primo negat peccatum, deinde si peccatum
ırgat id ipsum veniali qualitate ab imprudentiae partibus.
. 41 Nullum est iam dictum quod non dictum sit prius
μα λόγου· πλοκή, nam „dictum", bis positum ut supe-
peccatum" (vs. 27), diversa significat.
vs. 6 „dictum" et in vs. 27 „peccatum" utroque loco
pia sunt. Figura πλοκή cadit tantum in „dictum" bis
e positum vs. 41, ut recte observavit Donatus, cuius
„ut superius „peccatum"" non pertinent ad sequens „di-
significat", sed ad praecedens „bis positum". Habemus
tres eius imitationes: 6 (2) et (3) et 27 (4), e quibus
ɔmae duae debentur fortasse uni imitatori satis imperito,
xemplum addidit ex Heautontimorumeno prorsus ineptum.
. 6 (2) auctorem sui Editorem prodit additamento etymo-
ɔ, qualia ei in deliciis esse saepe vidimus, idemque contra
ıon prius sed posterius „dictum" nomen esse scripsit.
holia ad vs. 27 (2) et (5) rhetorica sunt de quaestione
in his versibus lateat, quam uberrime tractavit Eugra-
ıs ad vs. 19. Eiusmodi scholia rhetorica a Donato abiu-
da esse demonstravi in Mnem. XXXIII p. 125 sqq. et
9 sqq. — Alterum autem (2) alterius (5) excerptum est.
is igitur scholiis Donato relinquitur tantum id quod legitur
. 41. Sabb. mecum proscripsit 6 (2) et (3) et 27 (2), non
) et (5).

2. 24 Si falsum aut vanum aut fictum est continuo pa-
est
„Falsum" est quo tegitur id quod factum est, „vanum"
uod fieri non potest, „fictum" quod factum non est et fieri
t.
scite Donatus. Dein sequuntur haec:
Vel „falsum" est fictum mendacium simile veritati, „va-
nec possibile nec verisimile, „fictum" totum sine vero
erisimile. (3) „Falsum" loqui mendacis est, „fictum"
i, „vanum" stulti. (4) „Falsum" loqui culpae est, „fic-

tum" versutiae [1]), „vanum" vecordiae. (5) „Falsis" decipi „fictis" delectamur, „vana" contemnimus.

Facio cum Sabbadinio, qui haec omnia interpolator dedit: „un esempio di quattro variazione" (Stud. It. III p. 3 Dicere vix opus est me schol. (2) per *vel* Editori adsign reliqua tres magistri luserunt. Cf. Gloss. p. 449 „fictum poetas pertinet, ubi quae facta non sunt facta dicuntur, e fictum dicitur quod tantum verisimile est", quocum conv Isidor. diff. 221.

Ibid. 16 Imprudens harum rerum ignarusque omnium

(3) Prudentia naturalis est, gnaritas extrinsecus ven

(4) „Imprudens" per se „ignarus" per alios. (5) Hoc qui nec suspicatus sit neque ex aliquo audierit.

Manifesti sunt tres auctores: Donatus, cui (5), Editor, cui magister aliquis, cui (4) tribuo. Sabb. proscripsit (4), non

Ibid. 67 Praeterea ut suis restituam ac reddam. Sola s habeo hic neminem

(1) Restituimur his, quibus nos volumus, reddim his, qui nos volunt. — (2) Ergo restituimur volen reddimur volentibus. — Sed in hac utrumque est. (3) „Sc ad familiarium refertur absentiam, „habeo hic neminem" alienorum amicitiam: potest enim sola esse, habere tamen quam foris. (4) Et „habeo hic neminem" plus sonat qu „neminem hic habeo". (5) Et „sola sum" ab his quos nat conciliat per se, „habeo hic neminem" eorum qui volun iunguntur.

Scholia (1) + (2) unum continuum Donati efficiunt, si de tur emblema magistri A, quem novimus, per *ergo*. Et schol. (3) optimae notae est et genuinum, cui Editor de n affixit suum (5), ubi cum voce „natura" confer id, quod m scribebat ad vs. 56 „naturalis" et I 2. 4 (2) „natura ma caloris", de quo scholio vide supra p. 30.

Schol. (4) alicuius magistri esse puto a Compilatore inte situm. Sabb. etiam damnavit (4) et (5), nec non (2), c tamen postrema verba Donato danda esse censui.

---

1) Elegans correctio Bentlei pro libr. lect. „virtutis".

l. 68 **Sola sum; habeo hic neminem neque amicum neque**
:um
. (1) Bene hoc apud amatorem (*Thais colloquitur cum*
'ia), nam aliud est amator, aliud amicus: amator,
. tempus, amicus qui perpetuo amat [1]). Addidit Ed. satis
: (2) An quia in patris potestate est Phaedria? S. c.
: igitur referre debui sub certis Editoris interpolationibus.

l. 25 **Haec superat ipsam Thaidem**
ı. (4) Hoc sic accipias, non tamquam vituperari Thaidem,
περβολικῶς: ideo addidit „ipsum", quasi quae nimiae pul-
dinis est. Alius mag. (an Ed.?): (5) Et bene „ipsam",
ar quam datur. De schol. (2) vide supra p. 42. S. c.

3. 27 **Corpus solidum et suci plenum**
„Corpus solidum" quia iunceum non est. (3) „Suci
ım" quia nemo deduxit cibum; nam sucus est humor in
ıre, quo abundant bene valentes: „et sucus pecori et lac
ıcitur agnis" (Verg. E. III). (4) Sucus est proprie quasi
us, quem sibi ex alimentis membra sugunt, ut se re-
ıt. . (5) „Corpus solidum" plenum et forte, id est non
.dum. (6) „Suci plenum" sucus est interior pinguedo
ıbrorum.
:holia (2) (3) (4) sincera sunt et respiciunt id quod praecedit
24 sq. „Si quae est habitior paulo, pugilem esse aiunt,
ıcunt cibum: tametsi bona est natura, reddunt curatura
eam". In commento Donati iuncta fuerunt (3) et (4). His
o Editor apposuit sua commenta (5) et (6).
abb. perperam notavit (4), recte (5) et (6).

3. 1 **Ubi ego illum scelerosum misera atque impium in-**
ım?
) Scelerosus est multorum ⟨scelerum [2])⟩, scelestus
ınius. (4) Scelerosus proprie auctor est sceleris, sce-

---

[1]) Cf. Don. ad Andr. I 1. 49 „Amator fingi potest, amans vere amat" et denuo V 3. 3 (1) Amicus animi est, amator corporis", e. q. s.
[2]) Sic supplendum.

leratus in quo scelus sit constitutum aut commissum. (5) Scelerosus accusatio personae. (6) „Scelerosum" Thaidem, „impium" in virginem,

Schol. (3) Donato non indignum est. Sequuntur varietat magistrorum, e quibus (4) Editori dederim, cuius vide mira latinitatem. Schol. (6) falsam differentiam exhibet.

IV 7. 43 Bene putas

(3) Hoc est recte putas, sapis vel intelligis. Vergilius „multa putans sortemque animo miseratur iniquam" (VI 332

(4) Vel conicis. (5) Vel „putas" disputas. (6) V „putas" cogitas.

Similiter post Don. (3) plures magistri sua protulerunt.

In Phormione.

Prol. 34 Bonitasque nostra adiutans atque aequanimitas

(1) „Bonitas" in omnibus generaliter rebus, „aequanimita in spectando. Sic sana ratione Donatus. Sequuntur haec: (2) A „bonitas" in spectandis his quae bona sunt (!), „aequanimita in ignoscendis vitiis atque delictis? (3) An ταυτολογία est. (4) An „bonitas" circa omnes, „aequanimitas" circa Terentium!

In (2) deprehendimus male sanum acumen et verbositate Editoris, iuxta quem denuo duo magistri prodeunt.

I 1. 1 Amicus summus meus et popularis Geta

(6) „Amicus" a voluntate „popularis" a fortuna. (7) „P pularis" eiusdem condicionis gregisque. Sallustius „populari sceleris sui" (Cat. 22. 1). Sic Donatus, a cuius sana simpli citate vide denuo quantopere distent magistrorum conamin quae sequuntur: (8) Et „popularis" populo amatus est. (9) „Po pularis" civis est. (10) „Popularis" humilis est. (11) „Po pularis" vilis ⟨e?⟩ populoque factus ut si quis dicat sordidu popularemque civem. Ex his dubitari nequit quin Edi tori adsignandum sit id quod doctrinam qualemcumque pro fitetur, nempe (11). Schol. (9) repetitum est ex Ad. II 1. 1 (1) nunc autem „populares" cives dicit.

Ex reliquis scholiis Donato danda sunt longiores (1) et (

Schol. (3) est rhetoricum e schola; (4) „Et vide ser-
stendi **Davum** et non ostendi cuius sit servus", — nec
(5) „ „**Amicus** summus meus" causa, cur in scaenam
t **Davus**", futtilia sunt.
ıe **Editor** in commento iuvenit (1) (2) (6) (7) (12) ac for-
ı **commenti** margine (4) et (5), nisi illud ipse invenerit.
›posuit **suum** (11) iusto loco ante (12). Compilator ex
.s **margine** inseruit (3) (8) (9) (10).

69 **Non** si redisset ei pater veniam daret?
„Si" **pro** „postquam", ut „si nona diem mortalibus alma"
V **64**). (3) „Si" **cum** redisset.
gister (3) iuxta Donatum. Similiter interpolatori danda
quae leguntur ad **Hec.** IV 1. 55 (2) „nisi forte (scil. „si")
vel quod significat", et quae deinde sequuntur cursiva
neri, nec non sequentia usque ad „interrogative pronun-

2. 10 Vereor ne istaec fortitudo in nervum erumpat
) **Ex** consuetudine Romana dixit, quia saepe in nervum
ciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi. (6) An
ıquid proverbium ex sagittariis natum est, quod immodera-
plerumque vires adducendo arcu non telum incitent, sed
vum sibi aliquem laedant? (8) Ergo fortitudine nimia
pe vinci, saepe decipi contingit.
Veram et Donatianam proverbii enarrationem praebet schol. (5),
od pro loci interpretamento etiam citavit **Dziatzko**. **Slo-**
an, vertit: „should end by landing you in the stocks" cita-
tque vs. 696: „Nostra causa scilicet in nervam potius ibit?" [1]),
cutus nimirum **Rhunkenium**, qui adnotavit: „h. e. ne
ropter istam fortitudinem in vincula coniciaris. Infra IV 4. 15
=vs. 696)". Editoris acumini, nunc non prorsus inepto sed
amen inutili, debentur (6) et (7) per *an*. Denique aliquis ma-
ister addidit conclusionem (8) petitam ex (6) et (7).

1) Scholium ad illum locum (IV 3. 15), quod sic se habet: „In nervum potius
ibit" decipiet, a proverbio tracto a sagittariis, cum vis conatusque tendentis arcum
non in volatum teli, sed in ruptionem nervi expetit", etiam ab Editore profectum
esse sequitur.

E scholiis praecedentibus etiam Editori reddendum est (1): „O vir fortis atque amicus" ordine laudavit: plus est enim „amicus" quam „vir fortis".

II 3. 3 Quin tu hoc age

(4) Annuit, ut taceat. Sic Donatus; magister in margine (5) [Et] significat silentium, — quod Compilator adiunxit pro *et*. Reliqua huius scaenae scholia iam supra exsecutus sum. Ad scaenas II 4 sqq. in commento nihil est quod ad hoc genus referendum sit.

Ex hoc igitur genere Editoris scholiorum conspectui supra posito p. 311 sqq. etiam addenda sunt haec: Definitiones verborum Donateis oppositorum: Eun. prol. 6[2], I 2. 56[3], II 3. 27[3]. IV 13. 1[4]. Phorm. I 1. 1[11].

Differentia iuxta Don. I 2. 67[5].

Inventa propria particulis adnexa: *an* Eun. I 2. 68[2]. Phorm. prol. 24[2], II 2. 10[6. 7], *vel* Eun. I 2. 24[2], *plus est* Phorm. II 2. 10[1].

(*Continuabuntur*).

AD ARISTOPH. RAN. 186.

Ad Charonis verba

τίς εἰς τὸ Λήθης πεδίον ἢ εἰς ὄνου πόκας

in editione recentissima, quam curavit I. G. Tucker, annotatum lego: „Ὄκνου πλοκαί (Bergk) is no improvement". — Quam lectionem Conzio tribui equidem in editione mea et in textum recepi, — rectene an perperam non iam quaero: id perspicere nunc mihi videor, neque a *Bergkio* neque a *Conzio* esse excogitatam, sed ab *Aristarcho* olim propositam, nam verba e prisca ad nostram fabulam commentariis excerpta, quae apud Photium Suidamque leguntur, sic esse explenda:

ὄνου πόκαι. ἐπὶ τῶν ἀνηνύτων καὶ τῶν μὴ ὄντων λέγεται ἡ παροιμία ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν κτέ. Ἀρίσταρχος δὲ ⟨Ὄκνου πλοκάς,⟩ διὰ τὸ Κρατῖνον ὑποθέσθαι ἐν Ἅιδου τινὰ σχοινίον πλέκοντα, ὄνον δὲ τὸ πλεκόμενον ἀπεσθίοντα, οἷον ἀποκείροντα.

Vulgatae lectioni opponitur *alia*, quae ab Aristarcho (si sanum hoc nomen) fuerit commendata. v. L.

AD PROCOPIUM.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

(*Continuantur ex Vol. XXXIV pag.* 58.)

Procopii Caesariensis opera omnia. recognovit Iacobus Haury. MCMVI. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri.

In Praefatione Historiae arcanae quae dicitur (Ἀνέκδοτα inscribitur) Procopius ait se, quo tempore bella Iustiniani tempore gesta describeret, permulta metu huius Imperatoris eiusque coniugis compulsum, invitum reticuisse, iam vero illis defunctis permulta aperturum *τὰ μήτε πιστὰ μήτε εἰκότα Φανησόμενα τοῖς ὕστερον γενησομένοις, δεδοικότα μὴ καὶ μυθολογίας ἀποίσεται δόξαν καὶ τοῖς τραγῳδοδιδασκάλοις τετάξεται*, confidentem nihilominus testibus non cariturum esse opus suum, *οἱ γὰρ νῦν ἄνθρωποι*, inquit, *δαιμονιώτατοι μάρτυρες τῶν πράξεων ὄντες ἀξιόχρεῳ παραστήσονται ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον τῆς ὑπὲρ αὐτῶν πίστεως ἔσονται.* Primum quidem se metu cohibitum ne evulgata ab ipso immania principum facinora sceleraque posteris nocerent — *τῶν γὰρ κρατούντων ἀεὶ τοῖς πλείστοις εὔπορος ὑπ' ἀμαθίας ἡ ἐς τῶν προγεγενημένων τὰ κακὰ μίμησις, καὶ πρὸς τὰ ἡμαρτημένα τοῖς παλαιοτέροις ῥᾷόν τε καὶ ἀπονώτερον ἐς ἀεὶ τρέπονται* — mox erexisse persuasionem, contra tale inceptum multum profuturum esse posteris, quippe ita constiturum tyrannis, non inulta fore scelesta ipsorum facinora, itaque *ὀκνηρότερον παρανομήσειν*.

Quod tamen veritus erat, accidit. Ex posteris enim multi, quamvis nescio an immerito, *omnem* ei fidem denegarunt, nec

sane sine causa. Tanta enim vehementia accusatoris (sive e lumniatoris) partes suscepit, ut Iustiniani et Theodorae vita moresque depingens, monstra, qualia in rerum natura v existunt, non homines (*ἀνθρωποδαίμονας* ipse identidem appell describere videatur, itaque dubitari non possit, quin ira et stu abreptus res multum exaggeraverit. De Theodora v. c. un suffecerit exemplum, quod adscribam ex cap. IX § 16: *ἦσα γάρ τις οὕτως ἡδονῆς ἀπάσης οὐδαμῆ*(!) *γέγονεν, ἐπεὶ καὶ ξυναγώγιμον δεῖπνον παλλάκις ἐλθοῦσα ξὺν νεανίαις δέκα τούτων πλείοσιν, ἰσχύι τε σώματος ἀκμάζουσι λί καὶ τὸ λαγνεύειν πεποιημένοις ἔργον, ξυνεκοιτάζετο τοῖς συνδείπνοις ἅπασι τὴν νύκτα ὅλην, ἐπειδὰν δὲ πρὸς ἔργον τοῦτο πάντες ἀπείποιεν, ἥδε παρὰ τοὺς ἐκείνων οἰκέτα ἰοῦσα τριάκοντα ὄντας, ἂν οὕτω τύχοι, ξυνεδυάζετο μὲν α τῶν ἑκάστῳ, κόρον δὲ οὐδ' ὡς ταύτης δὴ τῆς μισητίας ἐλάμβανεν.* Quot verba, tot exaggerationes! quae qua natura muliebris talia *semel*, nedum *identidem*, sustinuisse Puellula comparata cum ista famosa qualis a Iuvenali descri tur meretrix Messalina!

Quamvis igitur valde aucta sint et exaggerata [1]) non solu in Imperatores, sed etiam in Antoninam et Belisarium aliosque saepe in Bellorum historia a Procopio laudatos, crimina, quo minus tamen omnia impudenter ficta esse credamus, duo pra sertim prohibent, cum tempus quo *Historia arcana* scripta est (c. 550 p. C.) aetati Iustinianeae proximum, viventibus regni eius aequalibus atque consciis, tum quod egregie cum principum improbitate concinit misera Imperii illis temporibus conditio. Quare necessario huius operis *aliqua* habenda est historicis ratio, cum praesertim alia multa contineat scitu dignissima.

Hanc autem Procopianorum scriptorum partem nuperrime Iacobus Haury post duo volumina *Bella* continentia, de quibus antehac rettulimus, eximia sagacitate, diligentia, fide, ex codicibus aut primum aut denuo excussis, edidit perpolitam pro-

1) Nihil in hoc genere iocularius iis quae leguntur XVIII § 4: *θᾶσσον γὰρ ἄν τις, οἶμαι, τὴν πᾶσιν ψάμμον ἐξαριθμήσειεν ἢ ὅσους ὁ βασιλεὺς οὗτος ἀνῆρηκε. τὴν δὲ χώραν ἐπὶ πλεῖστον διαριθμούμενος, ἥνπερ ἔρημον τῶν ἐνοικούντων ξυμπέπτωκεν εἶναι, μυριάδας μυριάδων μυρίας φημὶ ἀπολωλέναι.* Scire pervelim quot homines salvi evaserint!

s alienisque coniecturis ita, ut quadrent in scriptorum Bytinorum principem verba Aristophanis de Pluto:

ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας.

ficillimum sane opus, propter scriptoris stilum et dictionem ucydidis, Herodoti, aliorum multorum veterum scriptorum emplis compositam, sed superpositam fundo Byzantino limoso que turbido.

In textu tamen tam curiose restituto nonnullos etiamnunc endere hic illic librariorum errores, non est quod miremur. uare et ipse nunc scribam nonnulla de emendandis aut tenndis vitiis in hac operis Procopiani parte sive nondum animdversis sive minus recte emendatis a viris doctis. Est vero tiam ubi librorum lectio iniuria sollicitata mihi esse videtur.

Primum consideremus quae cap. I, 38 de Antonina Belisarii xore narrantur, ira excandescente quod amator suus Theodosius onscientia et timore motus in monasterium confugisset, τότε ἡ κατ' ἄκρας (Antonina) ἐμάνη καὶ τὴν ἐσθῆτα ξὺν τῇ διαίτῃ ἐς ῥῆσιν μεταβαλοῦσα τὸν πένθιμον περιᾴει συχνὰ κατὰ τὴν οἰκίαν κυόυσα, ὀλολυγῇ τε κεχρημένη ὠλοφύρετο οὐκ ἀπολελειμμένου τἀνδρός, ὁποῖον αὐτῇ ἀγαθὸν ὠλώλει, ὡς πιστόν, ὡς ὔχαριν, ὡς εὐνοικόν, ὡς δραστήριον, τελευτῶσα δὲ τὸν ἄνδρα ἐς ταύτας δὴ ἐπαγαγομένη τὰς ὀλοφύρσεις ἐκάθισεν.

Verba leviter corrupta οὐκ ἀπολελειμμένου τἀνδρός nihil aliud me iudice significare possunt quam παρόντος τἀνδρός *praesente Belisario*. Antonina, quae erat mulieris stupri convictae a marito impudentia, *coram ipso* de moecho suo amisso queritur idque tam flebiliter, ut ipse Belisarius ἐρωτόληπτος et cera mollior tandem et ipse coeperit eiulare: ἔκλαε γοῦν ὁ ταλαίπωρος τὸν τοιοῦτον ἀναπαλῶν Θεοδόσιον. Admirabilis hercle scena! Iam vero cum ἀπολείπεσθαί τινος noto usu significet *se separare ab aliquo*, probabiliter Reiske coniecit ἀπολελειμμένη, ut dicta sit mulier non in aliud conclave se contulisse, sed coram marito dolori suo indulsisse. Contra minus lenis Hauryana coniectura ἐπολομένου apto sensu caret, quoniam manifesto ad eundem Belisarium referenda sunt τἀνδρός et τὸν ἄνδρα, nec prius Theodosium spectare potest. Reiskii emendationem receptam oportuit.

Non magis mihi persuasit editor cap. II § 6 expungens culam ὡς in verbis ὀξυθυμωθεὶς ὑπερφυῶς ὡς, quia fieri pot ut Procopius Thucydidis, Demosthenis, Platonis aliorum imi tor, h. l. Platonis exemplo ita scripserit.

III § 15 καὶ Καλλίγονος μὲν ἤδ' ἐνταῦθα εὑροῦσα τῇδε (Ant ninae) παρέδωκε. Intellegitur quidem ἤδε significare Theodora sed nihil est in praecedentibus, quod legitimum h. l. redd pronominis usum pro nomine aliave Imperatricis significatio qualis aetate Iustiniani sollemnis fuit δέσποινα, ut discim ex cap. 30 § 26. Quare lubenter suppleverim ἡ δ⟨έσποινα Quot autem lacunis (brevibus praesertim) scateat opus Proco vel obiter inspecta haec editio ostendit.

Cap. III § 27. ὕστερον δὲ ὁ προφήτης αὐτῷ (Photio) Ζαχαρί ἐπιστὰς ἔναρ ὅρκοις, Φασίν, ἐκέλευσε Φεύγειν, συλλήψεσθαι ἐν τῷ ἔργῳ τῷδε ὁμολογήσας. Vix recte loco suo legi videt ὅρκοις, quippe quod multo aptius iungatur cum ὁμολογήσας qua cum ἐκέλευσε. Quare vide an transponendum sit post ἔργῳ τῷ

Cap. IV § 5. Notabilis locutio Byzantina μεστὴ (pro ὀργ μεστὴ) ἐγεγόνει. Simili ellipsi usurpatur verbum μεστοῦσθ cap. XIII § 3. Melius quam ego Haury in Byzantinorum operib versatissimus dicere poterit utrum aliis locis occurrat locutio min accurata, quamvis intelligibilis, πότερον ἡμέρα ἢ νύκτωρ ε pro ἡμέρας aut μεθ' ἡμέραν, ut solent veteres dicere, qu legitur mox § 9. Etenim aut ἡμέρας expectatur aut νύξ p νύκτωρ.

Cap. IV § 30, ubi de Belisario scribitur καὶ χειρὶ μὲν ἑκατέρ περιλαβὼν αὐτῆς (Theodorae) ἄμφω τὰς κνήμας, τὴν δὲ γλῶ σαν ἀεὶ τῶν ταρσῶν (= τῶν ποδῶν) τῆς γυναικὸς μεταβ βάζων, τοῦ μὲν βίου καὶ τῆς σωτηρίας αἰτίαν ἐκάλει κτἑ., eu dem interrogatum velim utrum sermonis Byzantini legibus s exprimi potuerit sententia: hominem alternatim lingua su tetigisse pedes Imperatricis, an potius ante τῶν ταρσῶν ver ἐκ θατέρου ἐς θάτερον (= τὸν ἕτερον, ut solet Procopiu periisse censenda sint. De hoc abiecto *adorandi* genere in au Iustiniani legantur quae scribit Procopius cap. 30 § 23: βασιλ

(ante Iustiniani tempora) προσκυνεῖν οὐδαμῇ εἴθιστο, παρὰ δὲ
ιανὸν τε καὶ Θεοδώραν τὰς εἰσόδους ποιούμενοι οἵ τε ἄλλοι
ς καὶ ὅσοι τὸ πατρικίων ἀξίωμα εἶχον ἔπιπτον μὲν εἰς τὸ
εὐθὺς ἐπὶ στόμα, χειρῶν δὲ καὶ ποδῶν ἐς ἄγαν
ι τετανυσμένων τῷ χείλει ποδὸς ἑκατέρου ἀψά-
ἐξανίσταντο!

). IV § 34. ἔφασκόν τε ὡς τῶν δημοσίων χρημάτων Γελίμερός
ὶ Οὐιττίγιδος τὸ πλεῖστον ἀποκρυψάμενος λάθρα ἔτυχε,
ν δὲ αὐτῶν βραχεῖαν — βασιλεῖ ἔδωκε.
i in ἔτυχε recte haesit Reiske minus feliciter coniecisse
ur ἔσχε. Sub ЄTTXЄ, si quid video, latet ЄTTXЄX̃,
ἔτυχ' ἔχων.

p. V § 14. τήν τε γὰρ βασιλίδα ταύτῃ (Antoninae) ἐπιστεῖ-
τὸν αὐτοῦ Φόνον οὐκ ἀπὸ τοῦ εὐκότος ἄν τις ὑπώπτευσε, καὶ
Αντωνίνης σταθμωμένῳ τρόπον ἅπαντά τε Βελισάριον ἐνδιδόναι
ννυκὶ ἐπισταμένῳ (Ioanni) ἐγίνετο μέγα καὶ τὸν ἐσήει.
ultimis verbis alii alia coniecerunt collecta et aucta ab
ore. Equidem suspicor καὐτὸν ἔσωζε, eumque sospitabat
us). Quippe, ut est in § 13, οὐδαμῇ ξυμμῖξαι Βελισαρίῳ
μησε.

ap. V § 26. Obiter corrige γυναικοκρατίαν pro -κράτειαν.

ap. VII § 22. τὰ μὲν οὖν τῶν Βενέτων ἐφέρετο τῇδε. τῶν δὲ
ιστασιωτῶν οἱ μὲν ἐς τὴν ἐκείνων ἀπέκλινον μοῖραν (factionem)
ιυμίᾳ τοῦ ξυναμαρτάνειν τε καὶ μὴ δοῦναι τὴν δίκην,
δὲ Φυγῇ ἐχόμενοι ἐς ἑτέρας ἐλάνθανον χώρας.
lta de suo correxit editor verba codicum τοῦ ξυναμαρτά-
ντος δήμου non inepte quidem, sed ex mea quidem sententia
inus evidenter quam Kraš. τοῦ ξυναμαρτάνοντες δὴ μὴ.
ix autem deinde sanum videtur ἐχόμενοι, quia Φυγῇ ἔχεσθαι,
uod recte diceretur de damnatis, non simpliciter dici potuit
pro φεύγειν. Notissima autem verborum periphrasis est χρῆσθαι
um substantivis, itaque nescio an corrigendum sit: οἱ δὲ Φυγῇ
χρώμενοι — ἐλάνθανον κτέ.

Non magis mihi persuasit editor cap. II § 6 expungens vo culam ὡς in verbis ὀξυθυμωθεὶς ὑπερφυῶς ὡς, quia fieri pote ut Procopius Thucydidis, Demosthenis, Platonis aliorum imita tor, h. l. Platonis exemplo ita scripserit.

III § 15 καὶ Καλλίγονος μὲν ἤδ' ἐνταῦθα εὑροῦσα τῇδε (Anto ninae) παρέδωκε. Intellegitur quidem ἤδε significare Theodoram, sed nihil est in praecedentibus, quod legitimum h. l. redda pronominis usum pro nomine aliave Imperatricis significatione, qualis aetate Iustiniani sollemnis fuit δέσποινα, ut discimus ex cap. 30 § 26. Quare lubenter suppleverim ἡ δ⟨έσποινα⟩. Quot autem lacunis (brevibus praesertim) scateat opus Procopii vel obiter inspecta haec editio ostendit.

Cap. III § 27. ὕστερον δὲ ὁ προφήτης αὐτῷ (Photio) Ζαχαρίας ἐπιστὰς ἔναρ ὅρκοις, Φασίν, ἐκέλευσε Φεύγειν, συλλήψεσθαι οἱ ἐν τῷ ἔργῳ τῷδε ὁμολογήσας. Vix recte loco suo legi videtur ὅρκοις, quippe quod multo aptius iungatur cum ὁμολογήσας quam cum ἐκέλευσε. Quare vide an transponendum sit post ἔργῳ τῷδε.

Cap. IV § 5. Notabilis locutio Byzantina μεστὴ (pro ὀργῆς μεστὴ) ἐγεγόνει. Simili ellipsi usurpatur verbum μεστοῦσθαι cap. XIII § 3. Melius quam ego Haury in Byzantinorum operibus versatissimus dicere poterit utrum aliis locis occurrat locutio minus accurata, quamvis intelligibilis, πότερον ἡμέρα ἢ νύκτωρ εἴη pro ἡμέρας aut μεθ' ἡμέραν, ut solent veteres dicere, quae legitur mox § 9. Etenim aut ἡμέρας expectatur aut νύξ pro νύκτωρ.

Cap. IV § 30, ubi de Belisario scribitur καὶ χειρὶ μὲν ἑκατέρᾳ περιλαβὼν αὐτῆς (Theodorae) ἄμφω τὰς κνήμας, τὴν δὲ γλῶσσαν ἀεὶ τῶν ταρσῶν (= τῶν ποδῶν) τῆς γυναικὸς μεταβιβάζων, τοῦ μὲν βίου καὶ τῆς σωτηρίας αἰτίαν ἐκάλει κτέ., eundem interrogatum velim utrum sermonis Byzantini legibus sic exprimi potuerit sententia: hominem alternatim lingua sua tetigisse pedes Imperatricis, an potius ante τῶν ταρσῶν verba ἐκ θατέρου ἐς θάτερον (= τὸν ἕτερον, ut solet Procopius) periisse censenda sint. De hoc abiecto *adorandi* genere in aula Iustiniani legantur quae scribit Procopius cap. 30 § 23: βασιλεῖ

ι (ante Iustiniani tempora) προσκυνεῖν οὐδαμῇ εἴθιστο, παρὰ δὲ τινιανὸν τε καὶ Θεοδώραν τὰς εἰσόδους ποιούμενοι οἵ τε ἄλλοι ντες καὶ ὅσοι τὸ πατρικίων ἀξίωμα εἶχον ἔπιπτον μὲν εἰς τὸ ος εὐθὺς ἐπὶ στόμα, χειρῶν δὲ καὶ ποδῶν ἐς ἄγαν σι τετανυσμένων τῷ χείλει ποδὸς ἑκατέρου ἀψά- οι ἐξανίσταντο!

ap. IV § 34. ἔΦασκόν τε ὡς τῶν δημοσίων χρημάτων Γελίμερός καὶ Οὐιττίγιδος τὸ πλεῖστον ἀποκρυψάμενος λάθρα ἔτυχε, ραν δὲ αὐτῶν βραχεῖαν — βασιλεῖ ἔδωκε.

Qui in ἔτυχε recte haesit Reiske minus feliciter coniecisse letur ἔσχε. Sub ЄTTXЄ, si quid video, latet ЄTTXЄX̄, ε. ἔτυχ' ἔχων.

Cap. V § 14. τήν τε γὰρ βασιλίδα ταύτῃ (Antoninae) ἐπιστεῖ- ι τὸν αὐτοῦ Φόνον οὐκ ἀπὸ τοῦ εὐκότος ἄν τις ὑπώπτευσε, καὶ ν Ἀντωνίνης σταθμωμένῳ τρόπον ἅπαντά τε Βελισάριον ἐνδιδόναι ῇ γυναικὶ ἐπισταμένῳ (Ioanni) ἐγίνετο μέγα καὶ τὸν ἐσήει. ro ultimis verbis alii alia coniecerunt collecta et aucta ab ditore. Equidem suspicor καὐτὸν ἔσωζε, eumque sospitabat metus). Quippe, ut est in § 13, οὐδαμῇ ξυμμῖξαι Βελισαρίῳ τόλμησε.

Cap. V § 26. Obiter corrige γυναικοκρατίαν pro -κράτειαν.

Cap. VII § 22. τὰ μὲν οὖν τῶν Βενέτων ἐΦέρετο τῇδε. τῶν δὲ ἀντιστασιωτῶν οἱ μὲν ἐς τὴν ἐκείνων ἀπέκλινον μοῖραν (factionem) ἐπιθυμίᾳ τοῦ ξυναμαρτάνειν τε καὶ μὴ δοῦναι τὴν δίκην, οἱ δὲ Φυγῇ ἐχόμενοι ἐς ἑτέρας ἐλάνθανον χώρας.

Ita de suo correxit editor verba codicum τοῦ ξυναμαρτά- ντος δήμου non inepte quidem, sed ex mea quidem sententia minus evidenter quam Kraš. τοῦ ξυναμαρτάνοντες δὴ μὴ. Vix autem deinde sanum videtur ἐχόμενοι, quia Φυγῇ ἔχεσθαι, quod recte diceretur de damnatis, non simpliciter dici potuit pro φεύγειν. Notissima autem verborum periphrasis est χρῆσθαι cum substantivis, itaque nescio an corrigendum sit: οἱ δὲ Φυγῇ χιόμενοι — ἐλάνθανον κτέ.

Cap. VII § 33. *καὶ πολλοὶ μὲν δανεισταὶ τὰ γραμματεῖα — ἀπέδοντο.* Frustra olim conieci *ἀπέδοσαν, reddiderunt.* Complurima enim postea repperi apud Byzantinos exempla verbi medii eodem sensu adhibiti. Vide *Lexicon* meum *Graecum suppletorium* s. v.

Cap. VIII § 24. Rectissime editor addita negatione edidit *γράφω μέντοι ὧν μοι ἐφικέσθαι* ⟨*οὐ*⟩ *δυνατὸν* (paullo fortasse leuius poterat ⟨*ἀ*⟩*δύνατον*) *γέγονεν*, collata § 27 *πῶς ἄν τις τῶν Ἰουστινιανοῦ τρόπων ἐφικέσθαι τῷ λόγῳ δυνατὸς εἴη*, ubi tanquam in conclusione malim: *πῶς ἂν* ⟨*οὖν*⟩ *κτέ.*

Cap. X § 18. *ὁ μὲν γὰρ τοὺς Βενέτους οἷα ἐξαμαρτάνοντας κολάζειν ἠξίου.*

Ante *οἷα* excidisse *μυρία* aut aliquid simile suspicatur Haury. Num forte fuit ⟨*παντ*⟩*οῖα*?

Cap. XII § 24. *λέγουσι δὲ καὶ μοναχόν τινα — πρὸς τῶν αὐτῷ ξυνοικούντων ἀναπεισθέντα σταλῆναι μὲν ἐς Βυζάντιον τοῖς ἄγχιστα σφίσιν ἐνῳκισμένοις ἐπαμυνοῦντα.*

Qui proxime aliquibus habitant, iis non *inhabitant*, sed *accolunt* (*παροικοῦσι*), itaque requiro *τοῖς ἄγχιστα σφίσιν ᾠκισμένοις*. Praepositio adhaesisse videtur ex cauda pronominis.

Cap. XIII § 32. *ἐγρηγορέναι τε γὰρ διηνεκὲς καὶ ταλαιπωρεῖν καὶ πονεῖσθαι οὐκ ἄλλου του ἕνεκα ἔργον πεποίηται* (Iustinianus) *ἢ ὥστε κομπωδεστέρας ἀεὶ καθ' ἑκάστην* (sc. *ἡμέραν*; quod Procopius in hac formula omittere solet) *τοῖς ὑπηκόοις ἐπιτεχνᾶσθαι τὰς συμφοράς.*

Non erant sane hae calamitates aut Iuliano aut ipsis *gloriosae* (*κομπώδεις*), sed *graves ac laboriosae* (*κοπώδεις*), quare una exempta litera *κοπωδεστέρας* rescribere non dubito. Rectissime contra prius vocabulum legitur infra cap. 24 § 3 de *honorariis* militum ante aetatem Iustinianeam: *γεγηρακόσι μέντοι καὶ μέλλουσι τῆς στρατείας ἀφίεσθαι πολλῷ ἔτι κομπωδεστέρα ἡ σύνταξις.*

Cap. XIV § 8. *οὐδὲ φωνὴν ἀφεῖναί τινα ὀτῳοῦν τῶν ἐνταῦθα ξυνειλεγμένων* (senatorum) *τὸ παράπαν ἐξῆν, ἀλλ' ὅ τε βασιλεὺς*

καὶ ἡ σύνοικος ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διαλαγχάνειν μὲν ἀλλήλων τῶν διαφερομένων ἐσκήπτοντο, ἐνίκα δὲ τὰ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ὑπὲρ τούτων ξυγκείμενα, de quali amborum simulatione saepius Procopius queritur.

Locum corruptum non persanat Reiskii coniectura inserentis ὑπέρ ante τῶν διαφερομένων, nusquam saltem διαλαγχάνειν *disceptandi* sensu vidi usurpatum. Vide an scribendum sit διαλαμβάνειν (*considerare*) μὲν ⟨ἐν⟩ ἀλλήλοιν ⟨ἀμφὶ vel περὶ⟩ τῶν διαφερομένων κτἑ.

Cap. XIV § 22. κλέπτων γὰρ ἀεὶ ἐφ' ἑκάτερα τῶν ἐπ' αὐτῷ προστεθαρρηκότων ὀλιγωρεῖν τε καὶ ἀπ' ἐπαντίας ἰέναι οὐδαμῇ αἰσχύνην ὑπώπτευεν εἶναι. Requiro προτεθαρρηκότων. Utrumque compositum abest a lexicis.

Cap. XV § 21. ἐγκλήματά τε ἠκούετο πλῆθος καὶ καταλύσεως πέρι τῶν κατηκόων [λῃΐζεσθαι del. Alemannus] δικαστήριον ἦν. Probe intellegens sensu cassa esse verba καταλύσεως τῶν κατηκόων sagacissimus editor, solito minus felix fuit pro κατηκόων satis violenter in textu de suo reponens καθεστώτων. Non enim agi h. l. de *subversione rei publicae*, sed de *direptione subditorum* (itaque de iudiciis de *repetundis*), satis iam declarat glossema λῃΐζεσθαι, unde luculenter apparet Procopio reddendum esse: καταληΐσεως πέρι τῶν κατηκόων, de quo scelere passim sermo fit in Anecdotis. Ne de composito, quo lexica carent, dubites, suffecerit laudare ipsum Procopium cap. 21 § 21 μισθοφόρος ἐξουσία — καταληΐζομένη τοὺς ὑπηκόους. Aetate autem Byzantina utrumque vocabulum idem fere sonebat.

Cap. XVII § 16. ἐτύγχανε δὲ (Theodora) ὑπό του κυήσασα τῶν ἐραστῶν. Fieri potest ut recte habeat ὑπό, quamvis expectes potius ἀπό, ut veteres dicere solent κυεῖν ἔκ τινος. Nihil affirmo. — Ibidem § 30 melius editor sibi constitisset, si ut alibi recte facere solet e libris scripsisset ἄπο (pro ἀπὸ) τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου. — § 27 haud dubie vera est Reiskii correctio μὴ καλὸς κἀγαθός (pro ἢ ἀγαθός) τις ὁ τὸ ἀξίωμα μετιὼν εἴη. Tam haec quam aliae quaedam summi critici emendationes in notis commemoratae dignae fuerant quae in novo textu lege-

rentur. — § 33 ἔγημέ τε κωκύων καὶ οἰμώζων ὅσον τὴν Χρυσομαλλοῦς παῖδα. Voculam ὅσον expungi iubet Haury, sed quis quaeso adscriberet? Procul dubio aliquid ante eam periit, quale est μέγιστον aut ἀμήχανον, quae proposita sunt, aut ἄφατον, quod mihi venit in mentem, itaque lacunae signum erat ponendum. — Optime me refellit § 44 olim proponentem χεῖρας τὰς δεξιὰς ⟨ἀπ⟩έτεμε, ut vetus scriptor dedisset. Similiter verbum simplex posteriores, ut Plutarchus, Lucianus, alii adhibent pro ἐκτέμνειν, *castrare*.

Cap. XVIII § 28. ἦν μὲν γὰρ καὶ Χοσρόης αὐτός τε πονηρὸς τὸ ἦθος καί, ὥς μοι ἐν λόγοις εἴρηται τοῖς καθήκουσι, τὰς μὲν αἰτίας αὐτῷ τοῦ πόλεμου ὅδε (Iustinianus) παρείχετο πάσας.

Requirit, si quid video, sententia, ut post ἦθος deleatur copula et pro μὲν corrigatur μέντοι = δέ. *Erat quidem Chosroes et ipse improbus, sed belli causas omnes ei praebebat Iustinianus.* Eodem sensu pro μέν scribi possit ⟨γε⟩ μήν.

Cap. XIX § 5 sq. Anastasius Imperator χρυσοῦ τοὺς θησαυροὺς ἅπαντας κατακόρως ἐμπλησάμενος τὸν βίον ξυνεμετρήσατο. οὕσπερ ἅπαντας Ἰουστινιανὸς ὡς τάχιστα διεσπάσατο κτέ.

Vix dubito quin Procopius scripserit διεσπα⟨θή⟩σατο, *dilapidavit*. De verbo medio satisfaciet *Lexicon* meum *Graecum suppletorium* s. v. Cf. Plut. Cic. 27 al. Formis autem mediis pro activis progrediente tempore Graecos magis magisque abusos esse constat.

Cap. XIX § 13. τοὺς δὲ βαρβάρους ἅπαντας οὐδένα ἀνιεὶς καιρὸν χρήμασιν ἐδωρεῖτο μεγάλοις. Malim ἀφιείς. Cf. Demosth. I § 8, Isocr. IV § 16 etc. Saepe utrumque verbum confundunt librarii. Non magis Latine dixeris: nulla *remissa* opportunitate pro *dimissa* s. *neglecta*.

Cap. XXI § 9. πανταχόθι μέντοι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ὁ Ἰουστινιανὸς ἐπείει τάδε. τοὺς πονηροτάτους τῶν ἀνθρώπων ἀπολεξάμενος διεφθάρθαι ἀπεδίδοτο τὰς ἀρχὰς σφίσι χρήματων μεγάλων.

Ante διεφθάρθαι aliquid excidisse videbatur Reiskio. Multum dubito, coniciens veram lectionem esse διέφθειρε καὶ, quae

; gravis mutatio, qua sententia apte restituitur. — Fieri ut § 11 non sit necessaria correctio *τοὺς κατηκόους πάντα ἐργάζεσθαι*, quamvis hoc expectemus.

XXII § 31. *ταῦτά τοι οὐδέ τις τῶν αὐτοῦ ξυγγενῶν ἢ γνωρίμων ἐλπίδα τινά ποτε ἀσφαλῆ ἐπ' αὐτῷ* (Iustiniano) *(εἶχεν?), ἀλλὰ μεταναστάσεις αὐτῷ ἐς ἀεὶ τῆς ἐς τὰ ύματα ἐγίνοντο γνώμης.*
ναστάσεις sunt *migrationes*, quae sunt *populorum*, *μεταεις mutationes*, quae sunt *sententiae*, itaque huius loci.

. XXIII § 11. *κατὰ τῆς κειμένης ἑκάστῳ Φορᾶς.* Fort. *ειμένης*, ut § 3 et § 19 et § 22 scribitur.

). XXIV § 6. *τάς τε ξυντάξεις ἐλαττόνως ἢ κατὰ τὴν κουσαν κομίζεσθαι τάξιν.* Nonne requiritur *ἐλάττονας*?

p. XXV § 3. *ἐν μὲν οὖν τῷ Ἑλλησπόντῳ τελωνεῖον μὲν ἐν ιστίῳ ὡς ἥκιστα ἦν, κτἑ.*
ram locutionem *τελωνεῖον ἐν δημοσίῳ* pro *δημόσιον*, legitur § 5, vix satis tuentur verba cap. XXVI § 33 *καὶ ὑπ'*?) *αὐτοῦ ἔν τε τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι καὶ οὐχ ἥκιστα ἐν Ἀθήοὔτε τις ἐν δημοσίῳ (in publico) οἰκοδομίαι ⟨ἀνενεώθη⟩ κτἑ.*, lii fortasse loci, quos ignoro.

p. XXV § 33. *ἀλλὰ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πασῶν πόλεων τά τε ικὰ καὶ θεωρητικὰ ξύμπαντα χρήματα ἐς τὸ δημόσιον ἐπὶ ροσχήματι τούτῳ μετήνεγκεν* (Iustinianus).
sum Graece scientibus movent *χρήματα θεωρητικά*, *contemta*, pro eo quod est *θεωρικά*, *pecuniae spectaculis destinatae*, passim commemorantur. In Thesauro Graeco saltem nullus itur locus, unde appareat Byzantinos illud pro hoc usur-.

ap. XXVII § 24. *ἔφασκε γὰρ* (Iustinianus) *οὐχ οἷός τε εἶναι ν τὴν οἰκείαν αὐτὸς ἀνάδικον διειργάσθαι.*
no vero *διειργάσ⟨ασ⟩θαι.*

Cap. XXVIII § 4. *ἐπὶ δὲ Ἰουστινιανοῦ βασιλεύοντος ὁ Πρίσκι διερευνησάμενος πόλεως τῆς εἰρημένης τὰς οἰκίας πάσας, εἴ τινα εὑρέ τε πλούτῳ ἀκμάζοντας καὶ πρὸς ζημίαν χρημάτων μεγάλων διαρκῶς ἔχοντας, τούτων κτέ.*

Transponendum: *εὗρε πλούτῳ τε κτέ.*

Cap. XXX § 24. *πρᾶγμα πώποτ' οὐ γεγονὸς ἐκ τοῦ παντὸ χρόνου.*

Insolenter sic optimi libri pro *οὐ πώποτε*, quod exhibe cod. chartaceus Vaticanus 16, de quo vid. Proleg. p. XVI sq. ex coniectura, ut videtur, nec fortasse necessaria. Cf. Ar. Vesp 1188 *ἐγὼ δὲ τεθεώρηκα πώποτ' οὐδαμοῖ.*

(*Continuabuntur*).

AD SCHOL. ARIST. RAN. 501.

Quaeritur in scholiis, quis cur ab Aristophane dicatur *ὁ ἐν Μελίτης μαστιγίας*. Alii grammatici *Herculem* intellegebant, hunc enim in vico urbano Melite parvis mysteriis olim esse initiatum, et belli initio peste saeviente illic ei dedicatam esse imaginem. Alii *Calliam* significari perhibebant; quibus qui in scholiis adstipulatur post alia haec addit verba ultima:

„πῶς δὲ καὶ παλαιότερον εἶναι Ἀριστοφά τὸ ἄγαλμα ἀκμάζοντος τοῦ λοιμοῦ ἱδρύθη; σχεδὸν γὰρ μειρακίσκος ἤδη ὢν ἥπτετο τῶν ἀγώνων."

Dedi verba aperte corrupta, quae praebet codex V, neglectis ceteris codicibus et editionibus. Intellegi autem ut haec possint, sic videntur corrigenda:

πῶς δὲ καὶ παλαιότερον εἶπεν Ἀριστοφάνης ἄγαλμα, ⟨ὃ⟩ ἀκμάζοντος τοῦ λοιμοῦ ἱδρύθη; σχεδὸν γὰρ μειρακίσκος ἤδη ὢν ἥπτετο ⟨τότε⟩ τῶν ἀγώνων. Id est: *Cur autem poeta antiquiorem illam imaginem, quae anno ± 429, tum cum ipse admodum erat iuvenis, est dedicata, in Ranis commemoraverit anno 405?*

V. L.

ΑΙΤΝΑΙΟΣ ΜΕΓΙΣΤΟΣ ΚΑΝΘΑΡΟΣ.

SCRIPSIT

J. VÜRTHEIM.

Ex iis quae Leeuwenius in hoc diario disputavit de scarabaeo tnaeo optime ipse effecit: „certam aliquam scarabaeorum ɔciem *Aetnaeam* quamcumque ob causam dictam esse Athenis". ɔganti vero: „quid scarabaeo cum Aetna? qua imagine, qua ırratione inter nautas puta vulgata moti sunt tot poetae ut dentes — vel irridentes — loquerentur de magno ateucho ıculo?", v. cl. respondet: „non liquet".

Causam autem iocandi exstitisse, causam, dico, qualis Athenaiensium nullum fugere posset, quis negabit? Non inepti sed insani hominis fuisset loqui atque risum audientium excitare velle de scarabaeo aetnaeo, si inter montem et animalculum ratio intercederet ... nulla. Proferre igitur mihi liceat, quo modo iam diu aenigma solvere conatus sim. Quam brevissime rem conficiam. Statuo τὸν κάνθαρον spectare non ad *montem* Aetnam sed ad *urbem* Aetnam montis in radicibus positam. Condita haec urbs erat a Chalcidensibus et Naxiis, unde veri fit simile coloniam insigni quodam τῆς μητροπόλεως memoriam vivam servasse. Rogatur igitur, quisnam fuerit deus, cui tam Chalcis quam Naxus omnesque Chalcidicae urbes essent addictae, cuius numinis sacris atque symbolis gloriarentur. Nimirum erat Dionysus vel deus libycus Ammon; horum enim deorum capita perquam similia — alterum taurina fert cornua alterum arietina — hedera coronata urbium nummos ornabant. Exemplo sint nummi Aphytis Ammonis gerentes caput (Head H. N. p. 186), nummi

Naxi insulae, quibus vel Sileni vel Dionysi caput est inc (ibid. p. 416) et ..... nummi Aetnaei, qui caput prof barbatum Sileni. At praeterea in nummis Aphytaeis et N aspicis Dionysi attributum peculiare, nempe *κάνθαρον*, noi tiolam sed poculum. Ubi hoc in tetradrachmis Aetnaeis estne *ὁ κάνθαρος*? Respondebo more servi Euripidei: „abe non abest"! Nam vides abesse poculum, sed adest *ὁ κάνθ* scarabaeus. Quis talia lusit? Nescimus, sed cum, ut in *om* Mediterraneis regionibus, in *Sicilia* quoque inveniretur *ὁ κάρ* intellegimus materiem ludendi — vel si mavis copiam et sionem insignis mutandi — in promptu fuisse. Nam *po* optime convenit *Dionyso* et *cantharus* (*scarabaeus*) non male nysi *παρέδρῳ Ammoni aegyptio*. Et revera, nummi Catanaei Aetnaei) aenei Romanorum sub imperio cusi Sileni quoque cum *Ammonis* illo immutarunt.

Ludicrum attributum ab Hierone fortasse inventum nienses fugere non potuit; subridiculus videbatur tyra *qui foetido ateucho ad nummos novi imperii sui ornando statuerat.*

Irridebatur igitur leniter ab Aeschylo a comicis acerbe ille homo, qui doctrinam, artes, cultum Ionicorum appete uno nummo quid non expresserat; nam praeter Silenum scarabaeo ibi inveniebatur Iuppiter pelle tectus leonina, fu alatum, aquila, pinus. „Ohe iam satis, o barbare!" cl bant Attici, „quod vero ad scarabaeum tuum attinet, no abibis!"

Eratne igitur animalculum illud Aetnaeum — nunc vivum ateuchum, quem montis sub radicibus captabant pue solito maius? Minime! At quae tandem fuit causa, cur n haberetur *ὁ Αἰτναῖος κάνθαρος*? Quia fama crescunt omnia, minima. Non enim poterat, quin mira bestiola perm fieret, simulac laudem eius canere inceperunt homines A phanei.

DE ENNII FRAGMENTIS.

SCRIPSIT

J. W. BIERMA.

Ennii Poesis Reliquiae. Iteratis curis recensuit IOHANNES VAHLEN. Lipsiae, G. Teubner 1903.

Editio altera fragmentorum Ennianorum, quam curavit I. Vahlen, poeta hoc et vetustissimo et venustissimo prorsus digna. Si qua in ea etiamnunc desideres, quod humani ingenii opus ita absolutum est, ut nihil in eo argui possit? De iis autem quae in hoc libro non ita mihi placebant, cum iam alio loco scripsi [1]), tum hic quae in disponendis fragmentis minus recte mihi fecisse editor videtur, tractaturus sum, nonnulla critica et exegetica deinde adiecturus.

In fragmento 157 [2])

Et qui sextus erat Romae regnare quadratae

omnino securus esse editor videtur, qui fragmentum quod ad sextum regem pertineret, in tertio libro collocaverit. At traditae sunt in ms. Festi litterae *et quis est erat R.* Hinc Salmasius elicuit *et qui se sperat*, alii alia. Mihi paulisper arrisit *et qui denerat*, sed res nimis incerta; longe vero incertior locus fragmenti eius, cui coniectura sensus sit restituendus.

1) Museum XII, 6.
2) Sequor numeros ed. alt. Vahleni.

Vs. 164 sq.

Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti
Moenia concubia vigilesque repente cruentant.

Hos versus a Macrobio e septimo allatos, quarto libro Vahlen attribuit ideo, quod in materia, quam liber VII contineat, nullus locus inveniatur, ubi expugnatio arcis alicuius a Gallis narrari potuerit [1]). Hanc sententiam, quam in priore iam probavit, in altera retinuit editione Vahlen, interim vehementissime complures impugnaverunt: L. Müller, Mommsen, Ribbeck. Quorum sententias paucis refutare conatur pag. CLXXI ed. suae. Quae non ita prospere res ei successit. Nam etiamsi ei concesseris, Mommsenus quae affert — nam Ribbeckium, qui opinionem Vahleni ad numerum Macrobianum accommodare studuit [2]) sinam — pertinere ad historiam, quam in octavo Ennius tractaverit [3]), Mülleri sententiam, qui ad ignotam rem versus referre vult, parum habere quod arrideat [4]), tamen semper ea restant quae in his versibus aperte cum scriptorum memoria de Gallorum oppugnatione Romae anni 390 pugnent.

Quaecunque enim discrepantia est apud varios scriptores, qui hanc rem tradunt, Livium, Diodorum, Plutarchum, omnes in hoc uno congruunt, Gallos a rupe Tarpeia deiectos esse, prius quam Romanorum quemquam trucidaverint [5]). Praeterea in re tam illustri haec brevitas narrandi, quae in versibus laudatis pellucere videtur, quod miremur habet.

Itaque si numerus, quem libri Macrobii tradunt, corruptus

---

1) Praef. pag. CLXXI Nam ut poeta, quod plerique statuunt, in eo libro praeter Punicum bellum etiam Gallicos tumultus, de quibus Polybius tradit lib. II 23 sqq. tetigerit, tamen quam in illo bello Galli obtinuerint arcem ego nullam invenio.

2) ib. ... a mea disputatione profectus sibi persuasit iis non tumultum Gallicum a. 364 a. u. c. sed eius tumultus recordationem referri, quam Gallica bella Punicum primum excipientia ... facile suscitare potuerint.

3) ib. ... in his obsidionibus, quas si Ennius memoravit, in octavo potius annal memorasse quam in septimo videatur.

4) ib. Denique Muellerus nihil dicit nisi Enniana sumpta esse ex incognito aliqu embolio rerum Gallicarum, quas primum bellum Punicum insequentes Ennius in sep timo exhibuisset.

4) Conf. Diod. Sic. XIV, 116, 6; Plut. v. Camilli XXVII; Liv. V, 47, 4—6.

5) Cito Plutarchum qui l.l. diserte dicit: *ὥστε τοὺς πρώτους ἁψαμένους τῶν ἄκρω καὶ διασκευασαμένους ὅσον οὐκ ἤδη τοῦ προτειχίσματος ἅπτεσθαι καὶ τοῖς φύλαξ ἐπιχειρεῖν κοιμωμένοις.*

it, certo non mutandus est eo numero, qui Vahleno verus visus est.

Videamus tamen num necesse sit eum falsum esse. Fortasse ne ad defensionem quidem L. Mülleri, ceteroquin rectam, nos de bellis Gallicis tam multa ignorare, ut casu ex Annalibus Ennianis nobis res tradi possit, scriptoris illis bellis fere aequalis, quam posteriores omiserint, recurrendum est. Livius namque lib. XXI (cap. 48) haec scribit: *Insequenti nocte caedes in castris Romanis, tumultu tamen quam re maior, ab auxiliaribus Gallis facta est. Ad duo milia peditum et ducenti equites, vigilibus ad portas trucidatis, ad Hannibalem transfugiunt.* Haec verba cum Ennianis bene conveniunt: media nox, vigiles trucidati, arx quoque; quis enim dubitat, quin porta munita ita dici possit.

At bellum Hannibalicum Ennium ab octavo libro demum, nondum in septimo eo progressum, tractavisse, Vahlen statuit. Et quidem haud levibus nisus argumentis. Duo enim fragmenta ex octavo laudantur:

279 *Certare abnueo: metuo legionibus labem*
292 *Nunc hostes vino domiti somnoque sepulti*
Consiluere

quae certissime ad bellum Punicum secundum pertinent. Versus 286 sqq. [1]) porro reddunt veri simillimum, etiam exordium eius belli in hoc libro positum fuisse. Itaque ex duobus alterum eligendum: aut Macrobii numerum esse corruptum aut rem, quae versibus Ennianis continetur, in memoria rerum Romanarum, quae nobis tradita sit, non esse servatam. Equidem hic discernere noluerim.

Vs. 28 *Cum saevo obsidio magnus Titanus premebat.*

Hunc versum, a Nonio servatum, ideo ad Euhemerum referri non posse, quod parum sit veri simile, Nonium Euhemerum Enni novisse, Vahlen recte exposuit. Ideo ad cosmogoniam a qua primus Annalium liber incipit versum rettulit [2]).

---

1) *Pellitur e medio sapientia, vi geritur res,*
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur sqq.

2) Conf. Lact. Div. inst. I 14 *Deinde Titan, postquam rescivit Saturno filios procreatos atque educatos esse clam se, seducit secum filios suos qui Titani vocantur, fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit eosque muro circumegit et custodiam his apposuit.*

Quid autem si Titanus is dicitur, qui saepissime eo nomi nuncupatur apud Ovidium, Vergilium, alios poetas, sol scilice qui gravissime media aestate homines obsidere solet? De sec igitur fragmenti dubium adhuc restat.

Atque omnino in hac editione Vahlen hanc rationem tenui si paullulum modo veri similitudinis esset, fragmentum al quod huic vel illi loco attribuendum esse, ut id facere maluer quam sua de eo suspicione adnotata fragmentum inter incert ponere. Conf. e. g. vs. 264, 310, 311.

Mihi vero in tali editione praecipue utile videtur acura certa atque incerta secernere, quod etiam F. Marxio in editio Luciliana placuisse video [1]).

Vs. 67

Postquam consis ... se fluvius, qui est omnibus princeps.

Hunc versum Fronto servavit. In cuius codice Vahlen testatu has dispici litteras: POSTQUAM CONSIS|IIIISEILUUIU. QU. OMNIB|.RINCEPS Posteriorem versus partem attulit etiam Cicero Or. 48, 161, u tantum ea, quae pronomen *qui* antecedunt, dubia esse possint Becker olim *consistit* coniecit, ut pronomen *se* expungendum esse Quod tamen unde in textum venerit, non ita facile explicatur Quare profectus illinc, quod in Plauti codice Ambrosiano ant litteram O saepius Q pro C exhibetur (e. g. Pseud. 822), in suspicionem veni, syllabam *con* nihil esse nisi *quam* iterum scriptum; itaque legendum esse

Postquam sistit se fluvius qui est omnibus princeps

Sistere nonnumquam idem fere significat quod *sustinere, motum alicuius rei inhibere,* apud eos praesertim scriptores, qui antiqui usus in scribendo aliqua vestigia retinent; e. g. Tac. Hist. II, 2 *legionem Bedriaci ... sistit*; Verg. Aen. IV, 489 *sistere aquam fluviis*; Ov. Met. XIV, 803 *pace tamen sisti bellum.*

---

1) Praef. p. VI. Imprimis cavendum esse duxi, ne certo libro talia (i. e. incerta sedis fragmenta) tribuantur, quo perfacile deducere solet editores fragmentorum nov docendi cupiditas.

Vs. 77—92

Certantes magna cum cura tum cupientes
Regni dant operam simul auspicio augurioque
in monte
Remus auspicio se devovet atque secundam
Solus avem servat. at Romulus pulcher in alto
Quaerit Aventino, servat genus altivolantum.
Certabant urbem Romam Remoramne vocarent.
Omnibus cura viris, uter esset induperator.
Exspectant, veluti consul cum mittere signum
Volt, omnes avidi spectant ad carceris oras,
Quam mox emittat pictis e faucibus currus,
Sic expectabat populus atque ore timebat
Rebus, utri magni victoria sit data regni.
Interea sol albus recessit in infera noctis.
Exin candida se radiis dedit icta foras lux
Et simul ex alto longe pulcherrima praepes
Laeva volavit avis. Simul aureus exoritur sol.

Magna multis viris doctis difficultas inesse visa est in versu 89; cum enim sic modo posse explicari, si accipiamus, duos fratres partem noctis cum toto die insequentique nocte augurio continuasse; poetam vero illud voluisse credi nequire. Merula, cuius opinionem Vahlen amplexus est, *solem album lunam* esse interpretatus est. Rectius me iudice fecit Müller, quod speciosum inventum, nullo exemplo confirmatum, reiecit. Ita enim dici poterat tunc modo, si sol suapte natura longe alium colorem haberet. Ea enim ratio est dictionum, quales sunt „atrum aurum, album aurum", quae alioquin omni et lepore et sensu cassa forent. Quem autem colorem Ennius solis lumini tribuerit, satis apparet ex vs. 557:

Interea fugit albus iubar Hyperionis cursum.

Aliam viam Bergk est ingressus, versum molestum post vs. 78 transponens. Sed ea medela aliud vulnus infligitur. Quorsum enim, vs. 89 transposito, illud *exin* in versu 90 referatur?

Tota autem difficultas huius versus est in tempore verbi; si esset *recesserat* pro *recessit*, nemo in versu quicquam culparet. Porro, si graeca lingua aoristus scriptus esset ἀπεχώρησε, quivis omnia recte procedere consentiret. Potestne vero etiam la-

tine perfectum tali modo usurpari? Immo adsolet, in clausulis quae incipiunt ab *postquam, ubi* aliis. Plane eodem modo hic *recessit*, ipsius aoristi forma, aoristi significatione positum esse credo. Conf. Aen. XI vs. 1—4 cum ib. vs. 182—185.

Itaque poeta noster tempora intercidit eodem fere modo quo fit in initio sacrae scripturae.

Haec de contextu, nunc pauca de unius versus verbis. Haereo in versu 90; quid sibi velit *lux radiis icta* nescio. Lux enim radios mittere solet, ipsa radiis non icitur. Vahlen explicatione omni supersedit, vix tamen, si quid video, quod tam facilis sit. Neque melius placet, quod dedit Wakefield *acta foras lux*. Satis mire dicatur lux radiis rotarum in curru solari foras agi, neque si iungatur *candida radiis*, quicquam melius evadit. Sic enim illud *acta*, non addito quo aut unde agatur, languidum, supervacaneum additamentum est.

Locum quadamtenus similem Ovidi ascribam, unde id saltem elucere potest, quae imago poetae animo proposita fuerit. De sole autem haec (Met. II 122 sqq.):

Tum pater ora sui sacro medicamine nati
Contigit et rapidae fecit patientia flammae
Imposuitque comae radios.

Ut Ovidius caput Phaethontis, sic solis lucem Ennius radiorum corona cinctam finxit. Itaque hanc lectionem propono

Exin candida se radiis dedit APTA *foras lux.*

Conf. Ann. 339 *Nox ... stellis ardentibus apta*, ib. 341 *vinclis venatica ... apta.*

Vs. 99

Nec pol homo quisquam faciet impune animatus
Hoc nisi tu: nam mi calido das sanguine poenas.

Primo aspectu haec Romuli verba satis mira videntur. An dicit eum, quem alloquitur, si calido sanguine poenas dederit, quidpiam impune ferre? Itaque fere omnes critici haec spuria habuerunt, etiam Vahlen in priore editione. Nunc vero viam invenisse sibi videtur, qua codicum lectionem tueatur. Vocem *impune* enim cum *animatus* coniungit et haec fere idem valere vult quod *licentia praeditus* vel, ut graece vertam, ἀκολάστως ἔχων. Ut opinionem suam tueatur aliquos locos ex Cicerone

fert [1]). Eos tamen diversos esse, si paullum attenderis, facile ɔparet, nam in iis sunt *impunitas* et *impunita*, *impune* vero non ıest. Neque vero, etiamsi similes essent, quod de Cicerone ırobarent, id etiam probarent de Ennio. Nam lingua suos habet ɔrogressus et si vocabulum significationem quodam modo inflexam ostendit temporibus Ciceronis, inde non sequitur ut eodem modo Ennii iam temporibus ea inflexa fuerit.

Tum ratio grammatica obstare videtur, quo minus *impune* cum *animatus* coniungamus. Nam nunquam *impunis* adiectivi loco ponitur; vocabulis vero, quale est *animatus*, adverbium ita adiungi solet, ut adiectivum quoque eius adverbii cum substantivo, a quo forma desinens in *-atus* derivatur, coniungi possit, velut *probe animatus*: *probus animus*, *sancte moratus*: *sanctus mos*.

Porro nimis obscure dictum fortasse fuerit, si sententiam: „*nemo superbia inductus faciet hoc*" occultaveris hisce verbis: „*nemo faciet impune animatus hoc*".

Versus igitur corrupti videntur, sed quas adhibuerunt medelas, eae mihi non sunt probatae.

Merula in posteriore versu *nisi* cum *neque* commutavit. En, videmur ex angustiis evasisse: sensus liquidus, mutatio non nimis magna. Itaque adstipulati sunt ei L. Müller et Valmaggi. Molestusne igitur sum, si in una re haereo? Tam accurate enim, tam absolute irati, nisi fallor, non loquuntur; non sic solent: *neque quisquam faciet neque tu*, sed *neque quisquam faciet* satis iis est, cetera agendo absolventibus. Forsitan Reichardt idem senserit, nam improbata Merulae coniectura dedit: *Hoc fastu nam mi* sqq. Sic vero *animatus* molestias praebet. Sive enim explicaveris *hoc fastu animatus* valere idem quod *tam fastidioso animo praeditus*, sive *animatus* hanc vim habere dixeris, ut sit *suam animam servans*, difficultas aeque gravis est. Neque in Merulae neque in Reichardtii emendatione vitii origo perspicua fit, quod cum in omnibus coniecturis flagitari nequit, tum magna commendatio est.

---

1) Brut. XCI, 316 *Is dedit operam ... ut nimis redundantes nos et superfluentes insenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret.* Pro Milone XXXI, 84 *quem si vicisset, habiturus esset impunitatem et licentiam sempiternam.* Pro Scauro VIII, 15 *dominus est ipse voluntatis suae, in quo est impunita mentiendi licentia.*

In priore versu nullum corruptionis vestigium, emendatio igitur in posteriore quaerenda.

Vocabulum *nisi* autem apud priscos scriptores saepius ita adhibetur, ut non condicionem prioris enuntiati adiungat, sed id modo artius definiat. Sic apud Terentium post *nescio*.

Andr. 663 sq. *Nescio*
Nisi mí deos fuisse iratos, qui auscultaverim.

quo modo intellegendum sit, ostendit glossema *satis scio*.

Phorm. 952 sq. *Nescio;*
Nisi mé dixisse nemini certo scio.

ib. 474 sq.

Num qúid patri subolet? † *Nil etiam.* † *Ecquid spei porrost?* † *Nescio.* † *Ah.*
† *Nisi Phǽdria haud cessavit pro te eniti.*

Similiter in Sticho Plauti vs. 266 sqq.

Demíror quid illaec me ad se arcessi iusserit,
Quae núnquam iussit me ad se arcessi ante hunc diem,
Postquám vir abiit eius. miror quid siet:
Nisi út periclum fiat, visam quid velit.

Postremo loco *nisi* fere idem valet quod *certe*, sicut editor Francogallicus (Benoist) interpretatur „toutefois".

Similem vim nostro loco Enniano in voce *nisi* inesse suspicor: *nemo impune idem faciet, certe tu sanguine tuo poenas lues.* Cum significatio inusitatior vocis *nisi* efficeret, ut locus non intelligeretur, facilius ideo depravari potuit. Restat tantum, ut *nam* corrigamus in *iam*, littera v vocis TV bis scripta fuit causa cur pro TVIAM legeretur TVNAM.

Totus locus sic explicandus videtur:

Nemo superbia adductus (animatus) hoc impune faciet: certe tu nunc iam tuo sanguine poenas dabis.

Una res quae huic emendationi resistere videtur non tacenda est. In scholiis, Danielis quae feruntur, ad Vergilium scriptis, haec sunt servata: NAM *mi calido das sanguine poenas.* Sed coniectura, quae inde proficiscitur, ut locus corruptus maiusculis litteris fuerit scriptus, id est ut vitium iam antiquo tempore ortum sit, hac quidem re non multo improbabilior fit.

Vs. 117

Quirine pater veneror Horamque Quirini

In hoc fragmento Ennii in nomine Hora *o* producitur, in Ovidiano [1]) versu corripitur. Fieri non potest, ut vocis bisyllabae prior pars quae accentu praedita sit, e longa in brevem sit versa. Ut discrepantia quae in hac voce apud duos poetas est, explicetur, conici potest hoc tantum, syllabam *Hor* ancipitem fuisse. Sed quia et Ovidium hoc loco secutum esse Ennium apparet, et nomen deae Horae Ovidii temporibus exolevisse verisimile est, quo facilius etiam in ipso tempore prioris syllabae Ennio Ovidius accesserit, has ob causas magis propensus sum, ut in versu truncato vitium esse suspicer quam utrumque poetam hoc vocabulum diverse tractavisse. Eadem fuit sententia L. Muelleri, qui coniecturam Columnae, in initio *teque* addentis, amplexus versum hunc in modum supplevit

Teque, Quirine pater, veneror bene Horamque Quirini.

Sed illud *bene* otiosum additamentum est. Suspicatus igitur, sicut Ovidius dicit Horam deorum in numerum esse relatam, Ennium dixisse, homines Horam coepisse venerari, olim hoc scriptum fuisse crediderim

vener' oramque Quirini

ut syllaba *or* bis ab aliquo librario scripta fuerit. Accepta coniectura Columnae hanc igitur versus formam proposuerim

⟨Teque⟩, Quirine pater, venerantur Horamque Quirini.

Vs. 202 sq.

Quo vobis mentes, rectae quae stare solebant
Antehac, dementes sese flexere viai.

Sic omnes recentiores editores Vahlen, Müller, Valmaggi, recepta Lambini coniectura. Concedendum est, mutationem esse levissimam, formam archaicam facile corrumpi potuisse; itaque vix quisquam praeter Bährensium de coniectura Lambini dubitavit. Sed accurata explicatione loci emendati supersederunt, nisi

---

1) Ov. Met. XIV 849 sqq.

hunc manibus notis Romanae conditor urbis
excipit et priscum pariter cum corpore nomen
mutat Horamque vocat quae nunc dea iuncta Quirino est.

quod Müller adverbium *quo* cum genitivo *viai* coniungendum esse docuit, Vahlen comparavit versus Homericos (Ω 201 sq.):

ὤ μοι, πῇ δή τοι Φρένες οἴχοντ', ἥς τὸ πάρος περ·
κλείε' ἐπ' ἀνθρώπους ξείνους ἠδ' οἷσι ταπάσσεις;

Qui tamen versus Lambini coniecturae parum favent. Qua enim parte claudicet clare atque aperte docent. Nam apud Homerum Hecuba ad maritum ait: *„quo tua mens aberravit"*; in via vero qui est, is non aberravit. Nam ex rationibus Latinae linguae aliud est: *quo terrarum* sive *quo locorum*, aliud *quo viai*. Itaque illud *sese flexere via*, id est *ex via* retinendum. Idem sensisse Bährensium docet coniectura eius *via de*. Sed in ea gravem offensionem habet praepositio *de* posita post substantivum, quae pronominibus relativis exceptis post vocabula quibus apponitur collocari non solet. Gravior autem fit sententia, forma concinnior, si voci *antehac* in initio, in versus fine antithesis opponitur. In fine versus porro facile nonnullae litterae interire poterant. Proposuerim igitur:

Antehac, dementes sese flexere via ⟨*nunc*⟩.

Metrice vs. 207 similiter clauditur:

Orator sine pace redit regique refert rem.

Cf. 256, 276.

Vs. 239 sqq.

Cui res audacter magnas parvasque iocumque
Eloqueretur et cuncta malaque et bona dictu
Evomeret si qui vellet tutoque locaret,
Quocum multa volup [*gaudia*] *clamque palamque,*
Ingenium cui nulla malum sententia suadet
Ut faceret facinus, levis, haud malus, doctus, fidelis,
Suavis homo, facundus, suo contentus, beatus,
Scitus, secunda loquens in tempore, commodus, verbum
Paucum, multa tenens, antiqua sepulta vetustas
Quae facit; et mores veteresque novosque tenentem,
Multorum veterum leges divumque hominumque,
Prudentem, qui dicta loqui tacereve posset,
Hunc inter pugnas Servilius sic compellat.

Totus locus, nobis a Gellio servatus (Noct. Att. XII, 4), quo homo modestioris condicionis, quem Servilius Geminus sua

in vs. 242. Verba enim *cui res magnas parvasque eloqueretur* t fere idem quod *cui omnia concredere posset*, a quo con- *iocumque* aliquantum abhorret. Itaque fortasse ne versus quidem omnino sanus.
gitavi de

Eloqueretur cuncta et ⟨cui⟩

ıncta iocorum quasi novum membrum sententiae adderetur ita *iocum* non amplius arte cum verbis *magnas parvasque* haereret. Quamquam origo vitii fuisse potest in voce *cuncta* i suprascripta, metrum fere idem est in vs. 334, facile sserim, coniecturam maxime dubiam esse.
rsus, qui sequuntur, alii aliter interpretati sunt, in alia ne virgulae aliter positae. Equidem Vahleno libenter ad- or, nisi quod in 247 sq. paullum ab eo dissentio. Eos gnans, qui studentes efficere, ut posteriores versus cum bus congruerent, *quae* in vs. 248 in *quem* mutari iusse- haec dicit: „*Quae facit* pro veris habeo et sic interpretor: *quae vetustas facit antiqua et sepulta.*" Sed rationi magis nire videtur, ut poeta dixerit Servilii amicum multas anti- m temporum res tenuisse, quae hominum memoria iam ssent et quasi sepultae essent. Quapropter legendum ar- :

multa tenens antiqua, sepulta vetustas
Quae facit

iterum scriptam; restituendam esse formam archaicam *em im*, nam utraque memoratur, et in vs. 251 *hunc* mutandum e in *nunc*

em mores veteresque novosque tenentem sqq.
Nunc inter pugnas Servilius sic compellat.

Vs. 260

Sulphureas posuit spiramina Naris ad undas.

Alii aliter viri docti hunc versum interpretati sunt. L. Mül quid velit non explicat, sed adnotat: „haec quo spectent part constat"; simul addit, Bergkio videri haec pertinere ad ea, qu affert Serv. in Aen. VII 563: prope Ampsancti fontem victin non immolari sed odore perire ad aquam applicatas. Vahl tantum dicit, Bergkii interpretationem qui, ratus, Prisciam ad flumen hunc locum referentem erravisse, voluerit *spiram naris*, i. e. *spiritus*, sibi improbari. Similiter locum explica Hug, qui coll. Val. Max. (VII, 8, 8) *spiramina ponere* idem e dixit quod *animam exspirare*. Ei Valmaggi adstipulatur.

Sed in Ennio interpretando Valerius Maximus auctor par idoneus, quo melior mea sententia reperiri potest. Hi sunt sus Vergilii (Aen. VII 568 sqq.)

Hic specus horrendum et saevi spiracula Ditis
monstrantur ruptoque ingens Acheronte vorago
pestiferas aperit fauces

in quibus *spiracula Ditis* fauces, ostium inferorum esse s dilucide apparet. Hinc etiam locus Ennianus suam lucem acci Naris ad undas inferorum spiramina, fauces quibus nebu sulphureae exspirarent, deus posuisse dicitur: quam ob etiam illae undae sulphureae sunt.

Vs. 282

Iamque fere pulvis ad caelum vasta videtur.

In Praefatione editionis suae Vahlen cum cura inquisiv quae cuiusque scriptoris in citandis Ennii fragmentis ratio es Nihil profecto sanius et quod putes in emendando plus pr

1) Quantopere id necesse esset, iam monuit L. Müller in editione sua (Adv. Cap. I).

De Nonio autem sic in fine pag. LXXXIX „Et hi quidem omnes ab uno Nonio citantur, qui plerumque (praeter integros versus affert, nonnunquam sententias plenius quam opus erat perscribens" sqq. Efficiundumne igitur cum Nonius scribit p. 217, 11 „pulvis generis masculini pe; feminini Ennius lib. VIII annalium „iamque fere pul- l caelum vasta videtur"" Vahlenum putare hanc senten- in se teretem atque rotundam esse? Vix credibile. Bergk non credidit, nam *vegetur* pro *videtur* proposuit.

;o vero in adverbio *fere* haereo. Nam mihi videtur alienum ab arte atque ratione scribendi poetarum latinorum, qui ginem adhibentes, non ipsi eam corrigere imaginem solent. ne „vox it ad coelum, clamor tollitur ad astra, arbores sunt eriae". An hic pulvis *fere* fertur ad coelum?

aque utrimque profectus, quod sententia non sit absoluta, l particula *fere* abundet, in suspicionem perveni *iam* in o versus traditum non Ennii sed librarii esse, syllabam IVM exarantis et in litteris *que fere* latere *quae ferri* vocabula, ersus sit

Quae ferri pulvis ad caelum vasta videtur.

dicere opus erit *videtur* idem valere quod *conspicitur*, non l δοκεῖ.

uam saepe mutentur litterae *e* et *i* in Nonii libris, nuper suit Fr. Marx in editione quam adornavit Lucilii Prol. CXIV.

s. 401 sqq.

Undique conveniunt velut inter tela tribuno:
Configunt parmam, tinnit hastilibus umbo,
Aerato sonitu galeae, sed nec pote quisquam
Undique nitendo corpus discerpere ferro.

ahlen post vocem *quisquam* versum excidisse suspicatur; ler quem Valmaggi secutum est post *galeae* interpungit, ut inativus hic sit pluralis et subaudiendum verbum *tinniunt*. licet numeri pluralis apud poetas Romanos usus non idem it, qui in nostra lingua est, tamen non omnia illi sibi essa duxerunt. Velut credere nolim, ubi de uno milite aga- *enses* pro *ense loricas* pro *lorica* potuisse dici, neque vero

galeas pro *galea*. Ad tutandam Mülleri interpretationem nihil utique valet Vergilii locus, quem Valmaggi attulit [1]), ubi plurium militum plures galeae memorantur [2]). Itaque verba tradita mihi integra non videntur. Rursus a tenore contextuque huius loci nihil abesse videtur, ut quem excidisse versum Vahlen suspicatus est, in eo quid fuerit, ne coniciendo quidem assequi possim. Tribus commatis brevissimis depingi videtur, quis sit effectus telorum: 1 configunt parmam, 2 tinnit hastilibus umbo, 3 aerato sonitu galeae. Ultima verba ut intelligi possint, hic addenda videtur littera *s*: *aeratos sonitus galeae* sive *aeratus s.* et mente supplendum verbum *est*. Ennium enim adhuc casu nominativo *aeratos* scripsisse, paene certum est. Quod si vitium posterioribus temporibus ortum, necesse erat *aeratu* corrigeretur in *aerato*.

Aeratus sonitus similiter dictum est atque *ferreus imber* in vs. 284.

Vs. 419

Matronae moeros complent spectare faventes.

In strue scholiorum ad Vergilium Servii quae feruntur hic versus citatur — in cod. Lemovicensi ad Georg. I, 18, in Vaticano ad IV, 230 propter singularem vim verbi *favendi* quo hic idem fere valere atque *velle* contendunt. Sed fides eius quod dicunt, non augetur, quod apud Vergilium (Georg. I, 11)

Pan, ovium custos, tua si tibi Maenala curae,
Adsis, o Tegeaee, favens

verbum *favere* idem significare scholiastae Lemovicensi videtur. Qua in re quam insigniter erret, demonstrari non est opus. Inde in dubitationem venire possumus, num veteres lexicorum scriptores, quorum ex libris scholiastae hauserunt, eodem pacto erraverint in loco Enniano, cum praesertim huic loco optime conveniat vis *studendi*, quae ut alibi ita Liv. I 25, 9 est [3])

1) Aen. IX 666 sq. *Sternitur omne solum telis, tum scuta cavaeque*
dant sonitum flictu galeae, pugna aspera surgit.

2) Alia est ratio locorum qualis est Ov. Met. XV, 806: *Et Diomedeos Aenea fugerat enses*, ubi enses Diomedei exempli gratia memorantur et significantur enses et Diomedis et sociorum eius.

3) *Tum clamore qualis esse ex insperato faventium solet, Romani adiuvant militem suum; et ille defungi proelio festinat.*

militer potest in hoc, de quo agimus versu, e contextu ulso, verbum *spectare* pependisse ab alio vocabulo, quod in ersu insequenti fuerit.

Sed haec quaestio etiam altrorsum spectat. In litteris Hypipyles ad Iasonem (Ov. Her. VI 95 sqq.) [1])

Hanc potes amplecti thalamoque relictus in uno
Impavidus somno nocte silente frui?
Scilicet ut tauros, ita te iuga ferre coegit
Quaque feros anguis, te quoque mulcet ope.
Adde, quod adscribi factis procerumque tuisque
Se facit et titulo coniugis uxor obest.

Facit est lectio codicis Etonensis, Parisinus praebet *favet*, quod Merkel in sua editione praetulerat. *Favet* autem quomodo abierit in *facit* multo facilius potest intellegi quam quomodo *facit* in *favet*, verique est simile lectionem codicis Etonensis alicui correctori deberi.

Ex duobus igitur eligendum: aut grammaticos in Ennio errasse et male interpretando confinxisse verbum *favere* nonnumquam idem quod *velle* valere, tum casu vel ab aliquo grammatico docto verbum *favendi* loco Ovidiano obtrusum esse, aut Ennium re vera verbum *favendi* infinitivo adiunctum adhibuisse significatione *studendi, cupiendi* et Ovidium eiusdem significationis exemplum nobis servasse.

Nam rationes linguae non obstare videntur, quin vis huius verbi abierit in *studendi*, et melius grammaticorum error ita explicatur, ut in conquirendis exemplis traditae alicuius significationis socordia aut nimio studio deliquerint, quam ut aliquot exemplis in perversam sententiam detortis notionem, quae omnino non erat, verbo tribuerint.

Electio omnino tuta non erit, nisi quid novi inveniatur.

Vs. 490

Capitibus nutantis pinos rectosque cupressos

„Quidquid temptatum est, nihil veri similius quam hunc hexametrum esse a quattuor brevibus incipientem et *nutantis* (non *nutantibus*) verum", sic de hoc versu Vahlen. Sed super-

1) Cito versus, ut sunt editi ab Ehwaldio.

sedit vel unicum exemplum versus hexametri a quattuor l vibus incipientis sive e Graecis sive e Latinis litteris indic

In compositis autem, quae Ennius usurpavit, etiam s quorum pars posterior participium est, velut *altitonans*, *a volans*, *velivolans*. Compositum ita formatum *capitinutans* o primum versus vocabulum fuisse suspicor, et Ennium m Homerico, sicut perpetuus Homeri imitator est, vocis longi a tribus brevibus syllabis incipientis primam produxisse; e rem autem ortum esse ex litteris *ibus* suprascriptis in h modum *capitinutantis*. Ita etiam origo duarum lectionum, q in libris sunt, explicatur, scilicet *capitibus nutantis* et *capiti nutantibus*.

AD ARISTOPHANIS RAN. 1196.

In textu fabularum Aristophanearum, ut alibi, erroris caus interdum fuisse signum ς, quo et ὡς et καί potuit indica minime est mirum, et luculentum exemplum huiuscemodi tiorum praebet Lysistratae versus 1148, ubi Laco admiration puellae venustae apertius quam honestius significans

ὁ πρῶκτος ἄφκτος ς᾽ καλός

ait, sive *ineffabilis et pulcer est* — si credimus unico testi dici Ravennati. Non credidit Bentley, sed restituit id quod derat poeta:

ἄφατον ὡς καλός,

mirum quam pulcer.

Inspiciamus nunc Ranarum locum, ubi Aeschylus Euripid irridet, qui Oedipum *felicem* aliquando fuisse perhibuerit:

πῶς γάρ; ὅτε δὴ πρῶτον μὲν αὐτὸν γενόμενον
χειμῶνος ὄντος ἐξέθεσαν ἐν ὀστράκῳ,
ἵνα μὴ ἐκτραφεὶς γένοιτο τοῦ πατρὸς φονεύς·
εἶθ᾽ ὡς Πόλυβον ἤρρησεν οἰδῶν τὼ πόδε·
ἔπειτα γραῦν ἔγημεν, αὐτὸς ὢν νέος,
καὶ πρός γε τούτοις τὴν ἑαυτοῦ μητέρα·
εἶτ᾽ ἐξετύφλωσεν αὐτόν. εὐδαίμων ἄρ᾽ ἦν!

„Ille homo, qui infans per frigus hiemale est expositus, d

num eamque suam ipsius matrem uxorem duxit, dein oculos ibi effodit ipse, felix erat scilicet!" — Subiungit Dionysus secum sive ad spectatores verba faciens:

εἰ καὶ ἐστρατήγησέν γε μετ' Ἐρασινίδου!

Nam personarum vices sic esse distinguendas, testatur particula *γε*, qua post verbum *ἐστρατήγησεν* utitur Dionysus; est enim respondentis et assentientis. In codicibus Dionysus loquendi initium facit a verbis *εὐδαίμων ἄρ' ἦν*. Correxit Blaydes.

Recte igitur iam divisa sunt verba, sed apte nondum decurrunt. Nam fieri non potest ut fingat Dionysus — quod ineptientis foret! — cum Erasinide ad Arginusas adversus Peloponnesios classe certasse Oedipum Lai filium, sed de re quae fieri nullo modo potuit fit sermo; aut igitur requiritur particula *ἄν* ad indicandum „modum irrealem" qui dici solet, aut alio vitio verba laborant. Quapropter in fabulae editione tentavi olim hunc versum, sed infeliciter tentavi, et suo iure id quod conieceram improbavit Alphonsus Willems collega Bruxellensis in recensione benevolentissima. Addebat autem: „je vois bien qu'il s'agit des fameuses règles ressassées partout sur l'emploi de la particule ἄν. Mais ces règles n'ont rien d'absolu" cet. — Est tamen certum apertumque discrimen inter: *„εὐδαίμων ἦν" beatus fuit*, quod nostro loco irridentis est, et *„εὐδαίμων ἂν ἦν"* sive: *beatus fuisset sed non fuit*, neque negat id ultimus Ranarum editor Tucker, sic explicans traditam lectionem: „(if he was *εὐδαίμων* in that case) then he was *εὐδαίμων* (also) if he was one of the colleagues of Erasinides. There is no equivalence here of *ἦν* with *ἦν ἄν*". — Quae capiat qui possit, sed vereor ut ipse Oedipus eiusmodi aenigmatis solvendis fuerit par. Itaque versus aut emendandus est aut cruce notandus. Equidem nunc suspicor *εἰ καὶ* particulas ex *ὡς εἰ* esse natas, poetam enim dedisse:

ὡς εἰ ἐστρατήγησέν γε μετ' Ἐρασινίδου!

„Ita sane beatus fuit ut si Erasinidi a collegis fuisset!" — Apta sic fit comparatio inter Oedipi prisci herois sortem et recens illud fatum praetorum iniquissimo iudicio damnatorum.

v. L.

DE PIRITHOO FABULA EURIPIDEA

SCRIPSIT

K. KUIPER.

I.

In Photiani Lexici fragmento, quod ex codice Berolinen (cod. Berol. Graec. oct. 22) initio huius anni edidit R. Reitzen stein, p. 91. 18 haec glossa legitur: 'Αμήτορος· Εὐριπίδη „Ἄφιδνε Γαίας υἱὲ τῆς ἀμήτορος", οἷον τῆς αὐτόχθονος, interpr tatio profecto non accurate servata, nam non Tellurem αὐτ χθονα dixerat grammaticus cui hanc adnotationem debet Photiu sed Aphidnum, et haec ipsa ei causa fuit ut adiectivum hau ignotum ἀμήτωρ interpretatione instrueret; corrigi itaque fo tasse licet „ἀντὶ τοῦ αὐτόχθονος" „vel οἷον αὐτόχθονε". Sed hc leve est. Nam quidquid scripsit Photii librarius, nobis gratu fecit, quoniam fragmento nos ditavit Euripideo.

Itane? Euripideo? Non ita censet Wilamowitzius, qui i Academia Regia Berolinensi cum fragmenta a Reitzensteini edita multis et sagacissimis observationibus illustraret (Sitzung berichte der K. Preuss. Akademie der Wissenschaften 1907 haec scripsit de glossa, quam supra rettuli:

Leider fehlt der Name des Dramas; aber wir übersehen de Nachlass dieses Dichters hinreichend, um die Frage aufwerfe zu dürfen, wo konnte der Eponymos der alten Burg Persc sein, von dem wir hier die Genealogie erst erfahren: ein U riese ist er wie Titakos, der nicht weit von ihm zu Hause is Nur in der Geschichte vom Raub Helenas und dem Zuge de

Dioskuren gegen Aphidna kommt er vor, Plutarch. Thes. 31. 33. Ihm übergibt Theseus die Helena, als er mit Peirithoos in den Hades zieht. Wie Kritias dies Drama angelegt hat, ist schwer vorstellbar, obwohl wir mancherlei wissen. Ein Teil spielte im Hades: ein Stück von dem Gespräche des Herakles mit Aiakos, dem *ianitor Orci* (wozu ihn eben Kritias degradirt hat) ist ja erhalten, und da Herakles erst ankommt, musste er die Frevler selbst dort noch antreffen und erlösen. Aber ein Teil spielte auch auf Erden, denn die Anapaeste des Chores, die ein Totenopfer begleiten, daneben aber den Äther anrufen, können nicht unten gesprochen sein. Damit ist für Aphidnos Platz geschafft, mochte nun die Anordnung der Teile sein, wie sie wollte. Ob es auch zwei Chöre gab, fragt man vergebens. Dass Aristophanes in den Frõschen von dieser Erfindung stark beeinflusst ist, sieht man wohl; aber auch das entscheidet nicht. Interessant ist die Erfindung von Platons Onkel in hohem Grade, obwohl die iambische Partie ziemlich flau stilisiert ist; euripideisch ist alles.

Ecce integra viri clarissimi verba, quae nolebam excerpendo decurtare, quoniam vix brevius luculentiusve exponi posse videbatur, quid de Pirithoi fabulae argumento ac ratione, incertis si abstineas hariolationibus, constitui liceat. Verum non de argumento sed de auctore Pirithoi agere mihi in animo est. In quo designando minime dubitavit Wilamowitz, bis terve Critian nomine vocans et tandem, tamquam si dubitantes adhuc etiam atque etiam ex errore revocare vellet, ita extremum effatus: „Ab Euripide haec omnia aliena".

Vix mirum, si quis opinionem, quam olim multis argumentis defendit, et iam per plus triginta annos plerisque probavit, non haesitanter, nec titubanter proferat! Ex eo enim anno — fuit annus 1875 — quo in *Analectis Euripideis* data opera Wilamowitzius demonstratum iit Pirithoum Critiae non Euripidi deberi, pauci fuerunt, qui obloquerentur eius disputationi, praesertim autem viri docti qui de philosophia Euripidea scripserunt communi fere consensu eius sententiam amplexi sunt.

Equidem, cum primum Analecta, quae nemo in studiis Euripideis versatus impune neglexit, legere et relegere coepi, in eo capite quo agitur de fabularum catalogis, de fabulis spuriis,

de Pirithoi tandem argumento, sagacitatem auctoris, constantiam, sollertiam non potui quin mirarer, et — ut fit — tum fere maxime admirabar, cum persuaderi mihi non sinebam. Crescebant tempore dubia mea et cum anno 1888 — volumine spissiore fortasse quam utile fuit, et, quod gravius erat, patria mea lingua conscripto — disserebam de Euripidis philosophia ac theologia, refellere Wilamowitzii placita de Pirithoi auctore conatus sum. Frustra; etenim ea quae tunc de Euripide scripsi (id quod non miror equidem) prorsus latuerunt eos qui Belgicâ sermonis periti non erant; quis autem hodie in Germania Galliave linguam callet nostram! Sed hucusque perstiterunt dubia. Lectis igitur iis quae nunc de Pirithoo scripsit Wilamowitzius, relectoque Analectorum libro altero, iterum quaestionem, quae ad iudicium de Euripidis philosophumenis constituendum haud minimi est adiumenti, tractandam mihi sumsi.

In referendis iis quae ad rem facere mihi videntur de Critia tacebo, quippe cuius labor dramaticus excepto Sisyphi fragmento ita perierit ut de eo iudicium certum facere nequeamus; ipsam autem disputationem non ita instituam ut argumenta Wilamowitzii singula deinceps oppugnanda proponam. Taedium affert non tantum lectoribus sed scriptori quoque eiusmodi certandi ratio, et nunc quidem eo minus placet, cum dicendum sit contra sententiam viri, cuius ingenium in paucis diligam colamque. Nec vero necesse erit continuo monere lectorem, hoc contendere Wilamowitzium et illud perhibere eum, quoniam summi viri Analecta in omnium sunt manibus. Porro si saepe nunc breviter iteravero quae ante multos annos dixi, id mihi ignoscant lectores; moneo id tantummodo, ne aliena pro meis venditare videar. Saepiuscule mihi contigit ut in meo libro eadem fere de Euripidis philosophia constituerem, quae postea ab aliis, Leontem dico Parmentier, Paulum Decharme Emiliumque Nestle, dicta sunt.

II.

Primo loco quaerendum est, num constitui possit quonam fundamento nitatur opinio eorum qui inter antiquos Euripidea esse fabulam Pirithoum negaverint et quinam ita censuerint.

nam parum lucis afferunt quaestioni qui dicunt, „Alexandrina aetate" de hac fabula dubitatum esse. Id enim ipsum ambigitur.

Cum omnino fortuna parum secunda fuit iis sive Didymi sive aliorum grammaticorum libris qui continebant Vitas poetarum tragicorum, tum praesertim in Vita Euripidis adversa admodum sors fuit. Conturbata, corrupta, in farraginem congesta, antiqua recentibus commixta hic praebent codices; in ea autem conditione versantur haec omnia ut frustra disquirere coneris, contractane sint, quae breviora sunt, ex longioribus, an producta prolixa quadam loquacitate longiora illa ex brevioribus; ita si quid forte ex Didymi commentariis provenisse constat, non tamen poteris diiudicare utrum adiecerit quid de se narratio amplior, an omiserit quid antiquum Didymeum, immo Aristophaneum Dicaearcheumve vitae enarratio succinctior. Attamen non prorsus incerti sumus in comparandis eis quae in „Vita Minore" (Schwartz Scholl. in Eur. I. p. 3. 14—4. 12 atque in „Vita Maiore" (ibid. p. 1. 1—3. 14) de fabularum numero fatisque adnotata videmus. Nam universe brevior haec Vita magis abstinet a nugis et ineptiis et accuratior videtur tam iudiciis quam dicendi ratione. Ita, fateor, haud aegre abesse video in hac Vita p. 4. 2 post verba „ἤρξατο δὲ διδάσκειν κατὰ τὴν $\overline{\pi\alpha}$ ὀλυμπιάδα ἐπὶ ἄρχοντος Καλλίου" ea quae addit Vita Maior „πρῶτον δὲ ἐδίδαξε τὰς Πελιάδας, ὅτε καὶ τρίτος ἐγένετο"; non quod de Peliadum didascaliis videam causam dubitandi, sed forma additamenti habet profecto quod suspicionem moveat: „ὅτε καὶ τρίτος ἐγένετο". Credamusne ita scribere potuisse antiquum Didascaliarum auctorem tamquamsi nesciisset non gloriam esse sed cladi proximum τρίτον γενέσθαι in certamine scenico? Qua propter haud nullius mihi videtur momenti quod ipsa ea verba quae de primo Euripidis certamine agant non in omnibus Vitae Maioris codicibus leguntur, sed inveniuntur tantum in *Vaticano* V. *Ambrosiano* Q. et in codice *Parisino Bibliothecae S. Genovevae* (G.), abesse autem a codice *Urbinate* U. *Hauniensi* H. *Vindobonensi* W.

Prorsus eadem ratio est in eo loco quo agitur de fabularum numero. Vita enim minor habet: τὰ πάντα δὲ ἦν αὐτοῦ δράματα ρβ', σώζεται δὲ αὐτοῦ δράματα ξζ' καὶ γ' πρὸς τούτοις τὰ ἀντιλεγόμενα, σατυρικὰ δὲ η', ἀντιλέγεται δὲ καὶ τούτων τὸ α' (quibuscum convenit Thomas Magister, et Suidas — hic saltem

quod ad rem attinet, nam verbis titubat; de qua re cf. Wilam Anal. p. 145 — nec non Varro apud Gellium XVII. 4. 3).

Contra uberius hic quoque Vita Maior:

τὰ πάντα δ' ἦν αὐτοῦ δράματα ρβ', σῴζεται δὲ οη'· τούτω νοθεύεται τρία, Τέννης Ῥαδάμανθυς Πειρίθους.

En, iterum in Urbinate desunt quaedam: verba nempe *σῴζεται — Πειρίθους*, Hauniensis autem et Vindobonensis nomina *Τέννης — Πειρίθους* omittunt.

Itaque, sicuti in ceteris quoque quae a Vaticano discrepant omittit Urbinas, aequius est non temerariae cuiusdam incuriae sed cautionis indicia constitui, ita in ipsa quaestione de qua agimus putandum est non convenire inter se Vitarum auctores; saltem multum abest ut dicamus ex eis Vitis apparere *Grammaticos Alexandrinos* (sive didascaliis edoctos, sive proprio acumine) Pirithoum Euripidi abiudicasse.

Sed conspirat cum Vitae Maioris auctore Athenaeus libro XI 494 ambigi dicens utrum Euripides fuerit an Critias qui scripsit Pirithoum! — Primum dubito num conspirare iure dicas cum Athenaeo grammaticum qui indicet Pirithoum *νοθεύεσθαι*. Nam *ἀντιλεγόμενον δρᾶμα* secundum Athenaeum fuit, i. e. de cuius auctore (num Euripides Critiasne esset) dubitaretur et *ἀντιλεγόμενα* quoque tria novit scriptor Vitae *minoris*. Sed nihilne prorsus interest inter opus *ἀντιλεγόμενον* et suppositicium *νοθευόμενον*? Ceterum nonne Critiae nomen prorsus deest in Vitis?

Ipsi Athenaeo quantum auctoritatis in quaestione literaria diiudicanda tribuamus, vix quisquam rogat. Hoc unum roganda dum est cuinam auctori debeat quod narrat. In hac parte libri prorsus certum id non est. Ut plurima in Catalogo poculorum ita hoc Pirithoï fragmentum, quod verbis *„ὁ τὸν Πειρίθοον γράψας εἴτε Κριτίας ἐστὶν ὁ τύραννος ἢ Εὐριπίδης"* ornatum est, deberi Panphilo dicitur. Ecce verba: *πλημοχόη· σκεῦος κεραμεοῦν βεμβικῶδες ἐδραῖον ἡσυχῇ, ὃ κοτυλίσκον ἔνιοι προσαγορεύουσιν, ὡς φησὶ Πάμφιλος. χρῶνται δὲ αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι τῇ τελευταίᾳ τῶν μυστηρίων ἡμέρᾳ, ἣν καὶ ἀπ' αὐτοῦ προσαγορεύουσι πλημοχόας· ἐν ᾗ δὲ πλημοχόας πληρώσαντες τὴν μὲν πρὸς ἀνατολὰς, τὴν δὲ πρὸς δυσιν ἀνατρέπουσιν ἐπιλέγοντες ῥῆσιν μυστικήν. μνημονεύει δὲ αὐτοῦ*

ὁ τὸν Πειρίθουν γράψας εἴτε Κριτίας ἐστὶν ὁ τύραννος ἢ Εὐδῆς, λέγων οὕτως·

ἵνα πλημοχόας τάσδ' εἰς χθόνιον
χάσμ' εὐφήμως προχέωμεν.

Haec omnia usque ad extremos versus anapaesticos integra Athenaeo ex Pamphili lexico desumpta esse si demonstraveris certe testimonium de dubia authentia Pirithoi fabulae ad antiquiorem Grammaticum, atque eum Alexandrinum, graviorem itaque in rebus criticis multo quam Athenaeum promoveris. Sed poteruntne talia certis argumentis aut probari aut negari? Mihi quidem propter illud καὶ ante verba ὁ τῶν Π. γράψας usque probabile videtur ipsum Athenaeum non e Pamphilo sed ex alio fonte ultima addidisse, cum praesertim neque Hesychius (s. v. Πλημοχόας), cuius adnotationem excerptis Diogenianeis quae ex Pamphilo fluxerunt deberi constat, neque Pollux X 74, aut Eustathius ad Il. E 598. 18, hanc Pamphili interpretationem referentes, versus ex Pirithoo addant. Quapropter vix quidquam nos docebit pro certo Athenaeus quam hoc, ipsius aetate fuisse homines qui dubitarent Critiaene tribuenda esset Pirithous fabula an Euripidi. Cuiusmodi dubia Athenaeum, qui doctrinam affectaret criticam, haud ignotum est libenter protulisse, quamquam in ceteris non fuit κριτικώτατος. Ita testimoniis Lysiacis in catalogo hetaerarum usus, quae neglegere eum non sinit eruditio, frequenter addit εἰ γνήσιος ὁ λόγος (p. 586 E et p. 592 E ex oratione in Laïdem neglegenter bis idem referens fragmentum, p. 592 C ex oratione in Philonidem) et illud quidem fortasse summo iure facit, tamen mire afficimur si videmus Athenaeum eodem folio quo emisit illud εἴ γε γνήσιος ὁ λόγος historiunculas proferre de Sophocle amorem in meretriculam Theoridem per cantici versum „Φίλη γὰρ ἡ Θεωρίς" significante. Qui eatenus comicorum lusu sibi imponi ac iocos pro serio venditari sibi sinit, illene dignus est cuius verba pro gravissimi testis declaratione accipiamus?

Nihil itaque ego ex Athenaei testimonio efficio quam hoc: saeculo IV° fuisse qui dubitarent, utrum Pirithoum Euripides an Critias scripsisset.

III.

„Est hoc aliquid" ita nonnulli, „sed aliud accedit; titulorı enim numerus omnium earum fabularum, quas nos hodie cer testimoniis ducti Euripidi adscribere possumus, si abicias Tı nem Rhadamanthyn Pirithoum, eodem redit quo Vitae Maio illud LXVII. Septuaginta tragoediarum tituli referuntur, tı suspectae sunt; itaque si ceteras 67 genuinas esse constat, ia luce clarius est Alexandrinos non alias ac Tennem Rhadama thyn Pirithoum pro spuriis habuisse."

Simplicissima ratione ita res conficeretur, si tam certa fab larum esset genuinarum computatio. Marmor enim illud Alb num in cuius fragmento tabula fabularum servata est ex part in se vix habet propriam auctoritatem; si autem ei lapidi, ı in incerta re, aliquantulum auctoritatis tribuere velimus, ida sibi iure suo arrogabit lapis Piraïcus (de quo cf. Wilan p. 138). Summa semper est auctoritas didascaliarum; cui pr xime accedit fides scholiastarum Euripideorum, Sophocleorum Aeschyleorum, Aristophaneorum, quatenus illi Alexandrinorum grammaticorum auctoritatem secuti esse putandi sunt. In un versum autem hoc sumere licet: fabulam, quae in scholiis a tragicos comicumve memoretur, in tabulas Alexandrinorum pr genuina receptam fuisse. Acta agam si de singulis hic testimoni veterum perscribam. Ad quaestionem dirimendam quae nos nun detinet sufficit notare, LIX tragoedias Euripideas esse, qua Alexandrinis grammaticis sine controversia cognitas et pro gı nuinis receptas fuisse constituendum sit, si scholiastarum d dascaliarumve testimonii rationem habeamus.

Ecce tituli: 1 Alcestis. 2 Andromache. 3 Alcmaeon ὁ ἐν Ψωφῖδϲϛ. 4 Aeolus. 5 Alexander. 6 Andromeda. 7 Antiop 8 Archelaus. 9 Alcmaeon ὁ διὰ Κορίνθου. 10 Aegeus. 11 Al mena. 12 Antigone. 13 Auge. 14 Bacchae. 15 Bellerophonte 16 Dictys. 17 Hecuba. 18 Helena. 19 Erechtheus. 20 H raclidae. 21 Hercules. 22 Electra. 23 Thyestes. 24 Theseu 25 Hippolytus Coronifer. 26 Supplices. 27 Iphigenia Tauric 28 Iphigenia Aulidensis. 29 Io. 30 Hippolytus Velatus. 31 In 32 Ixio. 33 Cressae. 34 Cresphontes. 35 Cretes. 36 Mede 37 Licymnius. 38 Meleager. 39 Melanippe Sapiens. 40 Oreste

1 Oeneus. 42 Oenomaus. 43 Oedipus. 44 Peliades. 45 Peleus. 46 Palamedes. 47 Polyidus. 48 Protesilaus. 49 Rhesus. 50 Stheneboea. 51 Troades. 52 Telephus. 53 Hypsipyle. 54 Phoenissae. 55 Philoctetes. 56 Phoenix. 57 Phaethon. 58 Phrixus. 59 Chrysippus.

Proxime hisce accedunt ex recentioribus tantum quam quae scholiastae tragicorum Aristophanisque praebent testimoniis nobis cognitae:

60 *Alope*, cuius nomen adest in marmore Albano. Laudat ex ea fabula fragmentum primus Ammonius quod debet Tryphoni, quapropter iure statuas receptam eam fuisse Alexandrinis.

61 *Plisthenes*. Titulus extat in lapide Piraico, — Albanum marmor fractum desinere in priore columna in litteris Ep (Epeo), in altera desiisse lapicidam in nomine Orestes notum est —; ceterum Eustathius ad Od. 1761. 69 ἐπὶ δὲ πᾶσι λέγει ὁ αὐτὸς γραμματικός (Aristophanes Byzantius) καὶ μόμφον παρ' Εὐριπίδῃ τὴν μέμψιν λεχθῆναι. Ex Atticista p. 107. 19 (μόμφον τὴν μέμψιν Εὐριπίδης Πλεισθένει) iure effecit Nauckius Aristophanem grammaticum hanc fabulam memoravisse.

62 *Melanippe vincta*. In lapidibus nullum subsidium; propter marmoris Piraici enim conditionem numquam contra fabulae tenuitatem argumentum peti potet ex eo quod ibi desit nomen, marmor autem Albanum cognomines fabulas numquam plus quam semel habet. Sed vix dubitare possis, quin sufficiat testimonium Athenaei. Qui cum XII. 523 scribit ὡς ὁ μὲν Τίμαιός φησι καὶ Εὐριπίδης ἐν Δεσμώτιδι ἢ Μελανίππῃ (neglegenter sane, si quidem haec non librarii culpa est) docet ni fallor Timaeum hanc fabulam duplici titulo memorasse.

63 *Epeus*. Quamquam huius fabulae nusquam nisi in Marmoribus Albano Piraicoque fit mentio, tamen reici ex catalogo vix poterit. Nam nisi inter σῳζομένας fuisset recepta non esset in eiusmodi catalogo. Spuriam autem si eam fortasse fuisse contendas, haec suspicio erit quae neque oppugnari possit neque probari.

64 *Temenidae*. Hunc titulum inter priores LVIIII non enumeravi, quamquam ex scholiis ad Ran. 1338 constat cognitam eam fuisse Apollonio Aristarcheo, quoniam dubitaverunt multi, Temenidas, Temenumve an utriusque nominis fabulam scripsis-

set Euripides. Sed de Temenidis constat ex Dioscoridae in Anth. Pal. 11. 195. Quid de Temeno?

65 *Temenus.* Stobaeum iuxta Temenidas saepe Teme ferre, id quidem solum rem non conficeret, sed testi non multo minus firmum quam in ceteris fabulis hab scholiis in Hippocratem (locus extat apud Nauckium in 751) ex quo apparet Bacchio Herophileo Temenum pr Euripidea cognitum fuisse.

66 *Scyriae* (s. Scyrii). Fabulae nomen adest in lapide Sed proprius accedere ad tabulas Alexandrinorum non opia fragmentorum. Nec tamen est cur dubitemus. Sext Empiricus ex fabula manifeste Euripidea fragmentum (182) quod ad aliam fabulam vix potest pertinere, et Statiusque fabulae materiem sumserunt tractandam t satis certum videatur in corpore tragoediarum Ale Scyrias affuisse.

67 *Danaë.* Haec quoque fabula, licet ante Seneca auctores neque fragmenta, neque titulus occurrat, ne Euripidi poterit abiudicari. Mitto quod argumentum enarrat Hyginus, sed quis credat decantatum illud δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς (lapsu memoriae a Seneca a rophontem relatum) tam constanter tamquam Euripid Danae laudari potuisse, si dubium de eius fabulae orig set? Adest autem nomen in marmore Albano Piraïcoqu Aristophanis Thesmophoriazusis vs. 414 (εἶτα διὰ τοῦ γυναικωνίτισι / σφραγῖδας ἐπιβάλλουσιν ἤδη καὶ μοχλούς) Euripideam spectari, quamvis tacente scholiasta, H concedendum esse puto.

En habes catalogum LXVII fabularum. Nempe e quas cogitavit auctor Vitae Maioris? Quis dicat; quand restant tituli non trium tragoediarum sed sex: Cadmus, Scylla, Tennes, Rhadamanthys, Pirithous. Ex quibus s debeas, quam (misso quidem illo testimonio Vitae Maic nus quam ceteras ad νοθευομένας relegari oportere certe erit Pirithous. Si enim eandem quam in praece normam adhibeamus, primum notandum est in lapide manifeste titulum Pirithoum adfuisse (id quod concedi

, ipse ex litteris ΠΙ post Πηλεὺς nomen Πειρίθους
deinde, quoniam scholiastarum ac glossographorum
es in tragicos, praesertim si vocabulorum tangunt
:iones, Alexandrinorum testimoniis niti nobis visae
uam rationem cum iis, quae propter testimonia scho-
in catalogum fabularum a nobis receptae sunt, iure
t Pirithous, cuius fr. 593 in schol. ad Or. 982 ex
rtur. Postulat itaque ratio, quatenus externis tantum
s utimur, ut Pirithoum catalogo addamus et erit:
-ithous.
ıanthys autem, deficiente in litera P tam lapide Al-
m Piraïco, habet modo quibus se tueatur Strabonem
stam ad Orestem. Quoniam autem haec auctoritas non
, quam ceterarum, addendus est
adamanthys.
utem de Cadmo? Tacent lapides. Quod autem Albanum
ttinet (cuius prior columna desinit ut dixi ex fractura in
era columna a capite integra incipit in *Cretensibus*) ex
in altera serie adsunt Cretenses, Cressae, Cresphontes,
— itaque excepta Cadmo omnes quae a littera K in-
- efficere voluit Wilamowitzius Cadmi nomen non fuisse
ɔide, vix enim verisimile ei videtur lapicidam illud
num a ceteris per K incipientibus divulsisse atque in
lumna posuisse. Equidem nimis incertum dixerim di-
ıid lapicida aut fecerit aut vitaverit. Malim Welckero
ri qui cautius (Gr. Trag. II 810) „Auf dem Albani-
eine fehlt die Stelle worin Kadmos zu suchen wäre".
ıum fuerit in marmore Albano prorsus ignoramus. —
mentum affertur „ex Cadmo Euripidis". — Non nisi
, versus autem corrupti non modo sed suspecti non-
- Mitto versus ipsos de Caelo Chaoque absconditam
m praedicantes, quamquam abiudicare Euripidi eos quia
es sint vix critices prudentis mihi videtur. Verum si
eos versus ex Euripidis Cadmo provenisse perhibet,
saeculo primo qui Euripidem Cadmum scripsisse puta-
titisse autem fabulam Cadmum cognitamque eam fuisse
aetate lectoribus Romanis, id testantur notissimi versus
A. P. 185 (*ne pueros coram populo Medea trucidet, aut*

humana palam coquat exta nefarius Atreus, aut in aver vertatur, Cadmus in anguem) quibus versibus significari Ba exitum fuerunt quidem qui crederent sed iamdiu refut Itaque Cadmus fuit fabula eaque notissima, quae tan iam Alexandrinorum aetate Euripidi sit adscripta n Etiamsi autem constaret fraudi deberi versus quos referat causam non viderem ut cum Wilamowitzio censerem mum numquam extitisse sed ementitam esse fabulam. res incerta, et omnino concedo versus alios illos parum dictos videri quos ex Cadmo sumtos esse ab Hermoger cantur viri docti (fr. inc. 930 *οἶμοι, δράκων μου γίγ ἥμισυ· τέκνων περιπλάκηθι τῷ λοιπῷ πατρί*). Manet itaqu guum utrum Cadmum in catalogum numero LXX a praestet an referre ad *ἀντιλεγόμενα*.

70 *Cadmus?*

Restant *Lamia* et *Scylla*.

Lamiam deesse in Marmore Albano notandum est ne illud sufficiet ad damnandum. Etenim Alcumenam quoq tit lapis Albanus quam habet lapis Piraïcus (nec quisqu suspicatur Euripidi abiudicandam). Sed Varro (teste I Inst. I 6. 8) Libycae Sibyllae meminisse Euripidem *in prologo* docet, quibuscum convenit schol. Plat. p. 963 b *Λίβυσσα ἧς μνήμην ἐποιήσατο Εὐριπίδης ἐν τῷ προλόγῳ μίας*". — „Prologum nescio cuius fabulae recitasse, non nomen dedisse traditur" monet Wilamowitz. Equidem verbis „Lamiae prologum" tunc demum ab interprete Latinove „prologum quem dixit Lamia" significari, sit aut de fabula omnibus nota (veluti quis *Πολυδώρου* indicans non vereatur ne non statim lectores intelle Hecubae initio cogitari) aut de fabula cui persona qu fatur nomen dedit (veluti *Ἀνδρομάχης πρόλογος*). Lamia prologus nil nisi prologum quem Lamia habet in co dramate mihi significare posse videtur. Ut Cadmum catalogo

71 *Lamia?*

Ultima est *Scylla*. Quoniam vero post Aristotelis Artis Poeticae nusquam eius fabulae nomen recurrit, lic cari eam fabulam Alexandrinis temporibus iam interiis

ıd de *Tenne* quid dicam? Misellam tragoediam quae uno ım loco nomine memoratur sed eo tantum consilio ut ıemnetur simul! Scilicet nusquam sermo de Tenne nisi in :a Maiore" ubi *νοθεύεται*.

'abularum hanc seriem eo solum consilio composui, ut osten- ım in Catalogo — quatenus nostris subsidiis constitui potest — satis firmum esse fundamentum ad quaestiones de authentia mendas. Cum enim in omnibus titulis aequam adhibeo ge- tatis normam superat meus catalogus una fabula, excepta ım Tenne, numerum *τῶν ἑβδομήκοντα*. Sed fac Probum er- se aut Varronis quoque verba aliter quam volui interpretanda e. Abiecta tunc altera utra LXX restabunt; sed in eis septua- ıta fabulis nonnullae multo magis quam Pirithous laborant ıpia testimoniorum quibus ingenuam originem probent.

IV.

Si itaque constat Athenaeum Vitaeque Maioris auctorem dubi- se de Pirithoo, in exemplari autem selectarum quarundam tra- ıediarum Euripidis quod haud procul Athenis saeculo post Chr. imo adservabatur eam fabulam infuisse, pro Euripidea Pirithoum ıceptam fuisse grammatico cui debetur scholion ad *Or.* 982, ım — quod gravius est — glossographo qui de voce *ῥύμβος* ı disseruit quae in brevius contracta servantur in schol. ad ıoll. Rhod. IV 143, denique a Plutarcho Pirithoum Euripidis ıdicari opus — mittam enim testimonia Hesychii Clementis ıstathii — quid est quod nos prohibeat inter Euripidis opera ıovina illius quoque fabulae fragmenta recipere?

„Aliena sunt ab Euripide" ita fere respondent et Wilamo- itzius et alii „tam dictio numerique, quam sententiae horum gmentorum". — Haud leve neque spernendum hoc mihi icium videtur. Est enim quaedam in nostra quoque doctrina ήνησις, quae aliam quidem viam ingressa quam dialectica ars quae per argumenta disputando pergit, vix tamen inus certa ac probata dici potest. Equidem profecto siquis Bre- Micheliusve tabulam Rembrandtii nomine — ut quidem ebatur — insignitam, pictorum principi deberi praefracte gaverit, mirabor fortasse, fortasse dolebo, sed tacebo, et

perito iudici credam — etiamsi nihil addiderit sententiae sua nisi illud „non possum dicere, quare". Nonne idem in arte philologica valet? Si quis vir doctus, in poetis tragicis versatissimus litterarum, artis rhythmicae peritissimus, poetae cuidam Graeco opus quoddam sive deneget sive tribuat, ratio mihi habenda videtur eius iudicii, etiamsi alia argumenta, praeter ea quae ex „intimo illo sensu" petuntur, desint. Quid mirum quod hanc leviter animo commoveor, cum virum tantae auctoritatis, quanto merito inter nos est Wilamowitzius, annis triginta postquam primum Pirithoum delendam censuit, gravius etiam condemnantem audio: „Uneuripideïsch ist alles"!

Sed licet in pictarum tabularum genuitate diiudicanda, quam par est modestia, proprio iudicio prorsus abstineam et principum sententias tacitus sequar — si quidem consentiunt principes! — cum poetas Graecos res spectat, praecipue cum agitur de Euripide, etiam postquam Wilamowitzius pro sententia Pirithoum abici iussit, prorsus diffidere proprio iudicio non possum. Nam si ingenue profitear quid de Pirithoi fragmentis mihi videatur, vix potero brevius sententiam pronuntiare meam quam ita: „Euripideïsch ist alles". Numeri, versuum formae, dictionis ratio, sententiae prolatae, denique omnia cum Euripide convenire mihi videntur. Quamquam igitur compertum habeo dialectica ratione probari non posse, operis poëtici quis fuerit pater — numeros enim et dictiones quae euripideae mihi videntur, fortasse communes ei cum ceteris fuerunt — opinionem meam lectoribus commendare conabor; utinam et Wilamowitzio ipsi persuadeam!

Ut numeros Euripideos esse demonstrem non adhibebo ληκύθια Aeschylea, licet plures ex fragmentis nostris versus caesura utantur eadem. Nam si revera ληκυθίοις suis eam carpere voluit Aeschylus, labore haud gravissimo eum confundere propriis armis potuerat Euripides. Caesura penthemimeri aeque saepe utuntur tragici omnes (et merito itaque Leeuwenius monuit ad Ran. 1203 non numeros Euripideos sed dictionem μικροπρεπῆ carpi ab Aeschylo). Sed quandoquidem constat poetas omnes qui multa et continuo scribant, in eiusdem generis versibus ad certas quasdam normas saepe inscios recurrere, idque eo magis quo simpliciora ac vulgatiora iis sint enuntianda, redire apud

angulos videbis — vel audies potius, nam haec quidem segnius oculos irritant quam aures — versuum frusta, certa quadam familiaritate inter se similia, quae sonorum si non verborum similitudine originem prodant. Ut liberos amicorum agnoscere solemus nunc ex lineamentis quibusdam faciei, nunc vocis quadam inclinatione, manuumve gestu, incessu quoque et risu, ita versum poetae dilectissimi notissimique etiamsi inter aliorum versus intermixtus iaceat facile agnoscas. Exemplo probabo, quid velim.

Fr. 591 ita Hercules Aeacum adloquitur

ἐμοὶ πατρὶς μὲν Ἄργος, ὄνομα δ' Ἡρακλῆς,
θεῶν δὲ πάντων πατρὸς ἐξέφυν Διός·
ἐμῇ γὰρ ἦλθε μητρὶ κεδνὸν εἰς λέχος
Ζεύς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο.
ἥκω δὲ δεῦρο πρὸς βίαν Εὐρυσθέως.

Color Euripideus quem in hisce versibus agnosco debetur dictioni praesertim, de qua statim dicam. Sed qui fit, ut *audire* Euripidem praecipue nunc mihi videar? Num propter exitum versus extremi, qui in mentem revocat *Herc.* 830 ἐπεὶ δὲ μόχθους ἐξέπρασ' Εὐρυσθέως. — *Herc.* 936 πάτερ, τί θύω, πρὶν κτανεῖν Εὐρυσθέα. — *Herc.* 939 ὅταν δ' ἐνέγκω δεῦρο κρᾶτ' Εὐρυσθέως. — *Herc.* 982 εἷς μὲν νεοσσὸς ἔδε θανὼν Εὐρυσθέως. — *Heraclid.* 845 βαβὼν δὲ χερσὶν ἡνίας Εὐρυσθέως. — *Heraclid.* 850 δίας Ἀθηνᾶς, ἦμ' ἰδὼν Εὐρυσθέως. — *Heraclid.* 859 αἱρεῖ δ' ὁ κλεινὸς Ἰόλεως Εὐρυσθέως (cf. quoque Heraclid. 58. 68. 156)? Vix puto hoc sufficere, praesertim in nomine proprio. Ni fallor secundus fragmenti versus est qui indicat τίνος ἐστὶ πατρὸς τὸ παιδίον.

θεῶν δὲ πάντων. . . . . .

Talia cum audis, nonne sonum versus Euripidei deprehendere tibi videris? Sat scio ea, qua hic, sede versus ceteros quoque tragicos saepe πάντα, πάντι, πάντας, πάντων, collocasse; memini Sophoclea illa καὶ ταῦτα πάντα (Ai. 182), νοσεῖτε πάντες (O. R. 60), καλῶς ἅπαντα (*ibid.* 985), ὠθεῖν ἅπαντας (*ibid.* 1382), ἐπεὶ δὲ παντός (O. C. 1604), τὰ δ' ἄλλα πάντα (El. 657), τιμᾶν ἅπαντες (ibid. 983), quibus conferri possunt haec Euripidea ad numeros nostri fragmenti propius plerumque accedentia Med. 13 αὐτή τε πάντα, 16 νῦν δ' ἐχθρὰ πάντα, 794 δόμον δὲ πάντα, Herc. 491 τύχην δὲ πάντα, Heraclid. 841 μόλις δὲ πάντα, Or.

679 θηρῶν ὃ πάντες, 1391 παίδων ἅπαντας. Talia parum probant. Cuivis quoque versus in memoriam recurrit μάλιστα πάντων, vel κάλλιστα πάντων incipiens, ut in Electra 586 αἴσχιστα πάντων, 665 μάλιστα πάντων, 76[illegible] πάντων, in Euripidis Medea 395 μάλιστα πάντων. Et i dem versus movent me, quales sunt Hipp. 1333 ὦ πάντων, Troad. 1273 καὶ τέρμα πάντων, Hec. 562 ἔλεξ fr. 430 ἔρωτα πάντων (cf. Soph. O. R. 1465 ψαύοιμ Philoct. 85 κέκλησο πάντων). Sed peculiare quoddam Eu si inesse dico versui nostro cogito de sono versuu sunt: Med. 409 κακῶν δὲ πάντων, Andr. 1116 εἷς ἦν Hec. 351 Φρυγῶν ἀπάντων, Herc. 543 ὅπλοις ἀπάντων ταμίαν τε πάντων, ibid. 863 καὶ τῶνδε πάντων, fr. 269. ἀπάντων (cf. Soph. Ai. 992 ὦ τῶν ἀπάντων, et versun mum Euripideis in *Trach.* 275 ὁ τῶν ἀπάντων Ζεὺ Ὀλύμπιος), fr. 544 ἄλλως δὲ πάντων.

Et haec quidem omnia ipso adiectivo conveniunt praemissa haud raro voce δὲ sive τε. Nec tamen m pertinent quae sonorum tantummodo similitudine c veluti Or. 1163 ἐγὼ δὲ πάντως (cf. Hipp. 1062 οὐ δῆτα Hel. 1240 τίς δ' ἔστ' ἀπόντων (Andr. 632 πορθεῖς Hipp. 1329 οὐδεὶς ἀπαντᾷ (Bacch. 632 ἵππων τ' ἀπανι

Similia observare possis in primo pede. Versus initiu ipsis vocabulis simile unum tantum in mentem venit θεούς τε πάντας, sed saepe sonus redit, ut Or. 15 ἀπαιτῶ (crebro ἀπαιτῶ hac sede posuit poeta ut v. c. χάριν τ' ἀπαιτῶ) — item fr. 359 θετῶν δὲ παίδων (1455 τειῶνδε παίδων).

Sed nolo in hac re pergere, et consulto non hu versus Euripideos haud raros qui a θεοῦ διδόντος, θεοῦ a genetivo θεῶν incipiunt sive exeunt in Διός. Expon volebam uno exemplo quid velim cum contendam nun ripideos audiri posse in fragmentis Pirithoi. Vix suffici ut incertum fragmentum certo cuidam poetae tribuas dicanda sunt poetae fragmenta quae traditione ei ti sed addubitantur a quibusdam, haud prorsus haec r contemnenda videtur.

Nec tamen haec referrem nisi accederet in ceteri

ım quaedam similitudo, certis versuum locis recurrens. m quaedam eiusmodi parallela indicabo, de dictione pro- osthac pauca additurus.

n fragmento 596

οὐκ οὖν τὸ μὴ ζῆν κρεῖσσόν ἐστ' ἢ ζῆν κακῶς;

ım compono versus ex Troad. 632

τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν,

opter aliam versus partem Hec. 378

ἢ ζῶν· τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς μέγας πόνος.

ratione similis Iph. A. 1252

θανεῖν· κακῶς ζῆν κρεῖσσον ἢ θανεῖν καλῶς.

agmento 597, de quo plura posthac sunt dicenda, occurrunt τε καὶ κάτω, verba omnibus scriptoribus usitata sed prae- m ab Euripide haud raro usurpata, hic in fine versus posita Iph. T. 282 διετίναξ' ἄνω κάτω, Bacch. 753 πάντ' ἄνω τε κάτω. Sequenti versu ῥήτωρ σπαράσσων (recte enim ita cor- sse Valckenarius videtur) revocat Bacch. 1127 eadem sede tum ἀπεσπάραξεν et 1220 διασπάρακτον.

a fragmento 598 ὁ πρῶτος εἰπών (nisi hoc cum Wilamowitzio ndum censeamus) conferendum est cum Heraclid. vs. 889 ρῶτον εἶπας, et verba οὐκ ἀγυμνάστῳ Φρενί cum fragm. 344 ἀγύμναστος Φρένας. Tandem nolo negligere quod verbum ίζειν, quod altero versu huius fragmenti occurrit „τόνδ' ἐκαλ- ν λόγον", eandem trimetri sedem occupat in Troadibus 889 ὰς ὡς ἐκαίνισας θεῶν.

Sed iam de ipsa dictione, i. e. de verbis quae usurpata sunt, ratione dicendi, de sermone videndum est, idque breviter taedium moveam lectori antequam ad summam rei perveniam, ae sententias in Pirithoo prolatas spectat. Rem ita tractabo a iambicis fragmentis profectus extremo loco de anapaesticis cam.

Quod ad fr. 591 attinet primum notatu dignum est, quam ete versus quibus Hercules coram Aeaco genus indicat suum am ceteris eiusmodi enuntiatis Euripideis conveniant:

ἐμοὶ πατρὶς μὲν Ἄργος, ὄνομα δ' Ἡρακλῆς,
θεῶν δὲ πάντων πατρὸς ἐξέφυν Διός.

Mitto fabulas antiquiores, sed afferam eas quae eadem fere aetate

natae sunt qua Pirithous, quam fabulam ad recentiores pert nere probabile est. Ita Hel. 16

ἡμῖν δὲ γῆ μὲν πατρὶς οὐκ ἀνώνυμος
Σπάρτη· πατὴρ δὲ Τυνδάρεως,

propter ea autem quae in Pirithoo sequuntur

ἐμῷ γὰρ ἦλθε μητρὶ κεδνὸν εἰς λέχος
Ζεύς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο,

conferenda quoque sunt quae addit Helena

ἔστιν δὲ δὴ
λόγος τις ὡς Ζεὺς μητέρ' ἔπτατ' εἰς ἐμήν,

nec minus apte eiusdem fabulae Helenae vs. 87 seq. huc affera

ὄνομα μὲν ἡμῖν Τευκρός, ὁ δὲ Φύσας πατὴρ
Τελάμων, Σαλαμὶς δὲ πατρὶς ἡ θρέψασά με.

In Bacchis 464 est Λυδία δέ μοι πατρίς, in Ione 260

Κρέουσα μέν μοι τοὔνομ'· ἐκ δ' Ἐρεχθέως
πέφυκα· πατρὶς γῆ δ' Ἀθηναίων πόλις,

et in Iph. T. 3 τοῦ δ' ἔφυν ἐγώ.

Haec omnia, quantum potest Euripideis similia, magis eti colorem assumunt Euripideum, cum prorsus εὐριπιδίζων per Hercules „ἥκω δὲ δεῦρο etc." Iam agnosco — sic fere exclames „οἶδα, τίς εἶ καὶ πόθεν". Quis enim originem Euripideam cel studens unquam coepit a verbo ἥκω? — Ut ex sexcentis exempl pauca afferam notabo Or. 1323. Andr. 309. 1111. 1126. 12 Heracl. 389. Or. 82. 893. Io. 5. Bacch. 661. 664. 666.

In ceteris fragmentis iambicis non habeo quae propter dicti nem notanda sint. Anapaestica autem sermone, uti par e multo elatiore utuntur, quo fit ut facilius in eis ἅπαξ εἰρημέ deprehendas. In transitu cum versu χάσμ' εὐφήμως προχέαι fr. 592 confero fr. 912 δέξαι πλήρη προχυθεῖσαν. Sed detin nos praesertim fr. 593. Prima verba σὲ τὸν αὐτοφυῆ (propt sonitum ac numeros conferenda cum Hipp. 1283 σὲ τὸν εὐτ τρίδαν) adiectivum exhibent hac quidem notione apud scenic incognitum, non item apud theologos, quandoquidem et α τοφυᾶ et ἀκάμαντα poeta Orphicus τὸν χρόνον dixit hymno 12. — quod undenam sumserit frustra quaeras. Nec tamen ipsum adiectivum inauditum aut novicium. Deus qui δεῖται οὐδενὸς hau absone significatur adiectivo quo Io poeta fr. 1 αὐτοφυεῖς καρπ dixit qui nullius adiuti arte crescunt; praesertim Euripide

ɔitheton elegisse mirum non est: in deliciis enim ei non cum ceteris poetis adiectiva erant qualia sunt *αὐθαίρετος ς αὐτοκρατὴς αὐτουργός* similia, sed quaesitiora quoque it ut Rhes. 228 casam quae radices terrae infixas habet, ζον dixerat, et *αὐτόμορφον* in Andromeda (fr. 125) id arte confectum non est, multo autem exquisitius Helena 356) manus propriae letale telum sibi adigentis impetum δαρεν ἄμιλλαν. Quapropter nihil habet *αὐτοφυής* quod ab idis dictione abhorrere videatur.

2 *τὸν ἐν αἰθερίῳ ῥύμβῳ πάντων Φύσιν ἐμπλέξαντα.* — ς (quod tamquam Euripideum *ἅπαξ εἰρημένον* glossographi ɔant — vide praesertim Eustath. ad Dionys. 1134) fere io suo colore a poeta indutus esse videtur cum *αἰθέριον* dixit, nam ullone adiectivo magis abusus est noster? — um *ἐμπλέξασθαι* autem aliis quoque versibus Euripideis imus illustrare (veluti Or. 1265. Iph. A. 936) sed nunc ɜm alio non aptius est exemplum quam Or. 1421 *κἀδόκει μὲν οὐ τοῖς δ' ἐς ἀρκυστάταν μηχανὰν ἐμπλέκειν παῖδα Τυνδαρίδαν ὁ μητροΦόντας δράκων.*

quitur de quibus dicendum, *ὀρΦναία νὺξ αἰολόχρως*. Adiecm — si tollis Suppl. 994 ubi cum Hermanno pro *ὀρΦναίας* tuendum est *ὄρΦνας* — semel tantum de nocte, quantum me-., dixit Euripides, Or. 1225 *ὦ δῶμα ναίων νυκτὸς ὀρΦναίας ερ*. Sed magis quam hoc adiectivo homerico delectatus est tantivo *ὄρΦνη* (vide v. c. Rhes. 42, 697. 774. Heraclid. 857. c. 46. Iph. T. 151); nec latuit, opinor, hic eius amor tophanem, cum in Ranis *ὑπὲρ Εὐριπίδην εὐριπιδίζων* cantico t „*ὦ νυκτὸς κελαινοΦαὴς ὄρΦνα.*"

ed in nostro fragmento non tantum *ὀρΦναία* nox audit sed *όχρως* quoque, adiectivo ornata quo caelum stellatum et *νυχίου σελάνας* splendor egregie illustratur. Quisquis secum ıtat quantus tenuerit Euripidem amor studiumque rerum estium, facile intelleget, grato eum animo id ex Sophoclis ico Trachiniarum splendidissimo (*ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα* vs. 92) recepisse. Sed in hoc quoque constitit sibi quod ıtiore forma adiectivum iteravit. Solet enim augere eiusmodi ctiva compositis in *-χοως* desinentibus. Ita Orcum *μελάγρα* dixit (Hec. 1100) et Erinyes in Oreste (321) *μελάγχρω-*

τας, ita ad Ledam accedens Iuppiter depingitur χιονόχρως κι κνου πτεροῖς (Hel. 216), et in Andromache (879) etiam Oreste in Phthiam adveniens ἀλλόχρως a ministris Andromachae dicitur ἄκριτος ἄστρων ὄχλος vix habet quod nos detineat; nam licet rariore significatione adiectivum adhiberi hoc loco non negaverim, vix puto fore ut quis alienam ab Euripide hanc dictionem iudicet qua homericum ἀκριτόφυλλον explicari quodammodo dicas. Neque magis offendit ὄχλος de stellarum choro. Etiamsi quis monuerit alias fere de hominum multitudine substantivum adhiberi, non deerit huic fragmento auctoritas Euripidea: in Iphig. Aul. 191 habemus ἵππων ὄχλον, quin immo in Danaës fragmento (332) φιλημάτων ὄχλον.

Accedimus ad versum qui praecipue suspicionem movit Wilamowitzii: ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει. — ἐνδελεχῶς viro summo ad ea ἅπαξ εἰρημένα pertinere videtur „quae ab Euripidis usu, quin a vetere Atthide abhorrent". Contra dicere hisce non facile est, quoniam per se quidem Euripidem novasse nonnulla vel rarius aut numquam dicta adhibuisse, et glossographi docent et ipse Wilamowitzius minime negat. Nihil ergo agam si ex aliis Euripidis fabulis rariora verba afferam; Choerili autem fragmento (Simpl. ad Ar. Phys. 8. 276) πέτρην κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ auctoritatem abstulit ipse Wilamowitz, haud certum esse monens fueritne Samius poeta quem hic refert Simplicius. Verum inesse revera in hoc adiectivo ἐνδελεχὴς putandum est aliquid quod ab antiquiore sermone sive Attico, sive Ionico abhorreat? Quoniam frequens adiectivum est apud Platonem (cf. praesertim Tim. 43C et 58C) nimiaene audaciae est si coniciamus in eis quae ex Heracliti sapientia refert Plutarchus (Cons. c. 10) καὶ ὁ τῆς γενέσεως ποταμὸς οὕτως ἐνδελεχῶς ῥέων οὔποτε στήσεται ipsius Heracliti servata esse verba?

Ceterum quoniam non rogatur Pirithousne falsarii alicuius fuerit opus sed ambigitur tantum inter Critiam qui anno 403 obiit et Euripidem qui biennio ante mortuus est, parum refert, num ante Pirithoum adverbium ἐνδελεχῶς Atticis cognitum fuerit necne; qui Critiae innovationem eiusmodi condonabit, is Euripidi denegare licentiam eandem vix poterit. Euripidis autem cetera huius enuntiati verba mirum quantum conveniunt. Congruunt imagines. Est enim lyricae artis inopia quaedam

ıtum eius *ἀστέρων τέθριππος χρύσεος ὄχος* in caelum tol-
ad. 856). — Contra *βαδίζουσι* Sol atque Luna Phoen.
ius *ἀίσσει* Iph. A. 7, *δραμοῦσαι* Peleiades sunt Or. 1000.
lis equos alatos El. 464 comitantur *ἄστρων αἰθέριοι χόροι*,
ım in Ione 1077 vivide poeta depingit caelum, una
ɔrtalibus Iacchi festa nocturna celebrans „*ὅτε καὶ Διὸς*
ὸς *ἀνεχόρευσεν αἰθήρ, χορεύει δὲ Σελάνα*".
agmenti 594 dictione vix agere possum nisi simul sen-
meteorologiamque si qua est Euripidis attingens; itaque
ːtivo *ἀκάμας*, de eo quod est *ἀέναον ῥεῦμα*, de voce
ος non agam. Nunc sufficiat monere verba *ὠκυπλάνοις*
ı *ῥιπαῖς* sumta esse simul ex Aeschylo ac Pindaro,
pius sectatus est Euripides. Coniunxit enim Aeschyleum
126) *ἐλαφραῖς πτερύγων ῥιπαῖς* et Pindaricum (Pyth.
ὠκυπόρους κυμάτων ῥιπαῖς. *ὠκύπλανος* autem (ex analogia
ıorum *τηλέπλανος πολύπλανος* formatum) haud ineptum
ideribus etiamsi de *planetis* dictum non sit.
alienum est simul monere de adiectivo *πλήρης* (594[2]
πλήρης) quod cum dativo, ut hic, contra vulgatum
ɔniunctum habemus in Bacch. 18, sicut verbum in
72.
nus huius fragmenti versus *τὸν Ἀτλάντειον τηροῦσι πό-*
numeris sonoque fr. 839. 11 *εἰς οὐράνιον πάλιν ἦλθε*

species ei adscribi sinerent. Sed venio nunc ad id quod mihi caput rei est; iam quaeram num in fragmentis quae ex Pirithoo restant iudicia, opinionesve proferantur Euripideis contrariae.

Coniunctim spectanda sunt fr. 597 et fr. 598. Priore fragmento poeta inter se opponit legis atque morum vim in republica: firmius esse fundamentum in civium animis quam in legibus; has enim temere ab oratoribus qui civium partibus praesint in perniciem civitatis converti. Animi autem mentisque praestantiam alterum laudat fragmentum, certissimum *ἐν τῷ Φρονεῖν* subsidium esse praedicans, quapropter recte illum hominem fecisse qui mutato vetere proverbio sortem adiuvare prudentes docuerit:

fr. 597 *τρόπος δὲ χρηστὸς ἀσφαλέστερος νόμου·*
τὸν μὲν γὰρ οὐδεὶς ἂν διαστρέψαι ποτὲ
λόγος δύναιτο, τὸν δ' ἄνω τε καὶ κάτω
ῥήτωρ σπαράσσων πολλάκις λυμαίνεται.

fr. 598 *ὁ πρῶτος εἰπὼν οὐκ ἀγυμνάστῳ Φρενὶ*
ἔρριψεν ὅστις τόνδ' ἐκαίνισεν λόγον,
ὡς τοῖσιν εὖ Φρονοῦσι συμμαχεῖ τύχη.

Dixerit fortasse quispiam sententias hisce duobus fragmentis prolatas vix tam insignem, tam peculiarem sapientiam continere ut ex iis certum quendam poetam agnoscas; talia dici potuisse a quovis poeta scenico. Potuisse non negabo. Sed suum habet quisque disputandi dicendique genus. Quod in hisce mihi plane Euripideum videtur, alienissimum ab Euripide cum Wilamowitzio hodie iudicant plerique. Quapropter audienda sunt quae in Analectis de hac ipsa re scripsit vir summus, quae hodie quoque persuadere multis pergunt Euripidem non ita censuisse de hominum indole ut in fragmento 597. 598 iudicatur.

Censuit itaque ac censet opinor Wilamowitz „secundum Euripidem certam ingenii et morum indolem hominibus innatam esse quae nulla unquam re deleri posset, sequi homines eam fatali necessitate, ut vel cum recte honesteque facere vellent, cum recte et honeste sentirent, inviti peccare cogerentur. Plane contrariam igitur Euripidi placuisse sententiam Socraticae, quae ex recte praeve intellectis recte praeve facta deduceret" (Anal. p. 165).

Opiniones, iudicia moralia, placita de deorum vita atque ingenio quatenus suas quatenus alienas poeta scenicus proferat in

n colloquiis canticisque chori ut molestum est diiudicare
ɔulis superstitibus ita difficillimum in nudis fragmentis.
:amen constat inter lectores fabularum Euripidearum, de-
ım esse poetam controversiis moralibus, et praesertim de
aestione quae tunc maxime tenebat omnium animos, num
doceri posset, fortunave an virtus plus homini utilitatis
t, genusne an vitae usus magis valeret, saepe in diversa
antes eum fecisse heroes suos, ita tamen ut Hecubarum,
ɔrum, Orestarum iudiciis collatis, non plane desperes effici
quid penitus de hisce poeta ipse censuerit.
um est — sed notum omnibus — quod poetae nostro
rtim mulieres aptae visae sunt ad eiusmodi cogitationes
ɜndas. Nulla magis quam Hecuba. Quam acerbe illa, ma-
experientia edocta, monet se idcirco tantum a Iove esse
am ut post tot casus crudeliora etiam fata obiret, quam
ıta mente respuit iustitiam divinam humanamque! Tamen
ıi necessitate Legis opem invocat (Hec. 798)

ἡμεῖς μὲν οὖν δοῦλοί τε κἀσθενεῖς ἴσως,
ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι χὠ κείνων κρατῶν
νόμος· νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα
καὶ ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι' ὡρισμένοι.

ı certae cuiusdam civitatis leges, quae ab hominibus
tutae ab hominibus facili modo antiquentur, nunc cogitat
ɔa, sed *τὸ νόμιμον*, plane ut Aethra in *Suppl.* vs. 313

τὸ γὰρ ξυνέχον ἀνθρώπων πόλεις
τοῦτ' ἔσθ' ὅταν τις τοὺς νόμους σῴζῃ καλῶς,

ımen Theseus (vs. 339), quamvis legum strenuus defensor,
ɜpondet ut moneat Aethram, in suis moribus suoque animo
ıs etiam quam in legibus subsidium situm esse supplicibus.
Thesei apponam quoniam valent ad illustrandum fr. 597
oi:

ὁρῶ δὲ κἀγὼ ταῦθ' ἅπερ με νουθετεῖς,
ὡς τοῖς ἐμοῖσιν οὐχὶ πρόσφορον τροποῖς
φεύγειν τὰ δεινά· πολλὰ γὰρ δράσας καλὰ
ἔθος τόδ' εἰς Ἕλληνας ἐξεδειξάμην,
ἀεὶ κολαστὴς τῶν κακῶν καθεστάναι.

ıs fingitur a poeta Thesei animus, ut spernat rex leges;
multus Athenarum *συνοικιστὴς* ille est in tyrannide car-

penda, quippe quae pareat non legibus scriptis sed unius viri libidini, qui solus regnet τὸν νόμον κεκτημένος αὐτὸς παρ' αὑτῷ. Verum non eo quod placuit populo, vel eo quod scripta est lex, sive Theseo sive eius poetae sancta videtur. Eatenus lex valeat oportet, quatenus cum eo quod in hominum animis vivit νομίμῳ convenit.

Quid illud est νόμιμον? Insitum nobis, innatumve? Ex natura ipsa an ex educatione procreatum? Nolo hoc statim quaerere. Primum monere lectores velim, vix quidquam Euripidem vidisse in mente humana gravius excelsiusve quam illud. Est enim in sensus iusti probique (ἱερὸν τῆς Δίκης id vocat Theonoe in Hel. 1003) qui in calamitatibus desperare vetet nos, ut est in Bellerophonte (fr. 292)

νόσοι δὲ θνητῶν αἳ μέν εἰσ' αὐθαίρετοι
αἳ δ' ἐκ θεῶν πάρεισιν, ἀλλὰ τῷ νόμῳ
ἰώμεθ' αὐτάς,

quin fundamentum illa vis iusti praebet quo nitatur qui deos esse credat. Quam sint proclivi homines Euripidei ad fidem deorum proiciendam simulac iusta iniustis vinci eis videantur, id exemplis demonstrare otiosum. Consentiet lector quivis cum Athenagora (Leg. pro Christ. c. 25 p. 144. 22 Geffk.) τὸ παρ' ἐλπίδα καὶ δίκην εὖ πράττειν ἢ κακῶς ἐν ἀφασίᾳ τὸν Εὐριπίδην — immo homines ab Euripide in scenam arcessitos — ἐποίησεν, τίνος ἡ τοιαύτη τῶν περιγείων διοίκησις ἐν ᾗ εἴποι τις ἄν·

πῶς οὖν τάδ' εἰσορῶντες ἢ θεῶν γένος
εἶναι λέγωμεν, ἢ νόμοισι χρώμεθα;

Nec tamen perstant in dubitatione illa quae de dis desperat. Omnia ruere, simulac absit τὸ νόμιμον, simulac τὸ ἄσεπτον ἔχῃ δύναμιν (Iph. A. 1089 sqq.) ac tyrannus libidini indulgeat

νόμον παρέμενος ἀνομίᾳ χάριν διδούς

ipsa vita edocti plerumque agnoscunt.

Cogitat itaque Euripides Legem duplicem. Est νόμος ἄγραπτος qui viget valetque in mente hominis — sive mavis eum dicere Δίκην (Heracl. 104) sive Ὁσίαν, quandoquidem deus ipse in nobis est vel divini numinis in animo nostro imago quaedam et umbra

ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός (fr. 1018) —

illa itaque lex, quae ab ἀγνωμοσύνης arrogantia mortalem deterret et dissuadet ne spernat

ὅτι ποτ' ἄρα τὸ δαιμόνιον
τό τ' ἐν χρόνῳ μακρῷ
νόμιμον ἀεὶ Φύσει τε πεφυκός (Bacch. 826).

xta illam Legem sunt. leges quae conscribuntur, quae ισει πεφυκότες sunt, nec immutabiles, quandoquidem se-
ı normam Legis illius supremae, „ἐκ τῶν δικαίων", cor-
ır (fr. 212), contra pessumdantur corrumpuntur simulac popelli permulcent·oratores, δημηγόρων ἀχάριστον σπέρμα, ις φίλους βλάπτοντες οὐ φροντίζουσι, dummodo τοῖς πολλοῖς ἄριν λέγειν possint (Hec. 256).

ntum a gliscente ochlocratia ipse poeta tam legibus civium moribus timuerit, singulae tragoediarum paginae clamant. sima tantum exempla adducam — nam res ipsa in aperto quae propius quam cetera ad fragmenti 597 sententiam nt. Cogito de Oreste (907)

ὅταν γὰρ ἡδὺς τοῖς λόγοις φρονῶν κακῶς
πείθει τὸ πλῆθος, τῇ πόλει κακὸν μέγα,

uoque testes adsunt in Supplicibus tam Theseus, de pau-
s questus (vs. 243) qui omnia mala struunt in divites

γλώσσαις πονηρῶν προστατῶν φηλούμενοι

Thebanorum legatus ille monarchiam extollens urbis suae 13)

οὐδ' ἔστιν αὐτὴν ὅστις ἐκχαυνῶν λόγοις
πρὸς κέρδος ἴδιον ἄλλοτ' ἄλλοσε στρέφει.

tores publicos et populi contiones haec spectant. Sed te-
m est, poetam quo nemo magis rhetorices potestatem a sua arte exercuerit, et novisse et timuisse eam vim in singulos homines ars dicendi exerceat:

οὐκ ἔστι Πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο πλὴν λόγος,
καὶ βωμὸς αὐτῆς ἐστ' ἐν ἀνθρώπου Φύσει (fr. 170).

m tantum itaque suadela possit, praestare videtur homini ae atque indoli, quam orationi, factis quam verbis, animo quam legi cui pareat confidere. Vide quam plane con-
ıs cum fragmento 597 sapientia fr. 206 (ex Antiope) pro-
ur:

ὦ παῖ, γένοιντ' ἂν εὖ λελεγμένοι λόγοι
ψευδεῖς, ἐπῶν δὲ κάλλεσιν νικῷεν ἂν
τἀληθές· ἀλλ' οὐ τοῦτο τἀκριβέστατον

ἀλλ' ἡ Φύσις καὶ τοὐρθόν· ὃς δ' εὐγλωσσίᾳ
νικᾷ, σοφὸς μέν, ἀλλ' ἐγὼ τὰ πράγματα
κρείσσω νομίζω τῶν λόγων ἀεί ποτε.

In hac sententia de humani animi indole magis firma magisque fide digna quam sive leges sunt sive orationes, fere sibi constat poeta. Sed gravius multo erat de ipsa natura humana iudicium ferre quod stare posset. Quid enim hominis ille est τρόπος, vel φύσις? Innatane? Et si innata, num eiusmodi eius est indoles ut semper per nobilis generis seriem ex parente nobilior emendatiorque tradatur filiis? An qualem accepimus eam a patre talisne permanet? Educatione informari potest? Ex honesto malus, ex improbo honestus nascitur unquam? — Talia ab Euripidis aequalibus singulari cura et arte disputari solebant. Non mirum itaque si poeta scenicus controversiam in scholis sophistarum decantatam, nec unquam in Socraticis colloquiis neglectam, coram populo in theatro, diverso iudicio, in diversa disputantibus heroibus et heroinis, tractavit. Si poetam quod in hac re parum sibi constare videatur accusas, respondebit opinor: οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, nam controversiam ipsam depingere mavult quam quid verum sit decernere. Sed tamen hic quoque non prorsus latet, quonam declinet ipsius Euripidis opinio.

Raro „innatam" illam de qua dixit Wilamowitzius „ingenii indolem" quae mutari non possit, professus esse videtur.

Nempe non multum valebit ad intimas Euripidis opiniones pernoscendas, siquis afferat illud ex Dictye fr. 333 — ubi „vetus proverbium" quoddam laudatur:

Φεῦ Φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει·
οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός,

tvix chorum edere poetae sententias docebis cum audies in Hec. 379 ita choreutas Polyxenen laudantes

δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς
ἐσθλῶν γενέσθαι,

mirum enim esset si non ita iudicarent heroes ipsi nobili genere prognati. Paratos invenias illos homines ad iterandam semper illam ex Alcmeone opinionem (fr. 75)

ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα·
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεται τέκνα,
κακῶν δ' ὅμοια τῇ φύτει τῇ τοῦ πατρός.

l sunt tamen quae nobiles quoque ipsos hic illic incertos nt et dubios. Iam lucescit suspicio quaedam, iam non ıt qui „referre negent quali sit quisque parente natus"! Orestes cum, in Electra, mores Auturgi honestissimos cum re hominis modestissimo immo humili comparat (vs. 367)

οὐκ ἔστ' ἀκριβὲς οὐδὲν εἰς εὐανδρίαν·
ἔχουσι γὰρ ταραγμὸν αἱ Φύσεις βροτῶν.

ogitationibus eiusmodi parum se aptum sentit Orestes; vix essam disquisitionem dimittit:

κράτιστον εἰκῇ ταῦτ' ἐᾶν ἀφειμένα,

si adesse potuisset disputantibus in Euripidis Alexandro 52—55) vidisset, nonnullis quidem placere generis nobilitatem, ındum alios autem veram atque unicam nobilitatem et inuitatem ipsam constare solis probis animi moribus, quin

multos saepe viros nullis maioribus ortos

vixisse probos et laudibus digna perpetrasse. Diserte de hac de Dictys fr. 336:

εἰς δ' εὐγένειαν ὀλίγ' ἔχω Φράσαι καλά·
ὁ μὲν γὰρ ἐσθλὸς εὐγενὴς ἔμοιγ' ἀνήρ,
ὁ δ' οὐ δίκαιος, κἂν ἀμείνονος πατρὸς
Ζηνὸς πεφύκῃ, δυσγενὴς εἶναι δοκεῖ.

Ultra progredi nonnumquam homines Euripideos, ut etiam os servorumque filios virtute antecellere moneant, satis ım est.

'erumenimvero poterit aliquis contendere, iis quae adduxi ım debilitari eorum opinionem qui credant secundum Euri-ım indolem homini insitam nec mutari nec corrigi, et hic lem haud obscure opinionem suam significasse poetam fr. 810

μέγιστον ἦν ἄρ' ἡ Φύσις· τὸ γὰρ κακὸν
οὐδεὶς τρέφων εὖ χρηστὸν ἂν θείη ποτέ.

ɜ hoc concedo: his versibus sive ipse Euripides, sive nescio ex heroibus diserte monuit, esse malum quod adeo ab ıi parte pessimum sit, non ut ulla arte possit emendari. ɜrum hoc quoque Euripidi visum esse nemo negabit: esse o quandam cuique propriam animi indolem quae vix un-n prorsus abolescat. Sed utile est de hac natura animi ubam audire philosophantem (Hec. 596)

οὐκ οὖν δεινόν, εἰ γῇ μὲν κακὴ

τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν εὖ στάχυν φέρει,
χρηστὴ δ' ἁμαρτοῦσ' ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν
κακὸν δίδωσι καρπόν, ἄνθρωπος δ' ἀεὶ
ὁ μὲν πονηρὸς οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακός,
ὁ δ' ἐσθλὸς ἐσθλός, οὐδὲ συμφορᾶς ὕπο
φύσιν διέφθειρ' ἀλλὰ χρηστός ἐστ' ἀεί;
ἆρ' οἱ τεκόντες διαφέρουσιν, ἢ τροφαί;

Subobscure de re obscura philosophata Hecuba hoc fere indica Improbi hominis mores vix corrigi, sed vere nobiles ne calam tatibus quidem frangi. Praesertim autem attendamus ad id qu illa in extremis addit: „Quid dicam? Interesse quonam gene quis sit natus, an quanam educatione usus sit?" — Si aute regina omnium superbissima et alta nobilitate elatissima ha confitetur:

ἔχει γε μέντοι καὶ τὸ θρεφθῆναι καλῶς
δίδαξιν ἐσθλοῦ

quid poetam ipsum iudicasse censeas?

Non inmutabilis, opinor, ei homini indoles videtur, sed ei modi quae corrigatur educatione (Iph. A. 563), corrumpat luxuria (fr. 187). Virtus doceri potest. Palam hoc profiteti Adrastus in Supplicibus (912)

τὸ γὰρ τραφῆναι μὴ κακῶς αἰδῶ φέρει,
αἰσχύνεται δὲ τἀγάθ' ἀσκήσας ἀνὴρ
κακὸς κεκλῆσθαι πᾶς τις. ἡ δ' εὐανδρία
διδακτόν, εἴπερ καὶ βρέφος διδάσκεται
λέγειν ἀκούειν θ' ὧν μάθησιν οὐκ ἔχει·
ἃ δ' ἂν μάθῃ παῖς, ταῦτα σῴζεσθαι θέλει
πρὸς γῆρας· οὕτω παῖδας εὖ παιδεύσετε.

Vix potest magis σωκρατικῶς de virtute disseri. Nec mirer igitur eundem poetam qui haec scripserit εὐβουλίαν laudasse robori, fortunae, divitiis praeposuisse. Ex mente poetae s professus est Amphion (fr. 199)

εἰ γὰρ εὖ φρονεῖν ἔχω
κρεῖσσον τόδ' ἐστι καρτεροῦ βραχίονος.

Nam compertum habebat Euripides τῷ πονοῦντι καὶ θεὸν συ λαμβάνειν (fr. 432 cl. fr. 461), γνώμην τ' ἀρίστην μάντιν εἶν τήν τ' εὐβουλίαν (Hel. 757) et haec exercitatione, usu, tempo acquiri (ὁ γὰρ χρόνος δίδαγμα ποικιλώτατον fr. 291). Idcirco οι

τος Φρένας (quem experientia docuerat τὸ φρονεῖν) is ei
r qui mutato vetere proverbio primus docuit τοῖς εὖ
τὴν τύχην συλλαμβάνειν.

ɔgiam Euripideam brevi exponere molestum est; lucu-
ıtem et diserte de eius cosmologia et meteorologia dis-
ɪiam difficilius. Habet enim hoc Euripides, quod multis
ɾibus poetis, praesertim eruditione quadam praeditis,
ɥuoque aetate proprium est: doctus erat; quidquid sui
ɜ philosophi scripserant sedulo lectitarat, sed ita lectita-
lerumque solent poetae. Empedoclea Aristagorea Heraclitea
ɜrat; quae seu verborum gravitate seu imaginum venustate
ant, receperat animo, nec tamen physiologorum senten-
ıitus in mente eius inhaerebant. Idem ille, qui hominum
perscrutari nunquam desiit — nec desperavit fore ut
do notio de summo numine altior certiorque quam Pro-
acquireretur — physicorum astronomicorumque doctrinis
si leviter imbutus, doctis quidem verbis de iis rebus
sed sententias minime claras proponit. Itaque quotiens
ıus Euripidis de divina sapientia clementia iustitia pla-
ıaud prorsus inanis erit labor quaerendi; sed in rerum
explicanda si ipse poeta non ultra incertas opiniones
.t, quid nos nisi incerta de eo proferemus?
quid de universa Euripidis cosmologia censendum mihi
r exponere non huius est loci. Nunc meum est, quantum
, argumentis demonstrare, ea quae fragmentis 593 et
ɔferuntur non abhorrere a ceteris Euripidis placitis. In qua
primum cavendum videtur ne quidquam tribuamus Euri-
od non poetae sed eius interpreti debeatur. Scribit enim
ɜ (Strom. V p. 717 cf. Euseb. P. E. XIII. 681) ἐν δὲ
ἰθῳ δράματι ὁ αὐτὸς καὶ τάδε τραγῳδεῖ·

σὲ τὸν αὐτοφυᾶ, τὸν ἐν αἰθερίῳ
ῥύμβῳ πάντων Φύσιν ἐμπλέξανθ',
ὃν περὶ μὲν Φῶς, περὶ δ' ὀρφναία
νὺξ αἰολόχρως, ἄκριτός τ' ἄστρων
ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει·

γὰρ τὸν μὲν αὐτοφυῆ τὸν δημιουργὸν νοῦν εἴρηκεν, τὰ δὲ
ὶ τοῦ κόσμου τάσσεται, ἐν ᾧ καὶ αἱ (ita rectius Euseb.)

ἐναντιότητες φωτὸς καὶ σκότους. Versus Euripidei sunt, interpretatio autem Eusebiana. Eusebius enim cum a multis auctoribus acceptum haberet Euripidem Ἀναξαγόρου τρόφιμον esse (quod non nisi ex parte quadam et aliquatenus ita fuisse hodie novimus) hic quoque τὸν Ἀναξαγόρου νοῦν agnovit. Quem tamen non Euripidis verbis sed suis ab eo indicatum esse vel eo arguitur quod illum Euripidis Deum τὸν δημιουργὸν νοῦν vocat. Nam Aristagoram Νοῦν suum numquam δημιουργὸν dixisse certum est, nomen illud de mundi opifice ante Platonis Timaeum non usitatum est, sed dilectissimum Neoplatonicis. Etenim hoc Wilamowitzio ex animo assentior: „Euripides nec δημιουργὸν novit nec νοῦν". — Aether est quem adoratur, Aethera colit vel potius summam Naturae vim, quidquid oritur continentem amplexu suo, quam quandoquidem divina absconditaque in certa quadam regione collocare eum cogit ipsa mentis humanae debilitas, in Aethere habitantem fecit. Est enim ubi ipsum Aethera deum salutent homines Euripidei (fr. 941)

ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχοντ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν·

sed quis fuerit cui hanc sententiam sane neque peculiarem neque accuratissime expressam poeta enuntiandam dederit ignoramus. Ad Hecubam hic quoque philosophantem, et hic quoque dubitanter diversa proferentem, malim recurrere. Audite Hecubae preces (*Troad.* 884)

ὦ γῆς ἔχημα κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν,
ὅστις ποτ' εἶ σὺ δυστόπαστος εἰδέναι,
Ζεύς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεως εἴτε νοῦς βροτῶν,
προσηυξάμην σε· πάντα γὰρ δι' ἀψόφου
βαίνων κελεύθου κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις.

Ita mulier vere Euripidea φυσιολογικῶς admodum incipit; dicit Melanippen. Et dum physica tractat docte confundit Pythagorea, Heraclitea Anaxagorea, nec tamen ea philosophemata satisfaciunt ei. Licet unum teneat semper quod et in hisce versibus et in nostro fragmento semper redit, Aethera amplexu sustinere naturam rerum, non in eiusmodi doctrina quiescit, quae ἀνάγκην tantum agnoscat: Deum postulat animus Hecubae, non Αἰθέρα πάντα γενετῆρα sed Δία Αἰθέρι νείοντα. Caelum enim non deus sed οἶκος

est Euripidi (Io. 871. Melan. fr. 487), et quamquam quo-
unque naturam rerum aeterna vita florentem tractat, my-
giae imaginibus usus Aethera patrem fingit, qui ex Terra,
a dea sed Aethere patre inferiore, omnia progignat (Chrys.
39. fr. inc. 898), verus Deus et summus is ei est qui
e praeditus in aethere regnat. Itaque cum procul dubio in
illis merito Euripides Anaxagoreus dicatur, in hac re a
eptore declinat. Ita ut Diogenes Apolloniates Νοῦν inhae-
n et aetheri et hominibus accipiebat. Heraclitea hic Anaxa-
a admiscentur. Id fortasse innuit Hecuba cum deum *νοῦν*
v dicit. Sane deum praeditum esse *λόγου* vi eadem qua
ies cogitent vivantque, putabat ille qui pronuntiavit fr. 1018

ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός,

ex ipsius poetae mente optime interpretatur Cicero Tusc.
25: si deus aut anima est aut ignis, idem est animus
iis etc.); hoc est quod disertius significat Theonoe, mulier
ivinae peritissima in Hel. vs. 1014 — versibus iniuria
damnatis —

ὁ νοῦς
τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ' ἔχει
ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών.

de via aberrare videor et totam Euripideam theologiam
ere velle. Non inconsulto aberravi. Scilicet prius nostrum
entum in quo poeta Anaxagoreum *δῖνον* non praedicat
n sed nomine tenus secundum morem suum (cf. Cadm.
8? Alc. vs. 245. Or. 982) imitatur, dum simul Heracliteum
inmiscet cum deum ex se ipso prognatum nuncupat, phy-
fere unice tangit, terminis autem, ut conveniebat choro
ystico, seu *ἐναγίσματα* ferenti, utitur fere mysticis; *πυ-*
ίζει chorus ille vel si mavis *ὀρφίζει* et est, quod verbo
nonui supra, memorabilis quaedam congruentia nostrorum
ientorum cum hymno Orphico 12. 9 ubi Hercules ille Or-
rum ita salutatur:

αὐτοφυής, ἀκάμας, γαίης βλάστημα φέριστον
πρωτογόνοις στράψας βολίσιν, μεγαλώνυμε δαῖμον,
ὃς περὶ κρατὶ φορεῖς ἠῶ καὶ νύκτα μέλαιναν.

um tendat haec satis memorabilis convenientia vix obscu-
Pythagorea (et Pherecydea) utriusque, tam Orphici illius

quisquis fuit, quam Euripidis in rebus caelestibus scientia est: ut ipse sermo. Sed hic quoque ab Euripide, poeta non physi sed morali, ad propriam de mente divina opinionem placita i de rebus caelestibus informata esse iam alterum nostrum fra mentum indicabit:

ἀκάμας τε πέριξ χρόνος ἀενάῳ
ῥεύματι πλήρης Φοιτᾷ τίκτων
αὐτὸς ἑαυτόν.

Ecce quam multo magis hic πυθαγορίζει quam Bellerophont cum fr. 303 Χρόνον dixerat οὐδενὸς ἐκφύντα. Nam hic non solu congruit cum Orphicorum placitis quorum memoriam serv hymn. 12. 3

ὃς δαπανᾷς μὲν ἅπαντα καὶ αὔξεις ἔμπαλιν αὐτός,

sed propius ipse ad horum omnium fontes Pythagoreos accedi Nempe Pythagorei (teste Plutarcho in Plac. I. 21) τὸν Χρόν τὴν σφαῖραν τοῦ περιέχοντος εἶναι censuerant. Placet hoc nostr quia χρόνος est ἐν ᾧ τὰ πάντα γίγνεται. Sed non ideo tantun Nam non accurate nec φυσιολογικῇ τινι ἀκριβείᾳ inter se distinxis tanquam diversa Caeli elementa τὸν Δία τὸν αἰθέριον a Chron illo putandus est. Modo ita dicit de Chrono ut vix quidquai nisi temporis cursum cogitare videatur, ut Bell. fr. 304

ποῦ τὸ σαφὲς θνατοῖσι βροτοῖς;
θοαῖσι μὲν ναυσὶ πόρον πνοαὶ κατὰ βένθος ἅλιον
ἰθύνουσι, τύχας δὲ θνητῶν
τὸ μὲν μέγ' εἰς οὐδὲν ὁ μέγας χρόνος
μεθίστησι, τὸ δὲ μεῖον αὔξων,

a quibus non multo distat fragmentum quod Oedipodi tribuitu

ὁρῶ γὰρ χρόνῳ Δίκην πάντ' ἄγουσαν ἐς φῶς βροτοῖς,

non multum quidem sed aliquid tamen, nam Dice Chroni fili est (Antiop. fr. 222)

τὴν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Χρόνου,

ὀξυδερκὴς ut ipse ὁ παλαιὸς Pater omnium, de quo Melanipp (Dind. fr. Eur. 510. Nauck. Adesp. 510)

οὐκ ἔστι πράσσοντάς τι μοχθηρὸν λαθεῖν,
ὀξὺ βλέπει γὰρ ὁ Χρόνος ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

Haec omnia si quis contendat a vulgata sapientia non multu discrepare, nec quidquam de temporis vi enuntiari hisce vers bus quod non unusquisque poeta scenicus potuerit dicere, equ

non refragabor. Sed non isdem verbis alius haec dixisset. ın qui Chroni (παλαιοῦ πατρὸς) filiam dicit quam simul ıe Iove dixerat natam, ille Chrono nomine ipsum Patrem ıt Aetherium. Hoc autem idem Φυσιολογικῶς significatur :ris fragmentis, cum philosophorum terminis delectatus Eudes summum aeternumque deum in aetheria στροφάλιγγι uram rerum tenentem, ipsum autem ab immortali Temporis ıaera circumdatum depingit.

Et valet hoc omnino de omnibus versibus quibus Aetherium ım Deum Euripides invocat; incerta sunt, et dubia, ultra im non profecit. Olympiis dis parum fidens meliorem atque iorem imaginem dei mente concipere quidem conabatur. Sed ı contigit poetae, ut unquam aut auditoribus aut sibi certam formaret doctrinam de summo numine; id fecit ut nunc αἰθέρα ınc τὸ θεῖον, modo Δία deum salutaret. Eam igitur notionem ıi quae inest in Pirithoi fragmentis dubiam et incertam, in teris Euripidis fabulis non frustra quaerimus.

AD PLUTARCHUM.

(Quomodo adulator e. q. s. c. 4).

„Est quaedam adulatio multo callidior quam qua vulgus ɔurrarum utitur, ideoque etiam multo magis anxie vitanda: ὕστη γὰρ ἀνεπίμπλησι καὶ τὴν ἀληθινὴν Φιλίαν ἀπιστίας συνεμπίπτουσαν αὐτῇ πολλάκις." Immo vero: συνεκπίπτουσαν. Qui emel se deceptum vidit suspiciosus fieri potest ita ut cum adulatore etiam verum amicum *eiiciat* foras. Cf. quod mox sequitur: ὀφείλομεν εὖ μάλα φοβεῖσθαι μή πως ἢ τῷ κακῷ τὸ χρήσιμον συνεκβάλωμεν et τῶν ἀγρίων σπερμάτων ὅσα καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος παραπλήσιον ἔχοντα τῷ πυρῷ συμμέμικται . . . συνεκπίπτει διὰ τῶν ἀραιῶν (πόρων).

J. J. H.

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(*Continuantur ex Vol. XXXIV pag.* 375).

XCVII.

DE PIGNORE LEGITIMO.

Scribit Gaius [1]): olim, si in rem agendum esset, qui vind caret [2]), ita dicere solitum: *hunc ego hominem ex iur Quiritium meum esse aio* κτέ., deinde *adversarium eadd similiter dice(re)*. Quid si id recusaret? Aliunde [3]) apparet, pr torem interrogasse adversarium, *an contra vindic(ar)et*, eoq negante vel tacente [4]), *tunc ei qui vindica(sse)t eam rem addi(xisse)* Ergo non defendit lege, qui non dicit *meum esse aio*, qu circa debet re carere [5]), quemadmodum in personalibus actionibus, si quis dare se oportere neque ait neque negat, manu

1) IV § 16.

2) Eum, qui prior vindicet, esse docet Roth, *Ztschr. der Sav.-St.* III (1882) p. 13 136, non actorem, sed eum *unde pet(a)tur* (Cic. pro Mur. 12 § 26), propterea (p. 13 quod *rem tene(at)* (Gai. II § 24). Praecaverat Lotmar, *zur* legis actio sacrame (1876) p. 21/2.

3) Gai. II 24

4) Quodlibet silentium sufficere potuisse negat Wlassak, *Ztschr. der Sav.-St.* XX (1904) p. 118. Ergo exigit ipse solemne silentium (*„ein formalisirtes Stillschweigen"* neque id absurdum esse concedere paratus est (ibid. not. 3). Alioquin dicturum s significat (ibid. p. 172 not. 3), ante legem Aebutiam silentii rationem habitam e nullam. Sequitur hunc Rabel, *Ztschr.* cit. XXVII p. 313 lin. 10.

5) Eodem modo Gai locum (II § 24) interpretatur Karlowa, *Beiträge* (1865) p. 56.

ionem parit adversario, si quidem sic supplendum est [1]) Valerium Probum [2]): *quando neque ais neque negas eam rem ego tibi sestertium X milium pro iudicato manum ɔ)*. In personalibus enim hoc plus est, quod respondere quis t; ergo, quum ducitur, contumaciae fert poenam, qui neque neque negat. Quod circa actionem in rem [3]) verum esse ıt Demelius [4]) et iure negat. Atqui Lotmar infitiatur [5]), ubi ·em agatur, adversario, contra ut vindicet, necesse esse: cere enim, quod neget rem actoris esse; nec movetur [6]) oritate Gai [7]), vel ideo, quod non statim ad veram litem ısferri oporteat, quidquid obtineat in imaginaria [8]), vel ideo, d ne praecipiatur quidem addici ab eo, qui rem actoris ; tantummodo negaverit. Etenim auctore Gaio addici ab eo, aut neget contra se vindicare aut taceat; verum enimvero n, qui rem actoris esse neget, neutrum facere [9]). Quodsi ıeterea uterque vindicet, mirum esse, cur una fiat sacramento ɔvocatio [10]): *„quando tu iniuria vindicavisti"*, quum praesertim sacramento provocatio legis actionis per sacraentum veluti caput atque fundamentum [11]); proinde quia conet vindicavisse actorem, consequens esse adversarium contra ın vindicavisse, neque sententiae suae obstare verba solemnia ovocationis *„quando vindicavisti"*, quandoquidem iis nihil gnificetur nisi hoc: quando festucam imposuisti [12]). Directo

1) Re supplet, quod nos verbis, Karlowa, *Civilprozess z. Zeit der Legisaktionen* 872) p. 112/3. Scepticum hic agit Wlassak, *Ztschr. der Sav.-St.* XXV (1904) p. 151*.
2) 4 § 2.
3) Noxales actiones in hac iuris parte similes magis videntur in rem actionibus . 33 D. 9. 4), quam sunt, quia debet, qui servum non defendit, mancipio eum re. Qua de re dictum est cap. LXXXVI.
4) *Die* confessio (1880) p. 79/80.
5) *Zur* legis actio sacramento (1876); *kritische Studien* (1878). Cf. Keller, *Civil-ozess* (1883) not. 204 (p. 64/5).
6) *Krit. Stud.* p. 60
7) II § 24.
8) *Zur* legis actio p. 44.
9) *Zur* legis actio p. 38/9.
10) *Krit. Studien* p. 93/4.
11) *Zur* legis actio p. 43: *„denn das* sacramentum *bildet Schwerpunkt und Schlag-ort* (krit. Stud. p. 93: *den Kern*) *unserer* legis actio, *das Ding, wodurch sie unterschieden wird"*. Ibid. p. 44: *„alles Vorausgehende kann man Vorspiel nennen"*.
12) *Krit. Studien* p. 94. Cf. *Zur* legis actio p. 30 (et tota § 8).

denique et sine ambagibus probari posse contra non vindic visse solemnibus verbis „*ex iure Quiritium*" adversarium propterea quod eum post vindicationem actor sic interroge *postulo anne dicas qua ex causa vindicaveris* [1]. Respondeo, ad primum: litem imaginariam ad exemplum vera litis esse compositam [2]), proinde ex imaginaria recte coniect ram capi de vera lite; ad alterum: non multum referre taceat quis, an *ad interrogatum* non respondeat vel *obscure* re spondeat [3]); ad tertium: quod una fiat sacramento provocatio e mutua vindicatione, posse explicari, modo quis sumat aliquan post legis actionem ipsam compositam adhaesisse ei sacrament provocationem [4]), in qua verborum principalium ratio habi religiose non sit; ad quartum: supervacaneam quidem e postulationem *anne dicas qua ex causa vindicaveris*, prius dixerit reus *ex iure Quiritium meum esse aio*, perinde supervacaneam adversarii responsionem *ius feci sicu vindictam imposui*, sive quis sequatur opinionem Aloy Brinz [5]), adversarium iis significare, non iniuria se vindicavis quod quid attinet dicere, quum nondum sit iniuria obiect sive cui placeat opinio ipsius Philippi Lotmar [6]), *iterum* [7]) h verbis significare adversarium, contendere se quam cedere malle Ergo, quia utroque modo interrogatio *postulo anne dica* vana est, cui scilicet semper respondebitur lusorie, ideo, q

---

1) *Zur* legis actio p. 143.

2) Hoc ne Lotmar quidem negare audet (*zur* legis actio p. 31 ima).

3) Cf. l. 11 § 5, § 7 D. 11. 1.

4) Sumere hoc videtur ipse Lotmar, *zur* legis actio, p. 31: „(*die Zwölftafel setzten den Betrag des* sacramentum *fest, ... und da ... nicht berichtet ist, da sie auch die* sacramenti actio *eingeführt haben, so kann man das ...* argumentum silentio *anwendend sagen, dass sie für die bereits in Uebung befindliche* actio *ihre Bestimmung gegeben haben*". Etsi non satis exprimit, utrum Decemviros introduxi an taxavisse sacramentum putet. — Docet alibi (*zur* legis actio p. 120), ipsa verb *secundum suam causam* initio a legis actione fuisse aliena.

5) *Festgabe für von Spengel* (1877) p. 107/8.

6) *Zur* legis actio p. 141.

7) *Zur* legis actio p. 44: „(*dass*) *der Beklagte nicht dem Kläger weichen will, da er ... jedenfalls ... dadurch* (*gezeigt*), *dass er der Gewalt mit Gewalt entgegen treten ist*".

8) „*der Beklagte ... erklärt nur: ... ich habe Recht gethan*". Ergo docet ip Lotmar responsione adversarii ad actoris postulationem nihil quidquam profici („*e thut ihm keinen Schritt entgegen*").

nto Philippus [1]) usus est: non intellegi, quidni actor provocet sacramento, eo argumento contra Philippum tione uti licebit [2]). Nec mutat, quo pugnat argumento , interrogationem *postulo anne dicas* ideo inventam t posset ad eam aptari provocatio *quando tu iniuria :avisti*, non enim aptatur provocatio ad responsionem ırii *ius feci sicut vindictam imposui*, sed ad ipus vindicationem. Apparet autem, ex formulae parte aut acanea aut non intellecta [4]), nihil posse de reliquis eius ıs iudicari. Ceterum iam vidit et statim observavit Brinz [5]), eo praecipue Philippum Lotmar contrariam vindicationem ario remittere, quod provocatio simplex sit, quodve ıtione *anne dicas* demonstrari videatur, nondum intenadversarium *ex iure Quiritium* rem suam esse, sed psam rem concoquere nequeat. Scilicet absurdum [6]) putat r, debere possessorem aut rem suam esse intendere aut ere, fieri autem non posse quin id semper Romani absurisse intellexerint. Cui respondebo: nunquam id Romanos cturos fuisse, nisi, quum aliquamdiu in ea re errassent, erum documentis, quam id non expediret, experti essent. erstabimus in opinione communi: quum adversarius contra ndicet, actori rem addici solitam nullo discrimine, utrum as an corporalis res in vindicationem venisset. Plane post atem addictam superest singularum rerum ex causa here- vindicatio. Ergo non recte docet Ubbelohde [7]), adversus

---

it. Stud. p, 82.

tetur ipse Lotmar (*krit. Stud.* p. 83) neutram sententiam altera esse proba-

chr. der Sav.-St. III (1882) p. 125: „*die Frage* postulo anne dicas *war* ... *g zum eine Grundlage*" (elegantius Lotmar, *zur* legis actio p. 143: „*das t*") „*für die Wette zu gewinnen*". Invenit sententiam apud Philippum Lotlegis actio p. 68.

non est supervacua, quod fieri posse negat Roth, l.l. p. 124 („*diese Worte doch offenbar einen wesentlichen Bestandteil der Formel gebildet*"), erit llecta.

tschrift für von Spengel p. 123.

r legis actio p. 12: „*wider alle zu erwartende Ordnung*"; *Krit. Studien* „*eine unerklärliche Thatsache*", ibid., „*eine Ungereimtheit*", p. 66: „*ein* ".

ie der Bücher 43 *und* 44, III p. 4 (= V p. 644).

eum, qui dominum se dicat, non heredem, denegandam fui in hereditatem legis actionem [1]), postquam etiam minus re docuerat Leist [2]), adversus eum, qui heredem se neget, leg actionem de hereditate deficere. Quod ideo absurdum est, qu nulla fuisset causa, quidni similiter adversus eum, qui dominu se negaret, legis actio de proprietate deficeret [3]), proinde a versus eum, qui èt heredem se negaret èt dominum, omni Debet autem adversarius *eadem* dicere, quum proprietas ab e hereditasve vindicetur, non, quum ab eo vindicetur ususfructu vel servitus. Nam vindicanti usumfructum vel servitutem no potest opponere nisi negationem [4]), quia hic non quaeritur utri sit ususfructus vel servitus, sed, sit necne sit. Ergo, si fu illis temporibus actio confessoria, non modo paribus verbi sed ne potuit quidem omnino ordinata esse per contrariam vi dicationem, contrariam vindicationem si intelligimus adfirma tionis depulsionem per adfirmationem. Ne adsertor quidem *eade* dicere potest, contra tamen vindicat adsertor, quia adfirmatione per adfirmationem repellit. Videtur enim [5]) sic intendere: (*hu ego hominem liberum esse aio*). Haud magis quam co fessoria, negativa, tum si qua fuit, per contrariam vindicati nem ordinata esse potuit, quia ius meum neganti debeo quide opponere adfirmationem, sed erit ea negationis, non adfirmati nis, per adfirmationem depulsio. Est igitur contrariae vindicatio locus, quum actor id vindicet, quod maneat, etsi eius non si id est proprietatem vel hereditatem, fitque contraria vindicati iisdem verbis, nisi contra vindicet adsertor. Quo putat Lotma rationem turbari [6]); cur enim ceteris imponi iterationis necessi tatem, si adsertori remittatur? Non animadvertit, adsertor nihil esse remissum, sed sermonem eius ad controversiae genu

1) *„so verweigerte der Magistrat seine Mitwirkung zur* legis actio in hereditatem'

2) *Seric der Bücher* 37 *und* 38, I p. 240 (§ 53) ia. p. 238/9 (§ 52). Cf. Stintzi *Beiträge* (1901) p. 70/1.

3) Hoc quam per se sit absurdum, docet adversus Fridolinum Eisele Lotmar, *Bri Studien* p. 165 sqq.

4) Opponendam fuisse censent Keller (*Civilprozess* (1883) p. 74) et Karlowa (*C vilprozess* (1872) p. 91) ipsam negativam actionem.

5) Ottoni Karlowa, *Civilprozess* (1872) p. 90.

6) *Zur* legis actio p. 70. Confessoriae et negativae actionis rationem habenda non putavit (p. 3/4).

intervenit accommodatum esse. Similiter turbari censet [1]) ionem, quum totum petatur et pars defendatur, neque enim, um actor dixerit *hunc ego hominem meum esse aio*, dem dicere, qui respondeat *hunc ego hominem (pro parte imidia) meum esse aio*. Quae cavillatio est; praetor enim, ium actor totum vindicaverit, interrogato adversario [2]), *an ntra vindicet*, quum is responderit partem dimidiam paratum vindicare, partem dimidiam actori addicet, quo facto semis umtaxat in vindicatione remanebit. Quid, si quis ideo recuset acramentum, quod usufructuarius ipse sit vel quod pignus eneat [3]) lege captum vel moribus, veluti *(aeris) militaris* [4])? Debetne praetor vindicanti adiudicare? Ita videtur sane Ottoni Karlowa [5]) et integra esse adversario confessoria. Verum pigneatori hoc modo consultum non erit. Num igitur sacramentum denegandum? Vix id credibile est, quia qui usumfructum iure uaesivit vel qui pignus legitimum tenet, is ipso iure tutus st, nec indiget auxilio honorario. Suspicor, ubi dominus rem ructuariam vel pignori captam vindicaret, praetorem addixisse alva ususfructus vel pignoris causa atque sic [6]) domino necesitatem impositam ad actionem negatoriam de usufructu vel ad ctionem personalem de pignore liberando [7]) descendendi. Simiiter nulla denegatio requiritur [8]), ubi quis qua de re semel tum sit, ea de re iterum agere velit, nam, quia *ipso iure*

1) Ibid.

2) Negat quidem Lotmar (*zur* legis actio p. 44), interrogationi in vera lite locum esse.

3) De pignore quaestionem tollit Herzen, *Orig. de l'hypoth.* (1899) p. 47/8, quum scribat (post Henricum Dernburg, *Pfandr.* I (1860) p. 48) pignoris capione dominium quaeri.

4) Editur apud Gaium (IV § 27) *rei militaris*. Cf. Cato ap. Gell. VI (VII) 10 § 2.

5) *Civilprozess* (1872) p. 91 not. 1 (p. 92).

6) Alio modo putat Huschke, *die* multa (1874) p. 428[202], domino necessitatem impositam ad negativam confugiendi, quod intentio scilicet adversarii petitioni contraria non sit (*„wegen der Incongruenz beider Behauptungen"*), quasi non ob id ipsum addicenda res sit actori. Eadem videtur esse sententia Ernesti Eck, *doppelseit. Klagen* (1870) p. 21, de servitutibus; de servitutibus enim domino ipso iure (*„von vornherein"*) impositam esse docet necessitatem, ut agat negativa. Sed excipit (p. 23) usumfructum.

7) Sive, quod nullo iure pignus captum esset (Karlowa, *Civilprozess* (1872) p. 207 (§ 28); cf. l. 11 § 2 D. 13. 7), sive, quod pecunia soluta esset (Gai. IV § 32).

8) Requiri putat Karlowa, op. cit. p. 347.

secunda actio non tenet (Gai. IV § 108), ideo sacramentum eius iniustum pronuntiabitur [1]), nec interest, sitne in rem actio an in personam [2]). Idem in eo statuo, qui in causa non excepit agere velit alieno nomine, quia *nemo alieno nomine* cum effectu *lege agere potest* [3]). Erit igitur èt in huius persona denegatio supervacanea èt in peregrini, ex quibus causis peregrino actio non competit; quamquam in utroque requirit eam Karlowa [4]), quem non latuit adversus plus petentem esse supervacaneam [5]).

XCVIII.

QUOMODO SATISDATIO EVITETUR.

Satisdatio, quae exigitur a defensore absentis, non semper evitari potest; posse videtur, quum ab interrogatione res exordiatur, veluti si hereditario nomine aliquis convenitur, qui non sit heres, propositum tamen habeat heredem defendendi. Is enim interrogatus an sit heres, callide heredem se respondebit, nam sic eludet satisdationis necessitatem. Idem erit, si quis in iure responderit occidisse se vel vulnerasse, homicidam scilicet vel vulneris auctorem defensurus. Quo casu actor rem in iudicium deducit, *quia adversus defensorem ... (e)git* [6]), modo sit defensor qui *spontanea ... voluntate* alienam actionem *susc(ipiat)* [7]), quamobrem postea cum ipso reo actor agendo repelletur rei iudicatae vel in iudicium deductae exceptione [8]). Itaque, ne capiatur

1) Cf. Karlowa, op. cit. p. 80 not. 1.

2) Interesse putat Lenel, *Urspr. und Wirk. der Exceptionen* (1876) p. 41.

3) Ulp. l. 123 pr. D. 50. 17 (cf. tamen Gai. IV § 82 ia. 29).

4) Op. cit. p. 345. Scilicet non scribit praetorem in tali re denegavisse actionem sed agi passum non esse. Et putat (p. 348) multum interesse.

5) Op. cit. p. 346: „*der Kläger* (*war*) *den Gefahren der* pluspetitio *ausgesetzt*" Cf. ibid. p. 343 sq. (ad Cic. de Orat. I 36 § 167).

6) L. 11 § 7 D. 44. 2.

7) c. 2 C. 2. 3. Ergo, si coactus fecerit, *frustra* lis contestata erit (l. 57 § 1 D. 12. 6; l. 36 D. 10. 2; c. 2 C. 4. 39), nisi cognitorio nomine ex edicto conventus sit quod edictum superest l. 8 § 3 D. 3. 3 (Lenel, § 27).

8) *Taciti pacti* exceptionem (c. 2 C. 2. 3) substituisse videtur Tribonianus. Quae suspicio confirmatur ideo, quia c. 2 C. 2. 3 non potuit explicare Gaudemet, *Etude*

iopem debitorem pro locuplete nactus, ad officium praetoris ertinet, si talis defensor solvendo non sit, ut actori subveniat, um adversus exceptionem replicationem accommodet, aut, si pso iure consumpta sit actio, *rescisso superiore iudicio in eum qui revera* vel *heres (es)t* vel occidit vel vulneravit, actionem reddat [1]). Orietur autem hoc ipsum vitium, si quis, ut praediximus, defensorem putaverit, qui *spontanea* dumtaxat *voluntate* alienam actionem suscipiat; sin quis praeterea exigat, ut defensorem se professus sit, non erit actori dissimulatio captiosa sed lucrosa potius propter adiectionem rei. Quod secutus videtur Paulus [2]), itaque non rei iudicatae vel in iudicium deductae sed *in factum* ad exemplum doli mali *exceptione* [3]) actorem submovet, qui, postquam intercessor *praestit(er)it*, de eadem re principalem reum conveniat. Et haec quidem ab eius latere quocum agatur. Sed licet actoris quoque procuratori aliquando evitare satisdationis onus. Nam si id, quod per in rem actionem petetur, praedium est, quia praedia etiam a non possidente mancipio dari possunt [4]), qua re dominus prohibeatur, id ipsum, quod petiturus est, fiduciae causa ad procuratorem transferre, is ne caveat ratam rem dominum habiturum dominus ipse factus, non perspicio. Neque enim obstabit litigiosi exceptio, si ante mancipatum sit quam iudicium acciperetur [5]); neque obstabit ea pars edicti, qua cavetur, ne qua alienatio iudicii mutandi causa fiat, ex qua alioquin non actio tantum, sed exceptio quoque descendit [6]), sed ideo non obstabit, quia res fraude caruit. Habeo testem Ulpianum, l. 4 § 3 D. 4. 7: *si quis ... ob valetudinem aut aetatem ... litem in alium transtulerit, in ea causa*

---

sur le transport de dettes (1898) p. 145/6, secundum veteris iuris praecepta (ibid. p. 143/4) ex diverso potuit Blume, *Novation* (1895) p. 53-56, quem ratiocinari dicit Gaudemet (p. 138) „*comme si la const.* 2 cit. *datait du règne de Justinien*".

1) L. 18 D. 11. 1 (Iuliani).

2) L. 20 pr. D. 11. 1 (Ribbentrop *Correal-Oblig.* p. 244 not. 5: p. 246/7), cuius quidem partem huc pertinentem (*nisi quasi defensor* rell.) Triboniano restituit Pernice, Lab. II 1 (1895) p. 248 not. 6 (p. 249). — Ad verba *quia ille negotiorum gestorum vel mandati actione recepturus est quod praestitit* cf. l. 3 pr. (i. f.) D. 47. 6 (Paling. Ulp. 1071).

3) Cf. l. 14 § 13 D. 4. 2; quo revertemur cap. CXXI.

4) Ea de re egimus cap. IV.

5) L. 1 § 1 D. 44. 6. Cf. fragm. de iure fisci § 8.

6) L. 12 (cf. l. 11) D. 4. 7.

non est ut hoc edicto teneatur, cum in hoc edicto doli mali fiat mentio. Ceterum [1]) *erit interdictum et per procuratores litigare, de minio* [2]) *in eos* [plerumque] ex iusta (l. *fiduciae*) *causa translato* [3]) Sed, quamvis res fraude careat, tamen in captionem incidet adversarius, quia nihil prohibet priorem dominum, quominus iterum de proprietate experiatur; nam èt habet in rem actionem [4]), nec repellit eum exceptio rei iudicatae vel in iudicium deductae ex persona successoris. Est autem causa κακονομίας, quod Romani remittunt quidem procuratori satisdationem ratam rem haberi, quum certum est, rem in iudicium deduci; sed non exigunt generaliter a quocumque, de quo incertum est, utrum rem in iudicium deducat; qualis est vetus dominus, nisi in praesentia sit successor [5]), novus autem dominus omnimodo [6]). Ex diverso non video, quamobrem de rato cavere debeat colonus, qui propterea, quod *lolium aut avenam in segetem* suam *inieceris*, adversus te in factum actione de suo damno agit, itaque libenter Ulpiano [7]) abiudicarem haec: *et si colonus eam exercuit* [8]), *cavere eum debere amplius non agi, scilicet ne dominus amplius inquietet.* Sed, unde digressi sumus, eo ut redeamus, — quantulum est, quod peccaverunt Romani circa de rato cautionem, si quis contulerit, quid in hoc ipso satisdationum genere peccaverint novi legum latores, dum confundunt iura cognitorum *(Anwälte)* et procuratorum *(Bevollmächtigte)*, quos iubent idem esse [9]), non perspecto, quantum intersit inter

---

1) Pro *alioquin*, ut saepius. Cf. Noodt, Observ. II 14.

2) *Litis* dominium intelligit Faber (in Rationalibus), itaque cancellat *plerumque*, quum scilicet fieri non possit, quin litis dominus procurator existat. *Litis* dominium intelligit quoque Bethmann-Hollweg, *Versuche* (1827) p. 156/7; salvum nihilominus hic cupit *plerumque*, quod sic interpretatur: non sine iusta causa solere constitui procuratores in eosque litis dominium transferri. Reponit quidem pro *dominio*: *iudicio*.

3) De *fiducia* cogitaverat Bethmann-Hollweg (l.l.), sed ideo omisit, quia vix est, ut *plerumque* cum procuratore fiducia intercesserit. Nonne igitur *plerumque* significari potest *interdum*? Videtur quidem *plerumque* insititium esse, mens autem Ulpiani haec: efficiet dominii translatio in procuratorem, ne possit per procuratorem litigari nisi iurisdictio temperabitur.

4) Cf. superius caput LXII.

5) L. 62 D. 42. 1.

6) L. 9 § 2 D. 44. 2.

7) L. 27 § 14 D. 9. 2.

8) Quodsi cum genuino Ulpiano res est, reponendum censeo: *exercebit*.

9) Novum errorem in veterem historiam invexit Wlassak, *z. Gesch. der Cognitur* (1893) p. 22: „*Cognitoren, Procuratoren und ander(e) Anwälte*".

alieno nomine litem gerit, quod est hodie [1]) cognitoris
ıt qui alienam litem gerendam mandare potest, quod
ım oportuit [2]) procuratori tutori curatori. Atque sic
ngens vitium: ut ne oblata quidem de rato cautione
ctionem procurator [3]) exequi possit iuxta pristinum Gal-
ıgium *„nul ne plaide par procureur* [4])", non id volente
sed tamen efficiente [5]). Pari quidem socordia effectum
e oblata quidem iudicatum solvi satisdatione absentis
admittatur [6]), quamquam negari non potest — etsi
Bethmann-Hollweg [7]) — *publice utile e(sse) absentes a
ue defendi* [8]), modo id fiat sine cuiusquam iniuria
potest esse ulla, ubi iudicatum solvi satisdabitur.

—

ım displicuit cognitori solvi posse. Cf. Eisele, *Cognitur und Procuratur*
: (Adducit l. 13 pr. D. 2. 14; l. 73 D. 3. 3; l. 86 D. 46. 3; Vat. fr. 335).
› coepit cognitorum natio omnium litium gestionem sibi adrogare quasi
ıoddam.
ıtor vel curator constitutus idem facere non prohibeberis. Cf. Endemann,
ht (1868) § 91; (*deutsche*) *Civilprozessordn.* (1879) § 50; Garsonnet,
rocéd. I (1882) § 119*ter* (p. 485: *„la maxime „nul n'agit par procureur"
ère au mandat légal"*). Quae quam vetus sit exceptio, docebit Laurière
Institutes coutum, no. 374 (i. f.).
rbis olim significabatur (cf. Loysel, *Institutes coutumières* (éd. 1846)
nitoris nullam esse dationem, quem Iustinianus *litis procurator(em)* ap-
D. 46. 3) hodierni autem Galli *„avoué"*. Hodie adagium eo pertinere
procurator alienam actionem *suo nomine* exsequatur (Garsonnet, *Traité*
(1882) § 119 (p. 478: *„on plaide par procureur quand on se fait re-
un mandataire qui agit en son nom propre"*), quod ne fieri quidem
qui alienam actionem *suo nomine* exsequitur, non est procurator sed
r. Quocirca eo deflectunt sententiam, quasi dictum sit: in *omnibus* litis
domini nomen exprimendum esse; negant praeterea procuratori rite
roinde domino denuntiandum esse, quotienscumque lege denuntiari quid
sson, *La réforme de la procéd. civ.* (1886) p. 34/5.
e) *Civilprozessordn.* (1879) § 74. 1. Scriptum oportebat: *die Parteien* (*oder
reter*), deinde omissum: *als Bevollmächtigten*. Ceterum, nisi esset man-
apud acta ostendendum (§ 76), adhuc posset procurator intervenire iubendo
ımini nomine abuti, quasi is sibi mandasset (Pothier, *Traité du mandat*
.: *„il donnera pouvoir ... d'occuper pour moi"*. io. no. 127).
nn, *Civilprozessrecht* (1868) § 90 I. Cf. Groenew. de Leg. abrog. ad § 5

e (1827) p. 242[164]: *„da nach unserm Verfahren zum Nachteil des
eklagten nichts verfügt wird"*. Quod verum non est.
2 D. 3. 3.

PLATONICA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

(*Continuantur ex pag.* 126).

REIPUBLICAE II 359E. καθήμενον οὖν (Gygen) μετὰ τῶν ἄλλ (ποιμένων) τυχεῖν τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου περιαγαγόντα π ἑαυτὸν καὶ τὸ εἴσω τῆς χειρός, τούτου δὲ γενομένου ἀφανῆ αὐτ γενέσθαι τοῖς παρακαθημένοις, καὶ διαλέγεσθαι ὡς περὶ οἰχομένο καὶ τὸν θαυμάζειν καὶ πάλιν ἐπιψηλαφῶντα τὸν δακτύλιον στρέψα ἔξω τὴν σφενδόνην καὶ στρέψαντα φανερὸν γίγνεσθαι. καὶ τοῦτ ἐννοήσαντα ἀποπειρᾶσθαι τοῦ δακτυλίου εἰ ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν καὶ αὐτῷ οὕτω συμβαίνειν, στρέφοντι μὲν εἴσω τὴν σφενδόνη ἀδήλῳ γίγνεσθαι, ἔξω δὲ δήλῳ.

Malim equidem κ*ἀ*ὲὶ αὐτῷ οὕτω συμβαίνειν.

III 389D. ἂν ἄρ' ἄλλον τινὰ λαμβάνῃ ψευδόμενον ἐν τῇ πόλε

τῶν οἳ δημιουργοὶ ἔασι

μάντιν ἢ ἰητῆρα κακῶν ἢ τέκτονα δούρων

κολάσει ὡς ἐπιτήδευμα εἰσάγοντα πόλεως ὥσπερ νεὼς ἀνατρεπτικὸ τε καὶ ὀλέθριον. Alter versus Homericus non ab ipso Platone sed a magistellis adiectus est, ut apparet e verbis ἰητῆρα κακῶ quae opposita fronte pugnant cum iis quae ipse philosoph paullo ante (389B) medicis concessit, scribens: ἀλλὰ μὴν κ ἀλήθειάν γε περὶ πολλοῦ ποιητέον. εἰ γὰρ ὀρθῶς ἐλέγομεν ἄρ καὶ τῷ ὄντι θεοῖσι μὲν ἄχρηστον ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμ ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει, δῆλον ὅτι τό γε τοιοῦτον ἰατρο δοτέον, ἰδιώταις δὲ οὐχ ἁπτέον.

[I 404 A. κομψοτέρας δή τινος, ἦν δ' ἐγώ, ἀσκήσεως δεῖ τοῖς ιμικοῖς ἀθληταῖς, οὕς γε ὥσπερ κύνας ἀγρύπνους τε ἀνάγκη ι καὶ ὅτι μάλιστα ὀξὺ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ πολλὰς μεταβολὰς ταῖς στρατείαις μεταβάλλοντας ὑδάτων τε καὶ τῶν ἄλλων ν καὶ εἰλήσεων καὶ χειμώνων μὴ ἀκροσφαλεῖς εἶναι πρὸς ὑγίειαν. ix huius loci esse videtur notus usus vocabuli ἄλλος, quo terea significat. Quare si nihil excidit (τῶν ἄλλων ⟨ποτῶν σίτων κτἐ.?), virgula saltem distinguatur post τῶν ἄλλων, verba sequentia horum sint epexegema, quae tamen ratio um mihi satisfacit.

II 416 A. δεινότατον γάρ που πάντων καὶ αἴσχιστον ποιμέσι ύτους γε καὶ οὕτω τρέφειν κύνας ἐπικούρους ποιμνίων, ὥστε ἀκολασίας ἢ λιμοῦ ἤ τινος ἄλλου κακοῦ ἔθους αὐτοὺς τοὺς νας ἐπιχειρῆσαι τοῖς προβάτοις [κακουργεῖν]. Ultimam vocem siticiam esse liquet ex dativo τοῖς προβάτοις, nec iam Madigium fefellit. Mire autem λιμός vocatur *mala consuetudo*, uemadmodum Plato non nisi iocabundus scribere potuit, serio mim scribens dedisset λαιμαργίας. Quia autem nullus hic iocus expectatur, suspicione non carere videtur vox ἔθους.

IV 421 B. Ut recte procedat oratio, requiro: νευρορράφοι γὰρ φεῦλοι γενόμενοι καὶ διαφθαρέντες καὶ προσποιησάμενοι εἶναι μὴ ὁπῃς πόλει οὐδὲν δεινόν, Φύλακες δέ, ⟨Φύλακες⟩ νόμων τε καὶ τόλεως μὴ ὄντες ἀλλὰ δοκοῦντες, ὁρᾷς δὴ ὅτι πᾶσαν ἄρδην πόλιν ἀπολλύασιν. Nisi enim Φύλακες repetitur, absurde de sutoribus dicta sunt, quae ad milites pertinent.

IV 434 D. οὐκ ἄλλῃ ἔμοιγε δοκεῖ, ἦ δ' ὅς, ἔχειν ἢ ταύτῃ. Μηδέν, ἦν δ' ἐγώ, πω πάνυ παγίως αὐτὸ λέγωμεν.
Propter sequens pronomen correxerim: Μηδέ — πω.

IV 460 C. διὰ τὸ πεινῆν καὶ διὰ τὸ ῥιγοῦν.
Requiritur Infinitivi forma Attica ῥιγῶν.

IV 463 B. τί δ' οὗτοι (i. e. οἱ ἄρχοντές Φασιν εἶναι) τὸν δῆμον; Μισθοδότας τε καὶ τροΦέας.
Οἱ δ' ἐν ταῖς ἄλλαις (πόλεσιν) τοὺς δήμους;

Δούλους, ἔφη.

Vix Platonis videtur languidum additamentum τοὺς δή. Putida mutati numeri diligentia prodit grammaticum.

V 469 D. Forma poetica ἀποπτΑμένου mutanda in Atti ἀποπτΟμένου.

VI 497 C. Οὐκ ἔγνως, ἔφη· οὐ γὰρ τοῦτο ἔμελλον (ἐρεῖν ἀλλ' εἰ αὐτὴ ἦν ἡμεῖς διεληλύθαμεν οἰκίζοντες τὴν πόλιν ἢ ἄ Τὰ μὲν ἄλλα, ἦν δ' ἐγώ, αὕτη· κτέ.

Si recte Burnes priore loco lectionem cod. D αὐτή praet scripturae αὕτη codicum AM, etiam posteriore ita scribere buerat. Utra vero lectio sit potior, nemo facile dixerit.

VII 533 E locus insanabilis, cui neque ultimus editor Bu neque alius quisquam potuit mederi.

VII 552 D. βαλαντιατόμοι A F, βαλαντιοτόμοι M, βαλλαι τόμοι A^2 D. Unice vera videtur forma ultima, nihili vero β λαντιατόμοι, ut de suo edidit Burnet.

VII 559 D. ὅταν νέος, τεθραμμένος, ὡς νυνδὴ ἐλέγομεν, ἀ δεύτως τε καὶ Φειδωλῶς, γεύσηται κηφήνων μέλιτος, καὶ συ νηται αἴθωσι θηρσὶ καὶ δεινοῖς, παντοδαπὰς ἡδονὰς καὶ ποικί καὶ παντοίας ἐχούσας δυναμένας σκευάζειν, ἐνταῦθά που οἶου ε ἀρχὴν αὐτῷ μεταβολῆς ... ὀλιγαρχικῆς τῆς ἐν ἑαυτῷ εἰς δ κρατικήν.

Rectissime lacunae signa posuit Burnet. Vix autem aliud c excidit quam ἕξεως similisve notionis substantivum.

X 619 B. καὶ δὴ οὖν τότε ὁ ἐκεῖθεν ἄγγελος ἤγγελλε τὸν προφήτην οὕτως εἰπεῖν, καὶ τελευταίῳ ἐπιόντι κτέ.

Contra usum Platonis et Atticorum οὕτως h. l. pertinet sequentia, quo sensu plerumque ὧδε et rarius οὑτωσὶ At usurpantur. Ambigo utrum sic corrigam an οὕτως tribuam terpolatori.

TIMAEUS 17 B. οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη δίκαιον, χθὲς ὑπὸ σοῦ ξενισ

τας οἷς ἦν πρέπον ξενίοις, μὴ οὐ προθύμως σὲ τοὺς λοιποὺς ἡμῶν ἀνταφεστιᾶν.

Perperam Burnet hanc absurdam codd. FPr lectionem praetulit scripturae librorum AV ἀντεφεστιᾶν. Quamquam ne haec quidem sincera videtur, sed expectatur ἀνθεστιᾶν, quod verbum legitur Plut. Anton. 32 et [Luc.] Amor. 9.

29 B. Requiro ὧδε οὖν περί τε ⟨τῆς⟩ εἰκόνος καὶ περὶ τοῦ παραδείγματος αὐτῆς διοριστέον.

31 B. ἀλλ' οὖν ὅδε μονογενὴς οὐρανὸς γεγονὼς ἔστιν καὶ ἔτ' ἔσται. Sic AF, ἔστι τε καὶ ἔτ' ἔσται A^2PVPr et Stobaeus. Suspectam habeo voculam ἔτ', quae facillime dittographia nasci potuit. An ἔστι(ν) τε καὶ ἔσται?

37 D. Φύσις αἰώνιος — αἰώνιον εἰκόνα. 38 B τῆς διαιωνίας(?) Φύσεως.

Res notatu digna videtur, primum Platonem in Timaeo ex αἰών formasse αἰώνιος, *aeternus*, pro eo quod alibi semper cum reliquis Atticis usurpat ἀΐδιος, cuius locum novum vocabulum apud seriores plerumque occupavit. Valde vero mihi suspectum est διαιωνίας (AFPr Philop. Stob.), pro quo PV et alio loco Stobaeus rectius, ni fallor, exhibent αἰωνίας, quod restituit etiam in A man. 2, punctis notatis litteris ΔΙ, quae quin dittographia ex ΑΙ nata sint vix dubito.

38 DE. τὰ δ' ἄλλα οἵ δὴ καὶ δι' ἃς αἰτίας ἱδρύσατο, εἴ τις ἐπεξίοι πάσας, ὁ λόγος παρεργὸς ὢν πλέον ἔργον ὧν ἕνεκα λέγεται παράσχοι.

Facilius intellegitur: πλέον ἔργον ⟨ἢ vel τῶν⟩ ὧν ἕνεκα λέγεται, sed fortasse ferri potest vulgata.

43 A. Dii, μιμούμενοι τὸν σφέτερον δημιουργόν, fabricantes homines quattuor elementa συνεκάλλων, οὐ τοῖς ἀλύτοις οἷς αὐτοῖς συνείχοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις πυκνοῖς γόμφοις συντήκοντες. Quia *colliquefaciendi* notio parum convenire videtur *clavorum* naturae, mireris Platonem non potius scripsisse συμπηγνύντες, *compingentes*.

46 E. *τὰ μὲν οὖν τῶν ὀμμάτων συμμεταίτια πρὸς τὸ σχ τὴν δύναμιν ἣν νῦν εἴληχεν εἰρήσθω.* Vix credibile Platonem h vocabulum nusquam alibi lectum adhibuisse pro *συναίτι* ut recte eodem sensu scripsit sub litt. C et infra 76 D, a *μεταίτια*, quod idem significat. Nullus enim scriptor Graec bona saltem aetate, praepositiones *σύν* et *μετά* pleonastice pulavit. Nihil enim opus affirmare *συμ-μετέχειν*, *συμ-μεταλα βανεῖν* aliaque multa esse dissimillima. Aut igitur fallor, a vulgata nata est ex variis lectionibus *συναίτια* et *μεταίτια*.

57 E. *τὰ μὲν οὖν ἤδη περὶ αὐτῶν εἴρηται, πρὸς δ' ἐκείν ἔτι τάδε, ἐν μὲν ὁμαλότητι μηδέποτε ἐθέλειν κίνησιν εἶναι.*

Manifesto hiat oratio. Quippe post aut ante *τάδε* ex antec dentibus nihil mente suppleri potest praeter *εἴρηται*, quamv sententia suppleri iubeat *λεκτέα* (*-ον*), aut aliud quid simil Cf. v. c. 65 B *καὶ τὰ μὲν δὴ κοινὰ ... σχεδὸν εἴρηται· τὰ δ'. πειρατέον εἰπεῖν.*

Possis etiam tentare *ἔτ' ἰστέα τάδε*, sed quid philosopl dare placuerit sciri nequit, quare editori sufficiat notare lacunar

65 C extr. *τὰς φλέβας, οἵόνπερ δοκίμια τῆς γλώττης τεταμ νας ἐπὶ τὴν καρδίαν.*

Pessime Burnet ex V Stob. Gal. arripuit seram formam *δοι μια* pro Attica *δοκιμεῖα*, quam iam Bekker recepit ex cod.

70 C extr. *οἷον σπόγγου.* Hic ut plerumque alibi forn Hellenistica substituta est a scribis pro Attica *σφόγγου.*

74 C. *ὅθεν συντονωτέραν μὲν καὶ γλισχροτέραν σαρκῶν, μαλ κωτέραν δὲ ὀστῶν ὑγροτέραν τε ἐκτήσατο δύναμιν νεῦρα· οἷ συμπεριλαβὼν ὁ θεὸς ὀστᾶ καὶ μυελὸν δήσας πρὸς ἄλληλα [νε ροις], μετὰ ταῦτα σαρξὶν πάντα αὐτὰ κατεσκίασεν ἄνωθεν.*

Quid quaeso evidentius quam ipsam loci compositionem a guere, insiticium esse *νεύροις*? Rectissime autem spreta est a editoribus cod. F lectio *κατεσκέπασεν*, interpretamentum ver genuini *κατεσκίασεν*, saepius hoc sensu occurrentis.

76 B extr. *εἱλλόμενον* Burnet recepit e cod. V, quod in

s, ni fallor, habet spiritum lenem, qui Attice succedere in prisci digammatis locum. Apud Atticos libri variare t in vocali et diphthongo. Perperam Cobet cum aliis pro- ἴλλειν, nam diphthongum tuentur formae dialecticae, um εἰλεῖν, Aeolicum (ϝ)έλλειν, Doricum ϝηλῆν, nec minus atum ἐλίττειν (εἰλίττειν), de cuius spiritu cf. lexicon meum letorium s. v.

t D. ὅταν μὲν γὰρ ὁ τῶν πνευμάτων τῷ σώματι ταμίας πλεύμὴ καθαρὰς παρέχῃ τὰς εἰσόδους Φραχθείς, ἔνθα μὲν οὐκ ἔνθα δὲ πλεῖον (l. πλέον cum FY) ἢ τὸ προσῆκον πνεῦμα ιόν, τὰ μὲν οὐ τυγχάνοντα ἀναψυχῆς σήπει κτέ.
uia homo omni spiritu privatus tam cito moritur, ut nulla putredini locus, mireris Platonem non potius scripsisse: ἔνθα οὐχ ἱ⟨καν⟩όν, ἔνθα δὲ πλέον ἢ τὸ προσῆκον πνεῦμα. Attamen vulgata faciunt verba sequentia οὐ τυγχάνοντα ἀναψυχῆς, magis addita simili ratione, eandemque confirmat vix levior tonis in ipsis sequentibus error, ubi nimio pulmonum labori ıuere videtur flatus in corpore, qui debentur stomacho in- inisque mala alimentorum digestione perturbatis. Ceterum ulam ἰόν, pro qua saltem εἰσιόν (ut mox legitur) expectatur, sse malim.

89 C. οὗ βίον οὐκ ἄν ποτέ τις εἰς τὸ πέραν ἔτι βιώῃ. Vertatur sima forma in βιοίη.

Critias 111 A. κατὰ τί (Attica) λείψανον τῆς τότε γῆς ὀρθῶς λέγοιτο; πᾶσα ἀπὸ τῆς ἄλλης ἠπείρου μακρὰ προτείνουσα εἰς πέλαγος οἷον ἄκρα κεῖται· τὸ δὴ τῆς θαλάττης ἀγγεῖον περὶ τὴν τυγχάνει πᾶν ἀγχιβαθὲς ὄν.
Offendit duarum ultimarum periodorum asyndesia, quare alim: κεῖται, τό ⟨τε⟩ δὴ κτέ.

116 D. πάντα δ' ἔξωθεν περιήλειψαν τὸν νεὼν ἀργύρῳ, πλὴν τῶν ψυτηρίων, τὰ δὲ ἀκρωτήρια χρυσῷ· τὰ δ' ἐντός, τὴν μὲν ὀροφὴν ἐλεφαντίνην ⟨ἣν⟩ ἰδεῖν πᾶσαν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ ὀρειχαλκῷ τοικιλμένην, τὰ δὲ ἄλλα πάντα ... ὀρειχαλκῷ περιέλαβον.
Quin inserta a me vocula necessaria haplographia perierit, aporis punctum non dubito.

120 D. *ταύτην δὴ τοσχύτην καὶ τοιχύτην δύναμιν ἐν ἐκείνοι τότε οὖσαν τοῖς τόποις ὁ θεὸς ἐπὶ τούσδε αὖ τοὺς τόπους ἐκόμισε ἔκ τινὸς τοιᾶσδε, ὡς λόγος, προφάσεως.*

Quoniam prima verba sic cohaerent: *ταύτην δὴ τὴν δύναμι τότε οὖσαν τοσαύτην καὶ τοιαύτην ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις*, non magi mutato ordine omitti potuisse videtur articulus, itaque corrigendum: *ταύτην δὴ ⟨τὴν⟩ τοσαύτην καὶ τοιαύτην δύναμιν κτέ.*

120 E. Per multas aetates Atlantici legibus divinis parente pie vivebant, *τὰ γὰρ φρονήματα ἀληθινὰ ... ἐκέκτηντο ..., δὴ πλὴν ἀρετῆς πάντα ὑπερορῶντες μικρὰ ἡγοῦντο τὰ παρόντα καὶ ῥᾳδίως ἔφερον οἷον ἄχθος τὸν τοῦ χρυσοῦ τε καὶ τῶν ἄλλω κτημάτων ὄγκον*, postea vero *ἐπεὶ ἡ τοῦ θεοῦ μοῖρα ἐξίτηλος ἐγ γνετο ἐν αὐτοῖς ... τὰ παρόντα φέρειν ἀδυνατοῦντες ἠσχημόνουν.*

Aut prorsus otiosa est comparatio *οἷον ἄχθος*, aut philosophu dedisse putandus est *οἷον ⟨κοῦφον⟩ ἄχθος* aut simile quid.

In ipsis sequentibus: *καὶ τῷ δυναμένῳ μὲν ὁρᾶν αἰσχροὶ κατε φαίνοντο, τὰ κάλλιστα ἀπὸ τῶν τιμιωτάτων ἀπολλύντες κτέ* nescio an genuina sit lectio *τὰ κάλλιστά πως τῶν τιμιωτάτω ἀπολλύντες.*

(*Continuabuntur*).

AD HORATII EP. I, 16, 51.

Ut doceat servum suum et omnino vulgus hominum no virtutis amore sed metu poenae probos et insontes esse, ha poeta utitur comparatione:

Cautus enim metuit foveam lupus accipiterque
Suspectos laqueos et opertum miluus hamum.

Ain vero? „Metuit *suspectos* laqueos": quis unquam sic est lo cutus? Tandem aliquando turpis haec macula deleatur et legatu *suspensos*, quod elegantissimum est. Quis enim non sentit lepi dissime „*suspensos* laqueos" et „*opertum* hamum" inter se iungi

J. J. H.

DE COMMENTI DONATIANI COMPOSITIONE ET ORIGINE.

SCRIPSIT

H. T. KARSTEN.

(*Continuantur ex pag.* 324).

Postremo loco dicendum est de scholiorum genere, quod Wessnerus „parva additamenta" vocavit, quae per totum commentum scriptura inclinata notavit numero CLXX (vide supra p. 2 sq.), his autem multo plura accedunt, quae mox persequar. Produnt haec falsam originem non externis indiciis, sed eo quod falsa aut inania tironibusque vix digna scholiuncula continent, vel etiam superioribus scholiis tautologice subiunguntur. Sunt semper brevissima et certis fere particulis (*ergo, nam, et* etc.), adnexa, ac peculiare genus est eorum quae aliquid deesse observant, quod, nisi ubi perperam contenditur, vel caecus ipse viderit. Compilator est, qui haec scholiuncula e variarum editionum marginibus in contextum transtulit eorumque auctores fuerunt magistri minoris notae, in quibus ille, quem A littera saepius insignivi, suum locum obtinet. Sunt etiam quae Editori adsignanda videantur, sunt de quibus dubites sintne fortasse ipsius Donati, quod interrogandi signo indicabo [1]).

Haec omnia quam brevissime referam secundum particulas, quibus Donateis coniuncta sunt, diutius moraturus in iis scho-

1) Litterae „W. c." additamenta indicabunt iam a Wessnero notata.

liis, quae formulam *ut diximus* exhibent, de qua varie disp tarunt Leo in Mus. Rhen. 1883 XXXVIII p. 330, Sabbadi in Stud. Ital. III 1894 p. 344, Smutny in diss. phil. Vind 1898 VI p. 116. Non omnem autem additamentorum copia me exhausisse vix est quod moneam.

Magistrorum additamenta.

In Eunucho *Ergo, igitur.*

I 1. 27 (2) E. „prudens" per se „sciens" per alios. (mag. A 28 (4) E. „vivus" non mortuus „videns" non dormiens. (id.). 2. 88 (5) E. vigilanter ancillam „quaesivi", hunc „repperi" (id. 89 (1) ... E. a tempore inducitur exprobatio. (rhet.).

II 2. 10 (2) E. haec interrogatio increpantis est nec desider responsionem. (W. c. quippe in medio Donato). 3. 10 (1) I „praeut" proprie. (mag. A). 15 (2) E. „oblitus mei" ins nus. (Editoris conclusio falsa). 19 (4) E. et „omne" et „omnem legitur. (Ed. Exstiteritne revera haec varia lectio, valde inca tum est [1]), conclusit hoc e Donati scholio (3)). 32 (3) „M cum" e. pro „apud me" vel „mihi". (mag. A). 52 (3) Qui est e. „rogo numquid velit?" hoc est: dico quod abeuntes solen

III 1. 34 (2) ... a parte e. sui meretrices scorta dicuntu (mag. A). 2. 1 (2) E. „visa sum" sensi. (Parum recte). 3. 30 (1) ... e. adverbialiter dixit. 5. 19 (1) Erit e. ordo e sensus qui supra. (W. c.). 60 (2) „Frugi" est e., in quo es aliquid quo fruamur, id est utamur.

IV 1. 14 (2) Erit igitur subaudiendum hic „unde" et „quod" ut sit: unde scio quod ubi primum poterit (mag. A, cf. verb praecedentia Donati). 4. 2 (4) E. „male conciliate" magn empte. (idem; cf. Don. in (2)). ibid. (5) conciliatum erg magno emptum. (W c.). 6. 8 (3) E. in hac utrumque est: e reddi et restitui (mag. A, cf. (2)). 12 Multum ergo hi dixit: et habituiri gratiam et restituiri tamen. (mag. A, W. c.) 7. 43 (2) E. variavit: non enim intulit „volunt ultro". id. cf. (1)

V 4. 19 Haec e. artificibus et eruditis, cetera spectatoribu

---

1) Sabbadini III p. 342: In generale le lezioni terenziane di questi interpolato risalgano a fonti impure.

ɔeta exhibet. (W. c.). 40 (3) E. ad universos utrumque re-ırtur, et „dico" et „edico". (id. cf. (2)). 8. 5 (4) E. abundat me" (id. cf. (4)). 36 (5) E. subaudimus vel „ingenium" el „animum" vel „morem" vel „institutum".

Nam, enim.

Prol. 27 (1) non enim stultitia. 40 (1) Omne e., quod in rationem venit, vel persona vel factum est. (rhet.).

I 1. 31 (1) N. aliter non intelligitur. (Immo, optime intelligitur). 2. 57 (2) N. „sensit" et „tecum quoque" hoc significat. (W. c., mag. A).

II 1. 4 (2) N. ideo a praecedenti etiam quaestus dicuntur. Ed.? Respicit exemplum Heaut., quod a Donato citatum est in (1)). 8 (2) N. hoc significat „istum" (W. c. Mag. A). 2. 40 (6) N. stat, cui ingredi non licet. 3. 37 Est e. „quidni", aut „quid nisi" aut „cur non". (W. c., in medio scholio Don.).

III 1. 16 (3) N. pus est omnis humor corpori onerosus. (W. c.). 17 (2) N. non vocabat. 22 (2) N. unus ex multis dicitur. 26 Sufficeret e. „pulchre", quod est „sapienter". (Ed.?). 30 N. tangere cum multa tum etiam hoc significat. (W. c.). 2. 7 (1) N. hoc significat „quid stas", quasi dicat „quid restas?" quasi sit causa properandi. (W. c.).

IV 1. 8 (2) ⟨N. id⟩ mansit significat. (W. c.). 4. 38 Eunucho e. dixit Phaedria (W. c.) 5. 6 (3) N. sic alibi ait „ubi friget, huc evasit". (W. c.). 8 (3) N. sic dicimus de die et diecula, aliquantulam moram. (W. c.). 6. 23 (3) N. nunc „admittere" pati fieri significat. (W. c.). 25 (1) N. sera est claustrum ianuae. 7. 19 (4) Hoc est e. magis ridiculum.

V 2. 69 (3) N. ironia est, ut „egregiam vero laudem" (Aen. IV 93). (cf. (2) et Don. ad 55). 4. 12 (3) N. nec omnia prosunt nec omnia per comparativum gradum. 30 (2) N. primo „virginem" posuit, post „civem", ad ultimum „nobilis sororem". (Ed.?). 5. 1 (2) Imparatis e. mentibus mala maiora sunt. (Ed.). 28 (1) N. „necessus" et „necessis" et „necessitas" et „necessum" lectum est. (W. c.). 8. 24 (1) N. et „obsecro" et Gnatho" id significat et „in te spes est". (W. c.). 29 (1) „In" etenim et auget et minuit dictionem. (cf. II 3. 45 (3)).

Particulae diversae.

Prol. 9 (3) Unde fabulae Phasma nomen est. (W. c.).

I 2. 5 (1) Et avara. (W. c.). 15 (3) Hoc est [1]) anin meus (A?). 35 (1) Et „qui scis? Modo e Davo audivi". (W. 43 (4) Et multa. (W. c.). 50 (3) Id est: illud desinite et l attendite. 74 (2) Id est persensit dolorem. 87 (3) ' multo post.

II 1. 13 (2) Hoc est ad urbem agent. 14 (2) Etiam coact 2. 19 (1) Id est obsequi venio. (W. c.). 26 (2) Sic et macelli a mactandis pecoribus dictum. (W. c.). 47 Quod est laboris, quod est exitii. (?). 3. 15 (4) Id est ante versum. 21 (3) ' satis. (W. c.). 27 (1) Neque fucatus. (W. c.). 34 (4) Et mag ἔμφασις, quod „felicitates" pluraliter posuit (W. c. Fortasse Edi 48 Et nihil tam moraliter. (W. c). 55 Sed ad hoc quaerei ut quod scit confirmet. (W. c.). 63 (1) Id est, Phaedria rival 80 (1) Id est libenter. 83 (3) Ita ut numeris et generib haec pronomina infinita sint. (W. c. cf. App.).

III 1. 3 (2) Id est productionis locus est. (W. c.). 6 (1) S nunc res dicit. 32 (2) Quia et ⟨memoria⟩ intelligentia e (Ed.?). 38 (1) Quae ad rem agant (W. c.). 40 (2) Et dictu participium est, id est quod dixisti (W. c.). 2. 16 (1) Id e Chaeream. 3. 13 Hoc est quam amoenum, quam maritimu 5. 15 (1) Hoc est visus oris et corporis. 36 (2) Contra par moniam autem, contra dignitatem, contra pudicitiam (W. c.) 41. (2) Hoc est insidias et fraudem.

IV 4. 48 (1) Et est deploratio ab eis sic dicta. 7. 39 (2) H est apud praetorem.

V 1. 16 (2) Et est proverbium „ovem lupo commisisti". 7 (1) Id est: fatigatus, lassus et languidus sum, dum fugi (vix genuinum). 2. 60 (2) Ut Lucilius „vicimus, o socii, magnam pugnavimus pugnam". (Ed.? W. c.). 3. 11 (3) Id e ut volo. (?). 5. 5 (2) Hoc est obsequi. 8 (3) Nunc adverbiu est producta E littera. (W. c.). 6. 19 Unde dilatio est dic diei prolatio (Ed. W. c.) 8. 6 (2) Vel potius „sponsam mean (Ed. W. c.). 28 Quod „fanda nefanda", „iusta iniusta", „dig

---

1) Hoc est, id est, sim. et multa etiam huiusmodi scholia per *nam enim* magistrum A auctorem referenda videntur. Cf. Mnem. XXXII p. 287 sqq.

igna", „velit nolit" (Ed.? W. c.) 60 (1) „Nescis qui vir ", et (ex. falsum, W. c.).

In Phormione.

Cum in Phormionis commento additamenta, ut consentaneum , vix inveniantur post II 3 ideoque pauciora sint numero, simul omnia comprehendam sine particularum distinctione. Prol. 28 Non ergo nunc primum actum dicit, sed summas rtes. (W. c.). 32 (2) Ergo proprie. (W. c.). 33 (2) Ideo irtus" est.

I 1. 6 (6) Et „corrasi omnia" (ex. fals. W. c.). 2. 6 (1) Hoc im significat „quid reddit". (W. c.) 12 (1) Quia igitur obquendo impediverat narraturum „ergo" dixit. (mag. A, cf. raec. Don. W. c.). 31 (2) Nam ideo „puellulam" dicit. (W. c.). 6 (2) Hinc et philosophorum sectae. (W. c.) 55 (1) Adest nim id quod iuvat. (?). 56 (1) „Passus" temere dispersus. W. c.). 57 (4) Ergo et Vergilius sic ait: at mihi sese offert ltro meus ignis Amyntas. (Ex. ineptum Ed.). 59 (3) Ergo ndifferenter. (mag. A). 65 (1) Unde superlativus gradus optimates facit, quia bonus, melior, optimus dicitur. (W. c.). 0 (1) Insinuandum igitur fuit: hoc enim erit omne periculum bulae (mag. A. cf. (2). W. c.). 80 (3) Nam post enumerationem veteres haec dicebant. (Ed. in med. Don. W. c.). 83 (3) Sic nim veteres „quod faustum felixque sit" dicebant aliquid aggressuri (Ed. cf. praec. Don.). 92 (1) Ergo ars precatoria est mitigare praesentia, futura permittere. (W. c. Ed.?). 3. 10 (3) Id st: eo quod desideras, abundas. (Cf. praec. Don. (2). Ed.?). 0 (3) Ergo „ipsi nos", inquit, „nostra contemnimus". (A. W. c.). 6 (2) Nam „vi coactum esse" idem significat quod „invitum". W. c.). 47 (2) Et hoc factum est propter iambica. (W. c.).

II 1. 1 (1) Ergo controversia. (W. c.). 21 (2) Ergo sapienter Geta. (W. c.). 65 (2) Hoc est: non dicitur „maxime cognata" et „minime cognata". (W. c). 2. 10 (8) Ergo fortitudine nimia aepe vinci, saepe decipi contingit. (cf. supra p. 323?). 3 (De ius scaenae scholiis supra egimus p. 288 sqq.).

IV 3. 30 (2) Ergo duas res significat hoc unum verbum. (A. V. c.). 54 Idem enim volet „utrum" quod „an". (A, cf. aec. Don.).

V 8. 82 (2) Ergo quasi totum in lacrimas converti et ex toto stillare corpore. (A, cf. praec. Don.).

Praeter haec etiam magistris reddenda sunt scholia non omnia quidem, sed pleraque et brevissima, per *deest*, *deest — ut sit*, *subauditur* sim., *scilicet*, *et est ordo* sim., aliaque hoc genus, quorum numeros tantum rettulisse satis sit.

Deest. In Eunucho prol. 12[1], I 2. 91[4]. II 1. 3[1] (Sc. c.), 3. 26[6] (S. c.), 32[1 1]), 84[1], 86[3], 97[3]. III 1. 40[1], 2. 24 *d. enim*, 25[2], 3. 17 *nam d.* 29[2], 5, 62[2] (W. c. partim). IV 1. 12 (*d. accersis et*), 3. 9, 4. 50, 7. 17[2 2]), 26[3]. V 1. 11, 20[2], 2. 5, 6[3], 45[5], 4. 28[2], 5. 3[3], 8. 6[4.5], 51[2]. In Phormione prol. 24[1], I 2. 14[2], 19[2], 84[4], 3. 13[5], 4. 19[3], 31[3], 43. II 1. 26[2]. IV 3. 13 (d. enim).

Subauditur, sim. In Eunucho: Prol. 38[3] (S. c.). I 2. 10[2], 111[1 3]). II 3. 44[2], 95[2]. IV 1. 12[4], 14[2]. V 4. 35[3], 47[3], 6. 18[1], 8. 33[2], 36[5] (*ergo subaudimus* cett. In Phormione: I 2. 61[4], 4. 36[1]. II 2. 2[1.2]. IV 3. 61[1]. V 9. 60[2].

Scilicet. In Eunucho I 2. 40[1]?, 116. II 2. 15?, 32, 3. 68[2] (*vicina sc.*, sequitur schol. rhet.), 81 (S. c. Schol. Ed. iuxta 80[2]?). III 1. 62[2], 5. 58. IV 2. 9[1], 3. 14[2], 24[6], 4. 14[1] (schol. suspectum inde a v. *quasi*). V 2. 4[1], 5. 28[2] (falsum). In Phormione: prol. 29 (W. c.). I 6[2], 3. 6[2]?, 4. 17, 32. II 2. 8[5], 20[1]. IV 4. 27[2] (*sc. H pro F* sq.), 5. 5[1]. V 4. 6[1], 8. 49.

Est ordo sim. In Eunucho: II 3. 10[2] (S. c.). III 1. 16[3]. IV 1. 1[3], 3. 14[3], 7. 35[5]. V 4. 15[4]). In Phormione: I 2. 75[4] (*et est o.*), 3. 10[5], 4. 31[3]. V 3. 32.

Alia insuper scholia breviora varii generis et formae magistellis adsignanda sunt, quae nunc indicare non attinet, sed praestabo, quod antea promisi (p. 15 adn.) et locos componam, ubi legitur formula

---

1) „Deest „ob" aut „propter", ut sit ob id aut propter id". De talibus schol cf. Mnem XXXII p. 303 adn.

2) Ibid. 15[4] „Deest non, ut sit" e. q. s. Donati sunt.

3) Sabbadini perperam notavit 111[2].

4) Haec igitur interpolatio in Eunucho satis rara est.

Ut diximus, notavimus, adnotavimus, interpretati sumus [1]).

Quinque loci, qui hanc pertinent, iam a me tractati sunt: Andr. I 1. 100 (2) p. 11, ibid. II 6. 26 (5) p. 14 sq. Eun. I 1. 112 p. 12, ibid. I 2. 98 (1) p. 37 sq. et II 3. 14 (4) p. 195 His omnibus vidimus Editorem fuisse qui, cum aliquam Donati otationem repeteret, hanc formulam adderet, fingens, se ipsum se qui haec antea contendisset.

Accedunt haec scholia:

Andria IV 3. 1 sqq. Mysis sic lamentatur:

Nihilne esse proprium cuiquam, di vostram fidem!
Summum bonum esse erae putavi hunc Pamphilum,
Amicum amatorem virum, in quovis loco
Paratum. Verum ex eo nunc misera quem capit
Laborem! Facile hic plus mali est, quam illic boni

Ad vs. 5 haec scholia leguntur:

(1) „Facile" adverbium confirmantis est, id est liquido et anifesto. (2) Veteres „facile" dicebant pro certo, ut Cicero llius vicinitatis facile primus" (Rosc. Am. 15). (3) „Dolo-m" [2]) distinxit Probus et post intulit separatim quod sequitur.) „Facile h. pl. m. e." in dolore et metu scilicet amittendi, uam i. b." in voluptate retinendi. (5) „Quam illic boni" bono summo (cf. vs. 2); dicit enim ex bonis, quae bona istimamus, plus nos mali cupere, cum aut amissuros nos edimus aut amittimus, quam boni, cum habemus. (6) „Plus ali" in dolore et metu, *ut diximus* (schol. (4)). (7) „Quam ic boni" id est in amico, amatore et viro (cf. vs. 3).

Quaeritur quid sit „hic" et „illic". Utriusque significationem ncisa brevitate optime distinxit Don. in (4), cuius sententia rbose repetitur in (5), nimirum ab Editore, qui de suo tamen ave praemisit verba „in summo bono" interposuitque „quae na existimamus", his enim additamentis obscuratur definitio quae quitur. In (6) ex Donateo (4) repetuntur verba „in dolore metu", igitur *ut diximus* denuo non est Donati sed Editoris, i tamen hoc dedit ante (5); sic enim, Donatum secutus, ius explicuit verba „facile hic plus mali", dein „quam illic

---

) De formula *ut diximus* in Servii comm. ad Verg. vide Thilo in praef. p. XIV.
) Var. lect. pro „laborem".

boni" atque longiorem sententiam „dicit enim ex bonis" c ad utrumque rettulit. Schol. (7) aliam alius magistri enarr nem continet.

Scholia (1)(2) unum continuum Donati efficiunt si dem interpolatio Editoris „id est liquido et manifesto" hun modum: „„Facile"" adverbium confirmantis est; veteres c bant pro certo cett. Etiam (3) genuinum esse, res ipsa quitur.

Videmus igitur haec Andriae scholia eadem ratione c parata esse, quam in permultis ad Eunuchum deprehendin Editor invenit in commento (1)—(4), his inseruit emblema *id est* et subiunxit (6) et (5). Compilator transposuit (6) et didit e margine quodam (7).

Ibid. V 2. 14 Nescio quis senex modo venit, ellum! co dens catus

(1) Bene „nescio quis": etenim si notus esset, videre gratificari, — id est gratiosus esse testis et minus verus. (2) „Ellum" veteres quod nos illum dicimus vel ellum ollum dicebant. Quamvis „ellum" quidem „ecce illu velint intelligi, tamquam pro ipso domum Glycerii osten Davus dicens „ellum". (3) Quasi „en illum", est en ut alii ⟨volunt W.⟩, pronomen, ut alii adverbium demonstr tis, nam pronomen huiusmodi veteres sic proferebant: il ollus, ellus. (4) Sed, *ut diximus*, adverbium composit ex pronomine videri potest, ut sit en vel ecce illum. (5) „Confidens" confidentem hic pro constanti, non mala sig ficatione posuit. (6) „Catus" callidus, doctus. (7) ⟨Cat ardens *πυρὰ τοῦ καίειν*, unde Cato dictus: ingeniorum eten igneus vigor est.

Cum his componenda sunt:

Andr. III 3. 48 „Eccum" quasi ecce eum veteres dixeru ⟨ut⟩ eccillum, quod apertius significat ecce illum et scurius ellum.

Ad. II 3. 7 (4) „Ellum" ecce illum — (5) vel pronon est vel adverbium demonstrantis — ⟨alii W.⟩ „ellum" int rogative legunt, ut sit: „ellum dicis? te expectat domi"; sit „ellum" pronomen, id est illum; nam et illum et ellu et ollum veteres dixerunt.

Tractatur duplex quaestio. Sitne ellum simplex an compoum, sitne pronomen an adverbium?

Secundum Donatum in Arte gramm. est pronomen casibus ficiens [1]). Praeterea autem distinguebat ellum vetustum = lum illum (qua de re in Gr. Lat. nihil traditur) et el-m = ecce (vel en) illum. Nostro autem loco ipse ellum terpretari videtur archaice = illum, et refert interpretationem uorundam" (Probi, Aspri?) qui ecce illum intelligunt „tamam pro ipso (Critone) domum Glycerii ostendet" ubi Crito oratur. Et haec quidem interpretatio unice iusta est (cf. Spenel ad h. l. et Ad. 260. 389). Post haec autem verba Donatus a (3), — si paulisper omittimus vv. „quasi en illum", — ene sic pergit: „est enim, ut alii volunt pronomen, ut alii dverbium demonstrantis"; hanc differentiam in hoc scholio ilentio premi non oportebat [2]), atque ea hoc ipso loco apposite ommemorabatur, quia in praecedentibus utraque ratio adhibita rat: ellum = illum = pronomen, et ellum = in domo illa = adverbium demonstrantis. Quae tamen sequuntur „nam pronomen ... ellus", repetita ex scholii (2) initio, insiticia sunt. Verba, quae modo omittebam, „quasi en illum" ferri possunt, si iunguntur cum praegressis: ... „ostendat Davus dicens „ellam", quasi en illum, quo nunc utitur Donatus quasi synonymo τοῦ ecce illum paulo ante adhibiti.

Denique in (4) Editor differentiam a Donato relatam proprio Marte dirimit monens mira latinitate esse „adverbium compositum ex pronomine", additque *ut diximus*, quia utitur eis quae in commenti scholiis (2) (3) invenerat.

E reliquis scholiis primum genuinum est praeter emblema

---

1) G. L. IV 380. 30: „Sunt pronomina quae non per omnes casus declinantur, ut eccum eccam, ellum ellam, cuius cuia cuium", cett. Cf. Pomp. V 310. 31.

2) Quaestio trita in scholis, cf. Prisc. II 593. 25: „Quaeritur eccum eccam, ellum ellam, eccos eccas, mecum tecum secum, nobiscum vobiscum pronomina sint composita an adverbia? Ad quod dicendum quod adverbia personas simul et numeros et casus in eodem habere non possunt ... sunt igitur sine dubio pronomina". Ibid. 596. 8 „Componuntur etiam cum adverbiis pronomina: eccum ... ellum ... quid est enim eccum nisi ecce eum?"

Attende Editorem in (3) insolite loqui, non de „pronominibus compositis", sed de „adverbio composito" et quidem „ex" pronomine.

„id est" cett. a Wessnero iam eliminata, nec non (5) et (7), quocum confer Serv. ad Aen. I 423: „Alii „ardentes" ingenios accipiunt; nam per contrarium segnem, id est sine igni, ingenio carentem dicimus, unde et a Graeco venit catus, id est ingeniosus, ἀπὸ τοῦ καίεσθαι". Attamen extrema asseveratio: „ingeniorum etenim igneus vigor est", reddendum est philosopho nostro, nam e Servii loco, qui sequitur Donati comm. Vergilianum, apparet hunc non cogitasse de dogmate Stoico. Deniqu schol. (6) iuxta (7) Donato concedi non potest.

Ergo invenit Editor in commento primo (1)[a], (2), (3)[a], (5), (7)[a]; ipse inseruit (1)[b], (3)[b], (7)[b] et Compilator e margine (6).

Ibid. V 6. 5 sq. Glycerium suos parentes repperit ... Pate amicus summus nobis

Don. ad 5 (1) Haec ita narrantur Davo, ut eadem opera etiam Charinus audiat. Ed. hoc repetivit ad 6 (1) Haec omnia, *ut diximus*, propter Charinum dicuntur, ut audiat.

Simillimum exemplum repetitionis per *ut diximus* intra unius scholii spatium supra attendimus ad Eun. II 3. 14 (2) et (4).

Adelphoe II 3. 5 sq. Itaque unam hanc rem me habeo praeter alios praecipuam arbitror, fratrem homini nemini esse primarum artium magis principem

(1) Nove dixit „unam rem" „fratrem". (2) Sed ego puto „fratrem non subdistinguendum sed legendum contexte usque ad „principem"; nam si distinxeris „fratrem", bis erit „arbitror" subaudiendum, et supra et infra; quodsi „fratrem" inferioribus iunxeris et cum admiratione pronuntiabitur et subaudietur „quam mihi". Hanc sane locutionem scire debemus propter personam (scil. loquentis Ctesiphonis) elaboratam: nam et nimium gaudet et rusticus adulescens est, qui conatur laudare Aeschinum tibubans ac paene balbutiens. (3) „Hominem neminem" nove auribus nostris, sed veterum consuetudine locutus est, nam cum neminem ⟨ne⟩ hominem significet, quid opus fuit dicere „hominem neminem"? (4) Sed, *ut diximus*, figura est ἀρχαισμός.

Ut in superiore loco Editor hic quoque in (4) per *sed ut diximus* statim repetit initium praecedentis (3).

Scholia (1) et (2) idcirco rettuli, quia in huius quoque fabulae commento exemplum praebent rationis, quam semel iterumque a

Donato adhibitam vidimus in scholiis Eunuchi, ut nempe prius donat alius opinionem tamquam certam, sed deinde hanc refutet, suamque novam proferat. Itaque in (1) affirmanter scribit „Nove dixit" cett., sed revera illius sententiam refert, qui interpunxit post „fratrem" [1]), quam deinde redarguit in (2) et recte quidem, nam alter errabat, ipse verum vidit. Ad amussim hoc exemplum convenit cum eo, quod descripsi antea p. 30 sq., ubi ad Eun. I 2. 5 prius legitur tale scholium: (2) „Plus satis" „nove" cett., et dein sequitur refutatio (4) „Hoc quidam putant, at mihi videtur" cett.

Id quod est „hoc quidam putant", nunc omittitur, neque addi prorsus necesse est, propter vv. „Sed ego puto"; fieri tamen potuit ut Editor in huiusmodi locis Donati notationem: „Sic quidam", vel tale quid, neglexerit, rem ita proponens quasi Don. dederit (1), ipse autem (2). Idem fortasse usu venit ad Eun. V 8. 49 (7) et (8), de quibus vide supra.

Wessnerus immerito priorem partem scholii secundi: „Sed ego puto ... subaudietur quam mihi" inclinatis litteris expressit. In Commento primo (1)+(2) unam continuam adnotationem effecerunt ex omni parte integram. Dubitari tantum potest de altera parte scholii (3): „nam cum neminem" cett., quam Ed. fortasse addidit simul cum (4).

Ibid. III 2. 26 sqq. Canth. Quid festinas, mi Geta? Animam recipe. Ge. Prorsus ... Sostr. Quid istuc „prorsus" ergo est? Ge. Periimus. Actum est. Sostr. Eloquere, obsecro, quid sit. Ge. Iam ... Sostr. Quid „iam", Geta? Ge. Aeschinus ... Sostr. Quid is ergo? Ge. Alienus est ab nostra familia.

Don. ad 26: (1) Apta *κόμματα* fesso et anhelanti ob perturbationem et contentum cursum. (2) „Animam recipe" quod in lectione gestu ostendi minime potuit, id ex verbis Sostratae ostenditur in Geta; nam ideo dicitur „animam recipe", quod ille prae anhelitu crebriora verba continuare non possit.

Ad 27 „Actum est" sqq. (2) Iam hic plus gestu quam dictu agitur, quia, *ut supra diximus*, et lassus est qui nuntiat et integratur dolor nuntii, cum apud illam loquitur, ad quam

1) Si Probus dictionum auctor est, ut Wessnerus contendit in libro „de Aemilio Aspro", hic locus addendus est iis, quos citavit p. 21 sq.

maxime calamitas pertinet: quo dolore vox plerumque subtr hitur atque singultit. (3) Et simul dat iam signum perdit rum rerum.

En habes locum, ubi Donatus ipse hac formula utitur, se ita ut ex supra dictis tantum pauca repetat et novam arg mentum satis grave nunc addat.

Schol. (3) post superiora quam maxime languet.

Hecyra prol. I 7. Ut posset iterum vendere

(2) Hoc, *ut diximus*, ad laudem fabulae refertur, postqua tantum fiduciae poetae dedit.

Verba Editoris qui respicit quod Donatus dixit ad vs. 6. Ia Wessnerus haec notavit.

Ibid. I 2. 22 Sed quid hoc negoti?

(2) Bene addidit „negoti", ut augeret invidiam facti, na potuit dicere „quid hoc est?" Sed, *ut diximus*, ad invidiam magnitudinem rei „negoti" dixit.

Ed. in eodem scholio Donatum repetit, ut supra Ad. II 3. 5 (4)

Haec quoque inde a „Sed" notavit Wessnerus.

Ibid. II 1. 45 Ubi duxere impulsu vostro, vostro impul easdem exigunt

(2) Videtur, *ut supra diximus*, haec tota scaena ad hoc i terposita, ut fabulae nomen hinc intellegeremus inventum.

Hic versus nihil pertinet ad nomen Hecyra. Ed. inept applicat et simul exaggerat quae Donatus ad vs. 4: „Un animo omnes socrus oderunt nurus", hunc in modum scripsit: (1) Nescias, an ex sententia hac vel adeo ex hac scaena nom fabulae sit inventum.

Ibid. III 1. 17 Atque impeditum in ea (re) expedivi animu meum

(2) Curae, *ut diximus*, aut ligant aut solvunt, ut Vergili „quae mihi reddat eum vel eo me solvat amantem" (IV 479) amoris enim curae vincula dicuntur.

Respicitur scholium ad vs. 8 „At sic citius qui te expedi his aerumnis reperias", ubi legitur in (3): Bene „expedias a rumnis", aut enim solvunt nos curae abeuntes aut impedium et ligant advenientes, ut „solvite corde metum Teucri, secludit curas". (Verg. I 562).

Vides Donatum ad vs. 8 apto, Editorem ad vs. 17 inept

exemplo usum esse, in quo curae omnino non nominantur, idcirco addidit adseverationem per *enim*.

Ibid. IV 4. 12 Turbent porro quam velint

Don. (1) „Quam velint" in quantum velint. Ed. (2) ⟨Aut⟩ am quam velint mulierem. Sed melius est quod *supra* (in (1)) *ximus*. Pravam coniecturam profert simul et repudiat.

Ibid. V 2. 26 Et te simul suspicione exsolves

(1) Hoc est quod supra (vs. 13) dixit crimen. Nos quoque spicionem *interpretati sumus*. Postrema inde a *Nos* iam eliinavit Wessnerus.

Cf. ad Donatus vs. 13 „Nam si compererit crimini tua se uxor edidisse, missam iram faciat", (2) Crimen nunc pro falsa spicione posuit, Vergilius (sequuntur duo exx.).

Phormio I 4. 37 Sed quis hic est senex

(1) Sed, *ut diximus*, transitum significat ad alteram rem ab quae agebatur.

Repetivit Ed. ex I 2. 7 (2) „Sed" particula transitum signiat ad mentionem alterius rei. Cf. supra p. 284 ad I 4. 15.

Ergo unicum Donati exemplum Ad. III 2. 27 (2) Editorem d abusum huius formulae perduxit, eo scilicet consilio ut tius commenti se auctorem praedicaret.

Ipsorum scholiorum inquisitione ad finem perducta lubet in ensum vocare ea commenti scholia, ubi fontes indicantur ominatim vel per formulas *quidam*, *alii*, *sunt qui*, sim. Ex hac autem recensione non multum lucis effulgebit ad difficillimum de commenti fontibus quaestionem illustrandam. Intellegetur tantummodo Donatum non pauca subsidia, sed multorum commentatorum, grammaticorum, scholiastarum quoque, ni fallor, testimonia adhibuisse, nec non Editorem et magistros saepius ad auctores quosdam provocasse; praeterea Donatum ex more temporum [1]) iuxta aliorum opiniones non raro suam posuisse sine decisione; porro quosnam fontes praecipue magni fecerit, Pro-

1) Cf. Locus Hieronymi quem infra citabo in adnotatione, ibique quae verba patur ab initio et fine.

bum et Asprum praesertim, hosque viros explanationes tra disse modo Donateis anteferendas, modo vero postponendas. D natus ad Phormionem explanandam peculiari fonte usus es videbitur.

Scholia, in quibus fontes indicantur.

Nominatim citantur in commento uti fontes hi auctores:
Nigidius ter: Phorm. I 4. 4, 13. II 1. 3.
Varro quater: Ad. IV 2. 37, 44. V 8. 15, 29. Praeter exempla citantur tria: ex Ant. r. h. Eun. II 2. 25, logist. ibid. IV 3. 7 et Phorm. I 1. 15.
Probus novies: Andr. IV 3. 5. V 3. 4. Eun. I 1. 1. A III 2. 25. Hec. prol. I 2. Phorm. I 1. 15, 3. 3. II 3 B 2 V 9. 16.
Asper ter: Ad. III 2. 25 (contra Probum). IV 2. 20. Phorm I 2. 24.

De Nigidio statim quaestio suboritur, cur antiquissimus auctor citetur tantum ad Phormionem, nusquam ad reli quas fabulas. Hoc autem discrimen eo maius est quod triplex Nigidii mentio usu venit in prima commenti parte, quae in tegra servata est. Quodsi altera pars scholiorum [1]), quam Compilatore omissam esse vidimus, exstaret, valde probabile est in ea quoque eius mentionem semel iterumque iniectam fuisse. Idem valet de Probo, qui in huius commenti reliquii toties fere nominatur, quoties ad ceteras fabulas omnes. Quo hinc iam conicimus, exstitisse peculiare commentum in Phor mionem, quo usus sit Donatus, id revera contigit. Scilicet Charisius in capite de adverbio ex ἀφορμαῖς Iulii Roman sex Phormionis locos (nihil ex aliis fabulis) asseruit, a quos Romanus sententias ipsaque verba Arruntii Cels rettulit de adverbiis ibi a Terentio usurpatis, usus eadem pa

1) Integra pars commenti, ad vs. 1—347, scholia habet 960. Idem versuum n merus 347 ab initio Andriae et Eunuchi habet scholia 825 et 733; tota Andri (vs. 981) scholia fere 1990, Eunuchus (vs. 1094) fere 2100. Hinc facile comput tur, si Donatum Phormionis commentum eadem cura qua initium et qua Andria et Eunuchum ad finem perduxisse sumimus, in hac fabula 1055 versuum scholiorum numerum fuisse fere 2500. Supersunt autem 1430; itaque perierunt circiter 1160.

qua etiam Acronis commentarios ad Eun. et Ad. de- solet: *ubi* i. e. ad quem locum. Iulius Romanus hoc commentum ad Phormionem adhibuit tantum de adver- usu, non in reliquis capitibus de coniunctione, praepo- , interiectione, quod cuius rei causa fecerit nos latet [1]). oc igitur commento cum Nigidii tum frequentiorem i mentionem derivandam esse dixerim. Wessnerus id it citata Graeca et Latina e „veterum" scriptis, non ex sis sed ex Aspri commentariis ad Ter., Vergilium, Sal- n, quos W. quodammodo restituere conatus est, a Donato ita esse demonstret. Negat etiam eum Menandri exempla inspexisse, — quod mirabitur qui meminerit Ausonium emporis praecepisse Nepoti suo: „Conditor Iliados et ama- rsa Menandri evolvenda tibi". — contenditque non tantum na, Luciliana aliaque vetustiora, sed vel pleraque Teren- Vergiliana, Sallustiana, cett. ex Aspri commentariis a Do- sse translata. Hac autem in re duo tenenda sunt. Primum Institutionem scholasticam huiusmodi citationum, quae ad grammaticam vulgo pertinebant, quasi thesaurum fuisse, iam hodie ostendunt libri Gramm. Lat., qui thesauri im- itur ex doctiorum commentariis, sed his ipsis etiam opes suppeditabant. Vigebant ea studia iam inde ab Aelio Sti- Vergiliique tempore vel paulo post iam fuisse cognovimus ocos eius parallelos cum Homero, mox cum Ennio, Lu- , aliis eruerent. Etiam Aristarchum latinum sic laborasse

---

Wessnerus p. 15 sqq. vehementer dubitat num Arruntius Celsus Phormionis itarium dederit, quo etiam si exstiterit Donatum tamen usum esse negat. Mihi n persuasit. Sane sex illis locis, quos citavit I. R., Donatus aut nihil habet 6) aut aliud, attamen nusquam contrarium, atque ex illis tres pertinent ad bulae partem, cuius commentum est mutilum. Formulae Romani „ubi Celsus", adverbium est", „quidam sic legunt" designant commentatorem (cf. iis l.l. e Iulio R. apud Wessn. p. 16 sq), nisi alius libri titulus addatur ut l Caper de latinitate" (Char. p. 194. 31, 207. 31) Wessneri conclusio : „Das Ergebnis ist also negativ, ein Kommentar des Arruntius Celsus als für Donat ist nicht nachweisbar und somit wohl auch nicht anzunehmen", prudenter concepta videtur. Quid enim in huiusmodi quaestionibus, quae ar- orum inopia numquam ad liquidum perduci possint, dici potest „nachweisbar"? us disquisitio doctissima de Aspri aetate et scriptis et quid inde in Donatum iverit, ultra probabile non procedit aut procedere potest, nec tamen idcirco im: „somit wohl auch nicht anzunehmen".

vidimus ex schol. Phorm. I 1. 15. Unde Donatus igitur hausi e scholarum traditione, ex alius commento, ex utroque? S cundo loco grammaticorum ut historicorum ratio ea erat, locupletem aliquem auctorem fideliter sequi non dedignarenti pudorive haberent: Probus nimirum Stilonem et Varronem Asper Probum, Asprum Donatus; unde tamen non sequitu eum Menandrum, Plautum, Terentium non ipsum saepiu comparasse nihilque novi ipsum inde rettulisse. Igitur tota ha quaestio de fontibus lubrica est et incerta, ideoque ego in sch liis, quae sequuntur, non indicavi quae Donatus ex Aspro alio hauserit, sed quae fortasse inde haurire potuerit.

Andria.

Prol. 17 Faciuntne intellegendo ut nihil intellegant?

(1) „Ne" quidam corripiunt et cum interrogatione pronu tiant, quidam producunt, quorum alii „ne" pro nonne accipiun id est non, alii „ne" pro valde, ut „ne ego homo sum i felix" (Ad. IV 2. 1) et Cicero „ne illi vehementer errant". (2) Et hoc melius, nam statim infert „quorum aemulari e optat neclegentiam, potius quam istorum obscuram diligentiam (vs. 20 sq.).

Alterum scholium Editori tribuo propter ineptam, quae red ditur, rationem. De formula *hoc melius* vide supra.

Donatus sine decisione — non enim tironibus sed aetate pr vectioribus et ludorum magistris commentum destinavit [1]) — doctorum sententias profert tres: nĕ interrogativum, nē = non nē = valde, et postremam illustrat exemplo trito in scholis Ciceronis oratione Cat. II 6, quod redit ad Adelphos l.l. e apud Charisium, Diomedem, Dositheum (W. in app.), ubi ad ditur alterum ex or. pro Rosc. Am. 50 „Ne tu, Eruci, accus tor esses ridiculus". Fuit in his doctoribus procul dubio Probus Asper [2]), cui tamen non adsignanda videtur interpretatio terti

1) Hocine etiam Wessnerus voluit, cum in libro de Aem. Aspro p. 18 ser beret: für die Zwecke des Unterrichts?

2) Sic fontem Donati nomino, quem Wessnerus l.l. p. 23 hunc in modu descripsit: „So gewinnen wir die Reihe Probus — Asper — Donatus, d.l Donat benutzt Asper, Asper wiederum Probus, somit Donat den Probus durch Aspe

scholium, quod mox referam ad II 1. 24. Praeter hunc iam auctores Donatus designavit, sive hi commentatores , sive interpretes Terentii, quorum doctrina e schola in m exierit.

25 Ut pernoscatis ecquid spei sit reliquum

‚Reliquum" sunt qui „reliquorum" accipiunt, ut sit sen- ɜ hac fabula sumite speciem, ut sciatis an ceterae vobis dae sint; nam postmodum dicit in alio prologo „alias .is eius, quaeso hanc cognoscite (Hec. prol. I 8). eliquum" quasi diceret „postremum", est ergo quasi ad- n, id est τὸ λοιπόν. (4) „Reliquum" sive hoc reli- dicit sive „reliquum" pro reliquorum, geminata u ır.

ıo Don. in (2) refert duas sententias, quorum ipse pri- ıimirum amplectitur, nam de se ipse non dixit *sunt qui.* em hac formula indicavit Prob. Aspr., hi errarunt.

(3) pugnans cum (2) Editori dandum est. In (4) D. e videtur eos, qui scribebant reliqum, qua de re vide meum de Pronuntiatione litter. Latin. p. 150 sq., ubi ci-

---

lung." Ceterum quid scriptum Probus reliquerit non nisi vaga supersunt Asper vixisse videtur ante Iulium Romanum, cuius aetas refertur vulgo ad saeculum. Iam si ille Probi scripta usurpare potuit, quidni etiam Donatus ıeculo quarto? Perierantne interea, an Aelius Donatus, nobilissimus gramma- on is erat, qui ipsas artis suae fontes adiret e rivulisque doctrinam haurire Ipsos autem hos rivulos iam tirones tum adiisse auctor est Hieronymus fin. I 15, cuius verba digna sunt quae integra describantur: „Num diversae etationis et contrariorum inter se sensuum tenebitur reus, qui in uno opere, disserit, expositiones posuerit plurimorum? Puto quod puer legeris Aspri in um et Sallustium Commentarios, Vulcatii (saec. 3°) in orationes Ciceronis, ıi in dialogos eius, et in Terentii comoedias praeceptoris mei Donati, aeque ɣilium, et aliorum in alios Plautum videlicet, Lucretium, Flaccum, Persium Lucanum. Argue interpretes eorum, quare non unam explanationem secuti in eadem re quid vel sibi vel aliis videatur enumerent".

ıile est Hieronymum commentarios in Plautum ceterosque sine auctoris no- ɔmmemorasse. Fuerunt nempe qui propter testimonium anecdoti Parisini de Valerio Probo Vergilio, Horatio, Lucretio appositis, eum et hos et Plautum, atque Lucanum edidisse crederent (cf. Schanz H. L. R. II 2 p. 339). ns de Probi opera disseruit Wessnerus p. 19 sq. non nimis discedens a ıii testimonio (Reiff. p. 118): „multaque exemplaria contracta emendare ac re et adnotare curavit ... nimis pauca et exigua de quibusdam minutis culis edidit: reliquit autem non mediocrem silvam observationum sermonis

tatur Velius Longus, G. L. VII 59: Auribus quidem sufficiebat ut equus (exemplum tritum in hac quaestione) per unum u scriberetur, ratio tamen duo exigit, e. q. s., ibidemque Terentius Scaurus, G. L. VII 12..

Utor hac opportunitate ut corrigam omissionem commissam in capite de scholiis repetitis. Legimus nempe scholium Donati I 2. 2 (4): Davus ut recte scribatur, Davos scribendum est, quia nulla littera vocalis geminata unam syllabam facit; sed quia ambiguitas vitanda est, nominativi singularis et accusativi pluralis, necessario pro hac regula digamma utimur et scribimus Dauus seruus coruus.

Prorsus idem legitur III 4. 1 (1) nisi quod quartum exemplum additur vulgus in hac quaestione frequens, cf. Char. I 75. 4. Scholium non a Donato repetitum esse, docet id quod sequitur (2) de scaenae oeconomia, quae scholia Don. ab initio scaenarum praeponere solet. Ceterum differentia, quae tangitur, inter nomin. sing. et accus. plur. alibi commemoratum non legi; de eo quod est uo pro uu et de littera digamma, vide quae scripsi in libro meo p. 71, ubi de hac re agmen ducit Quintilianus I 7. 20: „Nostri praeceptores servum cervumque u et o litteris scripserunt, quia subiecta sibi vocalis in unum sonum coalescere et confundi nequiret (= Don.: quia nulla littera vocalis cett.). Nunc u geminae scribuntur ea ratione quam reddidi. Nec inutiliter Claudius aeolicam illam (ⅎ digamma inversum) ad hoc usus litteram adiecerat.." Ipse Donatus in A. Gr. IV 368. 18: „Huic (litterae u) digammon adscribi solet, cum sibi ipsa praeponitur, ut servus, vulgus."

I 1. 17 Nam istaec commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficii

(2) Cito ostendit se in memoria habere. (3) Sunt qui ad beneficium referant immemor, ut „memorem Iunonis ad iram' (Aen. I 4) — quod est, hoc immemor est beneficium, cuius nemo meminerit.

Don. in (2) immemor recte ad personam rettulit. Alter interpretatio in (3) si Aspri est, qui etiam commentator Vergili exstitit, docte erravit. Verba „quod est" seqq. a magistro sua addita, quam Wessn. immerito correxit scribens „quod ⟨si⟩ est'

l. 58 Dic sodes
„Dic" imperativum est, ideo temperavit iniuriam blandi-
„sodes"; est autem si audes, ut „scilicet" scias ⟨li-
nam delirat qui σῶος ζῇς interpretatur „sodes".
Graeca in commento ad Asprum revocanda sunt, non im-
in hoc etymo delirasse dicitur.

1 Audivi, Archylis, iam dudum: Lesbiam adduci iubes
Utrum „audivi iamdudum" an „iamdudum iubes" incerta
io est. (4) Et sunt qui „iamdudum" quam primum
unt, ut „iamdudum sumite poenas" (Aen. II 103) [1]).
l. (4) vix alium quam Asprum Vergilii interpretem de-
potest, tum ille distinxit ante „iamdudum", Probum
, unde, si Wessnerum audimus (p. 21 sq.), distinctiones
ant.

7 Sed quid nam Pamphilum exanimatum video? Vereor
et
„Quid" ob quid, propter quid sit exanimatus. — (3) Aut
„quid sit" id est quid sit negotii. — (4) Sed quidam
„quid" pro quare, ut „quid veniant" (Aen. I 518).
t deest „propter", ut sit ⟨propter⟩ quid.
e ineptam interpolationem Editoris, qui agi putat de
„quid" (3) et additamentum (5), quod in Editoris mar-
ripserat magister referens Don. schol. (2), quodque Com-
in contextum recepit. Schol. (4) denuo ad Asprum re-
otest.

65 Verbum unum cave de nuptiis
Adnotant quidam „cave" hic corripiendum esse.
nimirum etiam Don. sic putaverit, hoc magistri scho-
sse suspicor.
28 (3) „Plerique omnes faciunt" ἀρχαισμός est, — nam
ui plerique παρέλκον intellegit (*sic Don. in* (1)), aut qui
nguit „plerique" et sic infert „omnes"; hoc enim pro
rte orationis dixerunt veteres eodem modo, quo Graeci
λλα" et Latini „plus satis". — Naevius in bello Punico

Iam Wessnerus vidit initium et finem unum Donati scholium referre, cui inserta est observatio magistri; hic autem pe *errat*, *qui* reprehendit Donatum in (1) aliumque qui distinxi *plerique omnes*; qua de re cf. Serv. ad Aen. I 181.

II 1. 24 Ne iste haud mecum sentit.

(6) „Ne" valde aut, ut quidam volunt, o quam, Luciliu in decimo „Ne, Marce, bovem descripsi magnifice", inquit.

Wessnerus p. 33 sq. Luciliana ex Aspri commentariis derivat esse censet [1]).

II 3. 6 Quidvis patiar

(6) Sunt qui „quidvis" pro quicquid evenerit intelli gant, quia dixerat „adeo me ignavum putas?" (I 5. 42), al pronuntiant, ut sit sensus: „quid me vis facere an hoc, u (ll. an ut hoc, *corr.*) patiar mihi uxorem dari?".

Denuo Don. nihil decernit, sed quid sibi videatur, ut assole primum posuit. Alterius opinionis auctores erraruut.

Ibid. 21 Nam quod tu speres „propulsabo facile uxorem h moribus, dabit nemo"

(1) Sunt qui „speres" pro timeas habeant. Perperam illi unde etiam Eugraphius: i. e. times, *ἀκυρολογία*.

Ibid. 22 Inveniat inopem potius quam te corrumpi sinat

(3) Sunt qui *κατὰ ἀνθυποφορὰν* dici putant „inveniet inopem potius quam te corrumpi sinat".

Don. ipse in (1) *ὑποφορὰ εὔστοχος*. Figurae vix differunt usurpantur de eo qui obiectionem adversarii iam ipse praeripi et sic praecidit. (Voss. rhet. Gr. p. 24, 369. Lat. 377). Schol. (3 Aspro concedi potest.

II 4. 7 (5) Ego puto „commutare verba" esse pro boni dictis mala ingerere, hoc est iracundia in maledicta compelli

Hoc scholium, quod obloquitur Donato in (4), iampriden Editori reddendum esse docui (Mnem. XXXII p. 223).

---

1) Utitur W. praesertim hoc loco ut illud probet de omnibus citationibus Luciliani et sane huius scholii exemplum invenit D. apud quendam, dicamus Asprum, s cum W. ita pergit: „Was hier in einem Falle direkt bezeugt ist, dürfen wi wohl unbedenklich auch für anderen Fälle annehmen," mihi offa logicam proponit, quam vel centeno gutture vorare nequeam.

II 5. 18 Virginem forma bona memini videre

(3) „Videre" pro vidisse: Ennius „memini me fieri pavum", alii (4) sic „memini videre" ut novi probare „forma bona" distinguunt.

Scholium vitio laborat. Wessn. verba „(4) Sic memini — probare" notavit ut insiticia, iungens: „alii forma bona distinguunt", sic tamen locus non sanatur, nam oritur comparatio absurda inter significationem τοῦ „memini videre" et interpunctionem post „bona forma", sed alterum cum altero nihil commune habet. Potius igitur locus post „pavum" ita legendus est: „Alii sic: „memini videre" ut novi probare," quae est inepta observatio Editoris, qui perfecta cum significatione praesentis memini, novi iuncta cum infinitivis praesentibus inter se componebat. Ergo Don. primum dedit: „Videre pro vidisse ... pavum"; tum huic scholio novum adiecit, opinor, huiusmodi: „⟨Quidam [1])⟩ „forma bona" distinguunt". Quinam sic minus recte distinxerint, nescimus.

Ibid. 19 Si se illam in somnis quam illum amplecti maluit

(1) „In somnis" per noctem, ut Vergilius „libra die somnique pares" (Ge. I 208) et Plautus „miris modis ⟨di⟩ ludos faciunt „hominibus mirisque exemplis omnia in somnis danunt" (Merc. et Rud.). (2) ⟨„Amplecti"⟩ quod vulgo dicitur cum illa manere, cum illa dormire. Alii „insomnis" vigilans, sed melius per noctem.

Non Don. sed Editor est, qui post (1) subiunxit (2), et ita ut primum Donati scholio opponeret illud, quod est: „Alii ... per noctem", dein praecedentia de verbo amplecti, quae Compilator inversa edidit. Wessn. initium scholii (2) inclinitis litteris reddidit usque ad „dormire", pro interpolatione in continuo scholio Donati, cui etiam tribuit finem (2)[i] „alii ... noctem", sed hoc ei imputari non potest, ut ineptam constructionem „insomnis maluit" mentione dignam crediderit, et significationem per noctem non unice rectam, sed „melius" tantum esse putarit. Ipsum autem Editorem hanc interpretationem excogitasse suspicor.

---

1) Quidam etiam supplevit Wessn. III 2. 30 (2).

III 1. 18 Num immemores discipuli

(3) „Discipuli" Mysis, Lesbia et Pamphilus: omnes, per quos agitur fallacia; bene ergo discipulos imperitos ostendit et magistrum Davum, quia supra dixit „tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum" (I 2. 21). — Alii hic Pamphilum significari putant discipulum, quia Davus magister ⟨nam⟩ nomen est ad aliquid discipulus, ut magister. (4) Et nunc „discipuli" genitivus singularis est casus; alii nominativum pluralem putant, ut „discipulos" dixerit omnes, per quos agitur fallacia, secundum illud „tum si quis" etc. (vide supra (3)).

In (3) inde ab „Alii hic Pamphilum" audimus denuo Editorem; atque ipse est qui hoc invenit [1]). Quod autem legitur in (4) nimis ineptum est magistri alicuius commentum, qui legisse videtur „Num immemor es discipuli?" quod quantum a sententia abhorreat, nemo non sentit; dein idem repetivit Don. (3).

III 2. 1 Adhuc, Archylis, ... signa ad salutem omnia huic esse video

Don. eleganter (2): Sic veteres scribebant „adhuc", quando incerti futurarum rerum ex praesentibus firmum intimabant, quod est genus cautissimae promissionis et certae.

Idem hanc aliorum interpretationem commemorat: (4) sunt qui „adhuc Archylis", correptionem esse nimium sollicitae nutricis putent, quod ego (Don.) non probo.

Hi igitur speciose sic explebant: „Adhuc, Archylis, lamentaris" vel tale quid. Hanc enarrationem editores, quotquot vidi, ne mentione quidem dignam existimarunt; nec immerito. Fuitne distinctio Probi Aspri?

Ibid. 30 Prorsus a me opinionem hanc tuam esse ego remotam volo

(2) ⟨Quidam „prorsus⟩ pro vere positum putant, ego pro eo quod est omni; sunt qui coniunctionem velint esse. „Ego", i. e. Donatus, recte putabat. In duobus aliarum sententiarum auctoribus Asprum esse credideris.

IV 3. 5 (3) „Dolorem" distinxit Probus et post intulit separatim quod sequitur.

1) Cf. eundem in I 1. 10 (4): Aut ideo „mihi" additum, quia libertus ad aliquid dicitur. Vide de hac formula Prisc. I 60. II 218.

4. 15 Male dicis. Unde est? dic clare.
cus intellectu difficilior, quocirca Bentleius pro „maledicis"
: „Quin dicis unde est clare". Donatus „Maledicis" Mysidi
t, quae sic tacite comminaretur Davo. Hodie recte sic in-
:etantur, ut Davus, postquam in praegressis submissa voce
idem reprehendit, iam clara voce dicat: „Male (i. e. non
e) dicis. Unde est? dic clara". Quorundam interpretationem
. rettulit in (4): Quidam putant esse unam personam, Davi
icet, dictum superius Mysidis (vs. 13), non satis manifestum
remi, in maledicti similitudinem derivantis. Hi igitur recte
nia Davo dabant, sed perperam „maledictum" intelligebant.
ine Asper? Iusta interpretatio veteribus non comparuit.

IV 5. 13 „Numquam huc tetulissem pedem" Vergilius „mene
ferre pedem" cett., et „ferte simul faunique pedem" cett.
en. II 657. Geo. I 11), sed critici adnotant altius esse cha-
ctere comico „tetulissem pedem".
Criticos Wessn. probabiliter Probum Asprum intellegit (p. 32).

V 3. 4 Ain tandem
(1) Quaerit Probus „ain" quae pars orationis sit et an una
t. Est autem „ain" quasi aisne. Wessn. p. 19 sq. huc
ntulit Suetonii verba (R. p. 118) „nimis pauca et exigua de
ibusdam minutis quaestiunculis edidit".
V. 4. 25 Cr. Nomen tam cito tibi ... Pa. Hem, perii.
r. Verum hercle opinor fuisse Phaniam
Editores signum interrogationis ponunt post „tibi". Sed cur
ito hoc roget non equidem perspicio: nihil est quod miretur,
remetem iam nunc nomen quaerere. Ego sententiam explico
: aposiopesin, supplens cogitatione „dicere nequeo"; nempe
i, ut fit, hoc ipso temporis momento nomen excidit memo-
, unde Pamphilus anxius „Hem! perii" inquit, sed statim
urgit ei memoria adhuc leviter dubitanti: „Verum hercle
nor fuisse Phaniam".
3) „Hem" sunt qui putent Simonem dicere irascentem filio
:onem submonenti. Ergo hi sic distinguebant: Crito Hem!
Perii. Sicine Probus Asper? Bentleius hoc probans
isposuit „Pa. Phania. Cr. Hem, perii" eiecto „tibi". Sed
io eum sequitur.

Itaque repperimus

Probum bis IV 3. 5 (*distinxit*), V 3. 4 (*quaerit*). Locos, ubi Probus-Asper indicati esse possunt: Prol. 17, 25?* [1]) I 1. 17*, 58 (*delirat*)*, 4. 1, ibid. 7. II 1. 24. II 3. 6?*, 22. II 2. 1?*, 30*. IV 4. 15*, 5, 13. V 4. 25?*

Editor semet ipse indicasse videtur per *alios* II 5. 19, III 1. 18.

In I 1. 28 *errat, qui*: Donatus est, refutatus a magistro.

Plures fontes designantur Prol. 17, III 2. 30; ex his duo vel unus magistri fuerunt, perinde atque *quidam, sunt qui* in I 5. 65, II 3. 21, 5. 18.

Eunuchus.

I 1. 1 Non eam ne nunc quidem

(7) „Non eam" Probus distinguit, iungunt (Asper?) qui secundum Menandri exemplum legunt. Vide Wessn. p. 21 sqq.

I 2. 5 Iam calesces plus satis

(4) Hoc quidam putant, at mihi videtur, cett. Cf. supra locos, ubi vidimus Donatum esse, qui refutat interpretem anteriorem, fortasse Probum Asprum; tum hi denuo errarunt.

Ibid. 6 „Quis hic legitur" non imperite intellegunt, meretricem etiam hoc simulare, cett.

Probat Donatus opinionem ante prolatam, fortasse a Probo Aspro.

Ibid. 10 (3) „Missa istaec face" alia dissimulatio et durior post admonitiones: (4) sed bene intellegit, qui hoc a meretrice ridente molliter et osculum porrigente dici accipit.

Unum continuum Donati, probantis lectorem vel interpretem, qui verba sic accepit. Scripsi cum cod. T „admonitiones" plurali numero, cum intelligantur, quae Thais dixit vs. 7 „Quid stabas? Cur non intro ibas?" et vs. 8 „Quid taces?"

I 2. 87 (4) Eunuchos a Persis institutos putant ex captivis; a Babylonibus enim Hellanicus auctor exstat id habuisse.

Hellanici mentionem per Asprum vel Probum ad Varronem redire dixeris.

---

1) Signum interrogationis designat auctoritatem Probi Aspri valde dubiam esse; asteriscus autem, fontes errasse.

II 2. 1 Homo homini quid praestat? Stulto intellegens quid interest?

(5) Alii distinguunt: „quid praestat stulto intellegens", alii „stulto intellegens quid interest?" quia sic veteres loquebantur (scil. interest cum nominativo et dativo). Posterior eaque iusta distinctio redit fortasse ad Probum. Donatus, ut solet, probabat priorem divisionem, hinc ad vs. 2 „Quid interest?" adnotavit: Hoc admirantis ⟨est⟩ et ideo sic pronuntiandum.

II 2. 25 (2) „Cuppedinarii omnes" Varro humanarum rerum „Numerius, Equitius, Cuppes, inquit, et Manius Macellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta" e. q. s. (fragm. l. IX).

II 3. 21 (6) Sed melius legunt, qui hoc totum ad personam applicant Chaereae. Si hoc quoque ad Probum Asprum revocandum est, egerunt etiam de personarum divisione. Ceterum de his scholiis vide supra in capite de interpolationibus Eunuchi.

III 2. 5 Thr. O Thais mea ... ecquid nes amas de fidicina
Th. Plurimum merito tuo [istac?

Donatus uno tenore haec adnotavit:

(1) Facete meretrix amorem suum non ad avaritiam rettulit, sed ad officium, et cum „de fidicina", inquit, te amem (corr. amo?) tum praecipue „merito tuo". (2) Alii sic respondere intellegunt, ut ipsa de fidicina gratias agat: nam cum ille dixerit „ecquid nos amas?" illa respondit „plurimum", quod autem „de fidicina" dixit ille, haec subiecit „merito tuo", id est quoniam mereris dando eam. (3) Sed melius est, ut praeter munus dixerit meritum; quamquam multi meritum munus intellegunt ipsum, ut est „quique sui memores aliquos fecere merendo" (Aen. VI 664), id est gratos sibi reddidere munerando. „Alii", „multi", in his procul dubio Asper fuit, cui altera opinio reddenda erit nec non quae legitur in (3) posteriore cum exemplo Vergiliano. Ego cum Fabia Donati interpretationem praefero. Eugraphius: Astuta meretrix, ne muneris gratia diceret se amare militem, respondit: „amo te, sed merito tuo". Ille astutiam in eo positam censuit, opinor, quod dissimulat avaritiam.

IV 2. 9 Soli sine illa

(4) Sunt autem qui idem putent esse „soli" „sine illa", ut

„sine illa" ἐξήγησις eius sit quod dixerat „soli". Et quidem recte ii, Probus Asper, ni fallor, sic putabant.

IV 3. 11 De his scholiis vide supra. Ii autem, qui in (2) „quem subdistinguere" dicuntur „ut sit qualem", si fuerunt Probus Asper, errarunt.

IV 4. 22 In his scholiis de colore mustellino redit ea Donati ratio, quam ante semel iterumque deprehendimus, ut sine ulla admonitione praemittat rei enarrationem (in (1)), quae ipsius esse videtur, sed quae dein refutatur, dum supponit suam opinionem (in (2)). Primum scholium cum exemplis Menandri et Aristophanis secundum Wessner. p. 29 ad Probum Asprum revocandum esse censeo. In altero nomen interpretis, cui Donatus aurem praebere mavult, corrupte traditum esse dolemus, ut quis fuerit nemodum perspexerit: „At ego †edesionum sequor, qui recte intellexit Terentium" cett. Cum hoc interprete Donatus Terentium liberat a culpa et errore, quem auctor prioris scholii ei imputaverat,

Ibid. 41 Vae mihi! Etiam non credes indignis nos esse irrisas modis?

(2) Quidam hoc totum „vae mihi" usque ad „irrisas modis" a Pythia dici existimant. Adnotatio magistri, nam Donatus quoque, ut docet schol. (1), haec omnia Pythiae dabat. Auctor scholii (2) aliam igitur personarum divisionem in editione sua invenit, unde haec notatio orta est.

Ibid. 43 Mirum ni tu credas quod iste dicat

(2) Clare dicit; quidam pressius putant. Recte Don. hoc clara voce dictum esse ait, uti mox ad vs. 49 „Hoc rursus clare". Errarunt (Asper?), qui presse dictum existimabant. Confer etiam IV 4. 15 (4): Hoc pressius dixit.

IV 7. 6 Ubi centurio est Sanga et manipulus furum? Sa. Eccum adest.

(3) Proprie „manipulus" milites centum Romani et Latini sub uno centurione, ex manipulo herbae, quem pro signo sequebantur; merito igitur centurionem videns manipulum desideravit. — hoc est cocum videns convivas desideravit, qui apparuerant, quotiens cocus affuit, id est convivium instructum est. Alii „manipulum furum" coci discipulos putant dici.

A Donati adnotatione separavi ineptissimum Editoris interpre-

tamentum. Donatum cum „aliis" illis etiam intellexisse coci discipulos demonstrat eius scholium (4): „Eccum adest" pro se ac pro discipulis Sanga.

Ibid. 16 Quid videtur? Fundam tibi nunc nimis vellem dari, ut tu procul hinc ex occulto caederes. Facerent fugam.

(2) Dubitant a quo dictum sit „quid videtur?". Ego sane hoc militem puto dicere" cett. Donatus abunde docet, quod nemo hodie dubitat, militem sic dicere.

In scholio (3) Donatus recte verba „Fundam tibi" e. q. s. Gnathoni dedit. Aliam divisionem commemorat in (7) „Sunt autem qui putant haec a Thaide ad Chremetem dici" cett., sed hoc merito refellit [1]).

Discrimen late patens in personarum distributione atque ampla Donati disputatio de hac re suspicionem movent auctores alterius opinionis fuisse testes satis locupletes, Probum Asprum nimirum; tum vero illi errarunt.

Ibid. 25 Quid cum illo agas?

Recte Donatus hoc sic explicat in (1), ut Thais militem indignum aestimet quocum agat cuique se purget; at tum sequuntur corrupta verba huiusmodi: „nam erant qui dicent, si vellem militi se conciliari". Wessn. sic correxit: „nam erant qui dicerent, si vellet militi reconciliari". Quid hoc in re praesenti sibi velit, non intelligo. Suspicor Donatum scripsisse: „nam errant [2]), qui dicunt, velle eam militi se conciliari". Tum igitur D. eos refutat, qui putarent, Thaidem his verbis secum reputare, quomodo cum milite se conciliaret. Quorum autem interpretum hic error fuerit, quis dicet?

V 4. 17 Ex iure hesterno panem atrum vorent

(3) „Panem atrum hesterno ex iure", ut quidam volunt, ex antiquitate mucidum accipimus. Scholium magistri, qui „quosdam" sequitur, ut antea docui.

V 8. 27 Quodvis donum praemium a me optato

(5) Alii vero ἀσυνδέτως pronuntiant: primo „donum" et sic „praemium" quasi unam partem orationis.

Recte „alii" illi (Probus Asper?); Donatus perperam aliter in (1). De his quoque antea egimus.

1) De reliquis scholiis vide caput de interpolationibus.

2) Cf. Ad. I 2. 36 (1): „Errant qui putant".

Ibid. 49 Fatuus est, insulsus, tardus

(8) Sed melius est sic intellegi, ut cett. (9) Sed mihi videtur fatuum dicere, cett. Supra vidimus, scholio (8), Donatum refutare criticorum (Prob. Asp.?) opinionem prolatam in (7), Editorem rursus Donatum impugnare in (9).

Repperimus

Probum I 1. 1 (*distinguit*). Varronem II 2. 25.

Locos, ubi Probus Asper designati esse possunt: I 2. 5* et 6 et 87 (*Hellanicus*). II 2. 1, 3. 21. III 2. 5*. IV 2. 9, 3. 11*, 4. 22 (*edesionum?*). 43?*, 7. 16*. V 8. 27. 49.

Editor Donatum indicavit (*alii*) IV 7. 6.

Magistri citant *quosdam* IV 4. 41. V 4. 17.

Iuxta Prob. Aspr. alii fontes indicantur II 3. 21. III 2. 5.

Incerti loci I 2. 10. IV 7. 25.

Adelphi.

I 1. 1 Storax, non rediit hac nocte a cena Aeschinus

(4) Hoc alii interrogative, alii pronuntiative proferunt, sed magis pronuntiative dicendum.

Verisimile est Probum Asprum etiam hac de re sententiam tulisse. Pronuntiativa ratio unice vera est.

I 2. 7 Modo quid designavit

(1) Designare est rem novam facere [1]) in utramque partem, et bonam et malam; nam et designatores dicti, qui ludis funebribus praesunt, credo ob eam causam, quod ipsi ludis multa fiant nova et spectanda, simul etiam ut turba retineantur, quae fiunt aut in spectaculis aut in litibus. (2) Puto ego designationem contractionem aut conductionem populi in unum intelligi — hoc enim contingit ei, qui alicui flagitio populi in se oculos et ora convertit et spectaculo vulgo —, quod designatores ludis funebribus multitudinem retinent. (3) Apud veteres hoc verbum duas res significabat: etenim prave et recte facta designata dicebantur.

---

1) Terentii verba vernaculo sermone sic reddi possunt: „Wat voor nieuws heeft hij nu weder vertoond".

Donatus significationes diversas verbi et substantivi uodam conciliare conatus est. Quantopere in definiendis ndis his vocibus laborarint antiqui nec non hodie etiam ', docent loci a Wessnero citati in Appendice et inter- i Horatii Ep. I 5. 16, 7. 6 [1]). In (2) autem Editor per arroganter adiunxit alius substantivi inde derivati ionem prorsus inauditam ab ipsoque nimirum inventam, istiusmodi supra a me prolata, dum in fine more sibi iaedam e Donati scholio repetivit.

36 Ego illi maximam partem feram

rrant qui „illi" putant esse pronomen, cum sit adverci ut „illi mea tristia facta degeneremque Neoptolemum memento" (Aen. II 548). „Illi" ergo: ibi, ubi ille peccat; uidam etiam li syllabam discretionis causa, ut locum t, corripiunt.

potest ut Don. hoc loco Probi Aspri sententiam tueatur eos qui pronomen esse crederent. Redit simile scholium emplo Verg. Hec. I 2. 19 (3). Pho. I 2. 41 (2). Servius . l.l. tacet.

. 6 Itaque unam rem me habere praeter alios praecipuam r, fratrem homini nemini esse primarum artium magis em

Nove dixit „unam rem" „fratrem". (2) Sed ego puto m" non subdistinguendum sed legendum contexte usque incipem". Nam si distinxeris „fratrem", bis erit „arbitror" liendum, et supra et infra. Quodsi „fratrem" superioribus is, et cum admiratione pronuntiabitur et subaudietur mihi". Hanc sane locutionem scire debemus propter per- elaboratam, nam et nimium gaudet et rusticus adulescens ui conatur laudare Aeschinum titubans ac paene balbutiens.

---

empli gratia cito: Eugraphium ad h.l: „Dissignare proprie dici- uid signatum legibus rumpere" e.q.s. Nonius: „Cum nota atque ignc- liquid facere" citans h.l. Terenti. Pseudo-Acron ad Hor. Ep. 1.7.6: gnatores dicuntur, qui ad locum (lucum?) Libitinae funebria praestanda ntur, ut defuncti cum honore efferantur. Aliter: dissignatores funerum s et ordinatores; nam dissignare est ordinare, unde et qui locos in spectatoribus distribuebant, dissignatores dicebantur. Praeterea est dis- e confundere, ut et iste alibi: „Quid non ebrietas dissignat? Ep. 1.5.16, chol. „dissignat aperit". Denique Gloss. i.v. VI 1.330. 355.

Denuo in (1) aliorum opinio praemittitur, quam Don. corrigit in (2); fortasse tamen post (1), quod scholium in commento cohaerebat cum (2), intercidit „Ita quidam"; confer IV 7. 34 (2): „hoc a quibusdam dicitur, sed ego puto". Wessn. minus recte cursivis litteris expressit (2) ab initio usque ad „quam mihi", Donatus uno tenore exhibuit (1) + (2) usque ad „Nam si distinxeris". Quae enim ab his inde verbis leguntur, omnia inania sunt: „arbitror" bis subaudiendum esse, post „magis principem" intelligendum esse „quam mihi", quod vel tiro viderit; ac praesertim quae sequuntur de hac locutione, i. e. de eo quod „hanc rem" describitur per plenam sententiam versus sequentis; haec neque „elaborata" sunt consulto, nec verum est Ctesiphonem propter nimium gaudium et rusticitatem titubantem et balbutientem ita locutum esse [1]). Igitur inde ab „Nam si" Editor verba facit.

Opinio prolata in (1) vix Probo Aspro imputari poterit.

II 4. 23 Ita quaeso. Quando bene successit, hilare hunc sumamus diem

(1) Volunt quidam et hunc versum Syri personae adiungendum, sed Ctesiphonis ea verba esse subditis planum est, cum dicit (IV 1. 5) „nam hunc diem misere nimis cupio, ut cum perpetuum in laetitia degere".

Recte Donatus, errarunt „quidam" illi, Probus an Asper? Cf. seq. scholium.

III 2. 25 Probus personae assignat hoc Sostratae, Asper non vult ad omnia servum respondere, sed nutricem putat hoc loqui.

In re dubia Donatus locupletes auctores nominat litem non dirimens.

IV 1. 14 Quae (opera) non data est non potest fieri

(2) Hic de factis quaestio est, in qua quidam disputant quaedam tunc possibilia intelligi, cum facta sint; cum autem non fiant, non modo non fieri, sed ne possibilia quidem esse dicenda; qui locus *περὶ δυνατῶν* dicitur.

Haecine e quaestiunculis illis Probi ab Aspro relata?

---

1) Bentleius exprobrans „tenebras et turbas" quas Donatus, quem alias cum laude nominare solet, hic citaverit, non ipsum, sed interpolatorem accusat: „Cave tamen cum Donato credas data opera sic locutum Terentium, ut rusticum adolescentem induceret „titubantem et pene balbutientem.""

). 16 (1) Hoc utriusque personae convenit, sed melius a
) et facetius dicitur. (2) [Et] quidam totum personae
iphonis assignant ab usque interdius".
um Donato (1) nunc faciunt interpretes; errarunt igitur
idam" sive Probus sive Asper fuit, qui in hac fabula de
onarum divisione saepius egisse videntur.
V 2. 37 „Sacellum" ut Varro ait, sacra cella est.
)id. 44 Priusquam ad portam venias, apud ipsum lacum
?) Credibiliter addidit „lacum", nam Varro docet (r. r. I 13. 3)
per lacum portis additum scilicet ob usum iumentorum
ntium et introeuntium, et praeterea, ut adversum hostilem
m portis de proximo subveniretur.
ocine Don. ex ipso Varrone, an, ut W. putat, per Asprum?
V 4. 10 „Non malim quidem" alii volunt Micionem dicere
lim quidem", alii Demeam.
ubitatio non inepta. Certaruntne denuo Probus et Asper?
)id. 34 Tu inter eas restim ductitans saltabis
l) Lusus est natus ab eo fune, quo introductus equus du-
in Troiam est, cum conexis manibus fune chorum ducunt
ntes. (2) Hoc a quibusdam dicitur, at ego puto manu
ertas puerorum choras puellarumque cantantes restem du-
existimari et id maxime convenire ad exagitandam impor-
tatem senis veluti pueros imitantis.
chol. (1) referre potest testimonium Varronis per Asprum.
. in (2) ideo discedit ad illa derivatione quia non homi-
m equum ligneum trahentium, sed puerorum et puellarum
s in hac comparatione requiri videatur.
)uae autem sequuntur in (2) „simul etiam quia" Editori
nquenda esse censeo.
' 3. 19 Facete! Nunc demum istaec oratio nata est
lii totum iungunt, alii separant „facete".
' 7. 6 (2) Hymenaeum quidam Liberi ac Veneris filium di-
t esse, qui primus certas nuptias instituerit; alii virum
em Atticum dicunt fuisse, qui raptas praedonibus virgines
ressis latronibus intactas patriae restituerit, alii quod hy-
. dicatur membrana quaedam, qua est munita virginitas...
ae alineque fabulae de Hymenaeo leguntur etiam apud
'. ad Aen. I 651, Dan. IV 99 et 127, et ad Ecl. VIII 30.

Schol. Dan. ad IV 127 auctorem citant Cornelium Balbum minorem, ut videtur, Caesaris aequalem. Libenter credimus pleraque huiusmodi ad Varronem revocanda esse, qui saltem in Menippeis (Riese p. 104) hoc numen commemoravit [1]). Donatus autem talia vix habuit e commentario quodam, sed aliunde.

V 8. 15 Anno demum quinto et sexagesimo

(3) Haec aetas est, ut Varro ait, etiam comicorum senum.

Ibid. 29 (3) „Verbum" dixit veram sententiam, nam verba a veritate dicta esse testis est Varro.

Repperimus

Probum contra Asprum III 2. 25 (*assignat personae*). Varronem IV 2. 37. 44. V 8. 15. 29; et fortasse IV 7. 34. V 7. 6.

Locos, ubi Probus Asper indicati esse possunt I 1. 1, 2. 36 II 4. 23?* IV 1. 14 16*, 4. 10 (Prob.), 7. 9 (Prob. contra Aspr.). Alii fontes I 1. 1, V 3. 19.

Hecyra.

Prol. I. 1. 2 Calamitas *παρὰ τὴν καλάμην* dicitur, clades quia clam datur, ut aliud sit grandinis culmum frangentis aliud furti aut doli mali; sic Probus.

I 1. 1 (5) Quidam non „paucas" sed paucis legunt; sic enim Apollodorus „*ὀλίγαις ἑρασταῖς* cett.

Secundum Wessn. p. 25 exempla Graeca redeunt ad Probum Asprum.

I 2. 78 „Hoc ego proferre incommodum" e. q. s.

(1) Verba Pamphili sunt, non ut quidam putant ad personam Parmenonis referentes. Error inde ortus, quod Parmeno cita quae olim dicta sunt a Pamphilo.

II 1. 37 Satis scio, peccando detrimenti nil fieri potest

(3) Quidam hanc putant ironiam, quasi dicat, certus sum quod ex nullo peccato tuo damnum possimus pati; sed male.

Fortasse Prob. Asp. locum subobscurum per ironiam expl

1) Cf. Smutny Dissert. Phil. Vindob. VI 1898 p. 121 sq. de etymis Varronis in commento, quae per commentatorem (ipse cogitat de Helenio Acrone) ad Donatum pervenisse credit.

ıt ut est etiam apud Eugraphium. Don. hoc damnat aliam-
ɔnarrationem dederat in (2).
4. 26 (3) Imperite Terentium de Myconio crispum dixisse
, cum Apollodorus calvum dixerit, quod proprium My-
est, ut Lucilius ... Sed ego Terentium puto scientem
ıs Myconium crispum dixisse.
babiliter Donatus contra Asprum, cf. W. p. 29.
l. 33 Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam
ıatus merito sic distinxit, subiungens (7): Sunt tamen
ıanente eadem sententia totum hoc iungunt „q. p. faciam
ut p. c." hoc est, cett. Ipse fortasse Probi distinctionem
s est.
1. 21 Ph. Ego etiam illorum esse hanc culpam, credidi,
te est penes. My. Misera sum. Th. Utinam sciam ita
ıtuc
„Utinam sciam ita esse istuc" te miseram esse. Sic alibi
t. I 2 18) „Miserum? quem minus credere est?" [et erit
: utinam vere sis misera.] — (2) Hoc quidam sic acci-
quasi Phidippus dicat: penes te culpa est, quam illorum
redebam, et utinam, quod credo penes te esse culpam,
se certo sciam. — (3) Quia dixit se miseram et miseros
si innocentes dicimus, ille hoc respondet: utinam in hoc
ɔ miseram te non scelestam reperiam! Sic Sallustius „at-
a cogentes, non coactos, scelestos magis quam miseros
ıgi" (Hist. fr.), et ideo sequitur „sed nunc mihi in
m" [1]).
troversia versatur in significatione pronominis „istuc",
atne praecedens „misera sum" an „quae (culpa) te est
. Secundum Donatum Phidippus uxori respondet: „Utinam
te esse miseram, h. e. innocentem", secundum „quosdam":
m sciam penes te esse culpam". Don. interpretationem
explanavit scholiis (1), ubi tamen otiosa verba uncinis
pro emblemate removenda sunt, et (3) ubi miser idem
ɔd innocens. Primum citat exemplum Terentianum, in
iser eadem ratione adhibetur, dein Sallustianum mise-

ɔa sequentia: „argumentum ex antecedentibus dictis et factis" rhetori debendentidem in Hecyrae commento apparet.

ros esse innocentes, tandem citat ea quae statim sequuntur: „sed nunc mihi in mentem venit de hac re quod locuta es olim", nempe uxorem negasse pati se posse ut filia sua manere cum novo marito, qui meretricem amaret (vs. 22—24); haec igitur in mentem revocans Phidippus dubitat an non potius culpanda quam miseranda sit uxor. Donati interpretationem veram esse, haec sententia adversativa demonstrat: Utinam te innocentem esse crederem, sed prohibent quae memini te dicere. Accedunt alia argumenta, quae facile inveniet quisquis verborum contextum inde a vs. 20 attente legerit.

His autem scholiis interposita est altera interpretatio (2) vere inepta. Quomodo enim Phidippus, postquam asseveravit, culpam, quam illorum (filiae et generi) esse crediderat, penes uxorem esse („quae te est penes"), optare potest „utinam sciam penes te esse"? Scholiasta hoc sensit, ideoque verba senis corrupit scribens: „credo penes te esse culpam", cum tamen senex affirmanter dixerit „te est penes". Haec me adducunt ut credam Editorem hoc scholium non tantum inseruisse, sed ipsum invenisse, idque „quibusdam" imputasse, quo antiquior videretur auctoritas.

Wessn. sensit scholiorum ordinem claudicare, sed cum (3) maximam partem eliminaret, veram rerum condicionem non perspexit [1]).

IV 2. 14 Non facies, neque sinam ut qui nobis, mater, maledictum velit, mea pertinacia esse dicat factum, haud tua modestia

(2) Primo „non facias", deinde, si facere perseveraveris, „non sinam". — (3) Et „non facies" non est interdicentis, sed quasi dicat: non te scio facturam rem tam pravam. — Sunt autem qui „neque sinam" iungant inferioribus, sunt qui totum contexte legant „non facies" usque „modestia".

Lineolis secrevi Editoris interpolationem, etenim Don. in (2) iam satis ostendit „facies" esse futuri temporis, nec stare pro imperativo. Sic (2) + (3)^{b} unum efficiunt scholium. „Sunt qui" certum auctorum indicium non exhibet.

---

1) Prorsus a vero aberrat Pauli Thomae interpretatio ad h. l., qui schol. (2) et (3) quasi unum continuum citavit eorumque diversitatem non animadvertisse videtur

IV 4. 89 Nam ipsa narravit mihi

(1) Utrum fingit haec dixisse filiam sibi an vere κατὰ τὸ συμβάμενον factum est? (2) Ego neutrum puto et sic intelligo, quod de uxore sua dicat „ipsa narravit mihi" secundum illud, quod supra dixit (IV 1. 21—24) „sed nunc mihi in mentem venit" cett.

Controversia a Probo Aspro fortasse iam mota.

Repperimus

Probum I 1. 2.

Locos ubi Probus Asper indicati esse possunt I 1. 1, 2. 78?, II 1. 37. III 4. 26. 33. IV 2. 14?, 4. 89.

Editor suam opinionem profert sub vocabulo „quidam" IV 1. 21.

Plures fontes indicantur IV 2. 14.

Phormio.

I 1. 15 [1]) Ubi initiabunt

(3) Legitur apud Varronem (Catus de lib. educ.) „initiari ieros Eduliae et Poticae et Cubae, dis edendi et potandi et bandi", cett. ... hoc annotavit Probus, sed Terentius Apollorum sequitur, apud quem legitur, cett.

Verisimillimum est Donatum h. l. referre quae legerat in mmentario Aspri, cum de Probo tum de Apollodoro. Vide essn. p. 22.

I 2. 24 Memini relinqui me deo irato meo

(1) Sic Vergilius „nec di texere Cupencum Aenea veniente (Aen. XII 539). Hoc Asper, sed mihi videtur, cett.

De hoc scholio vide supra in capite de scholiis Phormionis.

I 3. 3 „Incogitans" temerarius. Probus „nomen incogitans" uit, „in usu est, at non eodem modo cogitans".

Haec denuo ex Aspri commento.

bid. 8 (1) Amatorie loquitur Antipho. Errant qui putant eum nitere sui desiderii ... sed hoc dicit.

---

[1]) Locum qui praecedit in prologo 26 (1) „non ergo a formula, ut quidam putant", a tractavi.

Explicatio et refutatio iusta. Respicitne Probum Asprum?

Ibid. 17 Sine mala fama palam

(3) Multi superioribus iungunt palam.

I 4. 4 (2) Nigidius „celari" quaerit utrum plenum sit a pressum. Locos Nigidianos cum Wessn. ad Aspri commen tum rettulerim.

Ibid. 13 Protinus in pede. (3) „Protinam" fuit, et sic Ni gidius legit.

Ibid. 9 Loquarne? Incendam; taceam? instigem; purgem me laterem lavem

(5) Duo sunt quae fieri in placando solent: aut loqui au tacere; sed quid sibi vult „purgem me?", cum idem sit „lo quarne?" An quia potest purgatio et per defensorem aut pa tronum induci? (6) Hoc quidam putant, sed melius est haec et perturbatae et servilis imperitaeque personae verba sine arte esse si vim significationis habet.

In (6) denuo audimus Editorem, qui quaestionem logicam et grammaticam, positam a Donato in (5), simili solvit argu mentatione, qua usus est supra ad Ad. II 3. 6 (2), petita ex loquentis rusticitate aut servili imperitia. „Quidam" igitur = Donatus, ut supra, Eun. IV 7. 6, „alii".

Postrema verba Wessn. e coniecturis Stephani et Schoelli sic edidit: „nec sui vim significatus habere".

II 1. 3 Non pudere. Hic Nigidius annotavit neminem vi deri pudere ante delictum.

Ibid. 65 Verum si cognata est maxime, non fuit necesse habere

(2) ⟨Τῷ⟩ ἰδιωτισμῷ addidit „maxime", nam sive cognata est sive non est, non recipit τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, — hoc est non dicitur „maxime cognata" et „minime cognata", — sed aut est aut non est. Alii sic ordinant: non fuit necesse maxime habere, alii: sed id quod lex iubet maxime dotem daretis.

Editores hodie cum Donato interpungunt post „maxime". „Alii" — „alii" plures fontes demonstrant.

II 3. 11 B (2) Vide supra „Sunt qui putent" Asprum indicare possunt.

Ibid. 25 B (2) „Male loqui" ... quaerit Probus quis ante Terentium dixerit.

Ibid. 79 Tu te idem melius feceris. Vide supra.

III 2. 40 Non, verum haec antecessit.

Vide supra. Denuo Don. sine decisione diversas opiniones („alii" — „alii putant") rettulit.

V 9. 16 Mi homo di melius duint

Quaerit Probus, an matrona tam familiariter recte dicat alieno, sed frustra: nam feminarum oratio, etsi non blanditur, blanda est. Eleganter Don. refutat Probum, quod cur ab Aspro sumpsisse perhibeatur (W. p. 23), causam non video, etiamsi hanc Probi quaestionem apud illum forte invenit.

Repperimus

Nigidium I 4. 4 et 15, II 1. 3. Probum I 1. 15 (*annotavit*), 3. 3 (*inquit*). II 3. 25 (*quaerit*). V 9. 16 (*quaerit*). Asprum I 2. 24. Probus Asper indicati sunt fortasse I 3. 8, II 3. 11 B, 79 B. Editor exhibet „quidam" i. e. Donatus I 4. 9. Plures fontes I 3. 17, 4. 65. III 2. 40.

AD PLUTARCHI DE TRANQ. AN. C. I.

„Haec, mi Pacci, lubenter ad te mitto quia τὸ τοῦ τραγικοῦ Μέροπος οὐ πέπονθας οὐδ' ὡς ἐκεῖνον „εὐδαιμονίζων ὄχλος ἐξέπληξέ σε."" Hactenus omnia optime procedunt: Paccium propter potentes amicos et egregiam facundiam vulgus felicem praedicat neque tamen ea res eum ἐξέπληξε i. e. mentem eius perturbavit. Sed adduntur haec: τῶν Φυσικῶν παθῶν, quae nunquam sic sententiae annectentur quin absurdi aliquid nascatur. Tum sic P. pergit: ἀλλὰ πολλάκις ἀκηκοὼς μνημονεύεις ὡς οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάττει πατρίκιος (X. κάλτιος, ecquid πατρίκιος κάλτιος? sed cf. c. 10) οὔτε δακτύλιος πολυτελὴς παρωνυχίας οὔτε διάδημα κεφαλαλγίας. Iam elucet unde absurda ista orta sint: adscripsit aliquis ad genitivos ποδάγρας, παρωνυχίας, κεφαλαλγίας et sic documentum dedit se universam loci sententiam bene intelligere: ὁ τοῦ σώματος κόσμος οὐκ ἀπαλλάττει τῶν Φυσικῶν παθῶν. Cf. quae continuo opponuntur: πόθεν γε δὴ πρὸς ἀλυπίαν ψυχῆς ... ὄφελος ἢ δόξης ἢ δυνάμεως; Sed misere locum corrupit qui annotationem in textum recepit. J. J. H.

ADDITAMENTA

AD

COBETI OPERUM CONSPECTUM.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(*Cf. Mnemos.* 1906 *p.* 430 *sqq.*)

Admonitus praesertim ab amicissimis viris, clarissimo Hartmanno et doctissimo Scatone de Vries, uti et ab consultissimo viro A. van Wessem *Tilano*, primum enumerabo quae superiore anno me fugerunt:

Protrepticus ad Studia Humanitatis quo lectiones de litteris Graecis et de Antiquitatibus Romanis a. 1854—5 habendas die 19 m. Sept. auspicatus est C. G. C.

In Memoriam Iani G. Hulleman allocutio ad commilitones quam d. 4 m. Iunii 1862 habuit C. G. C.

Quum Bakius de cathedra decederet d. 25 m. Maii 1857, quibus verbis eum allocutus est C. G. C.

Advies van den heer C. G. C. over het verslag der commissie wegens het door hem ingediende voorstel (nempe de profectibus eorum qui Academicas lectiones obire cupiunt publica auctoritate explorandis).

(Cf. *Verslagen en Mededeelingen der Koninklijke Academie van Wetenschappen* 1855 p. 134—152. Vid. *Vier Tijdgenooten* p. 342).

Twee brieven aan Dr. R. C. Bakhuizen van den Brink, pt. 1845 en Juli 1847.

(Zie *Briefwisseling Bakhuizen van den Brink*, Haarlem, 1906, p. 189 et 250).

In Memoriam optimi viri Charles Graux. De locis nonnullis ud Herodotum corruptis et interpolatis.

(Cf. *Mélanges Graux* 1882).

Pleraque omnia quae Mnem. l.l. p. 443 doctissimo viro v. d. ey tribui, ea reddenda erunt Scatoni de Vries.

His adnectam, ne quid desit, omnes autographas Cobeti hedas, quas habet Bibliotheca Publica Leidensis. Initium faam ab collationibus et adnotationibus ex Variis Codicibus exrptis. Sunt Codices quos consuluit:

1. Achillis Tatii codex Marcianus 409. 20 pag. 8°.
2. Aeschinis cod. Paris. Coislin. 249 (olim 221). Supersunt integrae collationis frustula, 23 pag. 8°.
3. Aeschinem (Scholiorum in) cod. Vatic. 64. 6 pag. 8°.
4. Aeschyli codex Medic. XXXII. 9. 44 fol. 8°.
5. Alexandri de figuris cod. Vatic. 1405. 1 p. 8°.
6. Apollonium Rhodium (Scholiorum in) cod. Marcianus 480. 2 pag. 8°.
7. Arati c. schol. cod. Marc. 476. 21 pag. 8°.
8. Aristophanis c. schol. codd. Marc. 474 et 475. 354 pag. 8°.
9. Aristophanis cod. Ravennas (Pax-Equites). 8 pag. 8°.
10. Aristotelis Praedicam., Periherm., Analyt. c. Schol. et Vita Aristotelis cod. Ambros. E 93. 4 pagg. 4°.
11. Athenaei cod. Marcianus.
    - *a.* Athen. p. 174—1566. Varietas lect. 130 pag. 8° et 4°.
    - *b.* Athen. p. 188—620, 722—882. Var. lect. 201 pag. 8° et 4°.
    - *c.* Summaria. 224 pag. 4°.
    - *d.* Additamenta et adnotationes recentiores. 69 pag. 8° et 4°.

e. Adiacet primum exemplar epistulae a Cobeto ad Gaisfordium datae de consilio editionis novae Athenaei ad codicem Marcianum parandae, 19 pag. 8°.

12. Callimachi cod. Marcianus 480.
13. Charitonis cod. Laurentianus. 51 pag. 8°.
14. Ciceronis Orator. et Bruti de Claris Oratt. excerpta ex Collationibus Lagomarsinianis. 6 pag. 8°.
15. Cleomedis *εἰσαγωγῆς ἁρμονικῆς* fragmenti codex Vaticanus 221. 1 pag. 8°.
16. Cornuti cod. Marcianus IX 6. 36 pag. 8°.
17. Demosthenis cod. Parisinus Σ. 153 pag. 8° et 4°.
18. Demosthenis et Zosimi vitae Demosth. codd. Vaticani Urb. 68 et 113, Vatic. 1407. 20 pag. 8°.
19. Dionis Chrysostomi cod. Marciani 421, 422: 22 pag. 8°.
20. „ „ cod. Vaticanus 99. 4 pag. 8°.
21. Dionis Epistularum cod. Neapolitanus 218. III A. 15. 1 pag. 8°.
22. Diogenis Laertii codd. 393, 394. 79 pag. 8°.
23. „ „ cod. Vatic. Reg. 103. 7 pag. 8°.
24. „ „ cod. Vatic. 140, 1302, Urb. 108, 109. 4 pag. 8°.
25. „ „ cod. Neapolitanus. 1 pag. 8°.
26. Dosiadae arae c. schol. cod. Neap. 218. III A. 15. 3 pag. 8°.
27. Euripidis Alcest. vs. 1—776 cod. Vat. 909. 4 pag. f°.
28. Gregorae (Nicephori) cod. Ottobonianus 909. 4 pag. f°.
29. Herodiani fragm. cod. Palatinus 243. 1 pag. 8°.
30. Hesychii cod. Palatinus. 37 pag. 8°.
31. Iamblichi de Vit. Pythag. cod. Neapol. III B. 20. 4 pag. 8°.
32. Ioannis Damasceni cod. Laurent. VIII. 22. 7 pag. 8°.
33. Isocratis Vitae cod. Laurent. LIX. 37. 3 pag. 8°.
34. Iuliani Orat. III, VIII et Edicti ab Hertleinio p. 600—602 editi cod. Marcianus 366. 12 pag. 8° et 4°.
35. Nicandri Theriac. c. schol. codd. Marcian. 477 et 480. 9 pag. 4°.
36. Oppiani cod. Marc. 479. 3 pag. 4°.
37. Palaephati codd. Marc. 513 et 615. 33 pag. 8° et f°.
38. Philostrati codd. Marc. 309; XI. 29; XI. 15; XI. 18; 391; 392. 11 pag. 4°.

39. Planudae collectionis cod. Vatic. 64. 24 pag. 8°.
40. „ „ cod. Neap. 165. II F. 9. 21 pag. 8° et 4°.
41. Platonis cod. Parisinus A. 113 pag. 8°.
42. Simplicii in Aristotelis de Caelo ll. IV cod. Parisin. 1910 cum Var. lectionis codicis Parisini Supplem. 16. 135 pag. 8° et 4°.
43. Simplicii in Epicteti Enchirid. cod. Neap. 1 pag. 8°.
44. Sophoclis cod. Laurent. XXXII. 9. 73 pag. 4°.
45. Theocriti cod. Neapol. 4 pag. 8°.
46. Theophrasti charact. c. XVI—XXX cod. Palat. 43 pag. 4°.
47. Xenophontis Convivii cod. Marcian. 513. 1 pag. 8°.
48. Zosimi Ascalon. Vitae Demosth. codd. Vatic. 1407, Urb. 68, Urb. 113. 20 pag. 8°.
49. Fragmenti incerti de editionibus sacrae scripturae cod. Vaticanus 12. 2 pag. 8°.
50. Formulae iurisiurandi Iustiniano et Theodorae praestandi in ineundo munere cod. Laurent. LV. 4. 1 pag. f°.
51. Codices Itali varii:

Palatinus 277. 1 pag. 8°.
66. 2 pag. 8°.
Laurentianus LV. 6, LVIII. 4, LV. 14 } 2 pag. 8°.
Marcianus XI. 22, V. 15 } 1 pag. 8°.
Neapolitani aliquot. 12 pag. 8°.
Ambrosiani permulti. 38 pag. 8° et 4°.

52. Codices Leidenses varii. 75 pag. 4°.

---

53. His accedit in Trippiano spissus fasciculus quo continentur collationes Simplicii librorum de Coelo et quorundam aliorum.

Sequuntur collationes ab Ioanne Rutgersio in usum Cobeti factae:

1. Iamblichi Mathem. III.—IV cod. Laurent. LXXXVI. 3. 37 pag. 8° et 4°.

2. Iamblichi Protreptici cod. Laurent. coll. in margine edit. Kiesslingianae, Lips. 1813.

Sequuntur adnotationes variae, quarum magna pars in usum lectionum Academicarum. Sunt tres fasciculi et pertinent ad:

1. Aeschinem.
2. Aristophanem (Scholia in).
3. Dionem Chrysostomum.
4. Dinarchum.
5. Diodorum Siculum.
6. Dionysium Halicarn.
7. Euripidem.
8. Galenum.
9. Gellium.
10. Herodotum.
11. Hesychium.
12. Hippocratem.
13. Homerum.
14. Isaeum.
15. Iulianum.
16. Libanium.
17. Lysiam.
18. Moschionis fragmenta.
19. Platonem.
20. Plutarchi Vitas.
21. Stobaeum.
22. Themistium.
23. Thucydidem.

Sequuntur Adversaria et Collectanea mixta.

1. Prosopographia Xenophontea manu ipsius auctoris. 1 fasc. f°.
2. Antiquitates Romanae. V de Sacerdotibus. In usum lection. Acad. 1 vol. 4°.
3. Athenaei Editio Dindorfiana (Lips. 1827), insertis chartis in quibus Cobetus multa adnotavit in usum novae quam moliebatur editionis. 12 tom. in 4° mai.
4. Diogenis Laertii editio Huebnero-Hermanniana (Lips. 1828—1831), insertis chartis in quibus permulta addidit et correxit Cobetus. Inservierunt typothetae in usum editionis Didotianae.
5. Historia Comicorum Graecorum usque ad Eupolidis aetatem, a Cobeto descripta ex Meinekii libro, cum aliquot notis et additamentis. 51 pag. f°.
6. Foedera Cretensia. Collectanea de duabus Inscriptionibus Cretensibus a Cobeto repertis. 20 folia. f° et 4°.
7. Accedit fasciculus in 4°, in quo:
   a. Palaeographica I—II.
   b. Metrica.
   c. Historica et Geographica in usum lectionum Academ.

d. De Historia politica et hist. litterarum Graecorum et Romanorum.

e. Valckenaeriana I—IV. Descripta ex Schedis Valckenaerianis, nunc in Bibl. Univ. Lugd. Bat. asservatis.

f. Varia in usum Prosopographiae Xenophonteae.

8. Forte fortuna ab interitu servatae fuerunt schedulae quae sequuntur:

1. Gratiarum actio Curatoribus et Rectori Gymnasii Hagani, habita kal. Mart. 1830. Sunt strophae alcaicae 7. Ceterum non sunt versiculi ab ipso Cobeto compositi, sed fuit olim mos in nostris Gymnasiis, qui mos ferme ad nostra tempora perduravit, ut, quo die praemia discipulis publice distribuerentur, adulescentuli „pro splendido munere", uti aiebant, gratias agerent versiculis, quos praeceptor dederat ediscendos.

2. Thema scholare de mensium et dierum nominibus apud Athenienses. Dat. 17 Nov. 1830.

Sequuntur Scriptores Graeci, quorum in marginibus Cobetus notulas appinxit:

1. Erotici scriptores ex rec. G. A. Hirschig. Paris. 1856.
2. Tragicorum Graecorum fragmenta, rec. A. Nauck. Lips. 1856.
3. A. Nauck. De tragicorum graecorum fragmentis observationes criticae. Berol. 1855.
4. Oratores Attici ex rec. I. Bekker. Berol. 1823.
5. Porson's works. Vol. I—VI. 1790—1822.
6. Aelianus. Ed. R. Hercher. Paris. 1858.
7. Aeschinis Socratici dialogi tres. Rec. P. Horreus. Leovard. 1718.
8. Aeschinis Orationes cur. F. Franke. Lips. 1851.
9. Aeschinis in Ctesiphontem Oratio. Rec. A. Weidner. Lips. 1872.
10. Aeschyli et Sophoclis tragoediae. Par. 1842.
11. Antiphon, Andocides et Lysias ex rec. Bekkeri. Oxonii 1822.
12. Apollonii Rhodii Argonautica ex rec. Brunckii. Lips. 1810—1813.
13. Appiani Alexandrini Historiae Romanae. Ed. J. Schweighäuser Lips. 1785.
14. Aristaeneti Epistolae. Ed. Boissonade. Lutet. 1822.
15. Aristophanis Comoediae. Paris. 1838.

16. Arriani de Expeditione Alexandri. Ed. Ellendt. 1832.
17. Babrii Fabulae. Rec. Boissonade. Paris 1844.
18. Callimachi hymni et epigrammata. Ed. Meineke 1861.
19. Chariton. Ed. d'Orville. Amst. 1750.
20. Dionis Chrysostomi opera. Rec. Emperius 1844.
21. „ „ orationes. Rec. Reiske 1784.
22. „ „ „ Rec. Dindorf 1857.
23. Clementis Alexandrini opera. Rec. Klotz 1831—1832.
24. Demosthenes. Ex rec. Bekkeri Oxon. 1823.
25. „ „ „ Dindorfii Lips. 1855.
26. Cassii Dionis Rerum Rom. libri. Rec. Bekker. 1849.
27. Diodorus Siculus. Rec. Dindorf. Paris 1842—44.
28. Dionysii Halicarn. opera, cum adn. Stephani et alior. Lips. 1774—1777.
29. Dionysii Halicarn. Antiquitates Romanae. Rec. Ad. Kiessling. Lips. 1860—70.
30. Eunapius. Rec. Boissonade. Amst. 1822.
31. Euripidis Tragoediae. Rec. Kirchhoff. Berol. 1855.
32. Galeni Adhortatio ad Artes. Ed. Willet. Leid. 1812.
33. Harpocration. Lugd. Bat. 1683.
34. Hesychii Lexicon. Ed. Alberti. Lugd. Bat. 1744—46.
35. Eustathii Comm. ad Iliadem. Lips. 1827.
36. „ „ „ Odysseam. Lips. 1825—28.
37. Homeri Odyssea. Ed. Dindorf. Oxon. 1855.
38. Hymni Homerici. Rec. Baumeister. Lips. 1858.
39. Iamblichus de Vita Pythag. Ed. Kuster. Amst. 1767.
40. Flavius Iosephus. Ed. Bekker. Lips. 1855—56.
41. Isaeus, Dinarchus, Lycurgus, Aeschines et Demades. Rec. I. Bekker. Oxon. 1822.
42. Isocrates. Recogn. Benseler. Lips. 1851.
43. Isocrates. Ex rec. Bekkeri. 1822.
44. Libanius. Ed. Reiske, Altenb. 1791—97.
45. Lucianus. Rec. Dindorf. Paris. 1840.
46. Isaei orationes. Ed. Scheibe. Lips. 1860.
47. Pausanias. Ed. Dindorf. Par. 1845.
48. Platonis opera omnia. Ed. Stallbaum. Lips. 1850.
49. „ „ „ „ „ Gothae 1833—42.
50. Platonis Dialogi Selecti. Ed. Stallbaum. Gothae 1828—30.

51. **Platonis** Gorgias. Ed. Hirschig. Trai. 1873.
52. **Plutarchi** scripta moralia. Paris. 1841.
53. „ fragmenta et spuria. Ed. Dübner. Par. 1853.
54. „ Vitae parallelae. Rec. Sintenis. 1839—46.
55. **Polybii** Excerpta Vaticana. Rec. Geel. Lugd. 1829.
56. **Porphyrius** de Abstinentia. Ed. Reiske. Trai. 1767.
57. **Stobaei** Florilegium. Ed. Gaisford. Lips. 1823—24.
58. **Strabonis** Geographica. Berol. 1844—52.
59. **Suidae** Lexicon. Recogn. Bekker. Berol. 1854.
60. **Themistii** Orationes. Em. Dindorf. Lips. 1832.
61. **Theocritus**, Bion et Moschus. Ed. Schäfer. Lips. 1827.
62. „ „ „ „ Ed. Meineke. Berol. 1856.
63. **Thucydides**. Recogn. G. Böhme. Lips. 1852.
64. „ Ed. II. Ed. Göller. Lips. 1836.
65. **Theophrastus**. Ed. Dübner. Paris. 1840.
66. **Xenophon**. Paris. 1860.
67. **Xenophontis** Scripta minora. Rec. Dindorf. 1850.
68. „ „ „ „ „ 1855.
69. **Xenophontis** Hellenica. Basil. 1545.
70. **Corpus** scriptorum Eroticorum Graecorum. Ed. Passow. Vol. 1. Lips. 1824.
71. **Stobaei** Florilegium. Rec. Meineke Vol. III, 1856.
72. **Philostrati** Opera. Ed. Kayser. Lips. 1871. Vol. II.
73. **Erotici** scriptores. Recogn. Hercher. Lips. 1859. Vol. II.
74. **Aeschylus**. Ex rec. Dindorfii. Oxon. 1851. Vol. III.
75. **Lysiae** orationes. Ed. Scheibe. Lips. 1852.
76. **Iamblichus** de Vita Pythagorica. Rec. Kiessling. Lips. 1815 pars I.
77. **Harpocration**. Ex rec. Dindorfii. Oxon. 1853. Tom. I.
78. **Imm.** Bekkeri Anecdota Graeca. Berol. 1814. Vol. I.
79. **Epitome** rerum a Iuda Maccabaeo gestarum. (Nec locus neque annus adscriptus est).

Sequuntur epistulae Cobeti autographae quotquot reperiri potuerunt praeter epistulas ad Geelium datas quas Fruinius cum **H. W. van der Mey** edidit:

1. **Ad Bakium**. Epist. XXIX. An. 1840—1859.
2. **Ad R. C. Bakhuizen van den Brink**. Unum Ex. pr. frgm.

3. Ad S. Karsten. Epist. VIII. An. 1840—1855 cum uno Ex. pr. fragm.
4. Ad N. J. B. Kappeyne van de Coppello Epist. II.
5. Ad C. L. Kayser. Una.
6. Ad . . Rotte.(?) Unum Ex. pr. fragmt.

Supersunt praeterea pauculae quaedam epistulae ad Cobetum datae itemque in Trippiano epistolae octo, quas Cobetus, quo tempore in Gallia et in Italia peregrinabatur, ad Dentexium dedit, qui tunc acta curabat Instituti Regii Nederlandici.

Illud quoque, quod lectores fortasse haud illubenter cognoscent. Vetus mihi necessitudo est cum Iohanne Dyserinckio, olim Harlemi dilecto discipulo et nunc fideli amico, qui, quamdiu per aetatem licuit, inter Teleobaptistas apud Roterodamenses verbum divinum interpretatus est et nunc vegeta senectute laudabiliter utitur ad nostram rem litterariam promovendam, nam huic mandes si quid maxime reconditum recte investigatum velis: *ἐκφέρει δέ νιν κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις*. Huic igitur debeo epistulam ab Cobeto scriptam intra annos 1845 et 1847 ad amicum suum Henricum Didericum Blaauw, qui tunc temporis apud Gapinganos in Zelandia verbi divini minister erat. Hic Blaauwius postquam Leidam vocatus est ut fidelium gregem pasceret, flore aetatis obiit, sed filia ab amico meo rogata mihi veniam dedit describendi epistulam ab Cobeto plane Cobetice compositam: audi modo:

Amice!

Er is nooit een grieksch verbum geweest, dat *blinken, schitteren, glinsteren* of iets dergelijks beteekende, uitgaande op *-ινεύω, -νεύω* of *-εύω*: zelfs niet op *-ύω*. Men zeide *λάμπω* en bij de oude dichters *πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην*, en *φέγγω, τὸ φέγγος* en *σίλβω* en *αὐγή* met verba op *-άζω* en *ἀνταυγεῖν* en *μαρμαίρω* en *φλέγομαι*, bijv.:

χρυσῷ τοι, Φαέθων, τὸ πολύλλιστον φλέγεται κράς,

maar andere verba zijn er niet, in geen tijdperk der Grieksche taal. Er is nog een oud adiectivum *αἰγλήεις, ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου* en *αἴγλη*, bijv.: *λαμπρὴ περιδέδρομεν αἴγλη*. Al wat beteekent *glans, gloed* en *blinken*, enz. komt van deze woorden af, maar *-εύω* is in deze serie van woorden geheel ongehoord.

In ἡ σφραγίς μου τῆς ἀποστολῆς [1]) en dgl. zou ik niet zeggen dat de genitivus pronominis van het eerste subst. afhangt en dat de tweede genitivus is epexegetisch. Nog veel minder dat μου behoort bij ἀποστολῆς, hetwelk grammaticaal ongerijmd is; maar die woorden ἡ σφραγὶς τῆς ἀποστολῆς vormen te zamen éene gedachte, even zoo goed als wanneer voor τῆς ἀποστολῆς stond een adiectivum, bijv.: ἡ ἀποστολικὴ σφραγίς. In het oudere Grieksch gebruikt men een possessivum in plaats van μου, σου enz. en zegt bijv.: ὁ ἐμὸς τοῦ θανάτου φόβος, τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον, mijn doodsangst, mijne barensweeën (woorden van Iocaste in de Phoenissae). In slecht Grieksch zou men zeggen: ὁ φόβος μου τοῦ θανάτου, ὁ πόνος μου τῶν ὠδίνων, waar kan μου nu anders staan dan daar? en hoe die woorden moeten opgevat worden, is zonneklaar. Als iemand zeide dat μου van het eerste subst. afhangt en τοῦ θανάτου als het ware epexegetisch er bij komt, zult gij er wel niets van willen gelooven. Men zegt: ὁ θεὸς τοὺς ἀνθρώπους φιλεῖ, en dus: ἡ τοῦ θεοῦ φιλία τῶν ἀνθρώπων is letterlijk hetzelfde met de woorden: ἡ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία. Sed quid plura? Tu videris. Ik ben altijd huiverig op het gebied van het N. T., waarop ik mij niet te huis gevoel en daarom zal ik u eens vertellen, hoe een onoverkomelijk bezwaar bij Thucydides I 61 is [2]) weggenomen. Er staat ἀφικόμενοι εἰς Βέροιαν κἀκεῖθεν ἐπισρέψαντες καὶ πειράσαντες τοῦ χωρίου καὶ οὐχ ἑλόντες. De geleerden weten geen raad met ἐπισρέψαντες en geen wonder, want er moet staan: ἐπὶ Στρέψαν. De stad Strepsa was ongelukkig aan de afschrijvers geheel onbekend en de arme stad is in een onzinnig participium herschapen.

Vale

a

t. t.

v. h. COBET.

Dingsdag.

Haec igitur habui quae adderem iis quae superiore anno collegi: nunc tamen, uti spero, res cum pulvisculo exhausta est.

1) Apparet Blaauwium interrogavisse amicum de Pauli loco in 1 Corinth IX 2.
2) Nempe a Pluygersio, uti novimus.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda, H. T. Karsten,
J. C. Naber, K. G. P. Schwartz, M. C. Valeton, J. Woltjer.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM SEXTUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1908.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
R 1909 L

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO QUAE ANTEHAC E. J. BRILLII FUERUN

INDEX.

	Pag.
Platonica (*contin. e Vol. XXXV pag. 177*), scripsit S. A. NABER	1–28.
Ad Iliad. H vs. 195–199, scripsit MATTH. V.	28.
Apuleiana (*contin. e Vol. XXXV pag. 113*), scripsit C. BRAKMAN I. F.	29–38.
Johannis Jacobi Reiskii animadversiones ad Arriani Anabasin, edidit A. G. Roos	39–61.
Emendatur Stat. Ach. I. 87, scripsit P. H. D.	61.
Ad nova fragmenta in libro Berliner Klassikertexte V, 2, scripsit H. VAN HERWERDEN	62–64.
Observatiunculae de iure Romano (*contin. e Vol. XXXV pag. 395*), scripsit J. C. NABER S. A. FIL	65–74.
De nonnullis Demosthenis et Aeschinis controversiis, scripsit MATTHAEUS VALETON	75–114.
Valckenarianum, scripsit S. A. N.	115–118.
Ad Ciceronis orationem pro M. Caelio annotatiunculae criticae, scripsit P. H. DAMSTÉ	119–125.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H.	125.
Italica. Observationes ad locos Vergilianos et Ovidianos, scripsit J. VÜRTHEIM	126–178.
Ad Porphyrogeniti excerpta de sententiis ex Polybio ed. U. Ph. Boissevain, scripsit H. VAN HERWERDEN . . .	179–182.
Ad Statii Thebaidem, scripsit P. H. D.	182.
De pyxide Caeliana, scripsit J. VAN WAGENINGEN . . .	183–186.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H.	186.
Thucydidea (*contin. e Vol. XXXIV pag. 429*), scripsit I. C. VOLLGRAFF	187–204.

P
Ad Lygdami Elegias, scripsit P. H. Damsté . . . . . 205 -
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H. . . . . .
ΔΙΟΝΤΣΟΣ ΕΝ ΛΙΜΝΑΙΣ, scripsit C. Gul. Vollgraff . 211 -
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H.. . . . . 215 -
Platonica (*contin. ex pag. 28*), scripsit S. A. Naber . . 217 -
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H. . . . . .
Quaestiones Graecae (*contin. ex Vol. XVI pag. 238*), scripsit
I. M. J. Valeton . . . . . 289 -
De Euripideae fabulae Pirithoi fragmento nuper reperto,
scripsit K. Kuiper . . . . . 335 -
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H.. . . . . .
Novae coniecturae in fragmenta Menandrea reperta a Le-
feburio, scripsit H. van Herwerden . . . . . 342 -
Annotationes ad Statii Thebaidem, scripsit P. H. Damsté. 353 -
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H.. . . . . .
Ad scholia Bobiensia, scripsit C. Brakman I. f.. . . . 397 -
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H.. . . . . .
Notulae ad alteram Leeuwenii editionem fragmentorum Me-
nandreorum recens detectorum, scripsit H. v. Herwerden. 415 -
De vocabuli τρόπος vi atque usu per saecula VI et V,
scripsit K. Kuiper . . . . . 419 -
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H.. . . . . .
Platonica (*contin. ex paq. 288*), scripsit S. A. Naber . . 435 -

---

CORRIGENDUM.

Vol. XXXV pag. 448 pro *Henricum Didericum Blaauw* leg *Henricum Didericum* de *Blaauw.*

PLATONICA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(*Continuantur ex Vol. XXXV pag.* 177).

AD SOPHISTAM.

P. 217 B: ἐπεὶ διακηκοέναι γέ φησιν ἱκανῶς καὶ οὐκ ἀμνημονεῖν. Sunt Theodori verba qui Eleaticum hospitem ad Socratem adduxerat, sed deest quod ad rem praecipuum est, hunc hospitem Parmenidis fuisse auditorem, quemadmodum diserte traditur p. 237 A et 242 C itaque inserto proprio nomine legendum: ἐπεὶ (Παρμενίδου) διακηκοέναι γέ φησιν. Contra p. 241 D: τὸν τοῦ πατρὸς Παρμενίδου λόγον, proprium nomen inducendum.

Ibid. 218 B: τόνδε παραληψόμεθα [Σωκράτη] τὸν Σωκράτους μὲν ὁμώνυμον ἐμὸν δὲ ἡλικιώτην. Verbum non addam.

Ibid. 226 C. hospes Eleaticus affert quaedam exempla οἰκετικῶν ὀνομάτων, inter quae et illa sunt: διηθεῖν καὶ διαττᾶν καὶ βράττειν καὶ διακρίνειν. Ultimum vocabulum non est sumtum de eadem officina, in qua cetera peculiari et noto usu recepta erant; nihil habet quod prae ceteris οἰκετικόν possit videri et credibile est καὶ διακρίνειν glossatori reddendum esse. Sed nunc video Astium iam attendisse animum.

Ibid. p. 226 E. Prorsus absurdum est quod Theaetetus respondet. Hospes interrogarat: οὔκουν τό γε καθαρτικὸν εἶδος αὖ δι-

Pag.

Ad Lygdami Elegias, scripsit P. H. DAMSTÉ . . . . . 205 – 210.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H. . . . . 210.
ΔΙΟΝΤΣΟΣ ΕΝ ΛΙΜΝΑΙΣ, scripsit C. GUL. VOLLGRAFF . 211 – 215.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H. . . . . 215 – 216.
Platonica (*contin. ex pag. 28*), scripsit S. A. NABER . . 217 – 288.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H. . . . . 288.
Quaestiones Graecae (*contin. ex Vol. XVI pag. 238*), scripsit I. M. J. VALETON . . . . . 289 – 334.
De Euripideae fabulae Pirithoi fragmento nuper reperto, scripsit K. KUIPER . . . . . 335 – 341.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H. . . . . 341.
Novae coniecturae in fragmenta Menandrea reperta a Lefeburio, scripsit H. VAN HERWERDEN . . . . . 342 – 352.
Annotationes ad Statii Thebaidem, scripsit P. H. DAMSTÉ. 353 – 396.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H. . . . . 396.
Ad scholia Bobiensia, scripsit C. BRAKMAN I. F. . . . . 397 – 414.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H. . . . . 414.
Notulae ad alteram Leeuwenii editionem fragmentorum Menandreorum recens detectorum, scripsit H. v. HERWERDEN. 415 – 418.
De vocabuli τρόπος vi atque usu per saecula VI et V, scripsit K. KUIPER . . . . . 419 – 434.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H. . . . . 434.
Platonica (*contin. ex pag. 288*), scripsit S. A. NABER . . 435 – 448.

CORRIGENDUM.

Vol. XXXV pag. 448 pro *Henricum Didericum Blaauw* legatur *Henricum Didericum* DE *Blaauw*.

PLATONICA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(*Continuantur ex Vol. XXXV pag.* 177).

AD SOPHISTAM.

P. 217 B: ἐπεὶ διακηκοέναι γέ φησιν ἱκανῶς καὶ οὐκ ἀμνημονεῖν. Sunt Theodori verba qui Eleaticum hospitem ad Socratem adduxerat, sed deest quod ad rem praecipuum est, hunc hospitem Parmenidis fuisse auditorem, quemadmodum diserte traditur p. 237 A et 242 C itaque inserto proprio nomine legendum: ἐπεὶ (Παρμενίδου) διακηκοέναι γέ φησιν. Contra p. 241 D: τὸν τοῦ πατρὸς Παρμενίδου λόγον, proprium nomen inducendum.

Ibid. 218 B: τόνδε παραληψόμεθα [Σωκράτη] τὸν Σωκράτους μὲν ὁμώνυμον ἐμὸν δὲ ἡλικιώτην. Verbum non addam.

Ibid. 226 C. hospes Eleaticus affert quaedam exempla οἰκετικῶν ὀνομάτων, inter quae et illa sunt: διηθεῖν καὶ διαττᾶν καὶ βράττειν καὶ διακρίνειν. Ultimum vocabulum non est sumtum de eadem officina, in qua cetera peculiari et noto usu recepta erant; nihil habet quod prae ceteris οἰκετικόν possit videri et credibile est καὶ διακρίνειν glossatori reddendum esse. Sed nunc video Astium iam attendisse animum.

Ibid. p. 226 E. Prorsus absurdum est quod Theaetetus respondet. Hospes interrogarat: οὔκουν τό γε καθαρτικὸν εἶδος αὖ δι-

πλοῦν ὃν πᾶς ἂν ἴδοι; Nondum admodum est perspicuum quid hospes velit, Theaetetus tamen, qui strenue et alacriter respondere solet, nunc ab omnibus creditur dixisse: Ναί, κατὰ σχολήν γ' ἴσως· οὐ μὴν ἔγωγε καθορῶ νῦν. Itaque affirmat et negat eodem tempore, quod ne faciat, abiiciendum erit importunum ναί, haud unum in locum perperam illatum et omnia optime habebunt. Hic plurimum miror Schanzium qui Heindorfio et Cobeto optime monentibus non obtemperaverit. Post pauca, p. 227 C, audita explicatione agnoscit Theaetetus duo esse εἴδη καθάρσεως, quorum alterum ad corpus, alterum ad animum pertineat. Exclamat hospes: πάντων κάλλιστα· at hoc quidem nimium est, satis erat πάντων μάλιστα dicere. Non dissimile est illud 220 B: ταύτην αὖ τὴν θήραν ἆρ' οὐκ ἂν κατὰ μέγιστα μέρη δύο διελοίμην, rectissime sensit Heindorfius requiri διλοιμεν, sed locus nondum persanatus est. Quae sunt enim illae *maximae* partes? Nempe ἁλιευτική dividitur in ἐρκοθηρικήν et πληκτικήν. Simplicissima nisi fallor ratio erit rescribere: κατὰ μέρη μάλιστα δύο. Ceterum de hoc loco conferatur Cobetus *Mnem.* 1860 p. 362 et de confusione vocabulorum κάλλιστα et μάλιστα Porsonus ad Eur. Phoen. 878.

Aliquid displicet in Theaeteti verbis p. 231 C: ἀπορῶ δ' ἔγωγε ἤδη διὰ τὸ πολλὰ πεφάνθαι, τί χρή ποτε ὡς ἀληθῆ λέγοντα καὶ διϊσχυριζόμενον εἰπεῖν ὄντως τὸν σοφιστήν. Rectissime intelligo, dummodo Plato sic scripserit, quomodo illud τὸ πολλὰ πεφάνθαι accipi debeat; et hospes Eleaticus sine ulla vitii suspicione rogat: Φέρε, ὁπόσα ἡμῖν ὁ σοφιστὴς πέφανται; sed tum τὸ πολλὰ πεφάνθαι sic quidem positum subobscure dictum est, tum colligo ex hospitis verbis Theaetetum hoc innuisse se defatigatum esse; hinc utitur illa exhortatione: νῦν οὖν καὶ μάλιστα ἐπιθετέον αὐτῷ, concedit tamen ut aliquantisper subsistat et se quasi colligat: πρῶτον δὴ στάντες οἷον ἐξαναπνεύσωμεν. Rectius omnia cohaerebunt, si scribas: διὰ τὸ πολλὰ πεπεράνθαι. Iterum illud ipsum verbum corruptelam passum est p. 261 B: confer modo hospitis verba: ἐπεὶ τοῦτο ὃ λέγεις διαπεπέρανται et illa Theaeteti: μίγις μὲν τὸ μὴ ὂν ὡς οὐκ ἔστι προβληθὲν διεπεράσαμεν. Quod viri docti saepe observarunt, hic quoque in emendando usu veniet: est Plato in talibus unus omnium accuratissimus et in referendis Theaeteti verbis hospes uti debuit eodem verbo quo

dulescens usus erat itaque verum est διεπεράναμεν. Vide dem verbum Politic. p. 264 B et 297 E.

Ibid. p. 234 C. Inepte abundat διὰ τῶν ὥτων [τοῖς λόγοις] γοητεύειν.

Ibid. 237 E. Non dicit Theaetetus quod dicere videtur: τέλος γοῦν ἂν ἀπορίας ὁ λόγος ἔχοι. Credo miserum adulescentem ἅσμενον ἂν vidisse illarum argutiarum finem, sed hospes non in eo est ut eum missum faciat. Sed illud erat πέρας ἀπορίας quod modo postulaverat. Facile quidem esset plures locos adducere, ubi illud ipsum πέρας legitur et πέρας ποιεῖν λαλιᾶς, sed nihil opus est post Cobetum *Mnem.* 1855 p. 255. Nobis Latine balbutientibus est *nec plus ultra.*

Ibid. 237 E. Interrogat hospes: τὸν μὴ τὶ λέγοντα ἀναγκαιότατον. Respondet Theaetetus: ἀναγκαιότατον μὲν οὖν, hoc est: imo vero quam maxime necessarium: itaque cum Hirschigio in hospitis verbis reponam positivum gradum: ἀναγκαῖον. Usum particularum μὲν οὖν tum alibi observare poteris tum 256 D ubi hospes: ἀδεῶς ἄρα τὴν κίνησιν ἕτερον εἶναι λέγωμεν; cui adulescens: ἀδεέστατα μὲν οὖν.

Ibid. 238 D. Plane sine sensu sunt quae hic leguntur. In recondita quadam quaestione tractanda Theaetetus iusserat: εἰπὲ ἢ σαφέστερον. Cui hospes: οὐδὲν δεῖ τὸ σαφέστερον ἐν ἐμοὶ σκοπεῖν. Hoc donec quis probabili ratione explicet, equidem praeferam: οὐδὲν δεῖ τὸ σαφέστερον· ἐν ἐμοὶ σκόπει, quibus interprete non opus est. Vide eundem imperativum σκόπει infra p. 247 D, 249 E, 260 A, Parm. 148 D, Phileb. 25 B.

Ibid. 248 A. Non concedo ad illa hospitis: τοῦτο ἡμῖν ἐνταῦθα μενέτω ξυνομολογηθέν, Theaetetum respondere potuisse μένει· debuit dicere μενέτω. Prorsus idem vitium est in Phileb. 24 A.

Aliquot litterulae non sine damno sententiae transpositae vi-entur p. 260 A: πρὸς τὸ τὸν λόγον ἡμῖν τῶν ὄντων ἓν τι γεῖν εἶναι. Haeserunt viri docti, quid esset τὰ ὄντα γένη. Stallumius γένος pro γενῶν· addit tamen optimum sibi videri

nihil circa receptam lectionem sollicitare. Hanc ego quoque sententiam fortasse amplectar, simulac vulgatam didicero intelligere; interim multum arridet mutatio sane levis, qua efficitur ut omnia luce clariora sint. Disseca vocabulum γενῶν in duas partes, ut tandem aliquid te profecisse ostendas e doctrina Eleatici hospitis; transpone vocabula et sponte excidet interpolatum ἡμῖν. Itaque scribam: πρὸς τὸ τὸν λόγον τῶν ὄντων ἓν γέ τι νῷν εἶναι. Nihil est cur premam suspicionem quae cum praesenti causa coniuncta est. Legitur in Politico p. 302C: εἶναι τρεῖς ταύτας ἡμῖν λεγομένας τοῦ νῦν ἐπικεχυμένου λόγου κατ' ἀρχάς. Potestne recte dici ἡμῖν λεγομένας? potestne illud νῦν commode explicari? Multum dubito. Vertit Stallbaumius *in exordio orationis quae tanquam iam nobis affluxit.* Itaque in versione imprudens omisit quod erat difficillimum. Repone: *in exordio orationis quae nunc affluxit* et apparebit quid sit in his verbis corruptum. Fortasse etiam maior offensio est in Graecis. Quid requiratur desumi potest ex ipso loco quem Stallbaumius laudavit. Legitur in libro de Legibus VII 703B: ὁ νυνδὴ λόγος ἡμῖν ἐπιχυθείς. Quid si Plato hic eodem modo: τοῦ νῷν ἐπικεχυμένου λόγου, quo probato ἡμῖν ante λεγομένας sede extrudebitur.

Ibid. 265D: ὑπολαμβάνων οἴεσθαί σε κατὰ θεὸν αὐτὰ γίγνεσθαι ταύτῃ καὶ αὐτὸς νενόμικα, omnino placet: νενέμηκα. Cf. p. 267B. μιμητικὸν δὴ τοῦτο αὐτῆς προσειπόντες ἀπονειμώμεθα cum Theaeteti responso: νενεμήσθω. Phileb. 65B: ποτέρῳ μᾶλλον ξυγγενὲς ἕκαστον αὐτῶν ἀπονεμοῦμεν;

Ibid. 268C: συνδήσομεν αὐτοῦ τοὔνομα συμπλέξαντες ἀπὸ τελευτῆς ἐπ' ἀρχήν. Collato p. 261A: τὸν σοφιστὴν εἰς αὐτὸ ἐνδήσωμεν, illic itidem corrigam: ἐνδήσομεν, de quo compositio nuper dixi *Mnem.* 1906 p. 8.

AD POLITICUM.

P. 257D: καὶ μὴν κινδυνεύετον ἄμφω ποθὲν ἐμοὶ ξυγγένειαν ἔχειν τινά. Illud ἄμφω nescio quomodo mihi otiose additum videtur; multo malim: ἀμόθεν γε πόθεν.

Ibid. 261 C: *καὶ πᾶν οὕτω διαιρήσεται δίχα.* Planissime requiritur futurum exactum et ante pedes positum est *διῃρήσεται*, de qua forma nemo dubitabit post Cobetum *Mnem.* 1856 p. 395.

Ibid. 263 A: *ὦ βέλτις' ἀνδρῶν οὐ Φαῦλον προστάττεις Σώκρατες.* Saepe disceptatum fuit essetne ipsum proprium nomen in talibus delendum an ferri aliquatenus deberet, sed nunc certe inepta interpolatio importuna sede luculenter arguitur. Ad idem argumentum infra rediturus sum, sed nunc tamen vide in hoc ipso dialogo p. 263 D *ὦ πάντων ἀνδρειότατε*, 265 A *ὦ θαυμαςέ*, p. 277 D *ὦ δαιμόνιε* et *ὦ μακάριε*, quod redit p. 283 B. Addam Phileb. 36 D: *ὦ παῖ κείνου τἀνδρός.*

Ibid. 265 D: *κολοβὸν ἀγέλην τινὰ κεράτων νομεύει.* Est haec lectio Codicis Bodleiani, quam Stallbaumius acriter tuetur, quum in aliis fere legatur *κολοβῶν ἀγέλην τινὰ ἀκεράτων.* In clara luce vir doctus incredibilem in modum caecutire videtur; quis enim eum sequetur cum intelligat gregem *cornibus mutilum et carentem?* Scilicet non animadvertit scribendum esse *κολοβῶν ἀγέλην τινά*, interpretationem autem *ἀκεράτων* in marginem esse relegandam.

Non minus mirifice Stallbaumius errat p. 265 E: *τὸ δέ γε λοιπὸν ἔτι τῆς λείας ἀγέλης τῶν ἡμέρων ἀμιγὲς γένει πρὸς ἑλληλα.* Etenim postquam Ficini versionem exscripsit ut ostenderet hunc quoque *λείας* in suo codice repperisse, quod libenter credo, addit ut interpretetur Cratyl. 406 A: *ἔοικεν οὖν πρὸς τὸ μὴ τραχὺ τοῦ ἤθους ἀλλ' ἥμερόν τε καὶ λεῖον Ληθὼ κεκλῆσθαι.* Quem locum, inquit, qui comparaverit, is quid *λείας* hic significet, minime dubitabit. Nempe non intellexit *λείας* nomen esse substantivum minime rarum et insiticia esse vocabula *ἀγέλης τῶν ἡμέρων.* Numquamne legit Sophoclis Aiacem?

Ibid. 268 A: *αὐτὸς* [*τῆς ἀγέλης τροφὸς ὁ*] *βουφορβός, αὐτὸς ἰατρός, αὐτὸς οἷον νυμφευτής.* Sunt spuria verba quae uncinis notavi.

Ibid. 269E: *τὴν ἀνακύκλησιν εἴληχεν ὅτι σμικροτάτην τῆς αὐτοῦ κινήσεως παράλλαξιν.* Quid hic requiri videatur, sic aperiam. Αὐτὸς multis nominibus tum propriis tum appellativis ita additur ut nascatur compositum nomen vel certe quasi-compositum. Non fugit hoc Cobetum, quem nihil talium fugiebat itaque *Var. Lect.* p. 285 et *Mnem.* 1874 p. 244 in Platonis Menexeno 245D: *αὐτοὶ Ἕλληνες οὐ μιξοβάρβαροι οἰκοῦμεν*, correxit: Αὐτοέλληνες, sicuti dicitur Αὐτοθαῖς, Αὐτοβορέας, Αὐτοηρακλῆς et sim. Item *Mnem.* 1856 p. 98 Cratino suum reddidit Αὐτοΐβηρος. Complura huius locutionis exempla mihi repperisse videor apud Platonem: veluti Legg. X 902B: *θεοσεβέστατον αὐτό ἐστι πάντων ζῴων ἄνθρωπος*, ubi voculis interpositis intelliges duo nomina non firmiter in unum vocabulum coaluisse. Alibi, Legg. VII 817B, *ἡμεῖς ἐσμὲν αὐτοὶ ποιηταὶ κατὰ δύναμιν ὅ τι καλλίστης ἅμα καὶ ἀρίστης*, sentire mihi videor cur praeferendum sit: *αὐτοποιηταί*, sicuti Xenophon Hell. V 2. 14 *αὐτοπολίτας* appellavit. Rep. X 597C: *ἀνάγκη ἐπῆν μὴ πλέω ἢ μίαν ἐν τῇ Φύσει ἀπεργάσασθαι αὐτὸν κλίνην*, commendare ausim: *αὐτοκλίνην*, sicuti recte p. 612B: *αὐτὸ δικαιοσύνην αὐτῇ ψυχῇ ἄριστον εὕρομεν*, nam scribamusne hoc an *αὐτοδικαιοσύνην* nihil prorsus nec nostra nec Platonis interest. Phaedr. 246A: *αὐτοί τε ἀγαθοὶ καὶ ἐξ ἀγαθῶν*. Deest *τε* in Bodleiano, unde commendo: *αὐτάγαθοι*, quod apud sequiores certe frequenti usu tritum est. Atque pariter eo loco unde profecti sumus, praestare dixerim: *τῆς αὐτοκινήσεως*, quam vocem etiam Aristoteles usurpavit. Etiam ex Thucydide unum locum addam, VII 57: *Ἀθηναῖοι μὲν αὐτοὶ Ἴωνες ἐπὶ Δωριᾶς Συρακοσίους ἐκόντες ἦλθον·* hic saepe suspicatus sum praestare: Αὐτοῖωνες eo sensu quo *αὐτοέλληνες τοῖς μιξέλλησιν* opponuntur. Praeterea cf. infra ad Parmen. 158A.

Ibid. 270C: *μεγίστας τοίνυν καὶ (πλείστας) μεταβολὰς χρὴ νομίζειν γίγνεσθαι.* Nempe vocabulum excidisse apparet ex iis quae continuo sequuntur: *μεταβολὰς μεγάλας καὶ πολλάς.*

Ibid. 272E: *πάσας τῆς ψυχῆς τὰς γενέσεις ἀποδεδωκυίας, ὅσα ἦν ἑκάστῃ προσταχθέν, τοσαῦτα εἰς γῆν σπέρματα πεσούσης.* Hic rideo vana conamina eorum qui corrupta verba

que interpretantur, nec tamen ipse sum loco emendando: um videre mihi videor latere ὥσπερ μεταπεσούσης. a fortasse felix hora suppeditabit: id tantum quaero la- adverbium τοσαυτάκις. Fortasse aliquid conferet quod 260 D Cobetus adnotavit *Mnem.* 1860 p. 359.

272 A: καρποὺς δ' ἀφθόνους εἶχον ἀπό τε δένδρων καὶ ὕλης ἄλλης. Olim δρυῶν legebatur: latetne fortasse ρύων? Cf. Criti. 115 B: δυσθησαύριστος ἀκροδρύων καρπός.

273 A: ὁ δὲ μεταςρεφόμενος καὶ ξυμβάλλων ἄλλην ζῴων παντοίων ἀπειργάσατο. Si hoc loco ξυμβάλλων me- on intelligis, nota codices praebere et hoc et συμβαλών, λων et ξυλλαβών in codice Simplicii quem Stallbaumius Hoc proximum abest a vero, nempe: ὀξυλαβῶν. Hoc usus est Xenophon in Hell. VII 4. 27 et interpretantur ius et Lex. Rhet. Bk. 286. 21: τὸ ὀξέως λαβέσθαι πράγ- quod apprime convenit. Praeterea Suidas interpretatur ι, quod significare docet ταχέως ἀκούω, sed errorem sub- xerim et nullum umquam verbum ὀξυλοβεῖν fuisse nisi uptela pro ὀξυλαβεῖν.

273 B: παρὰ μὲν τοῦ συνθέντος πάντα καλὰ κέκτηται. Cobetus ad Geelium p. 52 se invenisse in Simplicii Taurinensi lectionem τέτυκται. Hoc, credo, recipien- it.

p. 275 B: ἵνα κἀκεῖνον ὃν προσήκει μόνον κατὰ τὸ πα- α ποιμένων τούτου μόνον ἀξιωθῆναι τοῦ προσρήματος. Facile verum esse: ὃν προσήκει τρόπον.

281 C: δοκεῖν χρὴ τό γε συναιτίας εἶναι προσποιή- ι παντὸς ὑφάσματος. Attendendum est ad usum verbi, infra quaedam adnotabo, sed miror aliquantulum quod ιmius non intellexit requiri futurum προσποιήσεσθαι, upra est ἀμφισβητήσουσιν.

282 D: εἴπερ μέλλομεν τὴν προρρηθεῖσαν ὑφαντικὴν αἰ-

ῥήσειν. Reponam; ἀθρήσειν, cuius verbi apud Platonem quentissimus usus est. Eandem confusionem post Bothium o animadverti Hom. Iliad. Ω 206.

Ibid. 283 B. In dialogo cum hospite Eleatico Socrates ad lescens, ἔμοιγε, inquit, μάτην οὐδὲν τῶν ῥηθέντων ἔδοξε ῥηθῆν Cui hospes: καὶ θαυμαστόν γε οὐδέν· ἀλλὰ τάχ' ἂν ὧ μακά δόξειε. Improprie hoc dictum est; certissima ratione supplendu τάχ' ἂν (ἄλλῳ). Ipse vides quam facile hoc vocabulum excid potuerit.

Ibid. 290 A: οὓς ὁρῶμεν θῆτας πᾶσιν ἑτοιμότατα ὑπηρετο τας. Haec est lectio Bodleiani et duorum praeterea alioru codicum, reliqui ἑτοίμως habent; ducere hoc dixerim ad ἑτ μως πάντα.

Ibid. 293 C: ἕως ἂν σώζωσιν οἱ θεραπεύοντες ἕκαστοι τὰ θε πευόμενα. Quid hoc est? intelligam: ἑκάστοτε.

Ibid. p. 293 D. Sepositis aliquantisper quaestiunculis de v Platonis textu restituendo et tamquam in vitam revocand nunc libet examinare quid Plato de avunculo suo Critia iu caverit. Duos potissimum de eius ingenio testes habemus, X nophontem dico et Platonem. Qui nostris temporibus Histori Graecam conscripserunt, tum ii qui populare Atheniensiu imperium perosi erant, tum pauci illi qui Georgio Groto du libertatis in omnibus causam sunt tutati, utrique Xenophonte fere sequuntur et hominem depingunt omni flagitiorum gene coopertum, τῶν ἐν ὀλιγαρχίᾳ πάντων κλεπτίστατόν τε καὶ βια τατον, ut est in Memor. I 2 § 12. Apud Cobetum quae eo p tinent, in unum congesta videbis in *Prosopogr. Xen.* p. 44 sq Alia autem omnia apud Groenium in *Prosopogr. Plat.* inveni p. 139. Omissis iis quae ad nostram rem minus pertinent l ita scribit: „Habetur honorificentissime in Timaeo et in Dialog qui ipsius inscriptus nomine est. Nam traditiones Aegyptiorı de antiquissima Athenarum historia, ab avo Critia acceptas, prudentissimorum virorum conventu, quam brevissime primu ἐν κεφαλαίοις (Tim. p. 21—27), fusius deinde, καθ' ἕκας

(Criti.), enarrat et affirmat Socrates ὅτι Κριτίαν πάντες οἱ τῇδ' ἴσμεν οὐδενὸς ὧν λέγομεν ἰδιώτην ὄντα, Tim. p. 20." Haec postquam Groenius disseruit, ita perorat: „Neque tamen existimo Platonem, cum crudelem istum et impotentem tyrannum laudibus ornaret, aliquid cognato gratificatum esse. Sed observari oportet Critiam, etsi civitati suae non bonum, doctum atque eloquentem fuisse et Socraticis disputationibus eruditum: porro fieri posse, vel potius perquam probabile esse, eum multis ornatum naturae fortunaeque bonis minime contemnendum fuisse; cum vero postea ἐν μεγάλῃ ἐξουσίᾳ τοῦ ἀδικεῖν versaretur, ad μέγιστα καὶ ἀνοσιώτατα ἁμαρτήματα pervenisse." Quid respondeam? Nimirum ita probabiliter disputari posse si sumamus, quod propemodum absurdum est statuere, dialogos Timaeum et Critiam scriptos fuisse ante captas a Lysandro Athenas. Sed intimum animi sensum Plato aperit in Politico eo loco quem modo indicabam. Audiamus hospitem Eleaticum: ἀναγκαῖον δὴ καὶ πολιτειῶν, ὡς ἔοικε, ταύτην ὀρθὴν διαφερόντως εἶναι καὶ μόνην πολιτείαν, ἐν ᾗ τις ἂν εὑρίσκοι τοὺς ἄρχοντας ἀληθῶς ἐπιστήμονας καὶ οὐ δοκοῦντας μόνον, ἐάν τε κατὰ νόμους ἐάν τε ἄνευ νόμων ἄρχωσι, καὶ ἑκόντων ἢ ἀκόντων, ἢ πενόμενοι ἢ πλουτοῦντες, τούτων ὑπολογιστέον οὐδὲν οὐδαμῶς εἶναι κατ' οὐδεμίαν ὀρθότητα. Itaque sentit cum iis qui hodie quoque apud nos libertatis et reipublicae odio „sapientem tyrannum" tanquam extremum omnium malorum remedium expetunt. Sed longius progreditur quam hodie quisquam audeat: καὶ ἐάν τέ γε ἀποκτιννύντες τινὰς ἢ καὶ ἐκβάλλοντες καθαίρωσιν ἐπ' ἀγαθῷ τὴν πόλιν, εἴτε καὶ ἀποικίας οἷον σμήνη μελιττῶν ἐκπέμποντές ποι σμικροτέραν ποιῶσιν, ἤ τινας ἐπεισαγόμενοί ποθεν ἄλλους ἐξωθεν, πολίτας ποιοῦντες, αὐτὴν αὔξωσιν, ἕως περ ἂν ἐπιστήμῃ καὶ τῷ δικαίῳ προσχρώμενοι, σώζοντες, ἐκ χείρονος βελτίω ποιῶσι κατὰ δύναμιν, ταύτην τότε καὶ κατὰ τοὺς τοιούτους ὅρους ἡμῖν μόνην ὀρθὴν πολιτείαν εἶναι ῥητέον. Qui hoc scribere potuit, potuit etiam Critiam ex animi sententia laudare. Hic, credo, assensus fuisset si potuisset legere apud Aristotelem Polit. V 9 p. 150 b: νῦν μὲν ἐν ἐνίαις ὀλιγαρχίαις ὀμνύουσι· καὶ τῷ δήμῳ κακόνους ἔσομαι καὶ βουλεύσω ὅ τι ἂν ἔχω κακόν, cf. Niebuhr. *Hist. Rom.* II p. 680. Sed Graecia mendax in historia nihil non audet. Utrum Xenophontem sequemur qui trigintavirum

facinora in lucem protulit, an Platonem qui artificiosissime ne dicam subdole obscuravit quod celari non poterat? Hic tu fortasse anceps haerebis. Credo equidem, pepercit memoriae eorum quos cognatione attingebat magisque etiam abominatus est popularе regimen, postquam Socrates cicutam bibit, cum Critias cum collegis summam in sene dicendi libertatem dicam an licentiam aequis animis toleravissent. Natura Platonem formarat nobilitatis fautorem acrem et iracundum simulque summum dicendi artificem nec miramur eum lectorum oculos praestrinxisse dum laudibus eveheret optimates quos inde a pueritia dilexisset et, quod videmus in Gorgia, conviciis acerbissime proscinderet Periclem et ceteros qui populi libertatem stabilivissent. Modum excesserint per me licet tum optimates tum populares, quod furentibus odiis numquam non usu venit; sed occaecatus furore est qui non intelligat, quanto plus mali ab illis invectum sit quam ab his. Hic dignus est qui conferatur Georgius Grotus in libro de Platone I p. 117. Ed. 1888.

Ibid. 296 B: *ἂν δ' οὖν μὴ πείθων τις βιάζηται τὸ βέλτιον*, [*ἀπόκρινai*], *τί τοὔνομα τῆς βίας ἔσαι; .... μὴ μέντοι πω, περὶ δὲ τῶν ἔμπροσθεν πρότερον.* Insiticium est id quod vides.

Ibid. 298 B: *κυβερνῆται .... σφάλματα ποιοῦντες ἐν τοῖς πελάγεσιν ἐκβάλλουσιν εἰς τὴν θάλατταν καὶ ἕτερα κακουργοῦσιν.* Coll. v. c. Herodt. VI 76: *σφαγιασάμενος τῇ θαλάσσῃ ταῦρον* vel Xenoph. Anab. IV 3. 18: *οἱ μὲν μάντεις ἐσφαγιάζοντο εἰς τὸν ποταμόν*, tuto reponere licebit *σφάγια ποιοῦντες*. Plura dabit Stengelius.

Ibid. 302 B: *διὰ τὴν ναυτῶν μοχθηρίαν τῶν περὶ τὰ μέγιστα μεγίστην ἄγνοιαν εἰληφότων*. Possumus *ἐπιστήμην λαβεῖν* eaque nota locutio continuo post recurrit, sed *ἄγνοιαν λαβεῖν* non possumus. Ante pedes posita est correctio *ὠφληκότων*.

Ibid. 303 C: *μεγίστους δὲ ὄντας μιμητὰς καὶ γόητας μεγίστους γίγνεσθαι τῶν σοφιστῶν σοφιστάς*. Dele postremum vocabulum, quod in consimili sententia recte deest p. 291 C.

Ibid. 309 A: *εἰς ἀδικίαν ὑπὸ κακῆς βίᾳ Φύσεως ἀπωθουμένως*. Revocat hoc mihi in memoriam notum illud: *belle Marquise*, cet., sed scribe mutato accentu: *ὑπὸ κάκης* et sponte excidet id quod est *Φύσεως*.

AD PARMENIDEM.

P. 126 A. Dialogi initio Cephali verba sunt: *Ἐπειδὴ Ἀθήναζε οἴκοθεν ἐκ Κλαζομενῶν ἀφικόμεθα*. Non ipse sane Cephalus addidit illud *ἐκ Κλαζομενῶν*, nec crediderim Platonem fuisse qui nomen proprium inutiliter adscripserit. Qui illud *οἴκοθεν* explicare voluit, sumere potuit Cephali patriam ex iis quae proximo sequuntur: *παῖς δέ που ἦν* (scil. Antipho) *ὅτε τὸ πρότερον ἐπεδήμησα ἐκ Κλαζομενῶν*. Vide autem quid inde sequatur. Sunt qui hunc Cephalum eundem quem Lysiae patrem putent esse, sunt qui diversum hominem intelligant: quae eo pertinent exposita invenies apud Groenium p. 111, nunc autem eiectis molestis vocabulis quae notavimus, nullo negotio quaestiuncula solvi poterit. Cephalus Lysiae pater Clazomenius erat venitque aliquando e patria Clazomenis Athenas, quo tempore Antipho Pyrilampis filius puerulus erat. Deinde fortunarum suarum sedem Syracusas transtulit habitusque fuit Syracusanus, etiam postquam Periclis hortatu Athenas migravit. Hinc rectissime apparet primum Cephalum Clazomenis venisse Athenas, deinde post satis diuturnum temporis spatium, *πολὺς δὲ ἤδη χρόνος ἐξ ἐκείνου*, quum iam Syracusanus et esset et haberetur, Athenas rediit. *Ὅτε τὸ πρότερον ἐπεδήμησα δεῦρο ἐκ Κλαζομενῶν*· patriae nomine recte addito, nam iamdudum vix quisquam norat cuias Cephalus revera esset. *Ἐπειδὴ Ἀθήναζε οἴκοθεν ἀφικόμεθα*· perperam intellexit qui interpolavit: *ἐκ Κλαζομενῶν*, nam venerat Syracusis. — Tantum ac fortasse nimis multa de re levi.

Ibid. 127 C: Fieri non potest ut Plato scripserit: *οἳ δὴ καὶ ἀφικέσθαι τόν τε Σωκράτη καὶ ἄλλους τινὰς μετ' αὐτοῦ πολλούς*, nam apparet e Zenonis verbis p. 136 D non *multos* affuisse, sed paucos tantum: *εἰ μὲν οὖν πλείους ἦμεν οὐκ ἂν ἄξιον ἦν δεῖσθαι· ἐπιπλῇ γὰρ τὰ τοιαῦτα πολλῶν ἐναντίον λέγειν*. Nimirum erant omnino *septem* numero, uti legimus p. 129 D. Quin igitur re-

scribimus: ἄλλους τινὰς μετ' αὐτοῦ (οὐ) πολλούς. Cf. Euthyd. p. 273 A. Ad rem cf. Georgium Grotum de Platone III p. 90.

Ibid. 130 A: ἔφη αὐτὸς μὲν οἴεσθαι ἐφ' ἑκάστου ἄχθεσθαι τὸν Παρμενίδην. Praeter loci sententiam hoc dictum est; corrige: ἀχθέσεσθαι.

Ibid. 136 D: αὐτοῦ ὦ Σώκρατες δεώμεθα Παρμενίδου. Proprium Parmenidis nomen eleganter omittendum est.

Ibid. 137 B. Paucos hodie dari credo qui Parmenidem curent legere itaque nunc locum indicabo quem in alio dialogo silentio praeteriissem. Nempe si quis miretur cur Socrates, cur Theodorus, cur Zeno, cur alii adulescentem sibi identidem adsciscant, qui respondendi partes sustineat, inspiciat is Zenonis verba: τίς οὖν μοι ἀποκρινεῖται; ἢ ὁ νεώτατος; ἥκιστα γὰρ ἂν πολυπραγμονοίη καὶ ἃ οἴεται μάλις' ἂν ἀποκρίνοιτο· καὶ ἅμα ἐμοὶ ἀνάπαυλ' ἂν εἴη ἡ ἐκείνου ἀπόκρισις.

Ibid. 141 E: τὸ ἔσαι καὶ τὸ γενήσεται καὶ τὸ γενηθήσεται. Corrigam: γεγενήσεται itemque mox: οὔτ' ἔπειτα γενήσεται οὔτε γενηθήσεται οὔτ' ἔσαι praeferam: οὔτ' ἔπειτα γεγενήσεται οὔτε γενήσεται.

Ibid. 147 A: ἐκφεύγοι pro ἐκφεύγοι ἄν mirum sane. Pariter 148 E: ἅπτοιτο pro ἅπτοιτο ἄν, πῶς γὰρ pro πῶς γὰρ ἂν 162 C. E et 163 D. Mihi quidem incomperta res.

Ibid. 156 E in disputatione de eo quod est unum, saepe opponuntur inter se κίνησις et στάσις, κινεῖσθαι et ἑστάναι, τὰ κινούμενα et τὰ ἑστῶτα. Simplex res est: οὐ γὰρ ἔκ γε τοῦ ἑστάναι ἑστῶτος ἔτι μεταβάλλει οὐδ' ἐκ τῆς κινήσεως κινουμένης ἔτι μεταβάλλει, ἀλλ' ἡ ἐξαίφνης αὕτη φύσις ἄτοπός τις ἐγκάθηται μεταξὺ τῆς κινήσεώς τε καὶ τῆς στάσεως. Mox sequuntur verba quae volo: ὅτε μεταβάλλει, ἐν οὐδενὶ χρόνῳ ἂν εἴη οὐδὲ κινοῖτ' ἂν τότε οὐδ' ἂν σταίη. Non est hic dialogus admodum facilis intellectu et fortasse philosophi lubentius legunt et interpretantur quam philologi; sed quo res ipsae obscuriores sunt, eo magis est

cavendum ne vel minimum sermonis vitium remaneat, quod lectorem impedire possit. Admonitus nemo facile dubitabit verum esse non ϛαίη sed ἐϛαίη· videtur hoc mihi satis certum esse. Prorsus eodem modo librarii erraverunt Legg. X 895 A: εἰ ϛαίη πως τὰ πάντα ὁμοῦ γενόμενα, τίν' ἄρα ἐν αὐτοῖς ἀνάγκη πρώτην κίνησιν γενέσθαι τῶν εἰρημένων; Respondet Atheniensis: motus initium a se ipso fiet: hanc vocat ἀρχὴν κινήσεων πασῶν ἔν τε ἐϛῶσι γενομένην καὶ ἐν κινουμένοις, sed hic quoque praestabit legere: ἐϛαίη. Sed tangere noli Theaet. 153 D et Sophist. 252 D.

Ibid. 158 A: μετέχοι δέ γ' ἂν τοῦ ἑνὸς δῆλον ὅτι ἄλλο ὂν ἢ ἕν· οὐ γὰρ ἂν μετεῖχεν, ἀλλ' ἦν ἂν αὐτὸ ἕν· malim cum Bodleiano codice αὐτόεν scribere, de quibus quasi-compositis supra quaedam adnotavi ad Politic. 269 E. Continuo sequitur: νῦν δὲ ἑνὶ μὲν εἶναι πλὴν αὐτῷ τῷ ἑνὶ ἀδύνατόν που, verum esse ἓν μεν εἶναι, non ἑνί, colligere poteris ex iis quae Cobetus adnotavit *Mnem.* 1874 p. 159 et 276. Quod hic Theaet. p. 175 correxit οὐδὲν pro οὐδένι, ea res non fugit Ruhnkenii diligentiam, cuius manuscriptae adnotationes asservantur in Bibliotheca Leidensi.

Ibid. 164 D: ὥσπερ ὄναρ ἐν ὕπνῳ φαίνεται. Dele interpretamentum ἐν ὕπνῳ, coll. Politic. 277 D et 278 E, Phaedr. 277 D, Rep. V 476 C, Epist. III 319 B, aliis locis.

AD PHILEBUM.

P. 11 A. Hic quod dicam, admodum leve est, sed in re critica nihil didici contemnendum esse. Si quis servum suum compellat, usurpat quod millies legitur παῖ et παῖ, παῖ, sed ad ingenuum puerum solemne est ὦ παῖ· itidem fortasse ad alienum servum, quod addendum videtur propter Menon. 82 B. Recte legitur in hoc dialogo p. 15 A ὦ παῖ et 16 B ὦ παῖδες et ubi non? Tantum non semper autem legitur ὦ Σώκρατες, ὦ Φίληβε, ὦ Ζήνων simil. neque omittere moris est id quod est ὦ. Itidem ad Calliae filium semper Socrates: ὦ Πρώταρχε, excepto huius dialogi initio uti et p. 28 B, qui loci correctore egent. Qui otio abundant, ulterius rem investigare poterunt, collatis Badhamo ad dialogi initium et praecipue Hugio ad Symp. 172 A.

Ibid. 11 C: *μῶν οὐχ οὕτω πως λέγομεν ἑκάτεροι*; Requiro singularem: *ἑκάτερος*, sicuti recte legitur p. 11 D et 22 D.

Ibid. p. 11 C. Dixerat Socrates ipso dialogi initio: *τίνα λόγῳ μέλλεις παρὰ Φιλήβου δέχεσθαι*; et post pauca: *δέχει δὴ τοῦτον τὸν λόγον*; feram hoc in quovis alio, sed Socrates qui se semper accuratissimum in dicendo praestat, necessario futurum praetulit: *δέξει*.

Ibid. 13 A: *τούτῳ τῷ λόγῳ μὴ πίσευε, τῷ πάντα τὰ ἐναντιώτατα ἓν ποιοῦντι*. Nimium hoc quidem est: coniicio verum esse: *ἐναντιώματα*· Plato vocabulum crebro usurpat.

Ibid. 13 D: *ἐροῦμεν ἅπερ οἱ πάντων Φαυλότατοι καὶ περὶ λόγους ἅμα νέοι*. Quis hoc ferat? Reponam *μάλα νέοι*. Alterum in his verbis vitium post Badhamum Cobetus detexit *Mnem.* 1874 p. 258.

Ibid. 13 D: *τάχ' ἂν ἰόντες εἰς τὰς ὁμοίας ἴσως ἄν πως ἀλλήλοις συγχωρήσαιμεν*. Imo praestat: *συμφωνήσαιμεν*· vide hoc verbum infra p. 24 E, Phaedr. 263 B, alibi. Itidem dignus est qui de vicino loco conferatur Cobetus *Mnem.* 1874 p. 257.

Ibid. 14 A: *ἆρ' ἄξιος ἂν εἴην τοῦ διαλέγεσθαι νῦν, εἰ .... ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος ὥσπερ μῦθος ἀπολόμενος οἴχοιτο, αὐτοὶ δὲ σωζοίμεθα ἐπί τινος ἀλογίας*. Mira dicendi formula, quam perspicuam reddes inserto: *ἐπί τινος (σχεδίας) ἀλογίας*, quemadmodum ipse Plato locutus est Phaed. 85 D: *ἐπὶ τούτου ὀχούμενον ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας*. Quod omnes norunt, in talibus praepositio non iteratur, sed quod haud satis scio an nondum observatum fuerit, etiam id quod est *ὥσπερ* persaepe omittitur. Ut de usu constet, compluscules locos eius generis enotabo: Euthyd. 293 A: *σῶσαι ἐκ τῆς τρικυμίας τοῦ λόγου*. Menex. 237 B: *ὑπὸ μητρὸς τῆς χώρας ἐν ᾗ ᾤκουν*. Euthyphr. 12 A: *τρυφᾷς ὑπὸ πλούτου τῆς σοφίας*. Theaet. 162 A: *παίζουσα ἐκ τοῦ ἀδύτου τῆς βίβλου ἐφθέγξατο*. Legg. I 639 B: *ὑπὸ μέθης τοῦ φόβου ναυτιᾷ*. Legg. VII 803 B: *διὰ τοῦ πλοῦ τούτου τῆς ζωῆς διακομισθησόμεθα*. Legg. X 905 B: *ὥσπερ ἐν κατόπτροις αὐτῶν ταῖς πράξεσιν ἡγήσα*

καθεορακέναι. Phaed. p. 85 B: ἐπὶ βεβαιοτέρου ὀχήματος ἢ λόγου θείου τινὸς διαπορευθῆναι, ubi omnia sana arbitror praeter ἤ, quo expuncto veram Platonis manum revocaveris, neque opus erit cum Heindorfio ἢ λόγου θείου eiicere. Sed erit operae pretium cum cura considerare quando praepositio iterari debeat, quando non debeat. Veluti Rep. IV p. 440 D θυμός describitur, qui οὐ λήγει τῶν γενναίων πρὶν ἂν ἢ διαπραξηται ἢ τελευτήσῃ ἢ ὥσπερ κύων ὑπὸ νομέως ὑπὸ τοῦ λόγου τοῦ παρ' αὐτῷ ἀνακληθεὶς πραϋνθῇ. Hoc recte itidemque recte Politic. p. 303 B: πασῶν γὰρ ἐκείνην γε ἐκκριτέον οἷον θεὸν ἐξ ἀνθρώπων ἐκ τῶν ἄλλων πολιτειῶν, nam reliquae respublicae minime cum hominibus comparantur. Simili de causa servanda praepositio Theaet. p. 206 D: ὥσπερ εἰς κάτοπτρον ἢ ὕδωρ τὴν δόξαν ἐκτυπούμενον εἰς τὴν διὰ τοῦ σώματος ροήν, ne forte comparari dicas κάτοπτρον et τὴν διὰ τοῦ σώματος ροήν. Itidem Aristophanes Nub. 946:

πρόσωπον ἅπαν καὶ τὼφθαλμώ
κεντούμενος ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηνῶν
ΤΠΟ τῶν γνωμῶν ἀπολεῖται.,

ubi etiamsi metrum ducem non haberemus, perfacile tamen foret ad intelligendum cur praepositio necessario iterari deberet. Etiam illo loco a quo profecti sumus, comparantur θυμὸς et κύων, nec vero λόγος et νομεύς· hinc genuinum est ΤΠΟ τοῦ λόγου. Sed corrige sodes Gorg. 472 B: ἐπιχειρεῖς ἐκβάλλειν με ἐκ τῆς οὐσίας [ἐκ] τοῦ ἀληθοῦς.

Ibid. 14 B. Hic necessario paulo plura describenda erunt: τὴν διαφορότητα τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ τ' ἐμοῦ καὶ τοῦ σοῦ μὴ ἀποκρυπτόμεθα, τολμῶμεν ἄν πῃ ἐλεγχόμεναι μηνύσωσι, πότερον ἡδονὴν ἀγαθὸν δεῖ λέγειν ἢ Φρόνησιν. Hic impeditum locum ut explaret, doctorum virorum tentaminibus cum cura recensitis, Stallbaumius multa moliendo nihil promovet neque agnovit vitii sedem in eo quod est τολμῶμεν. Nec magis Badhamo res successit. Ecquid latet? Credo equidem: μελετῶμεν, cuius verbi frequens usus est apud Platonem, v. c. Phileb. 55 E, 57 A, Symp. 208 A, Phaedr. 228 B, 228 E, Alcib. I 114 D, Parm. denique p. 126 C et quo verbo rescripto ne puer quidem de loci sententia anceps haerebit. Forte fortuna eandem confusionem verborum τολμᾶν et μελετᾶν nuper, *Mnem.* 1905 p. 88 apud

Lysiam indicavi in Oratione pro Mantitheo: *οὐκ εἴ τις τολμ διὰ τοῦτο μισεῖν χρή*, ubi commendavi *εἴ τις μελετᾷ*. Alte correctio alteram confirmat.

In sincera Graecitate sterile est *τὸ ἕν*, cui in derivatis et compositis substituitur id quod est *μόνον*· omnes hoc novim et *ἐν τῇ Ἀθηνᾷ* aliquando Contus allata nube exemplorum re extra dubium posuit. Graeculis relinquendae sunt *αἱ ἑνάδες* Theologos facile ferimus, quum nescio quid discriminis comm niscuntur inter *monotheismum* et *henotheismum*, sed Plato in Ph leb. p. 15 A scribere non potuit: *περὶ τούτων τῶν ἑνάδω* recte *μονάδας* appellavit p. 56 D.

Ibid. 15 A: *περὶ τῶν τοιούτων ἡ πολλὴ σπουδὴ μετὰ διαιρέσεω ἀμφισβήτησις γίγνεται*. Inutilis glossa est *ἀμφισβήτησις* frustra Stallbaumius obloquitur.

Ibid. 16 A: *εἴ τις ἔξι μηχανὴ τὴν τοιαύτην ταραχὴν εὐμενῆ πως ἀπελθεῖν*. Requiritur transitivum verbum et reponam *παρελθεῖν*.

Ibid. 19 E: *ἔδωκας εἰς ταῦθ' ἡμῖν σαυτόν*, malim fere *ἐπ δωκας*, ut est p. 19 C.

Ibid. 21 B: *εἰ χαίρεις ἢ μὴ χαίρεις ἀνάγκη δήπου σε ἀγνοεῖ* Bodleianus *εἴη* habet, quod manu ducit ad: *εἴ τι χαίρεις*. Se Badhamus hoc iam vidit.

Ibid. 22 C: *οὐδὲ γὰρ ὁ σὸς νοῦς ἔξι τἀγαθόν*. Libenter ea pungam id quod est *νοῦς* et locum si inspexeris, videbis ea ita sentiam; sed plus proderit eadem correctio p. 64 A: *ἆ οὐκ ἐμφρόνως ταῦτα καὶ ἐχόντως ἑαυτὸν [τὸν νοῦν] φήσομ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀποκρίνασθαι*; nam additum nomen loci elegantia pessumdat. Recte p. 28 B: *σεμνύνεις τὸν σεαυτοῦ θεόν*.

Ibid. 23 D: *ἐγὼ γελοῖός τις ἱκανῶς κατ' εἶδη διεξὰς (ἀε καὶ διαριθμούμενος*. Supplevi id quod vides; recurrit idem me dum Legg. II p. 660 B: *ὑφ' ἡδονῶν πολλοῦ δεουσῶν τῶν αὐτὶ εἶναι (ἀεί) καὶ κατὰ ταὐτά*.

26 B: ἡ θεὸς νόμον καὶ τάξιν πέρας ἔχοντ' ἔθετο. In
o codice perperam legitur ἐχόντων· hinc suspicor veram
a esse: ἐνέθετο.

26 C. Aliquid excidit in hisce: τρίτον δ' οὐ κατέχω (πω)
:ι Φράζειν. Sic pariter 49 C: ἡ μῖξις οὔπω μοι καταφανής.

28 C: ὄντως σε ἐγὼ σεμνύνων ἐν τῷ παίζειν ἐθορύβησα.
oc Plato προσπαίζειν appellare. Rival. 134 E: προσ-
αὐτοὺς ἠρόμην. Euthyd. 278 B: Φημὶ ἐγώ σοι τούτους
ζειν et brevi post προσπαίζειν τοῖς ἀνθρώποις. Euthyd.
προσέπαιζον τὸν Κτήσιππον. Legg. X 885 C: προσπαίζον-
ιτοὺς λέγειν μαντεύομαι. Epinom.: θεοὺς προσπαίσαντι
; ἀρίσης τυχεῖν. Phaedr. 262 D: ὡς ἂν προσπαίζων ἐν λό-
ράγοι τοὺς ἀκούοντας. Denique Phaedr. 265 C: κεράσαντες
τινα ὕμνον προσεπαίσαμεν μετρίως τὸν Ἔρωτα, de quo
allbaumium confer. Ceterum Badhamo spuria sunt verba
:αίζειν.

29 D: ταῦτα εἰς ἓν συγκείμενα ἰδόντες ἐπωνομάσαμεν
Paulo magis ex Platonis consuetudine dictum erit per-
ἐπωνομάκαμεν. Cf. Tim. 37 D: ὃν δὴ χρόνον ὠνο-
ιεν, ubi praestat singularis ὠνόμακεν. Tim. 49 C: ὃ
ρ ὠνομάκαμεν. Tim. 60 D: κέραμον ἐπωνομάκαμεν. Tim.
κοῦφον αὐτὸ προσειρήκαμεν. Tim. 39 B: ὃ δὴ νῦν κεκλήκα-
l satis est exemplorum.

37 E: ἂν λύπην ἁμαρτάνουσαν ἐφορῶμεν. Mire dictum;
ἐφεύρωμεν? Minus certe placet Badhami inventum:
ν.

43 A: ἀεὶ γὰρ ἅπαντα ἄνω τε καὶ κάτω ῥεῖ. Ex sapien-
ntentia hoc Socrates perhibet, unde necessario scriben-
ῥεῖν.

51 C: εἴ μου μανθάνεις. Immo: εἴ που.

58 C: τίς τέχνη πασῶν διαφέρει τῷ μεγίσῃ καὶ ἀρίσῃ

καὶ πλεῖςα ὠφελοῦσα ἡμᾶς; Stallbaumius omnem lapid movet ut hanc orationis scabritiem excuset: quantillum e reponere: τῷ μεγίςῃ καὶ ἀρίςῃ εἶναι atque hoc modo re addetur participium ὠφελοῦσα. Secundum Badhamum spu sunt verba διαφέρει τῷ· utra ratio praestat?

AD SYMPOSIUM.

P. 173 D: ἀεὶ ὅμοιος εἶ, ὦ Ἀπολλόδωρε. Qui hic loquit Apollodori sodalis, exclamarat credo: (Ὡς) ἀεὶ ὅμοιος εἶ. E merus: ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς εἰς τὸν ὁμοῖον. Eundem v siculum in mente Plato habuit Symp. 195 B et Lysid. 214 A

Ibid. 173 D. Sodalis sunt ad Apollodorum verba: ὁπόθεν π ταύτην τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαβες, τὸ μανικὸς καλεῖσθαι, οὐκ ὀ ἔγωγε. Omnium primum quaeritur unde hoc cognomentu Apollodoro obvenerit et qua indole fuerint quos Athenien μανικούς appellarent. Sed hoc quidem apparet, nam ipse sa aperte de se ipso: ὅταν μέν τινας περὶ Φιλοσοφίας λόγους ἢ αὐ ποιῶμαι ἢ ἄλλων ἀκούω, χωρὶς τοῦ οἴεσθαι ὠφελεῖσθαι ὑπερφυ ὡς χαίρω· ὅταν δὲ ἄλλους τινὰς ἄλλως τε καὶ τοὺς ὑμετέρ τοὺς τῶν πλουσίων καὶ χρηματιςικῶν, αὐτός τε ἄχθομαι ὑμᾶς ἐλεῶ, ὅτι οἴεσθε τι ποιεῖν οὐδὲν ποιοῦντες. καὶ ἴσως αὖ ὑμεῖς ἐ ἡγεῖσθε κακοδαίμονα εἶναι, καὶ οἶομαι ὑμᾶς ἀληθῆ λέγειν· ἐ μέντοι ὑμᾶς οὐκ οἶομαι ἀλλ' εὖ οἶδα. Graphice sane ac l minem mihi ante oculos repraesento: ipse quoque soda confirmat Apollodori de se iudicium: ἐν τοῖς λόγοις ἀεὶ τοι τος εἶ· σαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγριαίνεις πλὴν Σωκράτους, post pauca: δῆλόν γε δή, ὅτι οὕτω διανοούμενος καὶ περὶ ἐμ τοῦ καὶ περὶ ὑμῶν μαίνομαι καὶ παραπαίω. Fuse de eo Gru nius egit p. 204 sqq.: „Quod insanus, μανικός, appellabatu convitium illud in Apollodoro ita explicare oportet, ut, cu tristis semper ac morosus esset, et dolori languide obsequeretu fabula factus sit. Multum enim, ut hoc verbum premendu sit, abesse, patet ex Theaeteto, p. 144 A, ubi homines acu dicuntur ferri plerumque ὥσπερ τὰ ἀνερμάτιςα πλοῖα et ea μανικώτεροι ἢ ἀνδρειότεροι. A verborum sensu aberrabit, q mentis non compotes ibi arbitretur intelligendos. Item ex S

p. 216 C, *Φιλόσοφοι .... τότε μὲν πολιτικοὶ φαντάζονται, ἐ σοφισταί, τότε δὲ ἐςὶν οἷς δόξαν παράσχοιντο ἂν ὡς παν- ιν ἔχοντες μανικῶς.* Nimirum ita populus solet notare, quos m tribuere videt iis rebus eaque agere non mediocri ate, quorum vim et momentum non capiat ipse. Chaere- idem est titulus tributus, cum *περίθερμος*, calidus in) esset et .... *σφοδρὸς ἐΦ' ὅ τι ὁρμήσειε*, cf. Charmid. : *ΧαιρεΦῶν ἅτε καὶ μανικὸς ὤν.*" Intelligere mihi videor thenis hoc modo *μανικοί* dicti sint, nimirum ii qui Latine ur *insani*; apertius tamen succurrit vernaculum nomen: *chtelijk*, cf. Rettig. p. 67.

ːe igitur quantum satis est ac fieri potuit stabilitis, nova difficultas; nempe sodalis miratur quod amicus *ταύτην ·ωνυμίαν ἔλαβε τὸ μανικὸς καλεῖσθαι.* Non est admodum le *μανικόν τινα* appellare *μανικόν*· non datur aptius cogno- uod Apollodoro tribui potuit. Itaque experiamur reliqua, ondum omnia exhausimus quae de Apollodoro nobis in- unt. Pergo sequi fidum ducem Groenium: „Animi pro- ne ad tristitiam ferebatur: et cum rideret popularium ; et vitia, ac doleret, animumque ingratis semper cogi- bus defixum recreare nollet, est eo tandem prolapsus, ut ', quam virum decet, quaevis lamentaretur. Itaque necesse ut Socratem cum videret proximum morti, lacrimas ːret multas: *σχεδόν τι οὕτω διεκείμεθα, ποτὲ μὲν γελῶντες, δὲ δακρύοντες· εἷς δὲ ἡμῶν καὶ διαΦερόντως Ἀπολλόδωρος· γάρ που τὸν ἄνδρα καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ·* Phaed. p. 59 A. lamores edidit: *Ἀπολλόδωρος καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ἐπαύετο δακρύων, καὶ δὴ καὶ τότε ἀναβρυχησάμενος, κλάων γανακτῶν οὐδέν' ὄντιν' οὐ κατέκλασε τῶν παρόντων.*" Talis vir iis moribus quos quantum satis erat cognovimus, ad mollitiem nimis propensus animus videretur, non sane ς a popularibus dictus est, sed, haud satis scio iurene uria, *μαλακός*. Noli dicere hanc temerariam coniecturam ːriticorum Batavorum omnia urentium secantium, nam ɔsum *μαλακός*, non *μανικός*, lectio est optimi Bodleiani . Agnoscimus singulare acumen Cobeti adulescentis, qui posuit in Prosopogr. Xen. p. 63: „Non tamen in Epist. XXI, ubi legitur *Ἀπολλόδωρος ὁ μαλακὸς ἐπικαλούμενος,*

assentiar Leoni Allatio et aliis μανικὸς reponentibus. Apprime enim illud cognomen in Apollodori indolem et mores convenit." Apparet quam sententiam pronunciaturus fuisset, si anno 1835 Bodleianam scripturam iam cognovisset.

Ibid. 175 D: ὥσπερ τὸ ἐν ταῖς κύλιξιν ὕδωρ τὸ διὰ τοῦ ἐρίου ῥέον [ἐκ τῆς πληρεστέρας εἰς τὴν κενωτέραν]. Quae vocabula uncinis circumdedi, ex superioribus perperam et inutiliter iterata sunt.

Ibid. 177 E: ἐὰν οἱ πρόσθεν ἱκανῶς [καὶ καλῶς] εἴπωσιν. Facile est dittographiam agnoscere.

Ibid. 178 B: τεκμήριον δὲ τούτου· γονῆς γὰρ Ἔρωτος οὔτ' εἰσὶν οὔτε λέγονται. Dicendum hoc utique fuit sicuti cum alibi saepe dicitur tum p. 192 B, nempe: τεκμήριον δέ· τούτου γονῆς γὰρ κτέ. expuncto proprio nomine Ἔρωτος.

Ibid. 178 E: οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἄμεινον οἰκήσειαν ἢ ἀπεχόμενοι πάντων τῶν αἰσχρῶν. Coniunctio ἤ male abundat. Vulgatam tamen Hugius tuetur contra Schanzium.

Ibid. p. 179 D: μαλθακίζεσθαι ἐδόκει ἅτε ὢν κιθαρῳδὸς καὶ οὐ τολμᾶν ἕνεκα τοῦ ἔρωτος ἀποθνήσκειν. Miror nondum correctum fuisse τολμῶν.

Ibid. 179 E de Orpheo legimus: ἐποίησαν τὸν θάνατον αὐτοῦ ὑπὸ γυναικῶν γενέσθαι. Mihi quidem inaudita locutio est et propemodum commendare ausim: ἐποίησαν ἔργον γενέσθαι γυναικῶν. Apud sequiores haec formula haud raro occurrit, quae significat: ἀπολέσθαι ὑπό τινος, quod multis exemplis docuit Wyttenbachius in *Biblioth. Crit.* X 15, sed origo fortasse a Platone repetenda est. Affine certe est quod apud Isocratem invenio XVI 40: ἔργον ἐποιήσαντ' ἐκεῖνον ἀποκτεῖναι, de quo loco Cobetus dixit *Mnem.* 1858 p. 79.

Ibid. 179 E: Ἀχιλλέα ἐτίμησαν [καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψαν], interpolata videntur verba quae uncinis inclusi.

nempe huc translata ex p. 180 B: Ἀχιλλέα τῆς Ἀλκήσιδος μᾶλλον ἐτίμησαν εἰς μακάρων νήσους ἀποπέμψαντες. In iis quae statim sequuntur: βοηθήσας τῷ ἐρασῇ Πατρόκλῳ, insiticium est proprium Patrocli nomen.

Ibid. 186 A: καθεορακέναι μοι δοκῶ ἐκ [τῆς ἰατρικῆς] τῆς ἡμετέρας τέχνης. Omnes convivae satis norant quam artem Eryximachus profiteretur et vides quid suadeam. Ipse paulo post dicit: ἵνα καὶ πρεσβεύωμεν τὴν τέχνην, quo respicit Agatho p. 196 D: ἵνα αὖ καὶ ἐγὼ τὴν ἡμετέραν τέχνην τιμήσω ὥσπερ Ἐρυξίμαχος, ubi τὴν ποιητικὴν nemo non expungeret, si codices praeberent. Nec quidquam addidit Socrates cum in initio Politici ad Theodorum diceret: κατὰ τὴν ἀναλογίαν τὴν τῆς ὑμετέρας τέχνης. In Gorgia p. 452 A: τί οὖν λέγεις; ἡ τὸ τῆς σῆς τέχνης ἔργον μέγιστόν ἐστιν ἀγαθόν; Πῶς γὰρ οὔ, Φαίη ἂν ἴσως, ὦ Σώκρατες, ὑγίεια; τί δ' ἐστὶ μεῖζον ἀγαθὸν ἀνθρώποις ὑγιείας; Vidit, nisi fallit memoria, Heindorfius inducendum esse vocabulum ὑγίεια. In eodem dialogo p. 520 B: δι' ἄγνοιαν τὸ μὲν πέγκαλόν τι οἴει εἶναι, [τὴν ῥητορικήν,] eadem fidelia opus est. In Theaeteto p. 161 E: τὸ δὲ δὴ ἐμὸν καὶ τῆς ἐμῆς τέχνης [τῆς μαιευτικῆς] σιγῶ, quod alibi fortasse ferri poterat, in Theaeteto non potest. Nunc mihi credi potest de interpolatione in Euthydemo p. 272 B: αὐτὼ γὰρ τούτω γέροντε ὄντε ἠρξάσθην τούτης τῆς σοφίας ἧς ἐγὼ ἐπιθυμῶ, [τῆς ἐριστικῆς]. Sed hic habemus etiam aliud indicium expungendum esse nomen artis quam fratres profitebantur. Apud Platonem enim vocatur ea ἀντιλογική, cum ἐριστική non dicatur nisi cum aliqua irrisione et contemtu. Hinc in Philebo 17 A opponuntur inter se διαλεκτικῶς et ἐριστικῶς. In Theaeteto p. 197 A sunt ἀντιλογικοὶ ἄνδρες, qui homines alibi ἐριστικοί et ἀγωνιστικοί dicuntur, a quibus germani philosophi prorsus diversi sunt, ut 164 C. Huc quoque non inepte trahas Sophist. 225 B, sed imprimis luculentum testimonium ipse Plato dicet in Menone 80 E et 75 C. In Isocrate alia res est, nam apud eum ἔρις legitur pro dialectica et eodem modo usurpat ἐρίζειν et ἐριστικός, sicuti Nicocl. 53, 67, Panath. 29 C, alibi; vide Dobraei Advers. I p. 539. Sed ipsi ἐριστικοί volebant ἀντιλογικοί haberi, cf. Antidos. 45.

Ibid. 186C: τοῖς μὲν ἀγαθοῖς καλὸν χαρίζεσθαι καὶ δεῖ κα τοῦτ' ἐστὶν ᾧ ὄνομα τὸ ἰατρικόν. Ludicrum vitium pro καὶ δὴ κα

Ibid. 190B: τὸ δ' ἀμφότερον μετέχον τῆς σελήνης· inutile pondus adhaeret: ὅτι καὶ ἡ σελήνη ἀμφοτέρων μετέχει Sed Iahnius hoc iam vidit.

Ibid. 193A: διῳκίσθημεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὥσπερ Ἀρκάδε ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Hic haereo, nam in eo argument quod omnes novimus, quam stulta est cum Arcadibus compa ratio; minus enim curo Mantineam διοικισθῆναι quindecim anni postquam Socrates cicutam bibisset, nam Plato ubique tempo rum notationes negligit. Fierine potest ut sciolus aliquid ad scripserit de usu verbi διοικίζεσθαι, quod norat ex Xenoph Hell. V 2. 7? Ceterum p. 182B itidem sermo fit de Ionibu ὅσοι ὑπὸ βαρβάροις οἰκοῦσι, quasi dialogus haberi potuit pos pacem Antalcideam.

Ibid. 190E: τὸν Ἀπόλλω ἐκέλευε τό τε πρόσωπον μετασρέφε καὶ τὸ τοῦ αὐχένος ἥμισυ πρὸς τὴν τομήν, ἵνα θεώμενος τὴν αὐτι τμῆσιν κοσμιώτερος εἴη ὁ ἄνθρωπος. Post τομὴν parum elegante τμῆσιν appellat, sed *umbilicum* Aristophanes dicere voluit: πρ τμησιν. Homer. Iliad. Λ 424:

Χερσιδάμαντα δ' ἔπειτα καθ' ἵππων ἀΐξαντα
δουρὶ κατὰ πρότμησιν ὑπ' ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης
νύξεν.

Ibid. 191E: τέως μὲν ἂν παῖδες ὦσιν. Lege: ἕως. In nota i verbum non addam.

Ibid. 192E: ἐθέλω ὑμᾶς συντῆξαι καὶ συμφῦσαι εἰς τὸ αὐτι Diligenter videndum an non praestet quod Bodleianus libe habet: συμφυσῆσαι. Contrarium vitium fortasse obtinet Legg IV 708D, cf. Cobet. *Mnem.* 1874 p. 260 et Rettig. ad nostrum locum p. 216. Item Cornar. ad quartum librum Legum.

Ibid. 193C: εἰ τύχοι εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀπελθὼν Φύσιν. Nonn praestat cum Mehlero scribere ἐπανελθών?

Ibid. 193 E: Ἀγάθων γὰρ καὶ Σωκράτης λοιποί. Supplendum in fine μόνοι. Res pro semet ipsa loquitur. Cf. Rettig. p. 223.

Ibid. 195 E: ᾧτινι ἂν σκληρὸν ἔθος ἐχούσῃ ἐντύχῃ, ἀπέρχεται, ᾧ δ' ἂν μαλακὸν, οἰκίζεται. Legendum: ἐνοικίζεται.

Ibid. 195 E: ἐν μαλακωτάτοις τῶν μαλακωτάτων. Nimium hoc quidem est; rescribam: μαλακοῖς.

Ibid. 196 C: εἴ δ' ἥττους, κρατοῖντ' ἂν ὑπ' Ἔρωτος, ὁ δὲ κρατεῖ. Longum est integrum locum describere, ut appareat quam necessarium sit cum Stobaeo praeferre indicativum: κρατεῖ.

Ibid. 196 D: οὐ γὰρ ἔχει Ἔρωτα Ἄρης ἀλλ' Ἔρως Ἄρη Ἀφροδίτης. Abundat Veneris nomen, nonne?

Ibid. 198 C: οὐχ οἷός τ' ἔσομαι οὐδ' ἐγγὺς τούτων οὐδὲν καλὸν εἰπεῖν. Languet additum illud: οὐδὲν καλόν.

Ibid. 198 C: ἀτεχνῶς τὸ τοῦ Ὁμήρου ἐπεπόνθη· ἐφοβούμην μή μοι τελευτῶν Γοργίου κεφαλὴν .... πέμψας αὐτόν με λίθον τῇ ἀφωνίᾳ ποιήσειε. Qui Γοργίου rescripsit, Socratis iocum optime intellexit, sed quanto salsius erit: Γοργείην! Deinde displicet ἀνυδέτως dici ἐπεπόνθη· ἐφοβούμην· nimirum prius verbum eliminandum est. Vide prorsus eandem corruptelam Rep. VII 516 D, unde necessario paulo plura describenda erunt: δοκεῖς ἂν αὐτὸν ἐπιθυμητικῶς αὐτῶν ἔχειν — ἢ τὸ τοῦ Ὁμήρου ἂν πεπονθέναι καὶ σφόδρα βούλεσθαι ἐπάρουρον ἐόντα θητευέμεν ἄλλῳ ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ καὶ ὁτιοῦν ἂν πεπονθέναι μᾶλλον ἢ ἐκεῖνά τε ἀνέχεσθαι καὶ ἐκείνως ζῆν; Ipse vides quid eiiciendum sit; etenim librarium non fuisse recordatum, quomodo usurpari soleat illud τὸ τοῦ Ὁμήρου. Eadem interpolatio in sequentibus statim recurrit: οὕτως, ἔφη, ἔγωγε οἶμαι πᾶν μᾶλλον πεπονθέναι ἂν ἀνέχεσθαι ἢ ζῆν ἐκείνως.

Ibid. 199 C: Ἀλλὰ παρίημι, Φάναι τὸν Φαῖδρον, ἀλλ' ἐρώτα. Duobus punctis addidis, scriba Bodleianus, ut mihi videtur, voluit indicare non Phaedrum, sed Agathonem iussisse: ἀλλ' ἐρώτα.

Ibid. 203 B: *ἐπιβουλεύουσα παιδίον ποιήσασθαι ἐκ τοῦ Πόρου.* Improprie hoc dictum pro: *παιδοποιήσασθαι.* Hic miror quod Hugius mihi obloquitur.

Ibid. 205 B: *οὐ πάντας ἐρᾶν φαμεν, εἴπερ γε πάντες τῶν αὐτῶν ἐρῶσι καὶ ἀεί*; Itane? Num omnes omnino *eadem* adamant? *Ληρεῖ* bona Diotima; sed contuli p. 207 A: *εἴπερ τοῦ ἀγαθοῦ ἑαυτῷ εἶναι ἀεὶ ἔρως ἐστίν* et p. 205 D: *πᾶσα ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμία* et rescribendum arbitror: *πάντες τῶν ἀγαθῶν ἐρῶσι καὶ ἀεί.* Prorsus idem vitium deturpat Dionys. Halic. Antiqq. XIV 20: *πολλὴν ἀφθονίαν ἁπάντων αὐτῶν ἀνήσει·* vide modo sequens caput: *τῶν πάντων ἔστιν ἀγαθῶν χρῆμα κάλλιστον.*

Ibid. 205 C. Quod Bekkerus pro *ἤδη* correxit, ut esset *ἤ δ' ἤ*, id inde ab Buttmanno fuere qui improbarent et Ludwichius in *Museo Rhenano* 1886 p. 445 itidem assensum cohibuit. Nempe mirantur viri docti quod non nisi unicum illius *ἤ δ' ἤ* exemplum aetatem tulit; exstat tamen alterum apud Cratinum, Athen. X 446 B:

τῇ νυν τόδε πῖθι λαβών, ἤ δ' ἤ, καὶ τοὔνομα μ' εὐθὺς ἐρωτᾷ.

Nam sic locum emendavi et explanare conatus sum *Mnem.* 1880 p. 25. Nempe de Circe narrat Ulysses et poeta, quod ex reliquis fragmentis liquido apparet, immutavit rerum ordinem, qui apud Homerum est.

Ibid. 206 B: *μαντείας δεῖται ὅ τι ποτε λέγεις [καὶ οὐ μανθάνω].* Vides quid suadeam. Cf. Cratyl. 384 A. Tricatur Rettigius p. 282.

Ibid. 206 C: *ἐπειδὰν ἔν τινι ἡλικίᾳ γένωνται.* Satis est dicere: *ἐν ἡλικίᾳ.* Cf. Gorg. 484 C.

Ibid. 205 D: *πᾶσα ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμία καὶ τοῦ εὐδαιμονεῖν ὁ μέγιστός τε καὶ δολερὸς ἔρως παντί.* Madvigius post alios p. 396 rectissime vidit *δολεροῦ* appellationem hinc alienam esse itaque correxit *ὁλόκληρος*, quod mihi quidem non magno opere arridet. Equidem incidi in *κερδαλέος*. Vide plura apud Hugium qui mihi tamen non persuasit.

Ibid. 207 C: τὰ δὲ θηρία τίς αἰτία οὕτως ἐρωτικῶς διατίθεσθαι. Prorsus otiosum est adverbium ἐρωτικῶς.

Contra 209 A necessaria vocula excidit in hisce: εἰσί γὰρ οἳ ἐν ταῖς ψυχαῖς κυοῦσιν ἔτι μᾶλλον ἢ (αἳ) ἐν τοῖς σώμασιν.

Ibid. 209 D. De priscis poetis sermo fit, οἷα ἔκγονα ἑαυτῶν καταλείπουσιν. Nonne requiritur καταλελοίπασιν?

Ibid. 210 A: οὐκ οἶδ' εἰ οἷός τ' ἂν εἴης. Moris est vocula transposita ita dicere: οὐκ οἶδ' ἂν εἰ οἷός τ' εἴης eumque locum addas velim copiis quas Cobetus post Elmsleium et Stallbaumium congessit *Mnem.* 1858 p. 126. Nec magis Cobetus eam locutionem sedulo investigans, ut ipse ait, animum attendit Alcib. I p. 114 B: οὐκ οἶδα εἰ οἷός τ' ἂν εἶην. Alibi dixerim εἰ et ἂν particulas recte copulari: Cratyl. 398 E: οὐδ' εἴ τι οἷός τ' ἂν εἴην εὑρεῖν, οὐ συντείνω. Theaet. 170 C: σκόπει εἰ ἐθέλοι ἄν τις διαμάχεσθαι. Lach. 200 D: ὅρα εἴ τι σοῦ ἂν μᾶλλον ὑπακούοι, ubi obiter dativum σοί redde Platoni. Denique Rep. III 441 C: μηδὲν καινὸν, ἐφ' ἡμῶν οὐ γεγονὸς οὐδ' οἶδ' εἰ γενόμενον ἄν· sed horum locorum diversa ratio est. Dignus est quem conferas Buttmannus ad Menonem p. 66.

Ibid. 211 B: αὐτὸ καθ' αὑτό. Inepte abundat quod adscriptum est: μεθ' αὑτοῦ. Frequentes omnino errores sunt in ea locutione.

Ibid. 212 C: ἐξαίφνης τὴν αὔλειον θύραν κρουομένην πολὺν ψόφον παρασχεῖν ὡς κωμαστῶν. Hic viri docti vitium odorati sunt, sed nondum successit emendatio: nempe legendum est: ὡς (ὑπὸ) κωμαστῶν. Ab nostris moribus res aliena est, sed sic solebant comissabundi iuvenes protervi ictibus crebris quatere amicorum et amicarum ianuas et fenestras. Usus sum, uti video, Horatianis verbis; ante tamen odarium totum relegi et in Bentleii adnotationibus me advertit Meleagri Epigramma:

Νὺξ μακρὴ καὶ χεῖμα —
κἀγὼ πρὸ προθύροις νείσσομαι ὑόμενος.

Primum leve sane est πρὸς προθύροις corrigere: deinde Bentleius intendit recte scribi νεῖσσομαι vel νίσσομαι, cum Scaliger νάσ-

σομαι, Theodorus autem Marcilius κείσομαι perperam substituerint; perhibet enim νίσσομαι significare: *ambulo, versor ante fores*, quod si probabitur, certe πρὸς προθύροις scribi non poterit et aliud erit remedium quaerendum ne praepositio cum tertio casu iungatur. Sed salva res; emenda: πρὸς προθύροις λίσσομαι.

Ibid. 213 B: Σωκράτης οὗτος ἑλλοχῶν αὖ με ἐνταῦθα κατέκεισο; Soloecum est Σωκράτης οὗτος, nonne? Itaque mecum dele proprium nomen. Itidem vitiosum est Σωκράτης οὗτος p. 175 A.

Ibid. 215 C: ἃ γὰρ Ὄλυμπος ηὔλει, Μαρσύου λέγω τούτου διδάξαντος. Commendare ausim: τοῦ διδάξαντος.

Ibid. 215 D: εἶπον ὀμόσας ἂν ὑμῖν οἷα δὴ πέπονθα. Longe malim: ἐπομόσας, sed ipse ultro concedo hoc non esse certissimum.

Ibid. 206 E: διὰ τὸ μεγάλης ὠδῖνος ἀπολύειν τὸν ἔχοντα. Bodleianus codex habet ἀπολαύειν, quod potius ducit ad ἀπαύειν.

Ibid. 212: Alcibiadis verba sunt: νῦν δὲ ἥκω [ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχων τὰς ταινίας], ἵν' ἀπὸ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς τὰς τοῦ σοφωτάτου κεφαλὴν ἀναδήσω. Probabiliter inducenda sunt vocabula quae notavi, desumta, uti apparet, ex iis quae proxime praecedunt: Ἀλκιβιάδην ταινίας ἔχοντα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάνυ πολλάς, de quibus verbis aliam movit dubitationem Herwerdenus in *Lectt. Rheno-Trai.* p. 52.

Ibid. 213 E: φερέτω Ἀγάθων εἴ τι ἐστὶν ἔκπωμα. Est de his verbis Cobeti adnotatio *Mnem.* 1854 p. 318: „Rustici est dicere φερέτω Ἀγάθων· servile hoc ministerium est et multi servuli adstabant: deinde satis imperiosum est φερέτω Ἀγάθων· utrumque vitium ab Alcibiadis et Agathonis persona alienum est." Hucusque vere, sed pergit Cobetus et reponit: ἀλλὰ φέρετ', ὦ Ἀγάθων· festinanter, credo, nam illud φέρετε minime huc quadrat. Verum est in medio positum: ἀλλὰ φερέτω, ὦ Ἀγάθων,

ἴ τι ἐστὶν ἔκπωμα μέγα. Φερέτω· nempe unus ex servulis qui adstabant.

Ibid. 214 A: πῶς οὖν ποιοῦμεν; Nonne praestat coniunctivus ποιῶμεν? Certe post breve intervallum recte ita scribitur.

Ibid. 214 B: ὦ Ἐρυξίμαχε βέλτιστε βελτίστου πατρὸς καὶ σωφρονεστάτου. Hic abesse malim proprium Eryximachi nomen.

Ibid. 215 E. Supplebo: ὁρῶ δὲ καὶ ἄλλους πολλοὺς ταὐτὰ (ταῦτα) πάσχοντας.

Ibid. 217 C. Itidem aliquid deest: συνεγυμναζόμην ὥς τι ἐντεῦθά (γε) περανῶν.

Ibid. 218 B: πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε. Hoc numquam concoquere potui, nec πύλαι πάνυ μεγάλαι decebunt, nisi quis forte asininas aures habeat. Nulla erit offensio si Alcibiades ludicre πύλας παμμεγάλας appellaverit. Cf. *Mnem.* 1876 p. 342. Amat Plato eiusmodi composita: habet Symp. 223 B: κωμαστὰς παμπόλλους, p. 223 B: πίνειν πάμπολυν οἶνον, p. 217 A: θεῖα καὶ χρυσᾶ καὶ πάγκαλα καὶ θαυμαστά, Phaedr. 217 A: δοκεῖ δὲ τοῦτο πάμμεγα εἶναι, vide Theaet. 181 B: παμπαλαίους καὶ πασσόφους ἄνδρας, uti et p. 149 D, unde fortasse corrigendum p. 194 E. Parmen. 164 D invenitur παμμέγεθες, Epist. VIII 354 E πάγκακον, Rep. VII 540 C παγκάλως. Noli credere perinde fere esse utro modo scribas, nam interest aliquid ac multum quidem. Duo potissimum loci hoc tironi commonstrare poterunt: Phileb. 16 C: δηλῶσαι μὲν οὐ πάνυ χαλεπόν, χρῆσθαι δὲ παγχάλεπον et Legg. VIII 829 A: τούτοιν δὲ τὸ μὲν οὐ πάνυ χαλεπόν, τοῦ δὲ μὴ ἀδικεῖσθαι κτήσασθαι δύναμιν παγχάλεπον. Nec vero, ut hoc utar, ταῦροι παμμέλανες vel πάλλευκοι, dici possunt πάνυ μέλανες vel πάνυ λευκοί· hoc facile sentitur. Itaque *Mnem.* 1880 p. 344 Cobetus rectissime correxit πάμπολυ pro πάνυ πολύ Protag. 349 D et 359 A. Eadem medicina, *Mnem.* 1883 p. 11, sanavit Theag. p. 128 A, nec tamen attendit ad p. 130 E, ubi propter p. 130 A itidem πάμπολυ ἐπιδώσεις restituendum est. Praeterea Sophist. 248 B: ὦ

πανάριστοι malo quam ὦ πάντων ἄριστοι. Phaed. 87 A: δοκεῖ γ μοι πᾶσι τούτοις πάνυ πολὺ διαφέρειν· lege: πάμπολυ. P litic. 300 E: μιμοῖντο μέντοι πᾶν κακῶς· lege: παγκάκω Phileb. 27 E corrige πανάγαθον, coll. Prolegom. ad Photiu p. 116. Denique, ut tandem ad Symposion redeam, p. 222 E οὐκ ἐμὲ μόνον ταῦτα πεποίηκεν ἀλλὰ καὶ ἄλλους πάνυ πολλούς praestabit παμπόλλους. Nihil est *ab omni parte* beatum: i quomodo Graece dicendum est? Credo: οὐδὲν πανάγαθον, nam πάνυ ἀγαθά multa sunt.

Ibid. 219 E: στρατεία ἡμῖν ἐγένετο κοινή. Malo fere: κοινῇ.

Ibid. 220 A: τὰς τοῦ χειμῶνος καρτερήσεις· δεινοὶ γὰρ αὐτόθι χειμῶνες. Ultimum vocabulum expunge.

(*Continuabuntur*).

AD ILIAD. H VS. 195—199.

Hos versus Zen. Aristoph. Arist. damnaverunt. vWilamowitz (Hom. Untersuch. p. 244 in ann. 4) vs. 195 retinendum censet A commilitonibus petere Aiacem ut pro se precentur submissa voce, ne audiant Troiani et malis verbis irritas preces faciant alienum non censet; hoc alienum deinceps heroëm mutata mente suis viribus gloriari, deorum auxilium spernere.

Vürtheim (De Aiacis origine, cultu, patria p. 27 sq.) cum Wilamowitzio facit; vs. 196 etiam propterea servari non posse putat, quod post verba ἠὲ καὶ ἀμφαδίην non debuerit sequi id quod nunc sequitur ἐπεὶ οὔ τινα δέδιμεν ἔμπης, sed huiusmodi aliquid: „ἐπεὶ Διὸς οὐκ ἀλεγίζω".

Facile assentirer verba οὔ τινα δέδιμεν ἔμπης aptum sensum non praebere, si cum aliis interpretibus verbum δέδιμεν ad Aiacem solum referrem. Sed simul id referendum puto ad socios quos pro se precari vult, idque non intellexisse eum, qui vss. 197—199 addidit. Hos vss. solos interpolatos censeo. Verba „cum omnino neminem mutuamus", si ita interpretaris ut significent „cum minime metuamus ne hostes sive precibus contrariis sive incantamentis nostras valeant preces irritas reddere", nihil habet vs. 196 quod offendat, imo nativa quadam venustate non caret.

APULEIANA.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN I. F.

(*Continuantur ex Vol.* XXXV *pag.* 113).

Pergam observationes criticas ad Apulei opera pertinentes facere atque ὁμοιότητας [1]), quae editores fugisse videntur, enumerare. Et primum quidem scripturus sum de Floridis, quorum editionem anno MCM. in aedibus Teubneri J. v. d. Vliet in lucem emisit. Sed illam codicum FΦ partem, quae Florida continet, Florentiae propter angustias temporis conferre non potui. Liber autem manu scriptus IV G. 55, quem Neapoli inspexi et pro parte contuli, ad textum constituendum vix quicquam novi affert.

145, 11 parua haec quippe et quamquam paucis percontantibus adorata, ⟨*plerisque*⟩ tamen ignorantibus transcursa.

Editor Batavus inseruit *plerisque*, equidem sequor Rohdium addentem *plurimis*, cui favent haec exempla: Florid. cap. 17 pg. 178, 23 sed nequeo, quin ex plurimis, quae in te meritissimo admiramur, ex his plurimis quin uel paucissima attingam; Apol. c. 40 (ed. Helm 46, 10; v. d. Vliet 52, 8) ut sane sunt plurima cum in aliis omnibus rebus eodem naturae munere in-

1) Investigare locos, quos Apuleius ex antiquioribus poetis solutaeque orationis scriptoribus desumpsit, quantum conferat ad melius cognoscendum Apulei genus dicendi, simul quam magni momenti esse possit ad veras lectiones aut inveniendas aut confirmandas luculente demonstravit P. Thomas v. c. in aureis libellis, quibus est titulus: Remarques critiques sur les oeuvres philosophiques d'Apulée (Bruxelles, Hayez 1898—1905). Hoc imprimis cadit in illud opusculum („Quatrième Série"), quod prodiit anno millesimo nongentesimo ipso: illa enim pars tota versatur in ratione, quae intercedit inter Lucretium et Apuleium.

terspersa atque interminata, tum etiam nonnulla in piscibus; de deo Socr. c. 3 (Goldb. 7, 11) hos namque cunctos deos in sublimi aetheris vertice locatos, ab humana contagione procul discretos plurimi sed non rite venerantur, omnes sed inscie metuunt, pauci sed inpie diffitentur.

146, 13 ac si ad oculos et obtutum istum terrenum *redigas* et hebetem, profecto uerissime poeta egregrius dixit, uelut nebulam nobis ob oculos effusam, nec cernere nos nisi intra lapidis iactum ualere.

Coll. (155, 9) meum uero unumquodque dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis, ad limam et lineam certam *redigitis*, potius scribere velis: si ad oculos et obtutum istum terrenum ⟨*res*⟩ redigas e. q. s. quam *ἀπὸ κοινοῦ* subaudias cum Oudendorpio *nos*. Rohde maluit ⟨*cuncta*⟩ redigas.

Pro Oudendorpio certe non pugnat De Plat. et eius dogm. 1, 7 (Goldb. 68, 23) haec e plurimis elementis ad unum redacta esse.

146, 16 aquila enimvero cum se nubium tenus altissime sublimauit ..... (147, 5) quaerit quorsus potissimum in praedam superne sese ruat fulminis uicem .... cernens unde rostro transfodiat, unde unguibus inuncet uel agnum incuriosum uel leporem meticulosum e. q. s.

Rhetorice augendo Apuleius imaginem, quam Homerus vividis coloribus nobis expinxit, languidiorem reddidit; componas modo Iliad. XXII 308:

ὣμησεν δὲ ϝαλεὶς ὥς τ' αἰετὸς ὑψιπετήεις,
ὅς τ' εἶσιν πεδίονδε διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν
ἀρπάξων ἢ ϝάρν' ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωόν.

148, 16 laudans sese quod erat et coma relicinus et barba squalidus et pectore hirsutus et arte *tibicen* et fortuna egenus: contra Apollinem — ridiculum dictu — aduersis uirtutibus culpabat, quod Apollo [1]) esset et coma intonsus et genis gratus et corpore glabellus et arte multiscius et fortuna opulentus.

1) Nolim cum editore nostro *Apollo* secludere; cf. Helm Philol. Suppl. IX (1904) pg. 516.

Exscripsi totum locum ut dilucide appareret, quam parum ıte substantivum *tibicen*, si genuinum esset, poneretur inter liectiva in *-us* exeuntia. Porro unusquisque intellegit, quam ale *tibicen* et *multiscius*, quam optime cetera adiectiva inter opponantur. Itaque mireris, cur peritissimus verborum artifex ın dederit *unimodus* ac profecto fieri potest, ut *tibicen* suprariptum vel in margine adscriptum in textum irrepserit ipsiusıe auctoris manum expulerit. Illud certe vocabulum scriptor ladaurensis agnoscit: de Plat. et eius dogm. II, 5 (Goldb. 4, 10) unimodam vero esse virtutem, quod bonum suapte atura adminiculo non indiget, perfectum autem quod sit, soliudine debet esse contentum. Prudentius, qui interdum ab Apuleio verba mutuatus est, semel id adhibet in Psychomachia (vs. 767)

Sic quicquid gerimus mentisque et corporis actu,
Spiritus unimodis texat compagibus unus.

At *omnimodus* occurrit Metam. V, 25 (Vl. 112, 29) tunc forte Pan deus rusticus iuxta supercilium amnis sedebat complexus Echo montanam deam eamque uoculas omnimodas edocens recinere. Haec vox lepide circumscribitur Flor. c. 13 (163, 1) sed nim philosophi ratio et oratio tempore iugis est et auditu ıenerabilis et intellectu utilis et modo omnicana [1]).

Adverbium *omnimodis*, quod Apuleius Lucretio debet, praebet roxima pagina (149, 16): Tibicen quidam fuit Antigenidas, mnis uoculae melleus modulator et idem omnimodis peritus nodificator.

Multimodus [2]) denique legitur de Plat. I, 7 (Goldb. 68, 19) uarum substantia multimoda potestatum coitione conficitur.

151, 2 nec (sc. aeque miror) quod apud illos immensi dracones um immanibus elephantis pari periculo in mutuam perniciem oncertant: quippe ⟨*hi*⟩ lubrico uolumine indepti reuinciunt e.q.s.

In rasura supplevit recentissimus editor *hi*, sed praestat forsse scribere: quippe ⟨*qui*⟩ lubrico uolumine indepti reuinciunt

---

1) Addere possis Apol. c. 50 (H. 57, 3; Vl. 64, 7) omnimodis maculationibus.

2) Valde miror Munronem ad Lucret. I 683 annotare: there is no adj. *omnimo-* or *multimodus*, any more than *omnigenus*.

e. q. s., nam *quippe qui* nonnumquam apud Apuleium vix dif a particula causali *quia* vel *quoniam* [1]).

151, 9 sunt apud illos et uaria colentium genera. libent *enim* de miraculis hominum quam naturae disseruerim. est a illos genus, qui nihil amplius quam bubulcitare nouere e.q.

Nihil opus est particula causali, quam v. d. Vliet substi pronomini *ego*, quod codices exhibent, neque cum Krueg mutet quis verborum ordinem; habeatur modo illud enuntiatu libentius *ego* de miraculis hominum quam naturae disserueri pro parenthesi, quae respicit verba (150, 23) non aeque mi e. q. s., quo pertinet etiam (151, 16) hos *ego* maxime admiro

151, 18 non illi norunt *aruum* colere uel *aurum* colare. Similem paronomasiam deprehendimus Lucret. II 1153

haud, ut opinor, enim mortalia saecla superne
aurea de caelo demisit funis in *arua*.

152, 6 hic *alius* se commemorat inter duos arbitrum delectu sanata simultate, reconciliata gratia, purgata suspicione ami ex infensis reddidisse: itidem *alius* sese parentibus quaepi imperantibus oboedisse et *alius* aliquid meditatione sua repperi uel alterius demonstratione didicisse: *denique ceteri commemorc* qui nihil habet adferre cur prandeat, inpransus ad opus fo extruditur.

Post *alius* iteratum in tribus periodi membris, quae des bunt bona facta adulescentium a magistris interrogatorum, m languent verba: denique ceteri commemorant, quae nemo desi rat. Immo illis verbis, quae emblema olent, omittendis sententi Apuleio dignam reddis. Animadvertendum est *commemorare* iectum adsciscere solere, velut infra 157, 10 et 11; 174, 1 et Apol. c. 20 (H. 24, 14; Vl. 29, 4) cet. de deo Socr. c. (Goldb. 16, 21) cet. de Plat. I, 5 (Goldb. 67, 2) cet. (magis suspecta esse debent verba, quae ab Apuleio abiudica esse censui.

---

1) Cf. Apol. c. 20 (Vl. 29, 7) et Indic. pg. 139; praeterea Helm, Phil. l.c pg.

153, 9 eo igitur omnium metu factum, solus Alexander ut ubique imaginum *similis* [1]) esset, utique omnibus statuis et tabulis et toreumatibus [1]) idem uigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris .... cerneretur.

Pro librorum memoria *simus* v. d. Vliet Floridum secutus edidit *similis*, equidem conicio *simillimus* cf. 169, 3 exemplum eius rei paulo secus simillimum memorabo; de Philemone comico; Ammian. Marcell. XVI 1, 4 Traiani simillimus (sc. Iulianus); Verg. Georg. II 131 cet.

153, 22 quae enim facilior res quam linguae rabies et uilitas morum, alterum ex aliorum contemptu, alterum ex sui ⟨*natum*⟩? nam uiliter semet ipsum colere sui contemptus est e. q. s.

Nonne statim ante *nam* excidit *natū* (= natum)? Mihi persuasit, fateor, sententia M. Caesaris epistulae ad Frontonem (Nab. 39, 9): Orationem qua causam nostram defendisti, Faustinae cumfestim ostendam et agam gratias ei, quod mihi talis epistula tua legenda ex isto negotio nata est.

154, 17 qui meliores obtrectare malint quam imitari.

Cum his verbis facile unusquisque comparat, quod Apollodorus operibus suis inscripsit (Plut. de glor. Ath. 2; 346 A) *μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται.*

155, 9 meum uero unumquodque dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis, ad limam et lineam certam redigitis, cum torno et coturno uerum comprobatis.

Ecce altera sententia e Graeco scriptore hausta, nam procul dubio Apuleio ante oculos obversabantur Aristophanis festivissimi versus (Ran. 797 sqq.).

καὶ γὰρ ταλάντῳ μουσικὴ σταθμήσεται
καὶ κανόνας ἐξοίσουσι καὶ πήχεις ἐπῶν
καὶ πλαίσια ξύμπηκτα ....
καὶ διαμέτρους καὶ σφῆνας. ὁ γὰρ Εὐριπίδης
κατ' ἔπος βασανιεῖν φησι τὰς τραγῳδίας.

1) *toreumatis* est in cod. Neap. IV G. 55, qui *fūm'* (= summus) exhibet pro *simus*.

157, 4 habebat amictui pallium candidum, quod superne circumiecerat: id quoque pallium *comperior* ipsius laborem fuisse.

Comperior auctore Goldbachero v. d. Vliet recepit pro codicum scriptura *coptoris*, quae emendatio tantummodo incohata videtur, latet enim fortasse in extremo vocis corruptae *rhetoris*, cf. c. 20 (186, 15) rhetoris eloquentia.

158, 18 enim sic natura *comparatum est*, ut eum quem laudes etiam ames, porro quem ames etiam laudari te ab illo uelis.

Optimo iure pro librorum scriptura *comprobatum* v. d. Vliet cum Bosscha edidit *comparatum*, quae lectio confirmatur loco parallelo Sidonii Apollinaris (Epist. VII 2, 9) pariter et natura comparatum est, ut quibus impendimus studium, praestemus affectum.

160, 14 nec non quinque ceterae uagantium potestates: Iouis benefica .... Martis ignita.

Hic persuasum mihi habeo Apuleium meminisse [1]) Cic. Somn. Scip. § 17 deinde est hominum generi prosperus et salutaris ille fulgor, qui dicitur Iovis; tum rutilus horribilisque terris, quem Martium dicitis.

162, 1 (discit autem statim pullus ....) dum facile os, uti *conformetur* e. q. s.

Iam inde ab Elmenhorstio edi solet *conformetur* pro librorum memoria *confirmetur*. Eodem modo emendatur Schol. Gronov. (Or. 441, 17) semper unusquisque, qui militiam ingreditur, legit aliena facta et ita *formatur* [2]) praeceptis.

163, 10 adeoque *eius* cupiebatur e. q. s.

Hic Graecismus satis defendi videtur Mil. Glor. 962

Qui ingenuis satis responsare nequeas, quae cupiunt tui.

---

1) Cf. P. Thomas (Quatrième Série 1900) pg. 8 Le philosophe de Madaure avait une vaste lecture et une mémoire excellente.

2) Leidensis exhibet *firmatur*; distinctionem correxit Stangl (Woch. f. kl. Phil. 1906. N° 14 pg. 390).

164, 18 ibi donarium deae *perquam* opulentum.
Etiam Apol. c. 63 (H. 71, 9; Vl. 79, 15) perquam impudenti
ndacio, adverbium auget vim positivi; at Met. II, 7 (Vl.
18) tuccetum perquam sapidissimum, auget vim superlativi.
ɜterea altero Metamorphoseon loco revocandum videtur, nempe
5 (Vl. 50, 24) unus denique et manu promptior et corpore
ior his adfatibus et ceteros incitabat 'heus, pueri, *perquam*
bus animis et uiribus alacribus dormientes adgrediamur
s. Hic in F est: puer .. quam, at in Φ pueri inquam,
quam facile abierit lectio primaria nemo non perspicit.

5, 3 pone autem coma prolixior *interlucentem* ceruicem sca-
ɹum finibus obumbrat.
ɜm participium habes Metam. XI, 6 (Vl. 256, 22) Acherontis
ɹris interlucentem. Quod verbum haud scio an restituendum
Metam. VII, 5 (Vl. 145, 20) tunc profectus et paululum
ɒoratus ille producit immanem quendam iuuenem, uti
t pollicitus, nescio an ulli praesentium comparandum —
ɔlane centunculis disparibus et male consarcinatis semiamic-
inter quos pectus et uenter crustata crassitie *interlucebant.*
c codices exhibent *reluctabant*, quod v. d. Vliet et Bluemner
re voluerunt in *relucebant*, Vollgraff in *relucitabant* [1]).
ɪm primo exemplo supra allato conferas quaeso: de deo
c. 3 (Goldb. 8, 3) intellectum huius dei, id quoque in-
m velut in artissimis tenebris rapidissimo coruscamine
n candidum *intermicare.*

5, 15 quod interim canticum uidetur ore tereti semihianti-
n conatu labellis eliquare.
ɜ verbis admonemur de Propertiano illo (Postg. III 29, 13;
Muell. III 29, 5)

hic equidem Phoebo uisus mihi pulcrior ipso
marmoreus tacita carmen hiare lyra.

5, 15 nec his artibus animi expletum mox Chaldaeos atque
Brachmanos — hi sapientes uiri sunt [2]): Indiae gens est —
ɪ ergo Brachmanum gymnosophistas adisse.

---

1) Mnemos. XXXII pg. 254. 2) v. d. Vliet addidit *illa.*

Hunc locum respicit Sidonius Apollinaris scribens Epist. VIII 3, 4 historiam flagitatam tunc recognosces oportune competenterque, si cum Tyaneo nostro nunc ad Caucasum Indumque, nunc ad Aethiopum gymnosophistas Indorumque Bracmanas totus lectioni vacans et ipse quodammodo peregrinere.

168, 4 porro noster Plato nihil ab hac secta uel paululum deuius pythagorissat in plurimis: aeque et ipse in nomen eius ⟨*ut*⟩ a magistris meis adoptarer, utrumque meditationibus academicis didici, et, cum dicto opus est, inpigre dicere, et, cum tacito opus est, libenter tacere.

In scriptura Langobardica *ut* potius excidisse videtur inter *eius* et *a* quam statim post *ipse*, ubi Kruegerum secutus v. d. Vliet coniunctionem inseruit.

Etiam infra (172, 24) edere velim: est enim tantus in studiis, praenobilior ⟨*ut*⟩ sit proprio ingenio quam patricio consulatu. Non ita raro *ut* a primo enuntiati loco removit Apuleius, velut supra (161, 19) imperium magistri ut persentiscat; Apol. c. 88 (H. 97, 2; Vl. 106, 12) quippe ita placuerat, in suburbana uilla potius *ut* coniungeremur cet.

169, 15 nec eo minus et leno *periurus* et amator feruidus et seruulus callidus et amica illudens e. q. s.

Sunt qui nimio studio suffixorum symmetriae scriptori nostro falsas lectiones obtrudant sanasque sollicitent. Non est cur his integrae scripturae *periurus* substituamus *perfidus*, praesertim cum Plaut. Capt. 57 (quem locum scilicet ipse editor citat) legatur: hic neque periurus leno est e. q. s..

In Rudente quoque ad Labracem, hominem eiusdem infamis generis spectant adiectiva (vs. 125)

> ecquem tu hic hominem crispum, incanum videris,
> malum, periurum [1]) e. q. s.

171, 18 et Philemonis ritu compelleret ante letum adire quam lectum, potius *implere fata* quam fanda.

Hic Apuleius Livium videtur imitari scribentem VIII 6, 11 placuit ..... simul ut, si extis eadem, quae in somnio visa fuerant, portenderentur, alteruter consulum fata inpleret.

1) Cf. etiam Rud. 360, 722, 1375.

175, 9 igitur, quod difficile factu erat quodque re uera arduum
ı ⟨*inmerito*⟩ existimabatur: gratum esse populo, placere
ini, probari magistratibus et principibus; id .... iam quo-
amodo mihi obtigit.

Von *inmerito* post *re uera*, quod antecedit, satis languidum
, praeterea *inmerito* nisi perraro apud Apuleium non legitur.
ipectaveris *non modice* vel simile quid. Illud certe commen-
t Apol. c. 23 (H. 27, 6; Vl. 31, 24) modice imminutum;
l. c. 50 (H. 57, 15; Vl. 64, 19) modice angit; de deo Socr.
3 (Goldb. 8, 1) vel modice conprehendi; de Plat. II, 3 (Goldb.
19) modice temperatum.

.75, 19 quin etiam tibi, nobilitas senatorum, claritudo ci-
m, dignitas amicorum, mox ad dedicationem statuae meae
o etiam conscripto plenius gratias *canam* ⟨*tena*⟩*cique* libro
ndabo, uti per omnis prouincias e. q. s.

Gratias *canam* nihil habet quod offendat, ut elucet ex hisce
bis (187, 3) *canit* enim Empedocles carmina, Plato dialogos,
rates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon historias, Xe-
rates satiras et (172, 3) An non properandum mihi erat, ut
eo honore uobis multas *gratias dicerem* e. q. s. Quamobrem
audio Novákium [1]) *gratias agam* proponentem. Verum cum
viro doctissimo editoris coniecturam *tenaci* improbo. Quid
nendum erit? Equidem sumo primum similitudine littera-
ı *a* et *t* in scriptura Langobardica librarium esse lapsum,
ıde *c* et *l* confudisse, ita ut dederit *canāciq;* pro *canātaliq;*
nge ergo: plenius gratias canam *talique* libro mandabo e. q. s.
efero *tali* vocabulo *ei* cl. 159, 26 ut medius fidius admirabi-
esset in iuuene quam in te parta laus, nisi *eam* tu *talem*
idisses; de deo Socr. c. 23 (Goldb. 26, 1) sat Euphroni avo
iae est, qui *talis* fuit, ut eius nepotem non puderet cet.

30, 8 sed uerum est profecto, *qui aiunt*, nihil quicquam
ini tam prosperum diuinitus datum, quin ei tamen admix-
sit aliquid difficultatis.

puleius ipse nos monere videtur, ut scribamus cum Bosscha

---

[1]) Quaestiones Apuleianae, pg. 85. Praeterea Oudendorpio praeeunte Novák scribit quam lectionem Helm quoque probavit (Philol. l. c. pg. 578).

aliisque *quod aiunt.* Invenimus enim Metam. II, 7 (Vl. 27, 12): Haec mecum ipse disputans fores Milonis accedo et quod aiunt pedibus in sententiam meam uado; ibid. VII, 16 (Vl. 153, 21): Talibus aerumnis edomitum nouis Fortuna saeua tradidit cruciatibus, scilicet ut, quod aiunt, domi forisque fortibus factis adoriae plenae gloriarer. Meminimus *qui* et *quod* compendiose scripta saepe confundi.

Contra recte se habet Apol. c. 40 (H. 47, 6; Vl. 53, 15) more hoc et instituto magistrorum meorum, *qui aiunt* hominem liberum et magnificum debere ..... in primori fronte animum gestare.

182, 21 cui scilicet multo *tanta* praestat illa altera merces quam Thalem memorant *suasisse.*

De *multo tanta* egi ad Metam. 238, 16 (cf. Vol. XXXV pg. 92); item praeter necessitatem editor scribit: Thali memorant suffecisse.

184, 3 qui (sc. Aesculapius) arcem nostrae Carthaginis inhabitabili numine propitius *respicit.*

Si Apuleius re vera dedit *respicit* [1]), in mente habuit, opinor, Carm. Saecul. vs. 65 si Palatinas videt aequus aras [2]) e. q. s.

188, 12 Crates ille Diogenis sectator, *qui* ut lar familiaris apud homines aetatis suae Athenis est: ⟨*ei*⟩ nulla domus unquam clausa erat, nec erat patris familias tam absconditum secretum quin e. q. s.

Retinui *qui*, quod v. d. Vliet seclusit, sed *ei* statim post sententiam relativam inserui. Eiusmodi enim periodis Florida abundant, velut (152, 14) Alexandro illi, longe omnium excellentissimo regi, cui ex rebus actis ..... *eius* igitur Alexandri e. q. 150, 14 Indi, gens populosa cultoribus et finibus maxima ... eorum igitur Indorum e. q. s. [3]). Primum locum *ei* obtinet etiam in apodosi huius sententiae: (148, 1) quod si quis uidebatur paulo largius in arte promouisse, *ei* quoque tamen mos fuit una tibia uelut una tuba personare, cet.

1) Cum ed. Romana v. d. Vliet recepit *respicit* pro *strepit.*

2) Alii malunt *arces*, quod fortasse Apuleius quoque in suo exemplari inuenerat.

3) De hac re in universum conferatur Helm l. c. pg. 518.

JOHANNIS JACOBI REISKII
ANIMADVERSIONES AD ARRIANI ANABASIN

EDIDIT

A. G. ROOS.

ense Februario anni 1907 Henricus Schenkl v. c., qui ovisset me novam scriptorum Arriani editionem parare, annis Jacobi Reiskii ad huius auctoris Anabasin et am adversaria partim a se partim a patre suo Carolo ex grapho Reiskiano, quod nunc Hauniae in Bibliotheca Regia tur, olim descripta ultro mihi dono misit et liberalissime isit ut iis uterer prout maxime e re videretur. Pro quo io beneficio viro ceteroquin de bonis litteris meritissimo hoc loco gratias quam maximas ago. At paucis hebdobus antequam schedas Reiskianas accepi, prius volumen onis meae Alexandri Magni expeditionem continens iam in n prodierat, quam ob rem et Schenklio et me invitis ac- ut in ea expolienda animadversionibus summi philologi non potuerim. Cum vero cognovissem eas bonae frugis as esse et dignas quae etiam nunc cum viris doctis comicarentur, a Mnemosynes nostratis rectoribus impetravi, ut altem quae Reiskius ad Anabasin adnotavisset hic in lucem errem, elucubrationibus eius in Indicam, quam una cum ris Arriani scriptis minoribus et deperditorum fragmentis urus sum, ad tempus sepositis. Non omnia tamen, sicut a kii manu profecta essent, integra mihi edenda esse in ani- n induxi. Primum secludendae erant coniecturae iis locis

propositae, qui in veteribus editionibus depravati circumferebantur, nunc vero e codicibus melioribus, qui postea innotuerunt, in integrum restituti sunt. Lubet vero commemorare non minus sexaginta Anabaseos locis eum id ipsum reponi iussisse, quod iam e codicibus scimus Arrianum re vera scripsisse: spissa profecto emendationum messis, qua denuo egregium illud Reiskii acumen comprobatur. Deinde magnam partem eos locos seclusi a Reiskio minus feliciter tentatos, qui postea ab aliis evidentissime sanati sunt, et eas coniecturas, quas prorsus falsas esse mihi persuasi, postremo pericopas nonnunquam longiores, quibus auctoris verba explanavit vel latine vertit. In quo delectu faciendo eorum quae proferrem et quae silentio premerem in illam quam in hanc partem peccare malui, ita ut confidenter sperem nihil, quod etiam nunc scitu dignum sit, me omisisse. Emendationes easque non paucas, in quas post Reiskium alii viri docti incidissent, commemorandas esse putavi.

De Reiskii [1]) studiis Arrianeis pauca scimus. Anno 1738 cum viginti duos annos natus studiorum praecipue Arabicorum gratia Lipsia Lugdunum Batavorum peregrinaretur, Luneburgi Georgius Raphelius pastor ecclesiae Luneburgensis ei commenta sua in Arrianum tum nondum in lucem prolata ostendit [2]). Leidae degens etiam Arriano operam navasse videtur, nam in epistola ad Valckenaerium d. 16 m. Iulii a. 1745 data de adversariis suis in nonnullos auctores Graecos edendis agens ita scribit: „caetera in Arrianum, Libanium et Themistium caeteros minorum gentium deos alii tempori reservabo" [3]), quamquam fortasse hoc loco Arriani Epictetea in animo habuit [4]). Editio Raphelii tandem anno 1757 in lucem prolata Reiskio causa videtur fuisse

1) De eius vita ac scriptis copiose egit Ricardus Foerster in operis, cui titulus *Allgemeine Deutsche Biographie*, volumine XXVIII.

2) Cf. *D. Johann Jacob Reiskens von ihm selbst aufgesetzte Lebensbeschreibung* (Lipsiae 1783), p. 18: *„Zu Lueneburg besuchte ich den Herrn Raphelius, der mir seine damals noch ungedruckte Arbeit ueber den Arrianus wies."* (vide etiam p. sequ. adn. 1.) Recensio Raphelii iam anno 1709 absoluta post eius mortem demum anno 1757 intercedente eius genero Conr. Arn. Schmidio Amstelaedami apud Wetstenium prodiit, cf. Jacobi Wetstenii Praefatio ad hanc editionem p. x.

3) Cf. *Johann Jacob Reiske's Briefe herausgeg. von Richard Foerster* (Lipsiae 1897) p. 146.

4) Cf. *Briefe* p. 179 et 561.

denuo Arriani Anabasi et Indicae se applicaret [1]), nam ani-
versionibus suis in hunc auctorem praescripsit: „Ad Arriani
m Alexandri ex editione Wetsteniana cum commentariis
helii, coeptae d. 21 Julii 1757." Intra sex hebdomadum
ium iis ad finem perductis hanc subscriptionem addidit: „ab-
i adspirante deo d. 29 Aug. 1757. Indica tantummodo semel
ioc diei legi, et satis quidem ἡμελημένως. Quare necesse est
n eo libello multa corrupta praeterierim intacta. Reliquos
ɔm libros superiores majore cura et ter vel quater perlegi."
ıae commenta edere per iniquitatem temporum ei non licuit.
enim inde ab anno 1757 ad 1766 Animadversionum ad
ɔres graecos partes quinque suo sumtu magno cum rei
detrimento in lucem emisisset, quominus cetera multa
excogitasset, inter quae etiam Arrianea, publicaret inopia
ɛdivit. Quanti autem adversaria sua fecerit et quam vehe-
ter speraverit fore ut saltem post mortem suam prodirent,
:is et epistularum et vitae enarrationis locis diserte professus
). Cum anno 1774 e vita excessisset, manuscripta eius in-
Hauniam in bibliothecam Suhmianam, deinde in Biblio-
am Regiam devenerunt.

ɛquuntur nunc Reiskii animadversiones in Arriani Anabasin,
editae ut supra edisserui. Lemmata pleraque addidi vel
liavi, praeterea in paginarum calcibus pauca, praesertim si
coniectura post Reiskium ab alio quodam proposita esset,
ɔtavi. Ad singulos locos indicandos Reiskius paginas et ver-

---

[1] In epistola d. 26 m. Maii a. 1754 Lipsiae ad Joh. Steph. Bernard Amstelo-
ɛnsem data ita scribit: „Arriani libros de Exped. Alex. M. cum Raphelii com-
tario excudi non illibenter audio. Vidi illum commentarium penes ipsum aucto-
ante 16 annos Luneburgi, credoque bonae frugis in suo genere, quamvis non
ɛi gustus sit, esse. Bene callebat ille vir Graece, et erat sedulus in exponendis
ɔrum et phrasium viribus atque significationibus." *Briefe* p. 527.

[2]) Cf. *Lebensbeschreibung* p. 70 „*Ich wollte noch einmal so ruhig aus der Welt*
ɛ, wenn ich meine Animadversiones *insgesammt gedruckt söhe, denn sie sind meine*
ɛ Schrift, die ich jemals verfertigt habe. Sie sind flos ingenii mei, *wenn man*
ɛrn meinem ingenio *nicht* omnem florem *abspricht,*" et p. 72 „*Das Schicksal mei-*
noch ungedruckten Anmerkungen zu diesen Autoren steht in Gottes Hand; zu
ı ich das gute Vertrauen habe, er werde nicht geschehen lassen, dass sie fuer mich
l fuer das Publicum verloren gehen," et quae sequuntur. Vide etiam quae a. 1756
Wesselingium scribit, *Briefe* p. 561.

sus editionis Raphelianae indicaverat, ego singulorum librorum, capitum, paragraphorum mentioni paginas et versus editionis meae ascripsi. Uncis lunatis ea saepsi, quae praeter codicum fidem supplenda sunt, quadratis vero, quae expungenda.

AD LIBRUM PRIMUM.

1, 2 p. 2, 19 *στρατιᾶς*] mallem *στρατείας* [1]).

1, 6 p. 3, 18 *τὸν στόλον* aberravit a sede sua et revocari debet in vs. 17 post *πρόσω* [2]).

1, 7 p. 3, 21 s. *ἐν νῷ εἶχον ἐπαφιέναι ἀνιοῦσιν ᾗ ἀποτομώτατον τοῦ ὄρους ἐπὶ τὴν Φάλαγγα τῶν Μακεδόνων τὰς ἀμάξας*] aut *ᾗ ἀποτομώτατον ἦν τὸ ὄρος* legendum, aut *ᾗ τὸ ἀποτομώτατον ἦν τοῦ ὄρους*, aut *ἀνιοῦσιν ἀπ' ἀποτομωτάτων τοῦ ὄρους*.

1, 8 p. 4, 12 *κατὰ τὸ εἰκὸς*] fortasse *κατὰ τὸ εἶκον*: *ibi, ubi nihil resisteret.*

2, 4 p. 6, 5 s. (*Ἀλέξανδρος*) *τοὺς τοξότας δὲ καὶ τοὺς σφενδονήτας προεκθέοντας ἐκέλευσεν ἐκτοξεύειν τε καὶ σφενδονᾶν ἐς τοὺς βαρβάρους, εἴ πως προκαλέσαιτο αὐτοὺς ἐς τὰ ψιλὰ ἐκ τοῦ νάπους*] non improbo vulgatam, quae ad Alexandrum referri potest, mallem tamen *προκαλέσαιντο*, ut ad iaculatores et funditores redeat.

2, 6 p. 6, 22 s. (*ὡς*) *οἱ ἱππεῖς οὐκ ἀκοντισμῷ ἔτι, ἀλλ' αὐτῇς τοῖς ἵπποις ὠθοῦντες ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ προσέπιπτον*] potest *προσέπιπτον* ad *ἀκοντισμῷ* quoque referri, mallem tamen post *ἔτι* additum habere *ἐχρῶντο*.

5, 2 p. 10, 11 *ὅτι μὲν*] leg. *ἔτι μὲν* [3]).

6, 5 p. 14, 1 s. *Ἀλέξανδρος δὲ λόφον τινὰς κατέχοντας ἰδὼν οὐ πολλοὺς τῶν πολεμίων*] leg. *τινὰ*: *collem aliquem* [4]).

7, 9 s. p. 18, 6 ss. (*Ἀλέξανδρος*) *ἐστρατοπέδευσεν οὐ πολὺ ἀπέχων τῆς Καδμείας, ὥστε ἐγγὺς εἶναι ὠφέλειαν τῶν Μακεδόνων τοῖς τὴν Καδμείαν ἔχουσιν. οἱ γὰρ Θηβαῖοι τὴν Καδμείαν διπλῇ χάρακι ἐφρούρουν ἀποτειχίσαντες, ὡς μήτε ἔξωθέν τινα τοῖς ἐγκατειλημμένοις δύνασθαι ἐπωφελεῖν, μήτε αὐτοὺς ἐκθέοντας βλάπτε*

1) Idem voluit Schmieder. 2) Idem proposuit Schneider.
3) Idem coniecerunt Pflugk et Sintenis, *ἤδη μὲν* ego, *τὸ μέν τι* Polak.
4) Idem prop. Krueger.

τι σΦᾶς, ὁπότε τοῖς ἔξω πολεμίοις προσΦέροιντο] aut delendum ὠΦέλειαν aut leg. εἶναι ⟨οὐδεμίαν δυνάμενον παρέχειν⟩ ὠΦέλειαν.

9, 1 p. 20, 22 πάθος τοῦτο Ἑλληνικόν] fortasse ⟨οὐχ⟩ Ἑλληνικόν: *Graecis indignum et ignominiosum*, cf. § 6 p. 22, 20.

9, 4 p. 21, 21 τῷ πλήθει τῶν τε ἀπολομένων] leg. τῶν τότε ἀπολομένων [1]).

9, 7 p. 22, 15 (ὁ τῆς πόλεως ἀνδραποδισμὸς) ἐς μῆνιν τὴν ἀπὸ τοῦ θείου ἀνηνέχθη] leg. ἐς μῆνίν τιν' ἀπὸ τοῦ θείου: *iram aliquam.*

11, 7 p. 26, 22 s. ὅθεν τε ἐστάλη ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ ὅπου ἐξέβη τῆς Ἀσίας] fortasse ἐπέβη.

12, 5, p. 29, 1 οὐκ ἀπαξιῶ ἐμαυτὸν τῶν πρώτων ἐν τῇ Φωνῇ τῇ Ἑλλάδι] τῶν πρώτων, subaudi μερῶν; mallem tamen τῶν πρωτείων [2]).

13, 3 p. 31, 8 (τοὺς πολεμίους) πολὺ τῶν πεζῶν λειπομένους] τῶν πεζῶν, subaudi ἡμετέρων, sed mallem τῷ πεζῷ, scil. στρατῷ [3]).

13, 4 p. 31, 14 s. (οὐχ οἷόν τε ἐν μετώπῳ διὰ τοῦ ποταμοῦ ἄγειν τὸν στρατόν) πολλὰ μὲν γὰρ αὐτοῦ ὁρᾶται βαθέα, αἱ δὲ ὄχθαι αὗται ὁρᾷς ὅτι ὑπερύψηλοι καὶ κρημνώδεις εἰσὶν αἳ αὐτῶν] ὁρᾶται non valde placet. Si bene habeat erit pro τῇ ὁράσει δοκεῖ, mallem tamen Φωρᾶται: *deprehenduntur.* Dicitur Φωρᾶν de re, quam talem deprehendis, qualem et nolles esse neque sperabas ita futuram. Deinde mallem quoque αἱ δὲ ὄχθαι, αὐτὸς ὁρᾷς: *ipsemet vides.* Et fortasse legendum αἱ ⟨πολλαὶ⟩ vel ⟨πλεῖσται⟩ αὐτῶν, aut αἱ ⟨ἐκβάσεις⟩ vel ⟨ἄνοδοι⟩ αὐτῶν.

13, 5 p. 31, 18 s. τὸ πρῶτον σΦάλμα ἔς τε τὰ παρόντα χαλεπὸν καὶ κτλ.] leg. σΦάλμα ⟨ἔσται⟩ ἔς τε τὰ παρόντα κτλ.

13, 6 p. 31, 23 s. οὕτω τῷ ὀνόματι τὸν Γράνικον ἐκΦαυλίσας] leg. τούτῳ τῷ ὀνόματι.

13, 7 p. 32, 1 s. ἀναθαρρήσειν τε δοκῶ τοὺς Πέρσας ἀξιομάχους Μακεδόσιν ὄντας] leg. τοὺς Πέρσας ⟨ὡς⟩ ἀξιομάχους [4]).

14, 4 p. 33, 7 s. κατὰ τὸ εὐώνυμον μὲν σΦῶν ἐπέχοντα] μὲν delendum ut repetitum e fine vocabuli proximi [5]).

14, 7 p. 33, 24 s. ἐμβαίνει ἐς τὸν πόρον, λοξὴν ἀεὶ παρατείνων

---

1) τε del. Ellendt, τῶν τε ἀπολομένων ⟨καὶ τῶν ἁλόντων⟩ conieci.
2) Idem proposuit Cobet, *Nov. Lect.* p. 468.
3) Idem restituit Krueger.
4) Idem supplevit Schneider.
5) Idem del. Ellendt.

τὴν τάξιν, ᾗ παρεῖλκε τὸ ῥεῦμα] leg. ᾗ παρεῖκε: *qua cedebat flumen* [1]).

16, 2 p. 36, 17 s. (τῶν μισθοφόρων τὸ στῖφος) ᾗ τὸ πρῶτον ἐτάχθη, ἐκπλήξει μᾶλλόν τι τοῦ παραλόγου ἢ λογισμῷ βεβαίῳ ἔμενεν] aut βέβαιον aut βεβαίως.

16, 5 p. 37, 12 s. τούτους ἔθαψεν Ἀλέξανδρος ξὺν τοῖς ὅπλοις τε καὶ ἄλλῳ κόσμῳ] leg. καὶ ⟨τῷ⟩ ἄλλῳ κόσμῳ [1]).

17, 4 p. 38, 22 s. Σαρδιανοὺς δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Λυδοὺς τοῖς νόμοις τε τοῖς πάλαι Λυδῶν χρῆσθαι ἔδωκεν καὶ ἐλευθέρους εἶναι ἀφῆκεν] leg. Σαρδιανοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις Λυδοῖς νόμοις τε τοῖς πάλαι Λυδῶν κτλ.

18, 4 p. 41, 14 s. (Ἡγησίστρατος) πρόσθεν γράμματα παρ' Ἀλέξανδρον ἔπεμπεν ἐνδιδοὺς τὴν Μίλητον· τότε δὲ] leg. πρόσθεν ⟨μὲν⟩ [2]).

18, 8 p. 42, 20 ss. (Ἀλέξανδρος ἔφη) ἡττηθεῖσι τῇ ναυμαχίᾳ οὐ μικρὰν τὴν βλάβην ἔσεσθαι ἐς τοῦ πολέμου τὴν πρώτην δόξαν, τά τε ἄλλα καὶ τοὺς Ἕλληνας νεωτεριεῖν] leg. τά τε ⟨γὰρ⟩ ἄλλα, scil. συμβήσεσθαι vel δεῖν ὑπολογίζεσθαι.

19, 2 p. 43, 12 s. προσῆγε τὴν στρατιὰν ὡς ἐπιβησομένους ᾗ κατερήριπτο ἢ ἐσεσάλευτο τὸ τεῖχος] leg. ἐπιβησόμενος.

22, 6 p. 51, 13 s. ὁ πλεῖστος δὲ φόνος περὶ ταῖς πύλαις αὐταῖς ξυνέβη] leg. αὐτοῖς *ipsis*, Milesiis puta.

22, 7 p. 51, 24 ss. (ἀπέθανον) Πτολεμαῖός τε ὁ σωματοφύλαξ καὶ Κλέαρχος ὁ τοξάρχης καὶ Ἀδδαῖος χιλιάρχης] leg. Ἀδδαίου ⟨ὁ⟩ χιλιάρχης [3]).

23, 5 p. 52, 24 ἤδη τε ἠὼς ὑπέφαινε καὶ κτλ.] leg. ἤδη ⟨δὲ⟩ ἦ τε ἠὼς.

29, 4 p. 63, 27 s. καὶ οἱ νεόγαμοι δὲ οἱ ἐπὶ Μακεδονίας σταλέντες εἰς Γόρδιον ἦκον] leg. ἀπὸ vel ἐκ Μακεδονίας.

AD LIBRUM SECUNDUM.

1, 2 p. 65, 11 ss. (Memnon Mitylenam obsidebat) καὶ μέρος μέν τι τῶν νεῶν τὸν λιμένα αὐτῶν ἐφύλασσε, τὰς δὲ ἐπὶ τὴν ἄκραν τῆς Λέσβου τὸ Σίγριον ... ἀποκλείσας τὸν παράπλουν ἐν φυλακῇ εἶχεν] pro αὐτῶν leg. αὐτῷ *ipsi*, hoc est eius in gratiam

1) Idem proposuit Krueger.
2) Idem suppl. Sintenis.
3) Idem suppl. Schmieder.

eius iussu atque loco ipso absente [1]), et pro ἀποκλείσας leg. ·οστείλας [2]); quodsi autem ἀποκλείσας servetur, necesse est ullo ante legi ταῖς δὲ (scil. ναυσὶ) τὴν ἄκραν ... ἀποκλείσας: *rte vero alia navium praecingens et intercipiens promontorium :sbi.*

4, 2 p. 70, 13 s. (Ἀλέξανδρος) ξύμπασαν τὴν ἐντὸς Ἅλυος πο-:μοῦ προσηγάγετο καὶ ἔτι ὑπὲρ τὸν Ἅλυν πολλὴν] leg. ἔτι ⟨τῆς⟩ ·ὲρ τὸν Ἅλυν.

5, 4 p. 73, 12 αἰνισσόμενος] fortasse αἰνισσόμενα, ut ad ἔπη deat.

6, 5 p. 75, 27 ss. καταπατήσειν τε τῷ ἵππῳ τῶν Μακεδόνων ιν στρατιὰν ἄλλος ἄλλοθεν αὐτῷ (scil. Δαρείῳ) ἐπαίροντες ἔλε-ν [3])] leg. αὐτὸν: *eum inflantes vana spe fastuque hostis.*

7, 3 p. 77, 11 ὅτι delendum [4]).

8, 9 p. 81, 2 τοὺς δὲ ἐκ Πελοποννήσου καὶ τὸ ἄλλο τὸ συμμα-ικὸν] alterum τὸ delendum.

9, 2 p. 82, 1 s. (τοὺς δὲ) πρὸς τὸ ὄρος τὸ κατὰ νώτου ἔταξεν, ττε κατὰ τὸ δεξιὸν αὐτῷ τῆς Φάλαγγος ἐς δύο κέρατα διέχουσαν :τάχθαι] ad διέχουσαν subaudi αὐτὴν, scil. τὴν Φάλαγγα; pla-or tamen foret oratio, si hoc ipsum, τὴν Φάλαγγα puta, pro ἰς Φάλαγγος substitueretur [5]).

11, 3 p. 85, 6 (οἱ ἵπποι) ἐκακοπάθουν βαρέως ὡπλισμένους τοὺς ιβάτας σΦῶν Φέροντες] leg. ἀμβάτας, hoc est ἀναβάτας, it ἐπιβάτας [6]).

14, 3 p. 92, 2 (Δαρεῖος ἔΦη) τούτου ἕνεκα καταβῆναι αὐτὸς ὴν χώραν ἀμύνων] ἀμυνῶν in futuro an ἀμύνων legas perinde st, sed τῇ χώρᾳ semper legendum [7]).

14, 9 p. 93, 23 ss. (Alexander in epistola ad Dareum:) εἰ ἀντιλέγεις περὶ τῆς βασιλείας, ὑπομείνας ἔτι ἀγώνισαι περὶ ὑτῆς καὶ μὴ Φεῦγε] fortasse ὑπομείνας ἔτι ⟨τι⟩, *adhuc aliquid*, aut ἔτι ⟨ὀλίγον τι⟩.

16, 1 p. 95, 18 (Σεμέλη) ἐξ ἧς καὶ ὁ τοῦ Διὸς Διόνυσος γί-γνεται] fortasse ἐξ ἧς καὶ τοῦ Διὸς ὁ ⟨Θηβαίων⟩ Διόνυσος γίγνεται.

---

1) Idem prop. Sintenis. 2) Idem coni. Krueger.
3) ἐπίλεγον cod., corr. Vulcanius.
4) Idem del. Krueger, ὅτι <μάλιστα> Polak.
5) Idem restituit Schmieder. 6) ἀμβάτας reposuit etiam Schneider.
7) τῇ χώρᾳ ἀμυνῶν etiam Krueger proposuit.

16, 7 p. 97, 1 leg. τούτῳ ⟨δὴ⟩ τῷ Ἡρακλεῖ.

17, 1 p. 97, 15 s. ὑπολειπομένους αὐτήν τε ὀπίσω τὴν τῶν Τυρίων πόλιν ἀμφίβολον καὶ κτλ.] pro αὐτὴν mallem ταύτην.

20, 10 p. 104, 20 κατὰ τὸν λιμένα τὸν ἐκ Σιδῶνος φέροντα] leg. ἐπὶ, et sic quoque corrigo II 24, 1 (p. 110, 23).

21, 3 p. 105, 9 ss. καὶ εἴ πῃ ἄλλῃ αἱ μηχαναὶ προσήγοντο, βέλεσί τε ἠμύνοντο (scil. οἱ Τύριοι) καὶ πυρφόροις οἵστοῖς ἔβαλλον αὐτὰς τὰς ναῦς] leg. αὐτὰς (scil. τὰς μηχανὰς) ⟨καὶ⟩ τὰς ναῦς.

21, 9 p. 106, 24 τοῖς εὐοπλοτάτοις καὶ ἅμα εὐθαρσεστάτοις] leg. τοῖς εὐοπλοτάτοις ἅμα καὶ εὐθαρσεστάτοις.

22, 4 p. 108, 4 σημείοις ἄλλοις καὶ ἄλλοις ἐπεκάλουν ἐς τὴν ἀναχώρησιν] leg. ἀπεκάλουν.

23, 4 p. 110, 5 (Ἀλέξανδρος) τοῦ τε ἔργου αὐτοῦ καρτερῶς ἀπτόμενος καὶ θεατὴς τῶν ἄλλων] aut αὐτὸς leg. [1]) aut ⟨δι'⟩ αὐτοῦ.

27, 3 p. 115, 16 αὐτὸς μὲν τὸ τραῦμα ἐθεραπεύετο χαλεπῶς] mallem αὐτῷ.

AD LIBRUM TERTIUM.

2, 2 p. 118, 25 μὲν delendum [2]).

2, 5 p. 119, 16 ὅσοι τῆς ἀποστάσεως τῆς Χίων ξυνεπελάβοντο] aut τῇ Χίῳ leg. aut τοῖς Χίοις.

9, 3 p. 131, 1 ss. (Ἀλέξανδρος) ἐβουλεύετο, εἰ αὐτόθεν ἐπάγοι ἤδη τὴν Φάλαγγα, ... ἢ καθάπερ Παρμενίωνι [καλῶς] ἐδόκει, τότε μὲν αὐτοῦ καταστρατοπεδεύειν, κατασκέψασθαι δὲ τὸν χῶρον ξύμπαντα, εἰ δή τι ὕποπτον αὐτοῦ ἢ ἄπορον, ἢ εἴ πῃ τάφροι ἢ σκόλοπες καταπεπηγότες ἀφανεῖς] post καταστρατοπεδεύειν deest δέοι, et legendum εἰ δή τι ὕποπτον αὐτοῦ ἢ ἄπορον ⟨εἴη⟩, ἢ εἴ πῃ κτλ.

15, 7 p. 142, 11 τοῦτο τέλος τῇ μάχῃ ταύτῃ ἐγένετο] leg. τοῦτο ⟨τὸ⟩ τέλος [3]).

16, 5 p. 143, 22 ss. ὅσα ἐδόκει Χαλδαίοις ἀμφὶ τὰ ἱερὰ τὰ ἐν Βαβυλῶνι ἔπραξε (scil. Ἀλέξανδρος), τά τε ἄλλα καὶ τῷ Βήλῳ καθ' ἃ ἐκεῖνοι ἐξηγοῦντο ἔθυσεν] leg. καὶ τῷ Βήλῳ, ⟨ᾧ⟩ καθ' ἃ ἐκεῖνοι κτλ.

---

1) Idem coni. Pflugk.
2) Idem del. Krueger.
3) Idem suppl. Ellendt.

144, 12 s. *ὅστις δὲ μεμύηται ταῖν θεαῖν ἐν Ἐλευσῖνι, Διὸς Κτησίου βωμὸν ἐπὶ τοῦ δαπέδου ὄντα*] fortasse ⟨*τὸν*⟩ *ἐπὶ τοῦ δαπέδου ὄντα.*

147, 17 ss. (*Ἀλέξανδρος*) *προστάττει αὐτῷ* (scil. *Κραδὰν ἐκπεριελήλυθότα αὐτὸν αἴσθηται καὶ προσάγοντα ἤδη τοῦ τείχους τῶν Περσῶν* (*αἰσθήσεσθαι δὲ οὐ χαλεπῶς, σημαίνουσι αὐτῷ τὰς σάλπιγγας*), *τότε δὲ προσβαλεῖν τῷ τείχει*] *σημανεῖν* in futuro et *τότε δὴ* [1]).

148, 4 *πρὶν Φάους* dictio suspecta; num *πρὸ Φάους* [2]), aut *πρὶν Φάος* ⟨*γενέσθαι*⟩.

156, 17 *Φυγάς τε ἐκ τούτου τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς πλανώμενος*] *ταχόσε*⟩ *πλανώμενος* vel ⟨*μακρὰν ἀπο*⟩*πλανώμενος.*

156, 23 *τῶν παίδων ... τροφή τε Ἀλεξάνδρου καὶ* leg. ⟨*ὑπ᾽*⟩ *Ἀλεξάνδρου* [3]).

160, 25 *ἐκεῖθεν δὲ* (scil. *ἦγεν*) *ἐπὶ τὰ τῆς Ἀρείας ὅρια καὶ τὸ ὅλιν τῆς Ἀρείας*] fortasse ⟨*μεγίστην*⟩ *πόλιν τῆς Ἀρείας.*

162, 25 ss. *ἐνταῦθα καὶ τὴν Φιλώτα ἐπιβουλὴν τοῦ πατρὸς ἔμαθεν Ἀλέξανδρος, καὶ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος προηγγελμένην* [4]) *ἤδη οἱ καὶ πρότερον ἐν Αἰγύπτῳ, πιστή γε ἐφάνη*] ad *ὅτι προηγγελμένην* subaudi *ἔμαθεν* quo facili negotio posset emendari *προαπηγγελμένη*

172, 12 s. *καὶ ἐπὶ τούτοις Ἀλέξανδρος τοὺς κουφοτέρους τῆς στρατιᾶς ἀναλαβὼν ἦγεν*] leg. *ἐπὶ τούτους* [6]).

AD LIBRUM QUARTUM.

174, 9 s. (*ξυνεπελάβοντο δὲ τῆς ἀποστάσεως καὶ τῶν ἄλλων οἱ πολλοί*) *εἴτε δὴ καὶ δείσαντες Ἀλέξανδρον, εἴτε καὶ ἄλλῃ ἀποστάσει διδόντες, ὅτι κτλ.*] pro *καὶ δείσαντες* leg. *καταδείσαντες*, deinde *λόγον ἐπὶ τῇ ἀποστάσει διδόντες* [7]).

1) Etiam Krueger reposuit. 2) Idem coni. Polak.
3) Schmieder, ἐξ Krueger.
4) *προηγγελμένην* cod., *προηγγελμένην* vulgata post Vulcanium.
5) *προηγγελμένη* ⟨*ἦν*⟩ Enthoven, *προηγγελμένη* ⟨*μὲν ἦν*⟩ Polak.
6) Restituit Schmieder.
7) Scribe pro *διδόντες* Pflugk, *λόγον* ⟨*σφίσιν*⟩ ... *διδόντες* Polak.

2, 2 p. 175, 2 (*παρήγγελτο αὐτῷ*) *τὰς μηχανὰς ὅσαις χρῆσθαι ξυμπηγνύναι*] leg. *ὅσαις χρῆσθαι* ⟨*δέῃ*⟩ vel ⟨*ἔμελλε*⟩.

4, 9 p. 180, 25 s. *ἐπὶ τῷδε ἡ δίωξις οὐκ ἐπὶ πάντων Σκυθῶν ἐγένετο*] *πάντων* dividendum in duo vocabula *πᾶν τῶν*: *persecutio Scytharum non fiebat ad omnem usque modum* [1]).

6, 2 p. 183, 23 s. (*οὐκ ἐθελήσαντας, εἰ δή τι πταίσειαν,*) *μὴ ὅσον κατ' ἄνδρα μόνον μετέχειν αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ ὡς τὸ πᾶν αὐτοὺς κακῶς ἐξηγησαμένους*] leg. *μὴ ὅσον κατ' ἄνδρα μόνον μετέχειν αὐτοῦ* [2]).

7, 4 p. 186, 8 ss. *ἐσθῆτά τε ὅτι Μηδικὴν ἀντὶ τῆς Μακεδονικῆς ... μετέλαβεν* (scil. Ἀλέξανδρος), *οὐδαμῇ ἐπαινῶ, καὶ τὴν κίταριν τὴν Περσικὴν τῶν νενικημένων ἀντὶ ὧν αὐτὸς ὁ νικῶν πάλαι ἐφόρει ἀμεῖψαι οὐκ ἐπῃδέσθη, οὐδὲν τούτων ἐπαινῶ*] leg. ⟨*ὅτι*⟩ *ἀντὶ ὧν αὐτὸς* [3]), deinde *οὐδ' ἐν τούτῳ ἐπαινῶ*.

8, 2 p. 187, 8 leg. *ἀλλ' ἔν γε τῷ πότῳ* ⟨*τῷ*⟩ *τότε*. Illud *ἀλλὰ* significat hanc fere sententiam: atqui nolo iam de illis barbaricis compotationibus narrare, qui iam id solum ago, ut de illa, quae tam celebrata fuit, compotatione exponam.

8, 5 p. 187, 25 fortasse *εἶναι τοίγαρ οὖν* (pro *εἶναι γὰρ οὖν*).

9, 4 p. 190, 9 ss. (Ἀλέξανδρον *λέγουσιν*) *ἄσιτόν τε καὶ ἄποτον καρτερεῖν ἔστε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, οὐδέ τινα ἄλλην θεραπείαν θεραπεῦσαι τὸ σῶμα*] leg. *οὐδέ τινι ἄλλῃ θεραπείᾳ*.

9, 5 p. 190, 13 s. Ἀλέξανδρος *μόγις πρὸς τῶν ἑταίρων πεισθεὶς σίτου τε ἥψατο καὶ τὸ σῶμα κακῶς ἐθεράπευσε*] *κακῶς* bene habet: *sic satis parce et inique atque duriter* [4]).

9, 9 p. 191, 18 ss. (*λόγος κατέχει*) *οὐκ ἐνδεῆσαι δὲ οὐδὲ πρὸς τοῦτο* (scil. *πρὸς τὸ προσκυνεῖσθαι*) *αὐτῷ* (nempe Ἀλεξάνδρῳ) *τοὺς κολακείᾳ ἐς αὐτὸ ἐνδιδόντας, ἄλλους τέ τινας καὶ δὴ καὶ τῶν σοφιστῶν τῶν ἀμφ' αὐτὸν Ἀνάξαρχόν τε καὶ Ἄγιν Ἀργεῖον ἐποποιόν*] hi omnes accusativi genitivis sunt mutandi: *οὐκ ἐνδεῆσαι δὲ οὐδὲ πρὸς τοῦτο αὐτῷ τοῦ κολακείᾳ ἐς αὐτὸ ἐνδιδόντος, ἄλλου τέ τινος καὶ δὴ καὶ ... Ἀναξάρχου τε καὶ Ἄγιδος Ἀργείου ἐποποιοῦ*.

11, 3 p. 193, 28 s. *καὶ αὐτῶν τῶν θεῶν ἄλλοις ἄλλαι τιμαὶ*

---

1) Idem coni. Pflugk et Miller. 2) Idem ipse proposui.

3) *ὅτι* post *ἀμεῖψαι* add. Krueger.

4) *καλῶς* praebet cod. Florentinus qui olim Optimus dicebatur, *ἀναγκαίως* coni Pflugk, *ἱκανῶς* Sintenis, *ἄλλως* Röhl, *ἐπιεικῶς* Polak.

ιι, καὶ ναὶ μὰ Δία ἥρωσιν ἄλλαι] leg. ἥρωσιν ⟨ἄλλοις⟩

). 195, 5 s. Callisthenes in oratione ad Alexandrum: ·ῆς Ἑλλάδος μεμνῆσθαί σε ἀξιῶ, ὦ Ἀλέξανδρε, ἧς ἕνεκα ὅλος σοι ἐγένετο, προσθεῖναι τὴν Ἀσίαν τῇ Ἑλλάδι] leg. οσθεῖναι.

). 195, 11 ss. ἢ διακεκριμένα ἔσται σοι αὐτῷ τὰ τῶν τι- ἅπαν, ὡς πρὸς Ἑλλήνων μὲν καὶ Μακεδόνων ἀνθρωπίνως λληνικῶς τιμᾶσθαι, πρὸς δὲ τῶν βαρβάρων μόνων βαρβα- rtasse ἐς διπλοῦν pro ἐς ἅπαν.

). 197, 5 ss. ἐΦ' ὅτῳ τεκμαίρομαι μὴ χαλεπῶς πιστευθῆναι ιπόντας Καλλισθένους, ὅτι μετέσχε τῆς ἐπιβουλῆς ..., ὅτι καὶ ἐπῆρεν αὐτὸς ἐς τὸ ἐπιβουλεῦσαι] post Καλλισθέ- se videtur, nam id malim quam subaudiri, τοὺς μέν, as τοὺς δὲ [1]).

). 197, 12 post βασιλέως videtur ὡς deesse.

). 205, 10 s. (Alexander Coenum in Sogdiana cum mi- linquit) τῆς τε χώρας ἕνεκα τῆς Φυλακῆς καὶ εἴ πῃ ἄρα ην ... ἐνεδρεύσαντας ξυλλαβεῖν] post ἄρα deest προχωρῇ σχοι aut ἐνδέχοιτο aut οἷόν τε ᾖ [2]).

). 208, 17 ss. (milites selecti Alexandri iussu in rupem escensuri prodibant) πασσάλους μικροὺς σιδηροῦς, ιηναὶ καταπεπήγεσαν αὐτοῖς, παρασκευάσαντες, τοῦ κα- αι αὐτοὺς ἔς τε τὴν χιόνα ὅπου πεπηγυῖα Φανείη καὶ εἴ ῆς χώρας ἔρημον χιόνος ὑποΦαίνοιτο] immo vero πασσά- ερούς, nam debebant singuli tales clavi aut bini stan- se hominem sustinere, debebant quoque profunde in ut nivem adigi; denique non parvi sunt clavi, quibus lepanguntur in terram.

). 212, 17 ss. τὰς δὲ νύκτας ἐν μέρει οἱ σωματοΦύλακες ·άζοντο ... τῷ λοιπῷ μέρει τῆς στρατιᾶς, ὅπερ αὐτῷ ἐς ι ἐπετέτακτο] mallem ἀπετέτακτο [3]).

). 217, 17 s. τῶν πεζῶν ἐς ὀκτακοσίους ἐπιβιβάσας τῶν aut τῇ ἵππῳ legendum, *equitatui*, aut τοῖς ἵπποις,

—

suppl. Krueger. 2) ἐνεδρεύσαντες ξυλλάβοιεν coni. Schmieder.
ipse reposui; cf. Polyb. VI 35, 6; X 16, 3; 18, 9.

24, 3 p. 219, 15 *ἐδίωκεν ἔτι ἐκ τοῦ ἵππου*] potest *ἔτι* exponi: *adhuc in equo*, ut hactenus fuerat, non facto in terram descensu; mallem tamen *ἔς τι*: *quadamtenus, aliquantisper.*

25, 2 p. 221, 18 ss. *οἱ δὲ ἀμφὶ Πτολεμαῖον οὐκ ἐν τῷ ὁμαλῷ παρετάξαντο, ἀλλὰ γήλοφον γὰρ κατεῖχον οἱ βάρβαροι, ὀρθίους ποιήσαντες τοὺς λόχους, Πτολεμαῖος προσῆγεν*] fortasse *ποιήσας*: *adduxit cohortes postquam eas e latioribus longiores fecit*[1]); potest quoque legi *ποιήσαντας*: *adduxit eos Ptolemaeus ad hostes, postquam fecerunt cohortes rectas.*

25, 3 p. 221, 24 *καὶ γίγνεται καὶ τούτοις* (scil. militibus Ptolemaei) *μάχη καρτερά*] aut delendum *καὶ* ante *τούτοις*, aut si hic loci *καὶ* retineas, necesse est § 1 vs. 17 s. (pro *ἀλλὰ τούτους μὲν οὐ ξὺν πόνῳ ἐνίκα Ἀλέξανδρος*) legas *ἀλλὰ τούτους μέν, ξὺν πόνῳ δ' ἐνίκα Ἀλ.*, nam si Alexander sibi obiectos vicit quidem, at non sine molestia, recte subicitur *etiam* Ptolemaei manum laboriosam habuisse dimicationem et multo sudore sibi peperisse victoriam; quodsi vero ea Alexandro nullo labore constitit, expungi debet *καὶ etiam.*

25, 7 p. 222, 23 s. *ὀξὺς ὁ ῥοῦς ἦν αὐτῷ* (scil. *τῷ Γουραίῳ*) *καὶ οἱ λίθοι στρογγύλοι ἐν τῷ ποταμῷ ὄντες σφαλεροὶ τοῖς ἐπιβαίνουσιν ἐγίγνοντο*] fortasse *στρογγύλοι, ⟨ὡς⟩ ἐν τοιούτῳ ποταμῷ ὄντες*, aut *στρογγύλοι ἐν ⟨μέσῳ⟩* vel *⟨βαθεῖ⟩ τῷ ποταμῷ ὄντες.*

27, 1 p. 225, 2 s. (*Ἀλέξανδρος δὲ πέμπει Ἀλκέταν*) *τούς τε κατατετρωμένους ἀναλαβεῖν καὶ ὅσοι προσεμάχοντο ἐπανακαλέσασθαι ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον*] legendum *προεμάχοντο*, scil. *τῶν κατατετρωμένων*: *qui oppositis armis defendebant vulneratos et iacentes.*

27, 3 p. 225, 17 s. *νυκτὸς δὲ ἐπενόουν* (scil. *οἱ μισθοφόροι Ἰνδοὶ*) *δρασμῷ διαχρησάμενοι ἐς τὰ σφέτερα ἤθη ἀπαναστῆναι*] fortasse *δρασμῷ, νὴ Δία, χρησάμενοι*: illo *νὴ Δία* additio eximere ex animo lectoris omnem malam de Alexandro suspicionem voluit, qui merito crudelis et perfidus atque periurus in viros fortes iniurius videri posset, nisi caveretur omni modo, ut Indos fidem datam primos violare instituisse crederetur, id quod efficere auctor addito *νὴ Δία* voluit.

28, 2 p. 227, 18 s. *εἰ μὲν δὴ καὶ ἐς Ἰνδοὺς ἀφίκετο ὁ Ἡρακλῆς*

1) Idem coni. Pflugk.

αῖος ἢ ὁ Τύριος ἢ ὁ Αἰγύπτιος ἐς οὐδέτερα ἔχω ἰσχυρίσασθαι] n ὁ delendum.

6 p. 230, 26 s. ὡς δὲ οὐκ ἀνῆσαν οἱ Μακεδόνες, ἄλλοι λοις ἐπιόντες, οἱ δὲ πρόσθεν ἀναπαυόμενοι, μόγις ... ἐκρά- ῆς παρόδου] legendum ἀνίεσαν, remittebant, desistebant [1]).

5 p. 233, 4 s. ἀφικόμενος ἐς Δύρτα πόλιν τῶν μὲν οἰκούν- ένα καταλαμβάνει] leg. τῶν μὲν ⟨ἐν⟩οικούντων [2]).

5 p. 233, 10 s. ἐστέλλοντο δὲ (scil. cohortes Alexandri) τά ία κατοψόμενοι καὶ εἴ πού τινας τῶν βαρβάρων ξυλλαβεῖν] ιὶ εἴ πού τινας aut addi debet aut saltem subaudiri δύ-).

p. 233, 20 s. τούτους ἡγήσασθαί οἱ τὴν ὁδὸν ἐκέλευσεν] ς ὁδοῦ leg. aut τῶν ὁδῶν.

AD LIBRUM QUINTUM.

p. 235, 7 ὃς delendum [4]).

p. 237, 6 ss. κτίσμα εἶναι Διονύσου τὴν Νῦσαν ἤθελεν (scil. δρος), ὡς ἤδη τε ἥκειν αὐτὸς ἔνθα ἦλθε Διόνυσος καὶ ἐπέ- λθεῖν Διονύσου] post αὐτὸς videtur δοκεῖν deesse.

p. 237, 14 ss. (Ἀλέξανδρος) ἠξίωσε τῶν τε ἱππέων (scil. ισαίων) οἱ ξυμπέμψαι ἐς τριακοσίους καὶ τῶν προεστώτων λιτεύματος, ἦσαν δὲ καὶ αὐτοὶ τριακόσιοι, ἑκατὸν τοὺς ; ἐπιλεξάμενος· Ἄκουφιν δὲ εἶναι τὸν ἐπιλεγόμενον] ἐπιλεξαμένους et ad Nysaeos, non ad Alexandrum ut ipsi Nysaei delectum haberent, ut qui suos optime , non Alexander [5]). Confirmatur haec coniectura a proxime is: Ἄκουφιν δὲ εἶναι τὸν ἐπιλεγόμενον.

p. 237, 23 ss. (Acuphis in responso ad Alexandrum:) τύ, εἴ σοι μέλει Νυσαίων, τοὺς ἱππέας μὲν ἄγεσθαι τοὺς ους καὶ εἰ βούλει ἔτι τούτων πλείονας, ἀντὶ δὲ τῶν ἑκατόν, ς τοὺς ἀρίστους ἐπιλέξαι σὺ κελεύεις, διπλασίους τῶν ῶν κακῶν ἄγεσθαι] fortasse ἐπιλέξασθαί σοι κελεύεις.

p. 238, 3 ss. ταῦτα λέγοντα (scil. Ἄκουφιν), λέγειν γὰρ ρόνιμα, πεῖσαι Ἀλεξανδρον. καὶ τοὺς μὲν ἱππεὰς ξυμπέμ-

---

1 reposuit Krueger. 2) Idem suppl. Schmieder.
αβεῖν ⟨δύναιντο⟩ coni. Schmieder, ξυλλάβοιεν Krueger.
n del. Ellendt. 5) Idem restituit Krueger.

πειν οἱ ἐκέλευσε, τοὺς δὲ ἑκατόν τοὺς ἐπιλέκτους μηκέτι αὐτῆ σαι, ἀλλὰ μηδὲ ἀντ' αὐτῶν ἄλλους] fortasse κελεῦσαι.

2, 5 p. 238, 9 ss. Ἀλέξανδρον δὲ πόθος ἔλαβεν ἰδεῖν τὸν χῶρ ὅπου τινὰ ὑπομνήματα τοῦ Διονύσου οἱ Νυσαῖοι ἐκόμπαζον. ἐλθεῖ τε ἐς τὸ ὄρος τὸν Μηρὸν ... καὶ ἰδεῖν κισσοῦ τε ἀνάπλεων κα δάφνης τὸ ὄρος καὶ ἄλση παντοῖα] verba a πόθος ad ἐκόμπαζον includenda sunt parenthesi et sic concinnandus locus: Ἀλέξαν δρον δὲ (πόθος ⟨γὰρ αὐτὸν⟩ ἔλαβεν ἰδεῖν ... ἐκόμπαζον) ἐλθεῖν τε κτλ.

2, 6 p. 238, 18 ss. (τοὺς Μακεδόνας) στεφάνους σπουδῇ ἀν αὐτοῦ (scil. τοῦ κισσοῦ) ποιεῖσθαι, ὡς καὶ στεφανώσασθαι εἶχον ἐφυμνοῦντας τὸν Διόνυσόν τε καὶ τὰς ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνα καλοῦντας] aut loco εἶχον legendum ἔχειν [1]), aut legendum ὡς καὶ στεφανώσασθαι, Εὖιον ἐφυμνοῦντας τὸν Διόνυσόν τε καὶ τὰ ⟨ἄλλας⟩ ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνακαλοῦντας.

3, 4 p. 239, 22 ἔν τε αὐτῇ τῇ Ἰνδῶν γῇ] pro αὐτῇ leg. αὖ.

4, 4 p. 242, 1 post τε addendum γάρ.

4, 5 p. 242, 9 ss. τὸ γὰρ Περσῶν τῶν πάλαι ... οὐκ ἔχω ἀτρε κῶς ὥς γε δὴ πρὸς τὰ Ἰνδῶν ξυμβαλεῖν] post Ἰνδῶν videtur ἔχ deesse. Constructio est: οὐκ ἔχω ξυμβαλεῖν ὡς ἔχει τὸ τῶν πάλα Περσῶν πρὸς τὰ τῶν Ἰνδῶν.

5, 4 p. 243, 16 τὸν δὲ Καύκασον τοῦτον καθήκειν ἔστε ἐπὶ μεγάλην τὴν πρὸς ἕω τε καὶ Ἰνδοὺς θάλασσαν] fortasse κα ⟨ὑπὲρ⟩ Ἰνδοὺς θάλασσαν, *mare ultra Indos situm.*

5, 5 p. 243, 24 s. (τοὺς οὖν ποταμούς, ὅσοι κατὰ τὴν Ἀσία λόγου ἄξιοι, τοὺς μὲν ὡς ἐπ' ἄρκτον τετραμμένον ἔχειν τὸ ὕδω τοὺς δὲ ὡς ἐπὶ νότον ἄνεμον τὸν Εὐφράτην τε εἶναι καὶ τὸν Τί γρητα κτλ.] post ἄνεμον subaudiri primum debet τετραμμέν ἔχειν τὸ ὕδωρ e superioribus, deinde addi ὧν: *quorum e numer esse Euphratem.*

6, 4 p. 245, 8 παρὰ πόλιν Σμύρναν Αἰολικὴν] legendum παρὰ Σμύρναν, πόλιν Αἰολικήν [3]).

8, 3 p. 248, 26 (ἦκον καὶ παρὰ Ἀβισάρου πρέσβεις) καὶ παρὰ Δοξάρεως νομάρχου ἄλλοι] fortasse ἄλλου, *ab alio quopiam populi rectore,* nempe qualis erat Abisares.

9, 2 p. 250, 7 s. (Ἀλέξανδρος διελὼν δὴ ἐς πολλὰ τὸν στρατὸν

1) Idem proposuit Polak.
2) τὴν post ἐπὶ suppl. Krueger.
3) Idem reposuit Polak.

ἰὲν αὐτὸς ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἦγε τῆς χώρας) τοὺς δὲ τῶν ἡγε-
ἄλλοις καὶ ἄλλοις ἐπιτάξας καὶ αὐτοὺς πολλαχῇ
τε] fortasse τοὺς δέ, τῶν ἡγεμόνων ἄλλους ἄλλοις [1])
κε, καὶ αὐτὸς πολλαχῇ διέπεμπε. Illud καὶ αὐτὸς respicit quod in superioribus de Poro dixerat [2]).

p. 250, 21 ss. ἦν γὰρ ὥρα ἔτους ᾗ μετὰ τροπὰς μάλιστα
ι τρέπεται ὁ ἥλιος· ταύτῃ δὲ τῇ ὥρᾳ ... αἱ χιόνες αἱ τοῦ
ου, ἔνθενπερ τῶν πολλῶν ποταμῶν αἱ πηγαί εἰσι, κατατη-
αὔξουσιν αὐτοῖς τὸ ὕδωρ ἐπὶ μέγα· χειμῶνος δὲ ἔμπαλιν
ν ὀλίγοι τε γίγνονται καὶ καθαροὶ ἰδεῖν] fortasse ᾗ μετὰ μάλιστα ⟨τὰς⟩ ἐν θέρει τρέπεται (subaudi τὴν ὀπίσω ὁδόν) [3]). Deinde sic distuingo et lego: χειμῶνος δὲ ἔμπαλιν ν. ὀλίγοι τε ⟨γὰρ⟩ γίγνονται κτλ. Verbum ἴσχουσιν hic hil aliud quam ἔχουσιν denotat, non autem ἐπέχουσιν, , *cohibent*.

p. 252, 5 s. ἀλλ' ἐκείνων [4]) γὰρ γνοὺς τὸν Φόβον κατὰ ἐπὶ στρατοπέδου ἔμενε] leg. ἀλλ' ἐκ κενῶν, vel potius sensu ἀλλὰ κενὸν [5]), deeinde ἐπὶ ⟨τοῦ⟩ στρατοπέδου, quoque V 11, 4 (p. 253, 14), cf. V 15, 4 (p. 258, 23).

p. 252, 11 s. (ἄκρα) δασεῖα εἶδει παντοίων δένδρων] nolo εἶδει prorsus improbare, quamvis forsitan εἴδεσι aut ἰδέᾳ ret, fuit tamen quum conicerem ἴδῃ, *silva*, aut ὕλῃ [6]).

p. 252, 13 ss. ταύτην καταμαθὼν (scil. Ἀλέξανδρος) τὴν αταντικρὺ τῆς ἄκρας, ἀμφότερα ὑλώδη τὰ χωρία καὶ οἷα τῆς διαβάσεως τὴν ἐπιχείρησιν, ταύτῃ ἔγνω διαβιβάζειν ατόν. ἀπέχει δὲ ἥ τε ἄκρα καὶ ἡ νῆσος τοῦ μεγάλου στρα-
ἐς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους] legendum ⟨καὶ⟩ ρα ὑλώδη τε χωρία: *quum et rupem illam et obiectam ipsi set insulam, praetereaque observasset ambas esse loca dume-a*. Deinde ἀπεῖχε legendum pro ἀπέχει [7]).

p. 256, 14 ss. (γνώμην δὲ ἐπεποίητο Ἀλέξανδρος, εἰ οἱ

ις ἄλλους Polak.

ipe: (Πῶρος) ταύτῃ μὲν δὴ ᾗ κατεστρατοπεδευκότα εἶδεν Ἀλέξανδρον αὐτὸς λαττε τὸν πόρον (scil. τοῦ Ὑδάσπου)· ὅσα δὲ ἄλλα τοῦ ποταμοῦ εὐπορώ-κεῖτα φρουρὰς διαπέμψας καὶ ἡγεμόνας ἐπιστήσας ἑκάστοις ενόει τοῦ πόρου τοὺς Μακεδόνας.

ı ipse supplevi.

restituit etiam Krueger.

χε Krueger quoque proposuit.

4) Ita vulgata, ἀλλ' ἐκεῖνον cod.

6) Utrumque etiam Krueger coni.

Ἰνδοὶ ἐκπλαγέντες Φεύγοιεν,) οὐ πόρρωθεν ἕξεσθαι αὐτῶν κατὰ τὴν Φυγήν, ὡς πλείονα ἐν τῇ ἀποχωρήσει τὸν Φόνον γενόμενον ὀλίγῳ ἔτι ὑπολείπεσθαι αὐτῷ τὸ ἔργον] aut ὑπολείπεσθαι sensu activo pro ὑπολείψειν debet accipi, *reliquum facturum esse*, id quod praefero, aut alias legendum πλείονος ... τοῦ Φόνου γενομένου [1]).

14, 6 p. 257, 25 s. Φθάσαι δὲ περάσαντα Ἀλέξανδρον καὶ τὸν ἐκ τῆς νήσου τὸν τελευταῖον πόρον] pro καὶ fortasse κατὰ legendum.

15, 3 p. 258, 14 (Ἀλέξανδρον) πεπερακότα ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐς τὸ καρτερώτατον] aut loco ἐς subiciendum ὅσον, aut, quod ut simplicius malim, ξὺν τῆς στρατιᾶς τῷ καρτερωτάτῳ [2]).

17, 3 p. 261, 11 ss. καὶ ἐν τούτῳ οἱ ἐπιστάται τῶν ἐλεφάντων ἀντεπῆγον τῇ ἵππῳ τὰ θηρία, καὶ ἡ Φάλαγξ αὐτὴ τῶν Μακεδόνων ἀντεπήει πρὸς τοὺς ἐλέφαντας] leg. καὶ ἡ Φάλαγξ αὖ ἡ τῶν Μακεδόνων: *et rursus* vel *ex altera parte phalanx Macedonum.*

17, 5 p. 261, 28 s. ἐς στενὸν ἤδη κατειλημμένων τῶν θηρίων] leg. κατειλημένων unico μ, nam est a verbo κατειλεῖσθαι, *compelli in angustum et veluti convolvi* [3]).

19, 3 p. 265, 14 s. (Ἀλέξανδρος) τήν τε ἀρχὴν τῷ Πώρῳ τῶν τε αὐτῶν Ἰνδῶν ἔδωκεν καὶ ἄλλην ἔτι χώραν ... προσέθηκεν] *eorundem illorum Indorum*, subaudi quibus antea imperaverat; posset tamen τῶν τε αὐτοῦ Ἰνδῶν conici e V 29, 5 (p. 285, 5) [4]).

22, 5 p. 271, 22 τοὺς ἱπποτοξότας εὐθὺς ὡς εἶχεν ἐκπέμπει] leg. ὡς εἶχον, *ut habebant tum, in ea qua tum erant armatura conditione, apparatu.*

23, 7 p. 274, 9 s. ἀποστάτης ὧδε οὐδὲ ἐγὼ τοῦ ἔργου] leg. ἀποστατήσω οὐδὲ ἐγὼ τοῦ ἔργου [4])

26, 8 p. 280, 11 ss. (Alexander in oratione ad milites) ἐπειδὰν ἐπεξέλθωμεν τὴν Ἀσίαν, τότε οὐκ ἐμπλήσας μὰ Δί' ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ ὑπερβαλὼν ὅσα ἕκαστος ἐλπίζει ἀγαθὰ ἔσεσθαι, τοὺς μὲν ... ἀποπέμψω κτλ.] fortasse ἐπέλθωμεν, *quum obierimus Asiam*, deinde ἀγαθά ⟨οἱ⟩ ἔσεσθαι, *bona sibi futura.*

28, 2 p. 283, 14 (Ἀλέξανδρος ἔφη) τοῖς δὲ καὶ ἀπιέναι οἴκαδε ἐθέλουσιν ὑπάρχειν ἀπιέναι] aut καὶ delendum aut legendum τοῖς δ' ⟨ἀπειθεῖν⟩ καὶ ἀπιέναι.

---

1) Idem ipse dubitanter proposui.
2) Idem prop. Krueger.
3) Idem restituit Ellendt.
4) ἀποστατήσω δὲ οὐδὲ corr. Toup coll. Suid. s. v. ἀποστατήσω.
5) Idem suppl. Krueger.

AD LIBRUM SEXTUM.

. 287, 9 τι] fortasse τε.

287, 11 legendum τοῦτο ⟨τὸ⟩ ἀμφὶ τῷ Νείλῳ γραφέν [1]).

. 290, 5 (οἱ Ἰνδοὶ) ἐπὶ τῇ ὄχθῃ κατέθεον] aut συνέθεον aut ἐπὶ τὴν ὄχθην κατέθεον [1]).

. 290, 13 ss. (Φίλιππον) ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμὸν ἐκscil. Ἀλέξανδρος) ξὺν οἷς ἔχων ἦκε, τάξας παρὰ τοῦ ποταμοῦ τὴν ὄχθην πορεύεσθαι] leg. τὴν ⟨δεξιὰν⟩ ὄχθην.

292, 1 ss. αἱ δὲ μακραὶ νῆες οὐχ ὡσαύτως (scil. aliter rariae) ἀπαθεῖς ἀπῆλθον ἐν τῇ ἐπιστροφῇ, οὔτε μετέωροι πικαχλάζοντος κύματος ὡσαύτως οὖσαι κτλ.] aut simplex ος optandum aut ὑποκαχλάζοντος, et pro οὖσαι mallem ıt μένουσαι.

296, 17 ss. πρῶτος Ἀλέξανδρος ἐπιβὰς τοῦ τείχους ὤφθη εῖχος· καὶ τοῦτον ἰδόντες οἱ ἄλλοι Μακεδόνες αἰσχυνθέν- ἄλλῃ ἀνίεσαν] leg. ἀνῄεσαν [2]).

. 298, 26 s. οἱ δὲ ὁμοῦ Περδίκκᾳ τεταγμένοι ὑστέρησαν ντες κατὰ τὰ τείχη οὐκ εὐπετῶς] κατὰ delendum.

. 301, 18 sq. (οἱ Μακεδόνες ἄλλοι ἄλλας μηχανὰς ἐς τὸ ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐμηχανῶντο) ὁ δὲ πρῶτος ἀνελθὼν ἐνρίπτει ὰ τὸ τεῖχος ἐς τὴν πόλιν ἵναπερ τὸν βασιλέα ἐώρων ξὺν οἰμωγῇ καὶ ἀλαλαγμῷ πάντες] legendum κατὰ χους, *de muro summo deorsum* [3]); pro πόλιν mallem κρόπολιν, v. § 4 i. f. (p. 302, 2). Deinde (post πόλιν) desunt, e. c. καὶ δεύτερος ἐπ' αὐτῷ καὶ τρίτος καὶ ἄλλοι l simile quid [4]), quod intelligitur e plurali ἐώρων *videto*, id quod incongruum foret, si de uno solo sermo dit defectum quoque vox πάντες.

. 302, 1 s. ὅσαντες ἐς τὸ ἔσω τὸ τεῖχος ἀνεπέτασαν ἄκραν] legendum τοῦ τείχους [5]).

. 302, 5 s. ἐξέφερον τὸν βασιλέα ἐπὶ τῆς ἀσπίδος κακῶς castra scilicet, neque adversatur c. 12, 1 (p. 304, 18: Ἀλέξανδρος αὐτοῦ μένων τὸ τραῦμα ἐθεραπεύετο) et

—

am Krueger proposuit. 2) Idem restituit Ellendt.
posuit Krueger.
λος καὶ ἄλλος post πόλιν suppl. Polak. 5) Idem coni. Krueger.

c. 12, 3 (p. 305, 9 s.: *γράμματα παρ' αὐτοῦ ἦκεν ὅτι ὅσον οὔπω κατελεύσεται ἐπὶ τὸ στρατόπεδον*), nam ibi sermo est de castris maioribus, ubi reliquerat Alexander maximam exercitus partem, in Mallos proficiscens, ut ipse Arrianus admonet, cf. c. 13, 1 (p. 305, 18 s.).

11, 3 p. 302, 25 (*ἐγνώκεσαν οἱ Μαλλοὶ*) *ξυμμίξαντες τοῖς Ὀξυδράκαις οὕτω διαγωνίζεσθαι*] fortasse *οὕτω δὴ ἀγωνίζεσθαι* aut *οὕτω ⟨δὴ αὐτῷ⟩ διαγωνίζεσθαι*.

11, 7 p. 303, 25 *ὑπὲρ* delendum [1]).

11, 8 p. 304, 11 ss. *καίτοι αὐτὸς Πτολεμαῖος ἀναγέγραφεν οὐδὲ παραγενέσθαι τούτῳ τῷ ἔργῳ, ἀλλὰ ... ἄλλας μάχεσθαι μάχας καὶ πρὸς ἄλλους βαρβάρους*] aut *μαχέσασθαι* aut *μεμαχῆσθαι*, nam tempus praeteritum sententia postulat.

12, 2 p. 305, 1 ss. (*ἄθυμοι ἦσαν οἱ Μακεδόνες ὅπως ἀποσωθήσονται ἐς τὴν οἰκείαν τοσούτων ἐθνῶν μαχίμων περιειργόντων σφᾶς ἐν κύκλῳ, τῶν μὲν οὔπω προσκεχωρηκότων, τῶν δὲ ἀποστησομένων ἀφαιρεθέντος αὐτοῖς τοῦ Ἀλεξάνδρου φόβου*] potest vulgata lectio defendi et *Ἀλεξάνδρου φόβος* esse metus ab Alexandro barbaris incussus, exspectatio malorum ab eo metuendorum, mallem tamen ut mollius et planius *τοῦ ⟨ἀπ'⟩* vel *⟨ἐξ⟩ Ἀλεξάνδρου φόβου*.

13, 3 p. 306, 8 ss. *οἱ δὲ ἐπέλαζον* (scil. *Ἀλεξάνδρῳ*) *ἄλλος ἄλλοθεν, οἱ μὲν χειρῶν, οἱ δὲ γονάτων, οἱ δὲ τῆς ἐσθῆτος αὐτῆς ἀπτόμενοι, οἱ δὲ καὶ ἰδεῖν ἐγγύθεν καί τι καὶ ἐπευφημήσαντες ἀπελθεῖν*] potest *ἰδεῖν* et *ἀπελθεῖν* accipi pro *ἐπὶ τῷ ἰδεῖν* et *ἀπελθεῖν*: *accedebant eo fine ut Alexandrum e propinquo spectarent*, existimo tamen *βουλόμενοι* vel *γλιχόμενοι* vel *θέλοντες* vel simile quid excidisse [2]).

14, 2 p. 307, 14 ss. *συγγνωστὰ δὲ ἁμαρτεῖν ἔφασαν* (scil. *οἱ τῶν Μαλλῶν πρέσβεις*) *οὐ πάλαι παρ' αὐτὸν πρεσβευσάμενοι. ἐπιθυμεῖν γὰρ ὥσπερ τινὲς ἄλλοι ἔτι μᾶλλον αὐτοὶ ἐλευθερίας*] fortasse *ἐπιθυμεῖν γὰρ ὥσπερ τινὲς ἄλλοι, ⟨καὶ⟩ ἔτι μᾶλλον, αὐτοὶ ἐλευθερίας*: *pari modo se libertatem cupere atque ulli alii, et adhuc magis cupere* [3]).

19, 2 p. 316, 4 ss. *ὅσας μὲν δὴ τῶν νεῶν ἐν τῷ πηλῷ ἑδραίας κατέλαβεν* (scil. *τὸ ὕδωρ μετὰ τὴν ἄμπωτιν προσίον*), *αὗται δὲ*

---

1) Idem del. Krueger.

2) *ἐφιέμενοι* suppl. Krueger.

3) *εἴπερ* pro *ὥσπερ* prop. Polak.

ἐβλαβῶς τε ἐμετεωρίσθησαν καὶ οὐδὲν χαλεπὸν παθοῦσαι ἔπλεον ὑπὸ νηός· ὅσαι δὲ ἐν ξηροτέρᾳ τε τῇ γῇ καὶ οὐ βεβαίως τὴν στάσιν ἔχουσαι ὑπελείφθησαν, αὗται δὲ ἀθρόου ἐπελθόντος τοῦ κύματος αἱ μὲν αὐτῶν ἐμπεσοῦσαι ἐς ἀλλήλας, αἱ δὲ πρὸς τῇ γῇ ἀραχθεῖσαι συνετρίβησαν] legendum αὗται μὲν ἀβλαβῶς, et πρὸς τὴν γῆν ἀραχθεῖσαι.

21, 2 p. 319, 7 ss. ἀπὸ δὲ τοῦ χειμῶνος τῆς ἀρχῆς [1]) τὸ ἀπὸ λειάδων δύσεως ἔστε ἐπὶ τροπάς, ἃς ἐν χειμῶνι ὁ ἥλιος ἐπιστρέφει] pro τὸ legendum ἤτοι: *ab initio hiemis aut, quod idem est, ab occasu Vergiliarum.*

22, 6 p. 322, 8 ss. (Ἀριστόβουλος λέγει) εἶναι δὲ καὶ ἄλλα ἔνδρα ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὸ μέν τι δάφνῃ ἐοικὸς τὸ φύλλον, καὶ οὗτο ἐν τοῖς προσκλυζομένοις τῇ θαλάσσῃ χωρίοις πεφυκέναι] legendum ἄλλο δένδρον.

23, 3 p. 323, 18 s. ἀπήγγειλεν ἁλιέας τινὰς καταλαβεῖν ἀπὸ τῆ αἰγιαλοῦ ἐν καλύβαις πνιγηραῖς] pro ἀπὸ legendum ἐπὶ [2]), cf. c. 26, 5 (p. 330, 3).

25, 6 p. 328, 2 ss. οἱ πολλοὶ δὲ καὶ πίνοντες, ὁπότε ἐκ καύματός τε καὶ δίψους ὕδατι ἀθρόῳ ἐπιτύχοιεν, πρὸς αὐτοῦ τοῦ ἀπαύστου ποτοῦ ἀπώλλυντο] fortasse καὶ ⟨ἔτι⟩ πίνοντες vel καὶ ⟨μεταξὺ⟩ πίνοντες, *inter bibendum.*

27, 3 p. 331, 4 s. ἐνταῦθα δὲ Στασάνωρ τε ὁ Ἀρείων καὶ ὁ Ἀραγγῶν σατράπης ἦκεν] post καὶ deest nomen viri [3]).

29, 11 p. 337, 4 ss. (Ἀλέξανδρος τοὺς μάγους ἐστρέβλωσεν) οἱ δὲ οὐδὲν οὔτε σφῶν οὔτε ἄλλου κατεῖπον στρεβλούμενοι, οὐδὲ ἄλλῃ τῃ ξυνηλέγχοντο ξυνειδότες τῷ ἔργῳ] legendum ἐξηλέγχοντο [4]).

30, 3 p. 337, 25 γε] legendum τε [5]).

AD LIBRUM SEPTIMUM.

3, 6 p. 342, 22 ss. ταῦτα καὶ τοιαῦτα ὑπὲρ Καλάνου τοῦ Ἰνδοῦ ἔστιν ἃ ἀναγεγράφασιν, οὐκ ἀχρεῖα πάντα ἐς ἀνθρώπους, ὅτῳ γνῶναι ἐπιμελές, ὡς καρτερόν τέ ἐστι καὶ ἀνίκητον γνώμη ἀνθρωπίνη ὅ τι περ ἐθέλοι ἐξεργάσασθαι] fortasse οὐκ ἄχρεῖα πάντως

1) τῆς ἀρχῆς vulgata post Vulcanium, τὴν ἀρχὴν cod.
2) Idem restituit Bergler.
3) Alterum ὁ del. Sintenis.
4) Idem reposuit Krueger.
5) Idem coni. Pflugk.

ἀνθρώπων ὅτῳ γνῶναι ἐπιμελές, hominum illi futura non prorsus inutilia, qui nosse curet [1]).

4, 8 p. 344, 24 s. *τούτοις δωρεαὶ Ἀλεξάνδρου ἐδόθησαν ἐπὶ τοῖ γάμοις*] legendum ⟨*ὑπ'*⟩ *Ἀλεξάνδρου* [2]).

5, 3 p. 345, 13 ss. *καταθεὶς δὲ* (scil. *Ἀλέξανδρος*) *τραπέζα ἐν τῷ στρατοπέδῳ καὶ ἐπὶ τούτων χρυσίον καὶ τοὺς ἐπιμελησομ νους τῆς δόσεως ἑκάστοις, ὅστις συμβόλαιον ἐπεδείκνυτο, ἐπιλύεσθ τὰ χρέα ἐκέλευεν οὐκ ἀπογραφομένους ἔτι τὰ ὀνόματα. κ οὕτω δὴ ἐπίστευσάν τε ἀληθεύειν Ἀλέξανδρον καὶ σὺν χάριτι μι ζονι ἐγίγνετο αὐτοῖς τὸ μὴ γνωσθῆναι μᾶλλόν τι ἢ τὸ πα σασθαι ὀφείλοντας*] legendum *ἀπογραφομένοις*. Redit eni ad *ἑκάστοις*, nam si ad *ἐπιμελησομένους* rediret, debuisset *ἀπ γράφοντας* dicere. Ad *γνωσθῆναι* subaudi *ὀφείλοντας*, quod proximo versu huc tacite pertrahi debet: *ignorari se debere.*

7, 5 p. 349, 7 s. *ἐς οὐ πολὺ ὕδωρ ὁ Εὐφράτης τελευτῶν κ τεναγώδης ἐς τοῦτο οὕτως ἀποπαύεται*] pro *καὶ τεναγώδης ἐς τού* legendum *καὶ τεναγῶδες τοῦτο, et id ipsum quidem paludosu* redit enim ad *ὕδωρ* [3]).

8, 1 p. 350, 1 ss. (*Ἀλέξανδρος*) *προεῖπεν ὅτι τοὺς ὑπὸ γήρως πηρώσεως τοῦ σώματος ἀχρείους ἐς τὰ πολέμια ὄντας παραλι μὲν τῆς στρατιᾶς, ἀποπέμπει δὲ ἐς τὰ σφέτερα ἤθη, ἐπιδώσει μένουσιν ὅσα αὐτούς τε ζηλωτοτέρους ποιήσει τοῖς οἴκοι κτλ* pro *μένουσιν* leg. *ἀπιοῦσιν* [4]).

9, 4 p. 352, 2 s. *ἀντὶ τοῦ Φόρους τελεῖν Ἀθηναίοις καὶ ὑπ κούειν Θηβαίων*] aut *ἀκούειν* simplex composito sufficiendum aut legendum *Θηβαίοις*.

9, 5 p. 352, 5 s. *ἡγεμὼν αὐτοκράτωρ συμπάσης τῆς ἄλλ Ἑλλάδος ἀποδειχθεὶς τῆς ἐπὶ τὸν Πέρσην στρατιᾶς* mallem ⟨*ὑπ συμπάσης*, nam alias durior esset constructio et sequens *τ στρατιᾶς* penderet neque haberet quo referretur.

10, 1 p. 353, 15 s. (Alexander in oratione ad milites:) *ὑμῶν ἢ πονήσας οἶδεν ἐμοῦ μᾶλλον ἢ ἐγὼ ὑπὲρ ἐκείνου*; legendum *καὶ τίς ὑμῶν* [*ἢ*] *πονήσας οἶδεν* ⟨*ὑπὲρ*⟩ *ἐμοῦ μᾶλ*

---

1) *πάντῃ* pro *πάντα* prop. Sintenis.
2) *Ἀλεξάνδρῳ* coni. Ellendt, <*ἐξ*> *Ἀλεξάνδρου* Krueger.
3) Idem restituit Jacobs.
4) Idem coni. Krueger, ego *μένουσιν* ut spurium cancellavi.

πτλ. [1]). Hoc esset minus terse quidem at paullo tamen dilucidius, πλατυκώτερον ἀλλὰ σαφέστερον, ita exponendum: καὶ τίς ὑμῶν ξύνοιδεν ἑαυτῷ πεπονηκότι (vel ὅτι πεπόνηκεν) ὑπὲρ ἐμοῦ μᾶλλον ἢ ἐγὼ ἐμαυτῷ ξύνοιδα πεπονηκότι ὑπὲρ ἐκείνου;

10, 2 p. 353, 20 οὐδὲ ὅπλον τι ἔστιν ἢ ἐκ χειρὸς ἢ τῶν ἀφιεμένων] parum abest quin pronunciem post ἐκ χειρὸς desiderari ἐπενεχθὲν vel simile quid.

13, 4 p. 360, 21 ss. οὐδὲ δοκεῖ μοι ἐν τῷ τότε σώζεσθαι τὸ γένος τῶν Ἀμαζόνων, οὐδ' ἔτι πρὸ Ἀλεξάνδρου, ἢ Ξενοφῶν ἀνεμνήσθη αὐτῶν] legendum ἂν ἐμνήσθη [2]).

13, 6 p. 361, 10 Ἡροδότῳ πολλάκις περὶ τῶν γυναικῶν τούτων (scil. τῶν Ἀμαζόνων) πεποίηται] subaudi λόγος [3]).

14, 5 p. 362, 20 s. οἱ δὲ καὶ (scil. ἀνέγραψαν), τὸ ἅρμα ἐφ' ᾧτῳ τὸ σῶμα ἐφέρετο αὐτὸς ἔστιν ὅτε ἡνιόχει] fortasse ⟨ὅτι⟩ αὐτὸς ἐστιν, ὃς ἡνιόχει [4]).

16, 4 p. 367, 4 ss. (πολλοὶ δὲ ποταμοὶ ἐς τὴν Κασπίαν θάλασσαν ἐξιᾶσιν) οἱ μὲν καὶ γινωσκόμενοι πρὸς τῶν ἅμΦ' Ἀλέξανδρον ἐπελθόντων τὰ ἔθνη ταῦτα, οἱ δὲ κατὰ τὰ ἐπέκεινα τοῦ κόλπου, ὡς εἰκός, ἐς τοὺς Σκύθας τοὺς Νομάδας, ὃ δὴ ἄγνωστον πάντῃ ἐστίν] post Νομάδας videtur ἀναχεόμενοι deesse [5]).

16, 5 p. 367, 12 ss. (Χαλδαίων οἱ λόγιοι) ἐδέοντο (scil. Ἀλεξάνδρου) ἐπισχεῖν τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος ἔλασιν. λόγιον γὰρ γεγονέναι σφίσιν ἐκ τοῦ θεοῦ τοῦ Βήλου μὴ πρὸς ἀγαθοῦ οἱ εἶναι τὴν πάροδον τὴν ἐς Βαβυλῶνα ἐν τῷ τότε· τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς λόγον τοῦ Εὐριπίδου τοῦ ποιητοῦ ἔπος (nempe μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς)] sunt procul dubio qui πρὸς ἀγαθοῦ defendant, ego vero nullus dubito πρὸς ἀγαθὸν emendare; saltem si vulgata servetur, subaudiri oportebit μοῖραν vel simile quid. Deinde pro λόγον legendum λόγος, scil. ἐστὶ vel κατέχει [6]).

19, 6 p. 373, 8 s. ἦν δὲ αὐτῷ (scil. Ἀλεξάνδρῳ) τοῦ ναυτικοῦ ἡ παρασκευὴ ὡς ἐπὶ Ἄραβας τοὺς πολλούς)] Arrianus in more

---

1) Idem prop. Abicht, Krueger post μᾶλλον lacunam statuit et ⟨ἢ κινδυνεύσας ὑπὲρ ἐμοῦ μᾶλλον⟩ add., ⟨ἢ ταλαιπωρήσας ὑπὲρ ἐμοῦ⟩ suppl. Polak.

2) Idem restituit Sintenis.

3) ⟨λόγος⟩ vel ⟨μνήμη⟩ πεποίηται prop. Polak.

4) ὅτι pro ἔστιν ὅτε substituit Sintenis, ⟨ὅτι⟩ post ἐφέρετο add. Abicht.

5) κατὰ τοὺς Σκύθας rescripsit Schmieder e cod. Optimo qui dicebatur.

6) Hoc etiam Krueger restituit.

habet illos Arabas, qui peninsulam vulgo Felicem dictam incolerent, appellare τοὺς πολλοὺς eoque hos Arabas, Arabiae Felicis incolas, a nomadibus Arabibus per Arabiam desertam et Petraeam et Syriam atque Palaestinam itemque Mesopotamiam palantibus distinguere, ut numero superantes a paucioribus. Sic supra c. 1, 2 (p. 338, 7) Arabiam Felicem τὴν πολλὴν appellavit, quod etiam Indic. XLIII 1 et 7 fecit.

20, 2 p. 374, 1 legendum τό ⟨τε⟩ μέγεθος τῆς χώρας [1]), scil. ὑπεκίνει αὐτόν, quod e superioribus (p. 373, 24) tacite repetendum est.

21, 1 p. 376, 16 ss. (Ἀλέξανδρος ἐκπλεῖ) ὡς ἐπὶ τὸν Πολλακόπαν καλούμενον ποταμόν. ἀπέχει δὲ οὗτος τῆς Βαβυλῶνος σταδίους ὅσον ὀκτακοσίους, καὶ ἔστι διῶρυξ αὐτῇ [2]) ὁ Πολλακόπας ἐκ τοῦ Εὐφράτου, οὐχὶ δὲ ἐκ πηγῶν τις ἀνίσχων ποταμός] legendum αὕτη [3]).

21, 3 p. 377, 7 s. (αἱ λίμναι) αἳ δὴ ἀρχόμεναι ἀπὸ ταύτης τῆς διώρυχος ἔστε ἐπὶ τὴν ξυνεχῆ τῇ Ἀράβων γῇ] post γῇ deest verbum, e. c. ἀνατείνουσιν, *procurrunt*, aut προβαίνουσιν vel simile quid [4]).

21, 4 p. 377, 14 s. εἰ δή τις μὴ ἀποφράξει τὸν Πολλακόπαν αὖθις, ... ἐκένωσεν ἂν τὸν Εὐφράτην ἐς αὐτόν] legendum ἀποφράξειε [5]).

22, 2 q. 379, 4 (ὁ κάλαμος ἐπεπεφύκει) τάφῳ τινὶ τῶν πάλαι βασιλέων] mallem τινός.

22, 3 p. 379, 6 ss. τῶν τις ναυτῶν ἐκνηξάμενος ὡς ἐπὶ τὸ διάδημα ἀφελὼν τοῦ καλάμου αὐτὸ μετὰ χεῖρας μὲν οὐκ ἤνεγκεν, ὅτι νηχομένου ἂν αὐτοῦ ἐβρέχετο, περιθεὶς δὲ τῇ κεφαλῇ τῇ αὐτοῦ οὕτω διήνεγκε] mallem οὕτω δὴ ἤνεγκε aut οὕτω ⟨δὴ⟩ διήνεγκε.

24, 2 p. 382, 16 s. (Ἀριστόβουλος λέγει) τῶν τινα οὖν ἠμελημένων ἀνθρώπων, οἱ δὲ καὶ τῶν ἐν Φυλακῇ ἀδέσμῳ ὄντα λέγουσιν] legendum ὄντων.

---

1) Idem suppl. Krueger.

2) Ita vulgata, αὐτη (sic) cod.

3) Idem reposuerunt Pflugk et Sintenis, ego praeterea voces ὁ Πολλακόπας ut spurias eieci.

4) Eodem loco aliquid excidisse putavit Krueger, ego διήκουσιν post διώρυχος addidi.

5) Idem restituit Ellendt.

24, 4 p. 383, 8 s. *ἀπὸ δὲ τοῦ πότου αὐτὸν μὲν* (scil. *Ἀλέξαν-*
ν) ἀπαλλάττεσθαι ἐθέλειν ἐπὶ κοιτῶνι εἰσὶν οἳ ἀνέγραψαν]
endum *ἐπὶ κοιτῶνα* [1]).
10, 3 p. 390, 7 ss. *ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἐμεμψάμην ἔστιν ἃ ἐν τῇ*
γραφῇ τῶν Ἀλεξάνδρου ἔργων, ἀλλὰ αὐτόν γε Ἀλέξανδρον οὐκ
χύνομαι θαυμάζων] legendum *ἐπεί*, *⟨εἰ⟩ καὶ αὐτὸς*, vel *ἔτι*,
καὶ αὐτὸς.

---

[1] Idem restituit Sintenis.

EMENDATUR STAT. ACH. I. 87.

Ibi Neptunus Thetin alloquitur et alia dicit et haec:

cum tuus Aeacides tepido modo sanguine Teucros
undabit campos, modo crassa exire vetabit
flumina et Hectoreo tardabit funere currus
impelletque manu nostros, opera inrita, muros!

io *undabit* hucusque editorum curas frustra vexavit, quae
corrupta sit non est dubitandum, quandoquidem tam Sta-
quam ceteri semper et ubique eo verbo intransitive usi
, cf. Theb. I. 449, 552, II. 124, 635 e. a. Garrod vocabulo
bus saepto proponit *turpabit* additque certe lectionem tradi-
frustra ex Claud. Ruf. II 68 defendi.
ram lectionem esse mutabit et alii loci Statiani et res
ographica me docuerunt. Sunt autem Theb. VII. 71:

Hyrcano in sanguine pulcher
ipse subit curru, diraque aspergine latos
mutat agros, spolia a tergo flentesque catervae.

le Theb. IX. 257:

crasso vada mutat uterque
sanguine, et e fluvio neutri fatale reverti.

ue Theb. IX. 359:

iacet ipse procul, qua mixta supremum
Ismenon primi mutant confinia ponti.

iter Lactantius verbo usus est, qui ad Theb. VIII. 405:
um deforme cruoribus aurum' observat: „Necessitas enim
aurum aut perdit aut mutat", neque aliter apud Verg.
1. 44 explicandum est:

ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
murice, iam croceo mutabit vellera luto.

P. H. D.

AD NOVA FRAGMENTA IN LIBRO
BERLINER KLASSIKERTEXTE V, 2.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

SAPPHONIS fr. II (p. 13), strophe quinta sic editur:

π[όλλοις γὰρ στεφά]νοις ἴων
καὶ βρ[όδων ...]κιων τ' ὔμοι (= ὁμοῦ)
καὶ .[.....] παρ' ἔμοι περεθήκαο.

In vs. ultimo supplendum suspicor:

καὶ ἀ[νθρύσκων], i. e. κἀνθρύσκων. Cf. fr. V, strophe 5: ἀ δ' ἐέρσα κάλα κέχυται, τεθά|λαισι δὲ βρόδα κἄταλ' ἄνθρυσκα. Post καί Blass leve vestigium literae A dispicere sibi visus est.

In magno *Cretensium* EURIPIDIS fragmento p. 73 sqq. postquam Pasiphaë convicta quod Minotaurum peperisset, culpam partim voluntati divinae partim Minoi tribuit, in quem vehementer invehitur, quod missum sibi taurum non, ut voverat, Neptuno immolarit, et chorus huius iram mitigare frustra conatus est, vs. 44 Minos ira excandescens exclamat:

ἆρ' ἐστόμωται, *quantum os gerit!* Tum ad satellites:
μ[.....] βοαι.
χωρεῖτε λόγχῃ [.....ο]υμένῃ
λάζυσθε τὴν πανο[ῦργον, ὡ]ς καλῶς θάνῃι,
καὶ τὴν ξύνεργον [τήνδε, δ]ωμάτων δ' ἔσω
[ἄγο]ντες αὐτὰς ἑρ[ξατ' ἐς ....τ]ήριον,
[ὡς μ]ηκέτ' εἰσίδ[ωσιν ἡλίου κ]ύκλον.

Fortasse primus versus sic potest redintegrari, ut legatur:

ἆρ' ἐστόμωται· μ[ᾶσσον ἢ ταῦρος] βοᾷ! —
χωρεῖτε κτέ.

i. e. *altius tauro* (amatore suo) *clamat!* — *Ite satellites* cett. De λόγχη collective usurpato pro λογχοφόροι cf. nota editoris.

Versui 48 quattuor adhuc desunt literae. Sententiae convenit: ἔγοπες αὐτὰς ἔρξατ' ἐς κρυπτήριον, *conclave abditum, latebras* = κευθμῶνα, quamquam substantivum non nisi apud sequiores occurrit. Sed vocabulum legitime formatum est a κρυπτός, ut κριτήριον a κριτός cett., et plurima vocabula pro novitiis habita literarum incremento apparuit esse antiqua.

NOVAE COMOEDIAE FRAGMENTUM B p. 115 sqq., si non Menandreum, Menandro saltem dignissimum, continet tres columnas, quarum secunda et tertiae pars ultima ita comparatae sunt, ut satis bene possint intellegi. Col. II

35 ζηλοῖς λαβών τε τὴ[ν ..... ἐλ]ήλυθα[ς]
θυγατέρα δεῦρο, πλουσίαν τε [ἠγ]ῆ[ι] μόνη[ν]
ταύτην, σεαυτὸν δ' οὐχί; B. πάντ' ἐγὼ [μ]όνης
ταύτης λογίζομαί τ' ἐμαυτοῦ τὴν ἐμήν.
ἐλευθέρα τ' ἦν καὶ πόλεως Ἑλλη[νί]δος,
40 καὶ πάντα ταῦτ' ἐκτησά[μην] ἀ[γαθ]ῇ τύχῃ.
οὐ δεῖ λαβεῖν με πορνο[.....] θ....
A. τί δὴ τὸ λυποῦν σ' ἐστίν; τ[ί γὰρ οὐ]κ ἤγαγες
ἐνταῦθα τὴν γυναῖκα κα[ὶ .....];
B. οὔκ οἶδ' ὅπου γῆς ἐστιν· οὐκ [ἐλήλ]υθεν
45 οὔπω γε νυνί, τῶν χρόν[ω]ν ὄντων μακρῶν. κτέ.

Uxorem iuvenis, de qua hic agitur, ditissimam fuisse ἐπίκληρον crediderim et patris iam defuncti filiam, fortasse *unicam*, itaque ditiorem quam si sorores habuisset. Quinque saltem literis in vs. 35 adhuc deficientibus convenit μόνην, nec coniecturae obstare μόνην et μόνης in versibus contiguis vix est quod dicam.

Vs. 43 fortasse sic explendus:

ἐνταῦθα τὴν γυναῖκα κα[ὶ τὸ παιδίο]ν;

Sufficit certe spatium, nec video quid obstet, sequens enim numerus singularis spectat matrem, cui infans est ἐν προσθήκης μέρει. Litera finalis secundum editorem est aut H aut N. — Vox ζηλοῖς cohaerens cum antecedentibus, quae perierunt, fugit interpretationem.

Vs. 59 s. καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγενόμην
εἷς [τῶν λεγο]μένων οὐσίαν μικρὰν ποεῖν.

Hinc profecisse videtur veterum imitator Libanius Or. XL § 6: οὐδὲν ἂν ἀνδραπόδου βελτίων ... οὐσίαν μικρὰν ποιεῖν.

In eodem fragmento, col. 2 et 3, altera est scena, ubi pater aliquis cum filio suo (non confundendo cum priore illo adolescente) colloquitur, qui confitetur se amare filiam citharistae cuiusdam Ephesii nomine Phaniae, sic narrans inde a vs. 92 quomodo eam primum cognoverit:

τὰ δ' ἄλλ' ἄκουσον συστρ[όφως εἰρημένα]·
εἰς τὴν Ἔφεσον ἔπεσον [ἐγὼ 'κ ναυαγίας]·
τῆς Ἀρτέμιδος ἦν τῆς ἑ[κεῖ τιμωμένης]
δειπνοφορία τις παρθένω[ν τε καὶ νέων].
εἶδον κόρην ἐνταῦθα Φανίου [τινὸς]
Εὐωνυμέως. Β. Εὐωνυμεῖς κἀ[κεῖ τινὲς]
εἰσ' ἐν Ἐφέσῳ; Α. χρέα μὲν οὖν [ἦλθεν Φυγὼν]
ἐντεῦθεν. Β. ἆρα τοῦ κιθαριστο[ῦ Φανίου]
ταύτην λαβεῖν ἐσπούδακ[ας τὴν παρθένον,]
τοῦ γείτονος νῦν ὄντος; οὗ[τ]ο[ς, πῶς λέγεις];

Supplementa mea sunt vs. 92—94 et vs. 101.

Vs. 94 parum feliciter suppletus: Ἐ[φεσίας] ..... Asyndeta orationis συνεστραμμένης propria sunt. Indignabundum autem patrem decet quod in ultimo versu conieci οὗτος, πῶς λέγεις; Ceterum in hoc genere pleraque incertiora esse vix est quod dicam, specie quadam contenti esse debemus. — Ad δειπνοφορία editor vix scripsisset quae adnotavit, ita festum vocare *potuisse* Atheniensem, si cognovisset titulum Ephesium in Herme IV p. 203 δειπνοφοριακὴ πομπή, quem in *Lexico* meo *suppletorio* attuli.

Melanippae Euripideae fragm. p. 125, col. 3, 13:

ἐρημίᾳ
γυναικὸς οἶκος δυσπινὴς ὄγε ὄλβιος.

Adnotat editor: „auch wenn man ⟨καὶ⟩ ὅ γ' ὄλβιος versucht, bleibt der Ausdruck mit dem elenden γε des Dichters unwürdig." Recte, sed nihil opus est vocula *καί*. Vix aliud dedit poeta quam:

ἐρημίᾳ
γυναικὸς οἶκος δυσπινής ἐστ' ὄλβιος.

Sine muliere dives domus sordet.

Ibidem col. 4, vs. 16 (26) Florilegii auctori debetur forma futuri Hellenistica διορίσω pro διορίῶ, ut dedit Euripides, quod idem valet de γίνεται pro γίγνεται in versu sequente.

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(*Continuantur ex Vol. XXXV pag.* 395).

XCIX.

COMPENSATIO [1]) QUOTUPLEX.

Quaerunt dialectici, nec umquam, opinor, quaerere desistent, sitne ea natura compensationis ut invicem debita deberi desinant actu quodam interposito an re; neque enim, ista natio ut intelligat, fore spes est, sui natura compensationem utrumque admittere. Est enim una [2]) compensatio, quae fit *pact(o)* [3]) et in omnibus locum habet quae invicem debeantur, nam nihil est aliud nisi remissio ultro citroque [4]). Quocirca quaeritur teneatne

1) Compensationem in hoc tractatu intelligimus *invicem liberationem* (Tribon. l. 10 pr. D. 16. 2), in qua aut nihil aut superfluum tantum solvatur. De aliis compensationibus (»*Erwerbscompensationen*") cf. Kretschmar, Secum pensare (1886) p. 1-3.

2) Compensationem modo esse *voluntariam*, modo *necessariam*, nec posse utrique generi eadem iuris regulas convenire, viderunt multi (veluti Bethman-Hollweg, *Rh. Mus.* I (1827) p. 268). Sed in eo errarunt, quod aut compensationem voluntariam neglexerunt (Ubbelohde, *Ueber den Satz* etc. (1858) p. 6: »*Compensation, die sogenannte* comp. necessaria"; Lenel, *das* edictum (1907) p. 485[3]: »*eigentliche Kompensation (findet) nur durch den Richter statt*"), vel certe in definiendo rationem eius non habuerunt (Windscheid (1891) § 348 ia. § 351. 2), aut necessariam putaverunt unam esse. Vitaverunt prius vitium Eisele, *Compensation* (1876) p. 389 (§ 35); Dernburg, *Pandekten* II (1892) § 62, utrumque Girard, *Manuel* (1906) p. 702.

3) Cf. l. 51 § 1 D. 2. 14; l. 7 § 4 D. 15. 3; l. 4 D. 20. 4; l. 11 § 9 D. 32; c. 13 C. 4. 31; c. 11 § 2 C. 4. 44; c. 2 § 1 C. 4. 49.

4) Windscheid (1891) § 351. 2: »*gegenseitiger Erlassvertrag*".

pactum, quum ab altera parte indebitum in compensationem deductum sit [1]). Est huius generis pactum id quoque, quo abitur ab emptione venditione vel locatione conductione, ceterorum eatenus dissimile, quatenus iure utroque valet [2]), cetera honorario solo, nisi subiciatur acceptilatio [3]). Alia compensatio est, quae fit iudicio, quae locum habet in bonae fidei iudiciis propter iudicis officium; at in strictis doli mali opposita exceptione propter rescriptum divi Marci, quod illustravimus cap. XXIX. Huic ut locus sit, oportet id invicem deberi, quod iudex ad idem genus, veluti pecuniam, redigere possit. Sed quia iure vere Romano id semper [4]) potest, hac ratione compensatio numquam impeditur [5]). De novo iure quaeritur [6]). Sane a Iustiniano non vetatur iudex aestimata re pecuniam condemnare, quamquam ob id ipsum cum convicio dimittitur [7]); nec nisi permissam voluit Imperator pecuniariam condemnationem, aut dici potest, cur denegare opus fuerit compensationem depositario et *possessionem alienam perperam occupant(i)* [8]), aut perspicitur, quando vel quomodo *ex (in rem) actionibus* compensa-

---

1) Cf. inprimis Eisele, *Compensation* (1876) p. 237-241.

2) § 4 Inst. III 29; l. 7 § 6, l. 58 D. 2. 14; l. 6 § 2, l. 72 pr. D. 18. 1; l. 1, l. 2 D. 18. 5.

3) Gai. IV § 126*a*.

4) Excipit Dernburg, *Compensation* (1868) p. 495, actiones arbitrarias, „*wenigstens so lange das Stadium der Naturalrestitution noch nicht erledigt war*", id est antequam declaretur restitutum non iri. Docet quidem (ibid. p. 495-497): quum par causa sit, adversario postulante statim litem aestimari eo fine, ut compensatio fiat. Laudat in eam sententiam l. 18 § 4 D. 13. 6. Ulterius docet (ibid. p. 342/3), quum propter impensas utiles cum vindicante agatur, omnimodo litem aestimari, tum vero maxime quum res domino venalis sit. Laudat l. 28-30, l. 38 D. 6. 1.

5) Impediri quidam putant aut eo, quod non permittatur iudici condemnare reum, si velit praestare (Ubbelohde, *Ueber den Satz* etc. p. 73; Dernburg, *Compensation* (1868) p. 341; Eisele, *Compensation* (1876) p. 47), aut, quod non permittatur pecunia aestimare, quod invicem actorem praestare oporteat, hic si praestare malit (Eisele, *Comp.* p. 4/5). Illud numquam, hoc stricto dumtaxat iudicio constituto obstaturum putat Windscheid (1891) § 350[10]. De bonae fidei iudicio concedit Eisele, *Compensat.* (1876) p. 324 (obstaturum neutrum).

6) Cf. Kniep, Praescriptio *und* Pactum (1891) p. 25[44] (= *die* mora *des* Schuldners (1872) § 91).

7) c. 17 § 2 C. 7. 4.

8) Ergo Appleton, *Hist. de la compensation* (1895) p. 489-501, compensationem his denegatam esse negat, mutuam petitionem ait (p. 501: „*c'est tout simplement l'interdiction de la demande reconventionnelle*"). Cf. ibid. p. 361 (ima), 409 (ima), 427[1].

tionis nomine quidquam decerpi possit [1]). Consequens igitur est [2]), etiam iure novo compensationem generis diversitate nequaquam impediri. Iam lege Gallica [3]) cum pecunia cur veniat in compensationem nihil praeterquam fruges, quarum pretia *in foro rerum venalium habe(a)ntur* [4]), adeoque cognosci possint *per nundinationem* [5]), quas hoc tempore Galli literas appellant *mercuriales*, non ea ratio est, quod ceteras res omnes iudex aestimare non debeat — aestimare vetatur nihil, nisi, ubi in fructus condemnari oporteat, ultimi anni fructum [6]) — sed, quod non censuit legislator aestimationem expectandam esse [7]). Qui, quod denegavit depositario et commodatario et praedoni exemplo iuris Iustiniani compensationem, post interdictam disparis generis compensationem sane ex abundanti cavit [8]). Licet autem a Iustiniano non vetetur iudex aestimatione ultro citroque facta sic invicem debita compensare, cavetur tamen, ne quid in compensationem admittatur, quod non sit liquidae, id est, facilis, probationis. Ergo debet admitti, quod iudicationem non moretur, solum. Ex diverso remittit Iustinianus veteris iuris condicionem: ut exceptione reus se defenderit, quum stricto agatur iudicio. Qua condicione salva in strictis iudiciis non sufficiet apud iudicem datum mutuam actionem instituisse. Sufficiet in bonae fidei iudiciis [9]), quia, mutuam petitionem qui intendit, is re ipsa postulat, ut compensetur [10]). Quodsi in iure apud praetorem

---

1) Ergo docet Dernburg, *Compensation* (1868) p. 353/4 tunc demum decerpi, quum res possit res restitui vel quum causa rei aestimetur. Cf. Brachyl. III 18 § 7 (Eisele, *Compens.* (1876) p. 326).

2) Esse vidit Duarenus (I p. 303).

3) *Code civil* art. 1291. 2.

4) Cf. c. 37 C. Th. 11. 1; c. 2 C. Th. 11. 2; c. 2 C. Th. 11. 15. Eam appellant Papyri (veluti Paris. 7 lin. 13; Genev. 8 lin. 13/4, 25/6 (Nicole, *Rév. étud. grecq.* VIII (1895) p. 326, 331); Lond. 218 lin. 10/1; Grenf. I 18 lin. 21/2; Fayum 90 lin. 17; Amherst 44 lin. 11; 46 lin. 10/1; 47 lin. 13/4) τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ (P. Tebt. 105, 46: τὴν ἐν τῇ κώμῃ; P. Genev. 43, 14/5: τὴν ἐπὶ τοῦ καιροῦ) τιμήν.

5) Amm. Marcell. XXVIII 1 § 18. Cf. Appleton, *Hist. de la comp.* (1895) p 98[1].

6) *Code de procéd.* art. 129.

7) Cf. Dernburg, *Compensation* (1854) p. 428[2].

8) Cf. Appleton, *Hist. de la compens.* (1895) p. 501-511.

9) Cf. Collat. X 2 § 5.

10) Ita sentiunt Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* II § 101 (p. 466): „(*die Widerklage schliesst*) *die Einrede der Compensation in sich*"; Wetzell, *System* (1861) p. 689;

mutuam quis actionem instituerit, mittetur quidem ad eundem iudicem, sed non potest is iudex compensationis rationem habere, quum diversis formulis sumptus sit, nisi utrumque iudicium bonae fidei sit. Tunc enim potest in altero compensationis ratione habita et in superfluum reo condemnato ex altero absolvere. Quodsi alterum utrum bonae fidei est, in eo quidem potest compensationis rationem habere, sed, nisi alterum sub doli mali exceptione datum sit, ibi non potest absolvere. Quodsi utrumque strictum est et utrubique formula pura, in neutro poterit compensationis haberi ratio. Aliud dicendum est, si ipse magistratus cognitionem susceperit, quia hic semper potest compensationis rationem habere [1]) *ratione doli exceptionis* [2]), quae extraordinariis iudiciis inest. Ergo, postquam iudicia omnia extraordinaria facta sunt, interesse desiit inter compensationis, id est, pensandae [3]) pecuniae, defensionem et mutuam actionem, quia nec interest re et solemnitas eadem est [4]). Nam re ideo non interest, quia, qui mutuam actionem intendit, is utique desiderat compensari; qui vero opponit compensationem, is vel magis adversarium sibi condemnari cupit [5]). Solemnitas autem

---

Dernburg, *Compensation* (1868) p. 542 (videtur quidem hic (p. 264) aliter existimare de iure Romano).

1) Posse vidit Appleton, op. cit. 262.

2) L. 67 § 3, l. 69 § 3 (cf. l. 34 § 2) D. 31.

3) Diversa est *pensata(e)* pecuniae exceptio (l. 19 § 3 D. 22. 3), id est, ni fallor, quam appellat Dernburg, *Compensation* (1854) p. 46/7 rei in compensationem deductae exceptionem (p. 255 summa: „*Einrede der durchgeführten Compensation*").

4) Hoc sibi velle videtur Cuiacius, Obs IX c. 37 (Paris. III p. 267 C/D) verbis: *mutuae petitionis obiectio compensatio est* (cf. Appleton, *Hist. de la compens.* (1895) p. 498). Eodem modo dici potest: *compensatio est mutuae petitionis obiectio*, quae sententia aliquando obtinuit (Dernburg, *Compensation* (1868) p. 545). Ceterum neque *compensatio est species reconventionis*, quod placebat Baldo (Dernburg, *Compens.* (1868) p. 269) neque *reconventio species compensationis*, quo principio, sed non expresso, ratiocinantur Wilmowski et Levy (1886) ad *Civilprozessordn.* § 33. 1.

5) Ergo falso docet Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 175 (p. 662), proprium hoc esse mutuae actionis: „*die Widerklage ist ein wirklicher Gegenangriff, mit dem der Verklagte nicht blos, wie mit der Einrede die Abweisung der Klage, sondern die Kondemnation des Gegners bezweckt*" (= Bettmann-Hollweg, *Rh. Mus.* I (1827) p. 262: „*durch die Compensation wünscht der Beklagte, wie durch jede Einrede, nur Absolution .... Durch die Widerklage verlangt er die Condemnation des Klägers*"). Rectius multo Geib, *Theorie der gerichtl. Compens.* (1897) p. 117: „*wenn sich auch formell die Compensationseinrede als blosses Vertheidigungsmittel .... der stellt, so ist es doch materiell dem Compensanten um die* (p. 105 *sogar executive Realisierung des eigenen .... Anspruchs zu thun*".

adeo est eadem, ut dicere temptet Appleton [1]): post formulas abrogatas novam aliquam solemnitatem mutuis actionibus positam esse, ne confunderetur mutua actio et compensationis defensio. Verum enimvero, quia leges non tantum Romanae sed recentissima quaeque separant mutuam actionem et compensationis defensionem — veluti permittebat lex Borussica de praediorum dominiis transferendis [2]), quae anno 1872 lata est, ex causa rei venditae et traditae mutuam actionem (*Widerklage*), denegabat autem in pari specie defensionem (*Einrede*), atque similiter propria iura statuit lex Germanorum iudiciaria [3]) sive quis mutuam petitionem (*Gegenforderung*) in modum actionis instituerit (*Widerklage*), sive in modum contradictionis (*mittels Einrede*) — ergo, quia leges interesse volunt, mirum non est, si interpretes discrepantiam utriusque rei èt quaesiverunt èt, ut fit, invenisse sibi visi sunt. Azoni [4]) igitur et item multis aliis, qui ab Azone pendent vel certe pendere videntur, veluti papae Innocentio [5]), Tancredo [6]), Duranti [7]), hoc interesse visum est inter defensionem et mutuam actionem, quod, mutua actione qui utatur, is petat adversarium sibi condemnari, defensione qui utatur, is non petat condemnari actorem, sed absolvi dumtaxat se. Ergo tacite adsumunt, quod ab aliis nominatim exprimitur; non posse actorem condemnari, nisi id ipsum reus totidem verbis petiverit [8]). Quod refellunt inprimis Imperatores,

---

1) *Hist. de la compens.* (1895) p. 234. Cf. in re simili Demelius, *die* confessio (1880) p. 102.

2) *Eigenthumserwerbgesetz* § 7. 2.

3) *Civilprozessordnung* (1879) § 273, 274. Communis est § 136. 2 (et rursus propria § 33).

4) Summa cod. III 8 vv.: *si vero reus in modum exceptionis aliquam obiciat actori (quest)ionem, id est, ut non petat eum sibi condemnari sed se ab eo ... absolvi.*

5) c. 2 X 2. 10: *Nos autem distinguendum esse credimus* etc.

6) Ord. iud. II 20 § 2: *Item nota* etc.

7) Tit. de incid. quaest. § 13.

8) Dernburg, *Compensation* (1868) p. 255: „*(die) stillschweigend(e) Widerklage ist .... überhaupt dem römischen und gemeinen Rechte fremd ...., welches auf der Verhandlungsmaxime ruht, und zu jeder Verurtheilung unbedingt einen Antrag .... voraussetzt*"; id. ibid. p. 542; Windscheid (1891) § 127[3]; Appleton, *Hist. de la compens.* (1895) p. 233 ima: „*aucune condamnation ne peut être prononcée sans une demande*". Laudat hic praeterea Albertum Desjardins („*condamner le demandeur d'office .... (c')est inadmissible*"). Sed cf. Witte, *das* interd. uti poss. (1863) p. 134 (lin. 19 sqq.) et Bekker, *Recht des Besitzes* (1880) p. 256 (lin. 7-9), et ipse Windscheid (1891) § 159[a], quibus in interdicto *uti possidetis* non videtur absurdum.

quum doceant [1]): *non dubitandum es(se) iudici, si quid a liti toribus vel ab his qui negotiis adsistunt minus fuerit dictum, supplere et proferre, quod sciat legibus et iuri publico conveni* tum vero Papinianus, quem laudat Iustinianus [2]) in hanc se tentiam: *non solum* posse *iudicem de absolutione rei iudicare, i ipsum actorem, si e contrario obnoxius fuerit inventus, condemna* quod pertinere non potest [3]) ad mutuae petitionis effectum, q enim umquam dubitavit, quin ex mutua petitione actor c demnari possit quibusdam speciebus exceptis [4]); ergo pertin debet ad compensationis vim ac potestatem. Quocirca, li concedamus, non omnia quae legibus et iuri publico conveni a iudicibus suppleri — veluti sunt exceptiones omnimodo iciendae [5]), — concedamus praeterea esse in hac iuris pa pleraque incerta [6]), constare tamen dicimus et Papiniani const auctoritate [7]): perinde compensatione obiecta condemnandum torem, acsi mutua petitio instituta esset. Atqui hoc discrim remoto, nihil est residui [8]). Intelligimus autem mutuam p tionem, quae petitioni obiciatur, id est, per quam respond reus ad actoris petitionem [9]). Qua ratione negavimus [10]) ἀ πρόσκλησιν veram esse petitionem mutuam. Eadem ratione gabat Pontifex [11]) esse reconventionem, *si contra (petitorem)* r *literas impetrare maluerit.* Separat denique Borussicus legislator

---

1) c. un. C. 2. 10. (11).

2) c. 14 C. 7. 45.

3) Pertinere putant Dernburg, *Compensation* (1868) p. 254/5; Appleton, *Hist. la comp.* (1895) p. 231-233.

4) Unam indicabit Dernburg, *Compensation* (1868) p. 545 (post notam 2).

5) De hoc iure cf. Lenel, *Urspr. und Wirk. der Exceptionen* (1876) § 7 (a praeterea Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 137 not. 10).

6) Bethmann-Hollweg, *Rh. Mus.* I (1827) p. 263 ima. Non dubitat hic (p. 2 quin retentionis defensio supplenda sit, quum compensationem quis obiecerit; du (p. 263), utrum tunc supplenda sit, quum quis mutuam petitionem instituerit.

7) Ergo valebit conclusio nostra, quatenus Papiniano parebitur.

8) Docet quidem Duarenus (I p. 303/4) interesse, quod, qui compensationem ponat, *confite(atur) debitum.*

9) Hoc est illud, quod Gallice dicitur: *par ses défenses se .... constituer de deur.* Cf. Loysel, *Institut. coutum.* no. 703 (Davot).

10) Observ. LXXXIV.

11) cap. 8 § 1 in VI° 1. 3.

12) *Eigentumserwerbgesetz* (1872) § 7. 2. Eandem adhibet distinctionem Garso *Traité de procéd.* V (1894) § 1185[2] (p. 810).

actoris a reo conventionem *(Klage)* et mutuam conventionem *(Widerklage)*. Quamobrem rectissime definivit Savigny [1]) veram non esse mutuam petitionem, nisi ratio intercedat cum principali petitione, sed, quae ratio intercedere debeat, invenisse non videtur. Recte quidem docet: non in eo rationem consistere, quod apud adversarii iudicem actor respondere cogatur; non enim propterea quod actor petitioni respondere cogitur, mutua est, sed, summum [2]), dici potest: propterea, quod mutua sit, respondere cogi actorem. Non recte aut ipse scribit aut Endemann [3]), in eo consistere rationem, quod simul cognoscatur de utraque; non enim propterea mutua est petitio, quod simul cognoscitur, sed, quia mutua est petitio, cognoscitur simul [4]). Propius verum accessit Wetzell, quum doceat [5]): veram esse mutuam petitionem, quam intendat reus eo consilio, ut simul de utraque iudicetur; sed ipsa res docet, veriorem esse, quam praemisimus, quia non consilium invicem petentis iudex explorare solet, sed factum, id est, utrum ultro egerit, an responderit [6]). Potest quaeri, ubi iudicis interventu compensabitur, utrum *ei opponenda* sit *exceptio, quod non competens iudex agentis esse cognoscitur* [7]). Quocirca docet Dernburg [8]), compensationis defensioni non posse obici fori praescriptionem mero iure [9]), quod quasi inhaereat defensio petitioni [10]); sed notandum est, Iustinianum [11]), quum confirmet Papiniani sententiam, posse ex causa compensationis actorem condemnari, *augendam* eam duxisse re-

---

1) *System* VI § 289 (p. 330/1).

2) Ideo, *summum*, quia iure communi utique actor omni adversarii petitioni apud huius iudicem respondere cogitur, licet proprie non sit mutua (Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 175 V (p. 666/7); cf. Wetzell, *System* (1861) p. 360/1, 646 ante notam 76). Hoc in novas leges transiisse non videtur.

3) *Civilprozessrecht* (1868) § 175 (p. 662).

4) Endemann, l.l. not. 1.

5) *System* (1861) p. 686 (post notam 76).

6) Potest nova Germanorum lege (*Civilprozessordnung* (1879) § 138) causas 'coexeas coniungere iudex, etiamsi reus *ἀντιπροσκαλέσατο*.

7) Sic loquitur Iustinianus (c. 14 C. 7. 45).

8) *Compensation* (1868) p. 541. Cf. ibid. p. 530/1.

9) „*schon der Strenge der Prinzipien nach*". Diversum putat de mutua petitione.

10) „*da .... die Compensationseinrede (der Hauptklage) innerlich zugehörig ist*".

11) c. 14 C. 7. 45.

motis privilegiis [1]). Sequitur tertia compensationis figura, qua re fit, nec ea sui natura locum habere potest, nisi utrimqu par genus debeatur, quod perperam praedicat Windscheid [2]) d omni compensatione. Licet autem sui natura haec compensati locum habere possit, ubi par genus invicem debeatur, tame locum habere non sequitur, quia hoc pendet ex constituentiu auctoritate. Invenitur autem re compensatio legibus Atticis, qu circa Demostheni liberando multa (quod per acceptilatione non licebat) satis fuit civitatem oratori in eandem summa obligari [3]). Invenitur quoque apud auctores nostros [4]) velu apud Paulum [5]), et multum distat ab ea compensatione, *qu argentario opponitur* [6]), haec enim non re fit, sed litis contest tione, quum quis iudicium purum recusaverit, nam *cogitur* hoc modo argentarius *cum compensatione agere* [8]). Re compensat iure novo numquam locum habet, quia ex constitutione Ius niani semper praecedere debet iudicis cognitio habeatne liquida probationem, quod invicem deberi dicatur. Quam Fridolini Eise sententiam supra [9]) comprobavimus [10]). Quocirca dicendum e errare Duarenum [11]), quum doceat etiamnunc, quum par s species, re compensari. Est praeterea quarta compensationis gura, quae perficitur denuntiatione (*„durch Erklärung"*), quu quis actori denuntiaverit compensare se paratum esse. Inveniu

---

1) Ergo videtur Friderico Carolo Savigny (*System* VI § 290 (p. 342) not. *f*) P pinianus admisisse fori praescriptionem. Quod non sequitur.

2) *Lehrbuch* (1891) § 350ª. Statim quidem (not. 10) ipse docet hoc verum n esse, ubi iudicio compensetur et iudex aestimare possit; pacto denique ubi compe setur (§ 351 not. 4), par genus nequaquam requiri.

3) Plut. Dem. 27 (i. f.). Cf. quoque *Inscr. jur. grecq.* XX A § 2 (= Michel no. 133

4) Hoc verum esse negat Geib, *Theorie der gerichtl. Compensation* (1897) p. 18-2

5) Sent. II 5 § 3.

6) Gai. IV § 66.

7) A praetore.

8) Gai. IV § 64.

9) cap. XXXIII.

10) Docent quidem Dernburg, *Compensation* (1868) p. 566 sqq.; Windscheid (18 § 350. 5, cuius debiti causa liquida non sit, eius compensationem differri quidem n vero perimi: condemnandum scilicet reum compensatione salva, sed demonstravit L belohde, *Ueber den Satz* etc. (1858) p. 113 sqq, eam mentem Iustiniani non fui Erit aperta res, quicumque inspexerit Institutiones (§ 30 IV 6), Theophilum (IV § 1 Thalelaeum (Bas. 24. 10. 38 et sch. 1 ad Bas. 24. 10. 28).

11) I p. 303.

m ea non Romanis [1]) sed novis Germanorum legibus [2]) ad
am Bartoli [3]), et locum habet, quum par species sit [4]), nec
t ultra porrigi, quia scilicet dispar species non potest sine
natione compensari, aestimatio porro remota conventione
ıtiave non procedit. De genere dispari leges istae mutae
plane non videtur legislator taciturnitate sua eripere vo-
iudici compensandi potestatem, quatenus ei litem aesti-
permittitur [5]), multo vero minus contrahentibus. — Vide-
nunc ecquae compensationum sint communia. Inprimis
communis tractatus est [6]), an et quatenus ex dispari
locum habeat compensatio. Quam rem examinavimus
harum observatiuncularum XXXVII. Secundo quaeritur,
ı sit obicienda compensatio, an possit iudex rationem eius
ə, licet is quocum agitur, ut compensetur, non postulaverit [7]).
ıidem si videatur compensationis defensio vera esse ex-
[8]), sine dubio debebit nominatim opponi; quodsi pro-
ı genus defensionis est compensatio, iam potest esse du-
, sitne defensio nominatim obicienda. Erat utique ex

---

nveniri demonstrare aggressus est F. Leonhard, *die Aufrechnung* I (1896).
falli puto. Ipsa quidem denuntiatio compensare se *paratu(m) es(se)* intelligenda
Paulo Kretschmar, *Ueber die Entw. der Kompens.* (1907) p. 14 lin. 3/4, cui
adsentior, l. 2 D. 16. 2 (quam sumus interpretati cap. XXX), sed multum
ıt compensetur ibi denuntiatione.

3. *G.-B.* § 388. Ita ius constitutum iri, praesagiebat Dernburg, *Pandekten* II
§ 64 not. 1 (cf. *Compensation* (1868) p. 291).

Dernburg, *Compensation* (1868) p. 285.

4. *G.-B.* § 387.

Eius rei termini ponuntur *B. G.-B.* § 249-251, 253

bonae fidei iudicii et stricti, quum sit opposita doli mali exceptio. Eius enim
ısationis quae argentario opponitur atque deductionis, quae obicitur bonorum
i, separata causa est.

Hic quoque propria causa est deductionis quam patitur bonorum emptor (cf.
das edictum (1907) p. 412 ante not. 3) atque compensationis quae opponitur
rio (cf. Dernburg, *Compensation* (1868) p. 26 et ex diverso Geib, *Theorie der*
Comp. (1897) p. 141/2).

ic videtur Bethmanno Hollwegio, *Civilprozess* III p. 271: „*Das Recht der*
ıation (*ist*) *das einer wahren* exceptio". Quocirca Geib, op. cit. p. 45, 48, 57
ompensationis defensionem nihil esse aliud quam doli, et eius praesentis, ex-
m (p. 45: „*d(ie) Compensationseinrede .... ist* (*nichts anderes*) *als eine* ex-
oli praesentis"). Observat denique Eisele, *Compensation* (1876) p. 222, Bern-
Windscheid (§ 349. 3) re ipsa compensationis defensionem exceptionibus veris
ere.

rescripto divi Marci impetranda exceptio, ut liceret compensatione se defendere; sed, quia novo iure rescriptum abrogatum est, ex ipsius compensationis natura decernatur necesse est. Praevaluisse tamen videtur [1]), ut esset compensatio omnibus modis opponenda, neve sufficeret apud iudicem aliquid dixisse vel adlegasse, quod notitiam eius instrueret. Non propterea sequitur compensare volentis desiderium, quum instituatur mutua petitio, nominatim exprimendum esse. Tertio compensationum est commune, quod nulla locum habet [2]) ante diem debiti [3]) et quod *compensatione* quomodocumque habita *pignora* liberantur [4]). Praeterea quaeritur, compensationis defensio pariatne indebiti condictionem? Sed obstare videtur c. 13 C. 4. 31: *redditis* (id est: solutis), *quae venerant in compensationem* [5]), *non indebiti soluti repetitio, sed ante debiti competit exactio.* Nam, qui denegat pensatae pecuniae condictionem, eius vel magis negabit, quae in compensationem non venerit, sed venire potuerit. Interest autem creditoris pristinam habere actionem, alioquin condicenti erroris ratio reddenda est [6]) et spes hypothecarum abicienda [7]). Dat quidem Tribonianus [8]), *si quis .... compensare potens solverit*, condictionem, quam nec recepit Gallicus legislator [9]) et nos capite harum observatiuncularum XXXII auctori suo restituimus. En tibi, lector, tractatus de compensationibus, in quo nusquam occurrit perplexum illud *ipso iure*, quod nec apud Paulum nec apud Iustinianum interpretari tunc defugimus, quum compensationis iura deductionisque data opera examinabamus [10]).

---

1) Cf. Dernburg, *Compensation* (1868) p. 530 (cf. ibid. not. 2 et p. 286/7; Geib *Theorie der gerichtl. Comp.* (1897) p. 42 not. 1).

2) Nisi scilicit debitoris bona venierunt (Gai. IV § 67).

3) L. 7 pr. D. 16. 2, quod putat quidem ad argentarii causam (Gai. IV § 67) pertinere Appleton, *Hist. de la compens.* (1895) p. 75 (cf. Dernburg, *Compensation* (1868) p. 31) nec obstare l. 7 cit. § 1 (cf. Eisele, *Compensation* (1876) p. 8).

4) c. 12 C. 4. 31.

5) Proponitur c. 13 cit. pacto compensatum debitum publicum et exactoris privatum

6) Windsch. (1891) § 349. 3.

7) Cf. Pothier, *Obligations* no. 639 (603).

8) L. 10 § 1 D. 16. 2. Cf. l. 30 D. 12. 6.

9) Art. 1299. Adimit nihilominus hypothecas, siquis compensari posse sciens solver

10) Intelleguntur superiora capita XXVI—XLII. In his cap. XL: *quid sit, ip iure compensari quod dicitur.*

DE NONNULLIS DEMOSTHENIS ET AESCHINIS CONTROVERSIIS.

SCRIPSIT

MATTHAEUS VALETON.

I.

DE PACE PHILOCRATEA.

Post pacem Philocrateam mox apparuit qua re inductus Philippus faciles praebuisset aures Atheniensium legationi pacem rogaturae. Verum antequam pax facta esset, mirationem aliquam id movere poterat, ei dumtaxat qui externam modo rerum speciem cognitam haberet. Vix enim dubium erat, quin rex, si in bello perseverasset, intra breve tempus Chersonesum, quae sola possessio in litore Thracio Atheniensibus superesset, potuisset expugnare. At molestae erant eorum classes, quae commeatum intercludebant et portus obsidebant, quibus par esse non potuit. Sed hanc molestiam iam per decem annos toleraverat, et tolerare poterat dum in terra debellaretur. Verum Philippus ardebat ad opprimendos Phocenses, cuius rei occasionem honorificentissimam cum maxime ei praebebant preces quibus adibatur ab Amphictyonum parte maiore, i. e. a Thessalis et Thebanis. Nihil ei optatius contingere poterat, quam ut ultra Thermopylas in ipsis Graeciae finibus auctoritatem suam conderet, et viam sibi muniret imminendi, si videretur, ipsis finibus Atticae. Expeditio

autem anni a Chr. natum 352 eum docuerat [1]) hac de re ne cogitandum quidem esse, quamdiu bellum cum Atheniensibus teneret, posse enim hos, dum Phocenses starent et a Thebanis sibi tergum tegerent, copiis suis navalibus et terrestribus iter ipsi intercludere; hos igitur conciliandos esse ut pacis legibus eos obstringeret.

Iamvero haec cum Atheniensium viros πολιτικούς fugere non deberent, expectandum erat eos cautissime cum rege acturos esse. Regis non intererat statim ab initio enuntiare se Phocenses utique a pace exclusos velle. Athenienses satis cognovisse potuit bello esse defessos et pacis cupidissimos, neque tamen non metuendum erat ei, si aperte illud declararet, ne pax infecta maneret et Thermopylae sibi clauderentur. Magis expediebat, cum cetera omnia convenissent, Athenienses pacis spe adsuevissent, increvisset eorum belli taedium, tum demum durissimam eis conditionem foederis ostendere. At Atheniensium legati rem negligere non debebaut. Hoc quisque secum, hoc communi consilio reputare debebant, quid responderent cum Philippus postularet ut Phocensium causam Athenienses desererent; hoc iis constare debebat utrum pacem, Chersonesum, civium suorum Olynthi captorum libertatem periclitari vellent, dummodo Thermopylas vindicarent, an conarentur Philippo persuadere ut si Thermopylas ei aperirent Athenienses, eos asciceret socios in Phocensium rebus constituendis. Perquam erat res difficilis et periculosa. Quid si Philippo persuaderi non posset? Quid, etiamsi specie Athenienses in societatem victoriae acciperet, si tamen ei semel Thermopylis potito nulla in re resistere valerent? Ab altera parte, si Thermopylas sibi vindicaturi cetera omnia omitterent —, ecquis ignorabat Phocensium vires decrescere? Quid si Thebanis victoribus et ad Thermopylas appropinquantibus recedendum tamen inde, omnisque labor irritus futurus esset? Nihilominus non expectandum erat dum Philippo placeret de Phocensibus agere, res occupanda erat, suo, non Philippi tempore quid ille vellet, quid ipsi possent, legati tentare debebant.

---

1) Diodor. XVI. 37. 38. Iustin. VIII. 2. Dem. Phil. I. 17 de falsa leg. 84, de corona 32, Argum. Dem. Or. de pace 1.

Verum misere videntur impares fuisse suo muneri. Fieri otest ut iam tum inter eos fuerint, qui Philippi largitione lducti, eius iussu conati sint collegas suos in legatione docere n opus esse de Phocensibus agere. Verum hos, inter quos tem Demosthenes et Aeschines [1]) corruptela intacti erant, falli non oportebat. Sed ne animadvertisse quidem viden- quanti momenti esset Philippo ut Amphictyonum man- perficeret. Pluris fecisse videntur quam in re erat in- moda quae ei ex bello orerentur, et praecipue, ut vanum Atheniensium ingenium, suam apud eum gratiam, quam callidissimus officiosissime ostentabat. Pacem cum Philippo acerent non Athenienses modo sed, quod vix aliter posset, n socii eorum, non dubitasse videntur quin res, sua sponte, reditura esset, ut Phocenses quoque in pacis societatem re- rentur. Non attigisse videntur negotium huic rei prospiciendi consulendi. Aeschines, qui solus nobis auctor est [2]) eorum, ipse et collegae cum Philippo egerunt, de Amphipoli se at, quam tamen redditum iri ne iusta quidem spes erat; le Phocensibus *οὐδὲ γρῦ*.

eloch v. cl. in opere cui titulus *Griechische Geschichte*, hoc iit [3]) convenisse inter Philippum et legatos ut communi ilio rex et Athenienses de Phocensium causa disceptarent. e coniecta! At nescio an fallatur vir doctus. Non ignoro ter Amphipolin de multis aliis disseruisse et se et collegas ari Aeschinem, neque negare velim in sermones quoque de censibus eos incidisse et fieri posse ut Philippus significa- t se, simulac pax facta esset cum Atheniensibus de ea re ulere velle; sed certi nihil convenit, neque Philippus — quod rite interrogatus celare non potuit — utrum armis ue Phocenses petiturus an vi abstenturus esset, declaravit. d èt apparet ex iis quae acta sunt in conciliis de pace enis habitis èt unice, si tenetur, controversias quae de pace r Demosthenem et Aeschinem ortae sunt perspicere penitus ; quod demonstrare conabor.

Dem. de fals. leg. 9—15.

Aesch. de fals. leg. 25—39.

II p. 510 „Die Phokische Frage sollte im Einverständnisse beider Mächte ge- werden".

Paulo postquam legati domum redierunt, Demosthe
tum senator erat auctor fuit populo ut iuberet duobus d
diebus mensis Elaphebolionis, XVIII et XIX, concilia
de pace idque ita, ut priore die sententiae dicerentur
die in suffragium iretur [1]). Interea Athenas adveneral
lippi legati αὐτοκρατόρες Antipater et Parmenio [2]), si
conditionibus pacis convenisset et populus pacem i
Atheniensium praetores sociorumque legatos in iusiu
adacturi. Schaefer v. cl. putat [3]) eos statim in prio
cilio de Philippi retulisse postulatis. Sed testis no
Demosthenes eos cum in eo deliberaret populus non int
Dicit enim (de fals. leg. 144) „καὶ κρατοῦντος ἐμοῦ τὴν
ἡμέραν καὶ πεπεικότος ὑμᾶς τὸ τῶν συμμάχων δόγμα
καὶ καλέσαι τοὺς πρέσβεις τοὺς τοῦ Φιλίππ
κρούσας οὗτος (i. e. Aeschines) εἰς τὴν ὑστεραίαν ....
κ.τ.λ., legatos autem non opus fuit vocare, si adess
potuerunt Philippi mandatis expositis recessisse. Potuer
non ita res se habet, quod apparet si comparamus ea
priore et quae in altero concilio acta sunt.

Conventus civitatum quae iniquo foedere cum republic
niensium iunctae erant, populum Atheniensem certiorem
sibi placere ut, si ille cum Philippo pacem faceret, c
vitati Graecae liceret, intra trium mensum spatium
societatem ascisci [4]), quod δόγμα si perferretur manifes
censibus quoque liceret pacis participibus fieri. Contra
crates Atheniensis apud populum verba faciens suas
Phocenses et Halenses nominatim a pace cum Philipp
derentur [5]). Iamvero prioris concilii die omnes qui praet

1) Aesch. de fals. leg. 65, 66.

2) Tres legatos fuisse: Antipatrum, Parmenionem, Eurylochum tradit Ar
rum Dem. orat. de fals. leg. 4, de qua re vide Schaefer Dem. u. s. Z I
in ann. (1).

3) l.l. p. 225.

4) Aesch. in or. contra Ctes. 69: „ἐν τῇ προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν
δόγμα τῶν συμμάχων ..... 70 ..... ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν Ἑλλήνω
μησὶν εἰς τὴν αὐτὴν στήλην ἀναγεγράφθαι μετ' Ἀθηναίων καὶ μετέχειν
καὶ τῶν συνθηκῶν· Hoc δόγμα quia Aeschines recitandum curavit, de ve
dubitandum est.

5) Dem. de fals. leg. 159 τήν τε γὰρ εἰρήνην οὐχὶ ξυνηθέντων ὡς ἐπ
οὗτοι „πλὴν Ἀλέων καὶ Φωκέων" γράψαι ἀλλ' ἀναγκασθέντος ὑφ' ὑμῶν

ı contionabantur, communi consensu Philocratis dissua-
ententiam, sociorum decretum suaserunt [1]), altero autem
nulla ratione habita decreti sociorum, rogante Philo-
pacem, simulque foedus [3]) iussit inter Athenienses eo-
socios [4]) et Philippum eiusque socios [5]) nihil amplius [6]).
ıec orta est rerum commutatio, et qui factum est, ut
ɔ concilio Eubulus Atheniensis cives suos pervicerit, id
ɜtatur Demosthenes [7]), metu iis incusso nisi hanc pacis
ıem probarent, ne cogerentur naves conscendere et tri-
ɜ censu pendere et pecunias rebus divinis destinatis in

κῦτ' ἀπολεῖψαι, γράψαι δ' ἄντικρυς «Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἀθηναίων συμ-
Halae sola in Thessalia civitas erat quam tunc temporis nondum suae di-
at Philippus. Urbem obsidebat quam ab eo missam velle Athenienses per-
t.

de fals. leg. 15 *καὶ ὑμῶν βουλομένων ταῦτα* (i. e. sociorum decretum)
ν ἐθελόντων ἀκούειν τοῦ καταπτυστοῦ Φιλοκράτους. His verbis significat
animo esset populus initio concilii posterioris, sed eo ipso ostendit
esset sub finem priorIs idque eo confirmatur èt quod teste Aeschine
ɛsiph. 71) tum omnes favebant *δόγματι* sociorum èt mutuis ipsis De-
et Aeschinis criminationibus, de qnibus infra agam.

h. contra Ctes. 72 *καὶ τέλος ταῦτ' ἐνίκα* i. e. ne ratio haberetur decreti
:f. 70 sq. Populi clamoribus adductum Philocratem ea de Phocensibus et
in rogatione sua omisisse docet locus Dem. de fals. leg. 159 quem lau-
upra. Beloch, 11. p. 11 «Der Entwurf. des Philokrates ging im Rate
ɪrstand durch". Rogationem Philocratis non dissuasisse senatum verisimile
ıen teneri velim neque de| ea re quidquam tradi et tam licuisse populo
quod senatus dissuasisset quam quod suasisset, vide Gilbert, Handbuch
ıischen Staatsalterth. I p. 278. Verum cum Beloch dicit «der Entwurf
vult sententiam (id quod apparet ex eis quae proxime praecedunt ver-
s) quam Philocrates dixerat de excludendis Halensibus et Phocensibus. De
senatus praeiudicium non tulerat, ferebat enim de rogationibus, non de
ɔratorum. Erravit Beloch, quoniam sententiam a Philocrate in priore con-
n non distinxit ab eiusdem rogatione in altero lata.

h. contra Ctes. 72 *καὶ τέλος ταῦτ' ἐνίκα* (i. e. èt ne decreti sociorum
'etur èt ut non pax solum, sed etiam foedus cum Philippo fieret cf. 70 sq.)
γὼ προςβιασαμένου Δημοσθένους τὸ δὲ ψήφισμα γράψαντος Φιλοκράτους,
de fals. leg. 159.

ɛsippus de Halonn. 31. Exposuit ibi orator quae se iudice praeter ea quae
ɛ Philocratea statuta essent par fuisset statui et dicit inter alia: *μὴ μόνον*
τοὺς συμμάχους τοὺς ἡμετέρους καὶ Φίλιππον καὶ τοὺς συμμάχους
ιν ἄγειν τὴν εἰρήνην ..... ἀλλὰ κ.τ.λ. cf. etiam Dem. de fals. leg. 36. 158.
quantum pertineret ad statuendum quid utrique haberent, quomodo mari
quae esset foederis vis talia.

de fals. leg. 291.

re militari consumere, aliis verbis ne cogerentur in bello cum Philippo perseverare [1]), cum in priore concilio neque is neque aliis quisquam hac de re verbum iactasset?

Responsum in promtu est. Quoniam tum cum haberetur prius concilium nondum cognitum erat Philippum utique Phocenses a pace exclusos velle, id autem eius legati in altero concilio adhibiti declaraverunt. Apparet igitur eos in priore concilio Philippi mandata nondum exposuisse, et hunc rerum agendarum ordinem constitutum fuisse ut primum Athenienses inter se compararent de pacis ratione quid videretur, deinde autem Philippi legati ostenderent utrum regi quoque hoc placeret an mutatum quid vellet. Hunc ordinem facile credas ab ipso Philippo propositum non tantum, quod supra demonstravi (p. 76) cum eius interesset quam diutissime duci Athenienses, sed etiam quia non extra omnem spem positum erat — quod infra ostendam — eos ultro id ipsum, quod ille vellet iussuros. Athenienses ab altera parte veri simile est, cum praesertim Philippus per litteras quas eorum legatis mandaverat, quem admodum coram, summam in eos significasset voluntatem et promisisse se eos, si foedus secum inirent magnis beneficiis affecturum [2]), id ipsum accepisse pro documento eius benevolentiae, quod sibi permitteret libere de pace consulere, hoc tantum praemonito Amphipolin cetera oppida Thraciae, quae iure belli possideret se non redditurum [3]). Sed hoc mitto. Illud autem animadversum velim potuisse Philippum satis habere, sicut satis habuit, hanc prohibuisse pacis conditionem ut intra trium mensum spatium

---

1) Haec Demosthenem ab Eubulo in altero concilio velle dicta esse inde apparet quod Aeschinem cum eo consensisse tradit quem in priore concilio contra Philocratem locutum esse ait cf. de fals. leg. 18 sqq.

2) Aesch. de fals leg. 45, 50. Dem. de fals. leg. 40, 316. Heges. de Halonn. 8.

3) Dem. Phil. II 17 *εἰ γὰρ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν προσῆτο, οὐδ' ἂν ὧν μένειν βεβαίως ἡγεῖτο.* Verisimile est haec desumta esse Philippi litteris. cf. Philod. L. de Sophocl. 2. 1 *κακεῖνος μὲν* (Dem.) *ἦκων Ἀθήναζε τιμὰς προσῆτει καὶ στεφάνους ἀπολωλυίας Ἀθηναίοις Ἀμφιπόλεως* quod nonnisi de prima Demosthenis legatione recte dici potuit. cf. Aesch. de fals. leg. 45, Dem. de fals. leg. 234 Accedit quod, cum constet Philippo pacis legibus Amphipolin cetera, decreta esse (Heges. d. Halonn. 24 sqq, et schol. ad h. l. Dem. de fals. leg. 22, 253, de Pace 26), nusquam tamen apparet in conciliis de pace habitis hac de re ullam controversiam ortam esse.

cuique civitati Graecae liceret in pacem ascribi. Hoc impetrato non prorsus necesse ei erat nominatim Phocenses excludi, nullus enim iam metus erat ne cum in eo esset ut scripto mandarentur nomina eorum ad quos pax pertineret, Athenienses, nisi Phocenses ascriberentur, pacem irritam facerent. Neque tamen res nullius momenti erat, ut ipse eventus docuit nefas non visum esse Demostheni, aliis, post pacem factam, Phocensibus non ascriptis, tamen propterea quod *ab Atheniensibus* Phocenses non exclusi essent, armorum vi eos a Philippo defendere. Rex vero, quem credibile puto tale quid praevidisse — callidissime enim mox illorum consilis occurrit —, tamen cum satis cognitos haberet Atheniensium spiritus ad intellegendum gravius eos laturos si cogerentur aperte profiteri Phocenses a se desertos quam reapse eos deserere, illud eis remisit non tanti rem faciens ut propterea pacem et foedus in discrimen adduceret.

At Philocratem rogare licet, quid induxerit ut ultra molirentur rem patriae commodo adversissimam, eamque perferendi quid spei habuerit. Nimirum simultates aliquas cum Phocensibus hanc temporis excercebant Athenienses, quorum auxilia praetor Phocensium Phalaecus, cum arcessivisset factio ei inimica et nullisper superior facta, mox summa imperii recuperata, non sine contumelia domum remiserat [1]). Hoc ipso prioris concilii ex Athenas allatum erat, et propter hanc causam in spem Philocrates venire poterat, mobiles civium suorum animos se perfecturum ut irae potius quam utilitati suae consulerent. Quam tamen spem eum fefellisse vidimus. Philocrates autem vix dubitandum quin Philippi auro corruptus ea tentaverit. Nam neque ea quae statim post pacem egit mox nobis apparebit aliquo intellegi posse nisi Philppi mandatu suscepta credas, et pecuniarum a Philippo captarum ab Hyperide reus factus, nec ausus quidem causam dicere, sponte solum vertit. Ut omittam eum, si Demostheni fides est aperte aliquamdiu Philippi amicis gloriatum esse [2]). Philippo autem magni momenti res

1) Diod. Sic. XVI 59 *Φάλαικος μὲν ὁ τῶν Φωκέων στρατηγὸς διαβληθεὶς ὅτι κλέπτει τῶν ἱερῶν κέκλοφεν, ἐξέπεσεν ἐκ τῆς ἀρχῆς.* 59 .... *Φάλαικον πάλιν τῆς στρατηγίας ἠξιωμένον.* Cetera tradit Aesch. de fals. leg. 132—134.

2) De fals. leg. 114 sq.

erat, ut Athenienses suis ipsorum verbis Phocensium ca destituerent, sic hercle securo ab omni metu ne mutata r tamen suis consiliis officerent.

Iamvero post ea quae demonstravi ne verbo quidem am opus est ad arguendum Atheniensium legatos de pace n non egisse cum Philippo de rebus Phocensium. Relinquit ostendam, quid lucis illa afferant ad intellegenda ea quae pacem factam Demosthenes et Aeschines sibi invicem cr dederunt.

Et primum quidem uterque orator alterum insimulat in locratis sententiam pro pace locutum esse, se ipse cont decretum suasisse sociorum. Haec repugnare videntur ut maxime, sed ex eo quod addit uterque, in altero co alterum id fecisse quod ei obicit, apparet vera esse. Cur addidit „in altero concilio" nisi propterea quod sciebat verum esse? nam ceteroquin nulla erat causa addendi In altero autem concilio, quod supra vidimus, rex per le suos declaravit Phocenses a pace excludendos esse, neque m erat, etiamsi quis in priore concilio perstrinxisset Philocr nolle tamen committere ut paci officeret. Quod autem r Demosthenes neque Aeschines, cum alteri obiciens quod I crati assensus esset, de se ipso contrarium iactaret, non cavit sibi expedire ut adderet hoc unice ad concilium pertinere, prorsus consentaneum est. At vero cur uterque c alteri id obiecit, quod neutri dedecori esset? Res aliq intricatior, tentandum tamen est eam expedire.

Criminandi initium fecit Demosthenes. In oratione inse „de falsa legatione", qua adversarium accusat unum e le quibus curae esset ut Philippus in pacem iuraret, auro ruptum patriae commoda prodidisse, aliqua de pacis ra praefatus: „Aeschines" inquit (14 sqq.) „in priore concilio c si Philocrates diu cogitasset quo potissimum modo pacem pediret, nihil melius invenisset quam ut ea" (de Phocens „suaderet, ego autem hanc pacem quamdiu unus ex Athe bus relinquitur, numquam populo faciendam censebo, p tamen faciendam censeo. Et eiusmodi alia breviter et ho locutus est. Is vero qui pridie coram vobis omnibus haec c set, postridie eum pax conficienda esset, me sociorum de

ıente, vobisque haec cupientibus ac ne vocem quidem illius Philocratis audire volentibus, surrexit, contionatus ıer deos immortales, quae multis suppliciis digna sunt, ıportere vos maiorum vestrorum meminisse neque eos ere, qui tropaea et pugnas navales loquerentur; se legem ırum ne cuiquam Graecorum auxilio veniretis, nisi qui vobis subvenisset [1])". Quam contumeliam defensurus a se ines (de falsa leg. 63—65) in altero concilio verba se o non fecisse ait, neque facere potuisse cum populus ipso ısthene rogante statuisset, ut in priore concilio sententiae ıtur, in altero contionandi copia non daretur, iretur in ;ium [2]). Ut vera se dicere probet populiscitum huc perti- recitandum curat. At tamen mentitur. Nam in oratione ontra Ctesiphontem testatur (71) disseruisse in altero ıo Demosthenem ea quae pridie contra Philocratem allata , nullius pretii esse, nisi Philippi legatis probari possent. ıutem vere enuntiasse Aeschinem supra ostendimus (p. 82).

: eis quae deinde sequuntur, Aeschinem haec dixisse coram legationibus ex aliis : civitatibus, quas Atheniensium populus per legatos arcessivisset secum con- de bello adversus Philippum, ad quae respondet Aeschines (Aesch. de fals. —59) nullas adfuisse legationes Graecorum necdum redisse Atheniensium qui eas arcesserent, varie censuerunt, viri docti, alii Demosthenem, alii ım mentiri rati. Equidem assentior viro praecl. Grotio (hist. of Greece Ed. in 12 vol. Vol. XI p. 193 in. ann.). Quod Dem. alio loco (de cor. dicit quo tempore Athenis concilia de pace haberentur nullos Athenien- gatos missos fuisse sed iam dudum exploratos fuisse ceterorum Graecorum non hoc mihi videtur repugnare eius dictis modo laudatis, nisi quod tempo- teriti spatium — dicit enim „iam dudum" — in maius auctum est; nam sane universe Graecorum sententia iam explorata esse, ita ut tamen unius re civitatis etiam legati Athenis adessent, sed quod addit Demosthenes (de) si, quo tempore concilia de pace haberentur, Atheniensium legati de bello ilippo circum ceteras civitates Graecas missi essent, fraudulenter actum fore , etenim Athenienses eas ad bellum citaturos fuisse cum ipsi de pace agerent, il est, nam tum cum legationes mittebantur de pace nondum cogita- Quod vero Aeschines, dicit *nullos*dum Atheniensium legatos in patriam redisse, r nam *ipse* inter legatos fuerat (Aesch. de fals leg. 79) et tamen Athenis in con- pace aderat; ut nondum *omnes* redierint sequi videtur e sociorum decreto quod um curat Aesch. (de fals. leg. 60. 61) unde apparet fuisse qui expectarentur : decretum fieret. Sed sciri non potest an tamen reverterint antequam concilia haberentur. Si minus, Demosthenes quoque mentitur contendens (de cor. 23) ım expectari.

le supra p. 78.

Accedit quod in ipsa oratione de fals. leg. Aeschines non scure designans Demosthenis dicta adversus se, fuisse in (74 sqq.) qui salutis patriae parum memores, unice suade civibus suis ut spectarent arcis propylaea, et proelium s Salaminem et maiorum sepulchra et tropaea, se vero con disse haec quoque memoria tenenda esse, sed ab altera] cavenda esse ea quae minus considerate a maioribus acta es praecipue quotiens pacem respuissent ut saepius sub finem Peloponnesii, quam tamen deinde multo molestiorem conci cogerentur. Quando autem haec contendit Aeschines? Fieri potest quin in concilio altero, manifesto enim eius orati spectat ut pacis invidiam tollat, quae nulla erat anteq Philippi legati regis condiciones nuntiassent. Neque alie videtur huc referre quod in oratione contra Timarchum (quae brevi post pacem factam habita est, cum Philocrates dum reus factus, auctoritate floreret, se ait cum Philoc pacis auctorem fuisse quibus quoque verbis suis men arguitur Aeschines, in orat. de fals. leg. iis, quae attul refellendum Demosthenem de altero concilio, haec praemi (56) „invenietis cives non me et Philocratem, Demosthenem et Philocratem paci operam dedisse." quid de populiscito illo Demosthenis, quod attulit Aeschine probandum se in altero concilio verba facere non potuisse? solvuntur tenebrae loco illo Demosthenis (de fals. leg. quem supra laudavi (p. 78) ubi hic memorat se voluis priore iam concilio advocari Philippi legatos, sed Aesch pertulisse ut hoc ad posterum diem differretur. Inde ap Aeschine auctore illud populiscitum sublatum esse, si in altero demum concilio Philippi legatorum verba s rentur, necesse erat etiam in altero concilio liceret verb cere, neque enim in suffragium iri poterat, antequam le auditis, rursus sententiae dictae essent. Pertulit igitur Aesc ut e populiscito quod rogaverat Demosthenes derogaretu quod de altero concilio vetitum esset, et in eo quoque iu populus copiam dari suadendi et dissuadendi. Cum autem t annis post orationem suam de falsa leg. haberet Aeschine citare iussit Demosthenis populiscitum, suum, quo id subl erat tacuit.

Iamvero tu rogas cur Aeschines maluerit mentiri, quam respondere adversario: „id feci, quod aliter fieri non potuit, quod ne tu quidem Demosthenes fecisti aliter". Si accurate comparamus ea quae in oratione de fals. leg. Demosthenes Aeschini et ea quae in oratione contra Ctesiphontem Aeschines Demostheni iniungit, videmus ea tamen non prorsus similia esse. Nam Aesch. (in or. c. Ct. 71) Demosthenem ait in priore concilio cum ceteris omnibus locutum in sententiam sociorum, ut trium mensum spatium omnibus Graecis daretur in societatem pacis veniendi quo futurum esset ut Phocensibus liceret arma tutari Philippi, nocte intermissa contendisse nullius usus esse quae pridie dicta essent nisi ea legatis Philippi persuaderentur. Hoc autem quamvis obiurget Aeschines, vere et honeste dici poterat, nisi forte id ipsum crimini esset nolle pacem irritam facere. Addidit Aeschines (contra Ctes. 60, 65, 71 sq.) etiam de foedere praeter pacem cum Philippo ineundo consensisse cum illius legatis Demosthenem, quo tamen res non alia fit, si quidem hoc quoque Philippo recusari non poterat Postremo affert Amyntorem quemdam testem (de fals. leg. 64, 67), quem Demosthenes in altero concilio ostenta rogatione scripta quam secum habuisset a Philocratis rogatione non diversa, ferretne ad populum consuluisset. Testimonium sane leve videtur, neque tamen quidquam vetat credere, nam revera in Philocratis rogatione exemtis eis de Phocensibus et Halensibus nihil erat cui Demosthenes si pacem faciendam non negaret, assentiri nollet [1]). At vero Aeschines,

1) Una cum eis quae attuli etiam Aeschines adversario exprobrat 1° eo ipso quod concilio de pace habendis dixisset dies mensis Elaph. XVIII et XIX impedivisse quominus, secundum decretum sociorum, legati expectarentur circum ceteras civitates Graeciae missi. (Hoc etiam in or. de fals. leg. iam iactaverat Aesch. 60 sqq., repetivit in or. contra Ctes. 64, 67, 68. Quod autem in hac addit, 67, iam die VIII mensis Elaphebolionis voluisse haberi concilium coniecerunt vv. d. Grote II. p. 191, Schaefer II. p. 211 id propterea non habitum esse cum Philippi legati tunc nondum advenissent. Potius credam diem a populo reiectum esse cum dies festus esset Aesculapio sacer). 2° turpiter eum assentatum esse Philippi legatis (contra Ctes 61, 75), 3° eum auctorem fuisse ut Cersobleptes rex Thraciae Atheniensium socio excluderetur a pace. — De Cersoblepte infra agam; assentationis autem crimen merae nugae sunt (cf. Dem. de cor. 28). Quod autem Aeschines dicit impedisse Demosthenem quominus expectarentur Atheniensium legati peregrenantes, utrum hoc verum sit necne sciri non potest (cf. supra p. 83, in ann. (1) sub fin.) sed fac verum esse. Omitto

quod testatur Demosthenes neque negat ille, quamquam verb
Demosthenis designans ea refellere conatur (in orat. de fals. leg
74 vide supra p. 14), in altero concilio dixisse apparet null
Graecorum civitati auxilium esse ferendum quae non ante ipsi
auxilium tulisset, quibus verbis, quid aliud spectare poterat
quam ut persuaderet civibus suis aequum et bonum ess
Phocenses deserere? propter hoc autem eum perstrinxit Dem
sthenes. Vides discrimen; Demosthenes agnoverat a Philipp
cogi Athenienses Phocensium causam destituere, Aeschin
conatus erat huius rei invidia Philippum liberare. I
autem cur fecerat? Pbilippi adductus largitione. Cur enim alite
Quid? in altera legatione quae erat de adigendo Philippo i
iusiurandum procul dubio est, id quod mox demonstrabo, eu
una cum Philocrate Philippi inservisse commodis. Adde quo
in or. contra Timarchum (174) ipse gloriatur se cum Phil
crate pacis auctorem fuisse, qua re imprudens confitetur
prorsus alia ratione atque Demosthenem Philocrati adfuiss
quem auro corruptum et supra iam argui, et arguam inf
etiam amplius. Adde quod in eadem oratione contra Timarchu
(169) Philippum laudat propter λόγων εὐφημίαν neque dubita
se dicit, quin si promissis suis stet ἀσφαλῆ καὶ ῥᾴδιον τὸν κα
αὐτοῦ ποιήσει ἔπαινον. Aeschines autem si iam constat tentatu
esse donis Philippi eisque succubuisse, quid credibilius, qua
hoc factum esse cum inter prius et alterum concilium audis
a Philippi legatis quid is de Phocensibus statuisset? Tu
dicere sibi poterat Aeschines resisti Philippo tamen pos
nullo modo; pace careri non posse; utique cedendum ess
rem eodem loco manere sive pacem ut necessariam ita m
seram et turpem, a Philippo coactam profiteretur, sive con

---

quod ex Aeschine ipso discimus (de fals leg. 79) hoc tamen iam apparuisse eas, qu
auctoritate plurimum valerent civitates Graecas Atheniensium legatis morem a
gessisse. Verum, id quod iam vidit Grote (l.l. p. 196 sq.) differre non licebat contio
de pace nisi frustra venturi erant legati Philippi qui iam erant in itinere. Qu
autem Aeschines ait tum quod Demosthenes legatorum Atheniensium reditum exp
tari prohibuisset, tum quod per eum stetisset quominus intra trium mensum spati
ceterae quae vellent civitates Graecae paci ascriberentur, factum esse ne pax c
munis totius Graeciae cum Philippo fieret (contra Ctes. 61, 68, 70) nihil id
Nam nulla civitas praeter Athenienses ipsos Phocensesque eis temporibus cum P
lippo bellum gerebat. Cur autem ei qui pacem iam agebant, pacem facerent?

civibus suis persuadere nihil aequius esse quam ut ultro erent Phocenses [1]). Philippi autem plurimum intererat, am conatus decipiendi per Philocratem Athenienses male , eiusque legati iam non potuerunt quin aperte profite- pacem regem non daturum nisi excluderentur Phocenses, sic sibi conciliare quempiam oratorem facundum, civibus inime suspectum, qui eorum animos placaret et deliniret. sciebat Philippus an Hyperides, Hegesippus eius generis s postremo tamen populum perducerent ut pacem recu- Num praevidere poterat, id quod eventus docuit, De- nem et Eubulum, non cum illis facturos? pacem eos ingrata et gravis esset tamen bello praelaturos? Si am veri inest Aeschinis gloriationi se cum Philocrate uctorem fuisse, credere licet magni momenti fuisse eius em ad populum perducendum ut sociorum decreti ratio- e haberet.

ne rogantes cur Aeschines maluerit mentiri quam agnos- civibus suis suasisse ut Philippi conditiones acciperent, am invenimus responsum hoc: quoniam utique ei necesse entiri. Non illud ei obiecit Demosthenes quod necessarium nsuisset deserere Phocenses, sed hoc quod praedicasset m et laudabile id esse. Si hoc se fecisse negaret illud us se fecisse, mentiebatur tamen. Maluit ita mentiri ut negaret se in altero concilio verba fecisse. Alterum abebat quo probaret, et ipsa mendacii conscientia eum bat confidere cuiquam id credibile fore; alterum quo pro- habebat Demosthenis illud populiscitum, cuius specie evissimis auditoribus etiam videretur adversarium men- mprobi coarguisse; eo audacius hoc tentare poterat, m accusatori in eadem causa plus semel verba facere eret.

Demosthenes quoque mentitus est, vel quod eodem redit,

---

onum fuisse contendit Aesch. (de fals leg. 66) si, una nocte intermissa, Philo- nsus esset apud eos qui pridie audissent eum contra Philocratem loquentem; n profecturum fuisse, nisi ut omnibus odio esset. Speciosius hoc est quam enim si eius verba auditorum animos deliuire valerent, rogaturi non erant constaret. Sin minus, cum donis pollicitationibusque Philippi eorum odium bat.

dissimulavit. Tacuit se in altero concilio professum Philippo cedendum esse, speciem movit quasi in eo quoque locutus esset in sociorum sententiam (de fals. leg. 15); contendit suas partes quaerendi pacem nullas fuisse (de corona 20—22). Metuisse videtur ne si ea quae dixisset, referret ut dixisset, non satis post tres pluresve annos dispicerent homines quid interfuisset inter ipsum et Aeschinem Philocratemque, quorum hunc populus δωροδοκίας damnaverat, illum ipse eodem crimine postulabat. Vi veritatis, quamvis semper eam in ore ferret, confidere iamdiu dedidicerat eorum temporum ars oratoria [1]).

Sed de his iam satis. Altera autem, quae huc pertinet inter Demosthenem et Aeschinem controversia est de altera illa legatione, cuius in superioribus iam saepius mentionem fecimus, suscepta statim postquam Athenienses in pacem iuraverunt, ut Philippum in iusiurandam adigeret, deque Aeschinis apud populum verbis post reditum. Revera, si utrique et Athenienses et Philippus sincere staturi erant legibus pacis, nullius momenti erat ea legatio. In concilio habito die mensis Elaphebolionis XXIII quo statueretur quae civitates sociorum nomine cum Athenienses in pacem iurarent, Philocrates pertulit populiscitum ut iuraret conventus legatorum e civitatibus quibus foedus iniquum cum Atheniensibus esset (Aesch. contra Ches. 74); quo sequebatur ut Phocenses ut qui in harum civitatum numero non essent a pace excluderentur. Hi igitur in pila cui incidebantur nomina Atheniensium eorumque sociorum qui cum Philippo eiusque sociis pacem et societatem inierant non ascribebantur, iisque, pristinis hostibus quos iam ante multos annos in Thessalia victos frustra conatus erat rex in ipsorum finibus aggredi, nullae eum prohibebant pacis leges denuo arma inferre praesertim arcessitum a sacro Amphictyonum conventu. Alterum bellum rex gerebat contra Cersobleptem Thraciae regulum; huic Athenienses auxilia miserant quibus nonnulla eius tuebantur oppida Hieron Oros, Doriscum, Serrium, alia. Sed ne Cersobleptes quidem in pacis societatem

1) Sic etiam si mentitus est Demosthenes quod tamen non constat (cf. supra p. 83 in ann. (1) sub fin. p. 85 in ann.) nullos legatos Atheniensium nondum rediisse quibus diebus concilia de pace haberentur, propterea mentitus est quod satius putabat crimen inane infitiando reicere, quam dissolvere explicando.

receptus erat, quod cum sponte iam sequitur e populiscito Philocratis modo laudato praeterea ostendit Philippi epistola quam aliquot annis post ad Athenienses misit qua discimus eius omen in pila propter pacem instructa incisum non fuisse [1]). Neque repugnant ea, quae nobis tradidit Aeschines (de fals. leg. 82—85) in concilio illo diei XXIII mensis Elaphebolionis cui Demosthenes praesideret, postquam iussisset populus Philocratis rogationem, prodisse Critobulum Lampsacenum dicentem se a Cersoblepta missum, et petivisse ut sibi liceret illius nomine iurare inter Atheniensium socios, Alexinachum autem Atheniensem censuisse ut illi hoc liceret, sed Demosthenem noluisse hanc sententiam pronuntiare (neque licebat per Philocratis populiscitum modo iussum), obstrepente omnem populo invitum rogasse. Non addit Aeschines utrum rogatio iussa sit an antiquata, sed ex epistola regis sequitur eam antiquata sit [2]); id autem si propterea mirationem facit,

---

1) Inter Demosthenis orationes ed. Teubn. XII. 8 *ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἄφετε ἐν τοῖς ψηφίσμασι* (i. e. in quibusdam populiscitis aliquanto post pacem latis) *ἐμοὶ προστάττοντες Τήρην καὶ Κερσοβλέπτην ἐᾶν Θρᾴκης ἄρχειν, ὡς ὄντας Ἀθηναίους. ἐγὼ δὲ τούτους οὔτε τῶν περὶ τῆς εἰρήνης συνθηκῶν οἶδα μετασχόντας τ' ἐν ταῖς στήλαις ἀναγεγραμμένους οὔτ' Ἀθηναίους ὄντας.*

2) Quod autem in sua epistola addit rex (l.l) *Κερσοβλέπτην δὲ τοῖς παρ' ἐμοῦ εσβευταῖς ἰδίᾳ μὲν τοὺς ὅρκους ὀμόσαι προθυμούμενον κωλυθέντα δ' ὑπὸ τῶν ετέρων στρατηγῶν ἀποφαινόντων αὐτὸν Ἀθηναίων ἐχθρόν*, hoc non ab omni parte ete se habere potest, nam quomodo Atheniensium praetores potuerunt contendere rsoblepten Atheniensium hostem esse? Sed illud credibile Critobulum postquam eximachi rogatio antiquata est tamen a praetoribus Atheniensium, qui huic rei acedisse videntur, petivisse ut siminus inter Atheniensium socios tamen „privatim" rsobleptes (vel potius ipse Cersobleptae nomine) iuraret idque eos recusasse quoniam hilocratis populiscito modo iusso statutum esset ut solus legatorum conventus socium Atheniensium iuraret. Simul autem inde apparet Aleximachi rogationem esse ntiquatam, qua si iussa esset Philocratis populiscitum esset abrogatum. — Aeschines e fals. 86) Demosthenem ait contendisse ipsum Aeschinem proturbasse Critobulum ne iuraret *παρόντων τῶν συμμάχων, ἐψηφισμένου τοῦ δήμου, παραβεβημένων τῶν στρατηγῶν* proturbasse igitur Critobulum quamvis populus iussisset eum iurare. Sed in nulla Demosthenis oratione, qualem nunc eam habemus, tale quid invenitur. Si tamen tale quid dixit Demosthenes mentitus est, idque tis innepte, quomodo enim, quod vere addit Aeschines (l.l. 86) id facere potuit od dicit Demosthenem sibi imputare? Veri similius autem videtur Aeschinem ipsum ntitum esse ut illi iniungeret, mendacium inepte. Fortasse ob oculos habebat hunc m Dem. de fals. leg. 174 *πρῶτον μὲν τοίνυν Φωκέας ἐκσπόνδους καὶ Ἀλέας ἀπέναν* (Philocrates et Aeschines) *καὶ Κερσοβλέπτην παρὰ τὸ ψήφισμα καὶ τὰ πρὸς*

quod tamen postulavit populus ut rogaretur, tenendum est, quamvis dicat Aeschines „populum" obstrepuisse et rogari voluisse (*ὑμᾶς*" dicit ad iudices conversus, vult igitur *cives*) minime inde sequi ut omnes vel etiam plerique, qui in concilio adessent obstrepuerint et rogari voluerint, sed satis est credere ab amicis Critobuli et Aleximachi tumultuatum esse; maior tamen pars populi potuit intellexisse quam turpe et ridiculum esset id iubere quo everteretur id quod modo iussissent auctore Philocrate, rogati quinam iurarent sociorum Atheniensium nomine, iurare conventum legatorum civitatum foederatarum. Ceterum Philippi legatos non apparet ullo modo conatos esse populum compellere ut Philocratis rogationem iuberent vel ut antiquarent Aleximachi. Nimirum probe scire poterant contra Cersoblepten tantum non debellatum esse, ut paulo post Charetis in Thracia praetoris litteris allatum est (Aesch. de fals. leg. 90) eum iam pridie concilii de quo nunc agimus in deditionem venisse [1]). Parum igitur eorum intererat quid de eo statuerent

---

ὑμᾶς εἰρημένα. Sed quod ibi dicit orator Philocratem et Aeschinem a pace exclusisse Phocenses, Halenses, Cersoblepten, contextus orationis docet haec pertinere ad legationem missam ad adigendum Philippum iureiurando. Nihilominus hoc loco omnia conturbat Demosthenes. Quod enim vult *ψήφισμα*? Nam populiscito Philocratis priore (diei mensis Elapheb. XIX) non magis admissi ad pacem erant Phocenses, Halenses, Cersobleptes quam exclusi. Exclusi autem erant altero Philocratis populiscito (die XXIII mens. Elapheb.). Sin autem vult populiscitum Aleximachi èt mentitur, vidimus enim antiquatum id esse èt ad Phocenses et Halenses id non pertinet. — Superest Demosthenis locus (de fals. leg. 81) ubi significat populum Atheniensium iussisse pacem fieri inter Philippum et Cersobleptem. Reprehendit enim Athenienses quod negligerent quidquid eos non praesenti dolore afficeret et ita pergit *εἶτα τὴν ἄλλως ἐνταῦθα ψηφίζεσθε, «ἀποδοῦναι δὲ καὶ Κερσοβλέπτῃ Φίλιππον τοὺς ὅρκους*. Iam vero eo quod dicit *Κερσοβλέπτῃ Φίλιππον* non vero *Κερσοπβλέπτην Φιλίππῳ* et magis etiam quod addit *τούτων οὐδένος ἂν τῶν ψηφισμάτων ἔδει εἰ πλεῖν οὗτος* (i. e. Aeschines) *ἤθελε κατὰ προσήκοντα ποιεῖν* quibus verbis spectat legationem missam ad adigendum Philippum in iusiurandum, apparet agere eum de quopiam populiscito ceteroquin nobis ignoto, aliquanto post pacem facto, quo statutum sit Philippum propter pacem cum Atheniensibus initam pacisci oportere etiam cum Cersoblepta.

1) *Ἀκούσατε δὴ τῆς Χάρητος ἐπιστολῆς ἣν ἀπέστειλε τότε τῷ δήμῳ ὅτι Κερσοβλέπτης ἀπολώλεκε τὴν ἀρχὴν καὶ Ἶερον Ὄρος κατείληφε Φίλιππος Ἐλαφηβολίωνος μηνὸς ἑβδόμῃ φθίνοντος· Δημοσθένης δ' ἐν τῷ δήμῳ προήδρευε τούτου τοῦ μηνὸς, εἷς ὢν τῶν πρεσβέων ἕκτῃ φθίνοντος* In libris legitur: *Ἶερον Ὄρος κατείληφε Φίλιππος Ἐλαφηβολίωνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος* et *Δημοσθένης προεδρεύε ..... ἑβδόμῃ φθίνοντος* quod Spengler v. d. vidit mutandum esse. Cf. Schaef. l.l. p. 24 in ann. (1).

henienses, quos tamen ab altera parte verisimile est iam legatis suis de pace missis, qui etiam Cersobleptae filium sidem apud Philippum viderant [1]), certiores factos esse regem a magis quam Amphipolin vel Potidaeam redditurus esset, a rsoblepta qui rebellasse videtur (quamquam de ea re nihil npertum est) arma abstenturum. Sed quoquomodo hoc se et, illud constat Athenienses, nisi praesidia sua e Cersoptae castellis retraherent contra pacem facturos, Philippum ea inde depelleret suo iure uti. Itaque cum pactum esset osque, Athenienses et regem, per pacem id habituros, quod erent cum pax iniretur, fac Philippum eum fuisse, qui non eretur quantum posset alteri parti praeripere ante quam ipse pacem iuraret, revera nihil erat quod praeriperet nisi forte ersonesum, a qua tamen, ut promiserat se abstenturum, tinuit. Hac omissa omne habebat quod habere se velle poat; pacem adeptus qualem adeptus erat, libere in Phocenses, ere in Halenses, libere in Cersoblepten grassari licebat, quid em cupere poterat amplius? Summo iure Aeschines contene potuit (Dem. de fals. leg. 211, cf. etiam Aesch. de fals. . 123 s. fin.) ne opus quidem esse ut alterius illius legaonis, quae Philippum adigeret in iusiurandum redderentur iones, dummodo appareret, cuius rei testimonium afferebant ati epistolam Philippi, regem eiusque socios iuravisse in em, regemque — id quod ante oculos erat — Chersonesum iquisse intactam. Quid vero attinebat utrum aliquot mensibus us an posterius, utrum in Thracia an Pellae iurasset? Nihil erutra ratione impetravit, quod non habebat cum ipsa pace. Verum enim vero Demostheni aliter visum est. Hic enim bi persuasisse videtur Atheniensibus, cum Phocenses et Haoses non nominatim exclusissent, etiam post pacem integrum anere ut eos vi atque armis a Philippo defenderent, huic ontra, sicubi in pacem cum Atheniensibus iurasset, non amplius icere eos aggredi quippe cum illi tamen eos pro sociis haberent, Cersoblepten quoque ipsum, quantum eius regni quo die Philippus iuraret nondum in eius potestate esset — quod vix quidquam esse primum nescivit, deinde dissimulavit Demosthe-

1) Aesch. de fals. leg. 81.

nes — tutum esse a Philippo quoniam eius castella Atheniensium praesidiis defenderentur, quae regi in pacem iurato, adoriri non liceret. Cogitatione hac, tanquam fundamento, nituntur quaecunque orationibus suis de pace, de falsa legatione, Philippicis altera et tertia, ac priore parte orationis suae de corona disseruit Demosthenes. Hanc autem cogitationem patet non ei occurrere potuisse ante concilium Athenis habitum mensis Elaphebolionis die XIX. Nam ante quam Antipater et Parmenio indicassent quid Philippo videretur de pacis conditionibus nemo Atheniensis, nisi qui a rege empti erant, pacem cum rege sine Phocensibus factum iri cogitavit. Sed quattuor diebus post Demosthenes senatui auctor fuit (Dem. de fals. leg. 154, Aesch. de fals. leg. 91) ut iuberet legatos electos ad Philippum adigendum iureiurando — erant autem eidem qui priorem obierant legationem — quam celerrime ad eum proficisci, nullo alio consilio, ut ipse profitetur, quam ut caveretur ne Philippus quidquam praeriperet. Verisimile autem est, statim cum apparuisset si pax futura esset, Philippi conditionibus cedendum esse, cogitationem ei subisse id non eiusmodi esse quo quidquam prodere cogeretur sua civitas quod retinere vellet. Sic intelligimus cur hoc solum contenderit ne nominatim Phocenses et Halenses excluderentur, in ceteris Philocrati et Aeschini praesto fuerit paci expediendae. Si restitisset paci operam perdidisset, nam pacem coëgit Eubulus [1]) monendo cives suos nisi concederent, naves ipsis esse conscendendas et tributum e censu pendendum et pecunias rebus divinis destinatas in re militari consumendas, atque ipse Demosthenes ait (de cor. 234) Athenienses non ex quo pacem iurassent, sed ex quo in pacis spem venissent omnes omisisse apparatus bellicos. Sed sibi videbatur Demosthenes si Philippus post pacem factam aggrederetur Thermopylas vel Halenses, vel Atheniensium praesidia Cersobleptae, posse facundia sua civibus suis persuadere hoc nefas esse, indignatione eos replere, incitare ut omnes vires intenderent ad regi resistendum.

Nullo modo neque velim, neque ausim contendere hac in re fraudis sibi conscium fuisse Demosthenem, non revera eum

1) Vide supra p. 79 sq.

se Athenienses per pacis conditiones tamen non cogi Pho-
s, Halenses, Cersoblepten non amplius pro sociis habere,
ilippum contra, etiamsi cum his pacem non fecisset, tamen
:e cum Atheniensibus inito cogi ut arma ab eis abstineret;
an sibi placuerit, ut erat vanus, quod cavendo ne ab
iensibus ipsis pronuntiaretur Phocenses et Halenses a pace
li callidum regem astu superavisset. Sed qui aequis oculis
aspicit fugere neminem potest, hoc fictum et falsum esse.
fecit pacem cum Atheniensibus, atque eorum sociis,
aim inter eos convenerat, ei igitur quibuscum ille antea
n gerens, pacem tum non faceret, quorum nomina non
rentur in pila pro documento pacis extructa, non habendi
pro Atheniensium sociis, eos si qui antea socii fuerant,
deseruit populus Athenienses; quos si tamen armis a Phi-
defensurus erat, pacem erat rupturus. Neglexerunt hoc
, Schaefer ceteri plerique inter recentiores qui ante Belo-
a de hac re egerunt frustra Demosthenem laudantes, Phi-
m periurii accusantes.

gone assentimus Belochio delirasse Demosthenem cum
inem ceterosque in altera legatione collegas corruptos
iterum iterumque accusat? Contra hos cum fide et ho-
:e munus suum obisse? Minime gentium equidem. Quod
ationе sua de hac legatione Demosthenes ita rem proponit
Phocenses et Cersobleptes per Aeschinem et Philocratem
ra pacis iura a pace exclusi essent, fucus et fallacia
est quippe qui exclusi essent ipsis pacis legibus. Sed ob-
e Aeschinem et Philocratem, largitione Philippi adductos,
inus tamen Phocenses servarentur, verissimum id.
ita perversae erant omnes aequi bonique rationes ut Phi-
s sive innata quadam suspiciosa circumspectione, quippe
ominum magis vitiorum quam virtutum rationem haberet,
monitus per satellites suos Philocratem ceteros, quos facile
nus non fugisse Demosthenis consilia, neque enim is erat
a pectus abderet quae agitaret, non sine causa metuens ne
lam ageret conaturi essent Athenienses a iure suo ipsum
lire, maluerit eos decipere. Procul omni dubio est e lega-
reversum de consiliis Philippi Aeschinem falsa retulisse
id invitum et inscium sed scientem et volentem, quod

cum constet, etiam in ipsa legatione ab eo eisque e collegis qui cum eo facerent esse interpositas moras non casu vel desidia sed e composito, veri simillimum est.

Demosthenes nobis auctor est [1]), die decimo sexto mensis Scirophorionis contione advocata in qua referrent legati de eis, quae cum Philippo egissent, ita fere disseruisse Aeschinem: se Philippo persuasisse omnia quae Atheniensibus prodessent, et intra duorum vel trium dierum spatium eos audituros Thebas a Philippo obsideri, Thespias et Plataeas refici, opes deo ereptas repeti non a Phocensibus sed a Thebanis (qui olim aedem occupaturi fuerant), eamque ob rem Thebanos praemium decrevisse qui se interimeret. Praeterea audivisse nonnullos Euboeos perterritos ac perturbatos propter familiaritatem Atheniensibus cum Philippo exortam in hunc modum locutos esse „non fugit nos, legati, qua ratione pacem cum Philippo feceritis, neque ignoramus vos Amphipolin ei tradidisse, vobis autem Philippum Euboeam se largiturum promisisse", tum etiam aliud aliquid se impetravisse quod tamen enuntiare nolle, cum inter collegas in legatione essent, qui sibi inviderent. Designasse autem his verbis ait Demosthenes spem Oropi per Philippum recuperandi.

Omnibus his dictis nihil inesse quod vere praedictum esset docuit rerum eventus. Philippus — quod notissimum est — Phocenses perdidit non Thebanos, Thespias et Plataeas non restituit, Euboeam sibi subiecit non Atheniensibus, Oropum hi numquam recuperaverunt. Nostra autem interest scire utrum vere Demosthenes necne perhibuerit apud Athenienses illa contionatum esse Aeschinem. Verissime scilicet. Nam reponit quidem hic in defensione sua (de fals. leg. 119, 120) se non praedixisse et promisisse Philippum Thebanos in ordinem coacturum, sed tantummodo se de legatione referentem cum civibus suis communicasse quid in hanc sententiam regi suasisset. At de Phocensibus quid retulerit facturum Philippum silet, manifesto contra dicere non ausus, cur enim aliter? deque Euboea confitetur se retulisse ex Euboeis nonnullis audita. Cur vero retulit nisi vel

1) De falsa legat. 16—22 cf. de pace 9 sq., Phil. II. 30, de fals. leg. 74, 112, 220 de cor. 35.

Athenienses eis credere? Neque non mentitur contendens
l), quod Demosthenes dixisset ipsum fallacibus suis verbis
mpedivisse vera referre volentem, fieri non posse ut hoc
ım sit, nam Demosthenem statim post legatorum reditum
tui auctorem fuisse ut eos laudaret, cum e contrario sena-
non laudavisse legatos appareat e senatus decreto quod
osthenes Aeschinem accusans recitandum curavit (Dem. de
leg. 31). Additque Aeschines se apud populum contionan-
èt ceteros collegas èt Demosthenem rogasse verene referret
ıuae cum Philippo egisset, atque respondisse illum multo
n melius egisse quam referret. Sed hoc nihil ad rem. Nam
contendit Demosthenes falsa esse quae retulisset se cum
ippo egisse — haec rogatus cum aliqua ironia laudavit —
falsa esse quae praedixisset futura esse. Imprudens autem
essus est Aeschines se ea praedixisse cum de eis quodam-
o se excuset dicens (de fals. leg. 136 sq.): „An solus Pha-
us futura ignorabat?" (Vult Phalaecum Phocensium ducem,
ogitasset eversum iri Phocensium urbes se Philippo non
turum fuisse. Sed Demosthenes contendit de fals. leg. 53 sq.
Aeschinis apud Athenienses oratione deceptum se dedisse
laecum.) „Vos ipsi" (Athenienses) „quomodo publice affecti
is? Nonne omnes exspectavistis Philippum Thebanos fracturum
onspecta eorum ferocitate èt cum nollet hominum infidorum
statem augeri." (Hic rursus dissimulat Aeschines responderi
osse, ipsius verbis in eam exspectationem venisse Athenien-
„Nonne Lacedaemonii nobiscum in legatione adversabantur,
remo rixabantur, minabantur?" (Haec ad rem minime faciunt.)
ii Thebanorum legati nonne haesitabant, timebant?" (Ne hoc
lem, quod ipsi Thebani metuerint ne contra se proficisceretur
lippus probatur e bona fide locutus esse Aeschines.) „Thessali
) nonne ceteris irridebant, sibi dicebant hanc expeditionem
ipi?" (Significat Thessalos sibi solis non Thebanis Philippi
ditionem censuisse profuturam. Sed alio loco, de fals. leg.
, idem Thessalos ante omnes Phocensium exitio studuisse
„Atque e Philippi amicis nonne fuerunt qui disertis verbis
s dicerent, regem Thespias atque Plataeas refecturum?
bani nonne omnibus copiis egressi erant rebus diffidentes?"
eque sic tantum agnovit Aeschines vere reddidisse Demo-

sthenem quae ille contionatus esset, sed praesertim eo quod per adversarium stetisse arguit quominus Phocenses servarentur (Aesch. de fals. leg. 138—141). Tamen quae in hanc sententiam affert merae nugae sunt, et miror, ut qui maxime, his quidquam tribuisse Belochium censentem [1]) revera inter Philippum et Aeschinem convenisse ea quae hic in concilio die XVI mensis Scirophorionis habito se Philippo persuasisse gloriatur. „Tua proditione tuoque cum Thebanis hospitio" inquit in causae dictione (de fals. leg. 141) „omnia interierunt". Quid igitur? Paucis diebus post concilium quod supra dixi Philippus, qui interea proxime Thermopylas constiterat, deinceps misit duas epistolas ad Athenienses quibus ab iis petivit ut omnibus copiis ad se venirent „adiutori iustam causam" (cf. Dem. de fals. leg. 51 sq.). Hoc prohibuisse ait Aeschines (de fals. leg. 141) eos „qui nunc nonnisi bellum crepent et pacem ignominiam vocent, dicentes se vereri ne milites obsidum loco retinerentur"; tum tecte significat (l.l. 141) regem auxilio Atheniensium destitutum invitum concessisse Thebanis et Thessalis. Scholiasta ad Demosthenis orationem de falsa legatione 115, 118 tradit Hegesippum populo Atheniensi auctorem fuisse recusandi auxilium [1]), sed inde quod Aeschines contendit Demosthenis proditione omnia interisse apparet eum inter eos, qui „pacem ignominiam vocent" huic eius rei principes tribuere partes. Quod nihil vetat credere recte se habere. Ecquis autem credet ea simulatione eaque perfidia fuisse Demosthenem ut habuerit orationes de pace, de falsa legatione, Philippicas alteram et tertiam, idemque largitione Thebanorum corruptus Phocenses ultro prodiderit? At stoliditate et odio adductus regis consilia amicissima erga Athenienses perfregit. Nugae! inquam. Facile do re per se spectata, Philippum dummodo Thermopylas intraret, ibique regnaret aeque libenter Thebanos oppressisse ac evertisse Phocenses, Athenienses offendisse; pluris forsitan quam Thebanorum horum fecerit amicitiam, ut qui tamen classe sua plus ei nocere possent, quam Thebani exercitu suo. Sed illud contendo ne liberum quidem fuisse regi Thebanos petere, Phocensibus parcere; qui sex annis ante, post victoriam in Croci

1) Cf. etiam Dem. de fals. leg. 72—74 et Schaef. II. p. 276 in ann. (1)

ampo ex eis reportatam, tria milia captivorum, sacrilegorum umero, in mare demersisset [1]); qui rursus ut ulcisceretur sacrigium eorum invocatus ab Amphictyonibus i. e. a Thebanis et hessalis, inde ipsum quod Dei et sancti instituti vindex exsteret honorem sibi quaereret et dignitatem. Isne ergo sacrigis parceret, Thebanos, qui eum invocassent peteret? Quam itionem professurus? Risum teneas; quod aliquando Thebani nsilium inisse dicerentur occupandi aedem! Multa aiunt epe dolose et fraudulenter clam a Philippo acta esse, sed mquam publice et palam omnem honesti speciem obtrivit. dde quod non Thebanos solos sed Thessalos quoque, Phocenbus (ipso Aeschine teste de fals. leg. 143) etiam infensiores, os nuper demum necdum prorsus sibi devinxisset, adeo irriturus erat ut vix dubium esset quin arma contra ipsum verent. Num forte Philippus exercitu Atheniensium fretus, conctas Thebanorum Thessalorumque copias despecturus erat? um is erat, qui ea quae sine ullo certamine consequi posset, aciei periculum adduceret? Ab altera parte par erat Hegesipum, Demosthenem alios qui regis amicitiae diffiderent, dempta m facultate succurrendi Phocensibus saltem prohibere velle ves suos cladis eorum invitos esse spectatores et velut adiures, ne dum haberi loco obsidum; atque eo facilius impetrasse identur, cum omnes crederent ea futura esse quae Aeschines firmasset neque opus esse censerent coram eis adesse, nullius ei cupidiores quam quietem agendi. Philippum autem veri simile est, ut animadvertit Demosthenes (de fals. leg. 51, 52) e optasse quidem ut Athenienses venirent [2]) — neque id eis

---

1) Diodor. XVI. 55. Paus. X. 2. 3. Philo Iudaeus ap. Eus. Praep. Ed. VIII p. 392.

2) Pro documento eius rei hoc quoque affert Demosthenes (de fals. leg. 51) *οὐκ ἐκ τοτε τοὺς χρόνους ἀνελὼν ἐν οἷς ἠδυνήθητ' ἂν ἐξελθεῖν, τηνικαῦτ' ἐκάλει.* Hoc eram esse non potest, nihil enim obstabat quominus venirent Athenienses cum eos caret Philippus. Sed manifesto hoc spectat Athenienses si egressi essent tamen ad Thermopylas pervenire non potuisse antequam iam de Phocensium sorte decrevisset Philippus. Neque tamen sic recte se habent quae dicit. Nam cum audiret Philippus Athenienses in itinere esse potuit omnia distulisse dum advenissent. Quae autem addit orator *οὐδ' ἂν ἐμ' ἡνίκα δεῦρ' ἀποπλεῖν ἐβουλόμην κατεκώλυεν* (cum in Macedonia esset cum ceteris legatis qui Philippum in iusiurandum adigerent) *οὐδὲ τοιαῦτα ἦν τούτῳ* (i. e. Aeschini) *προσέταττεν ἐξ ὧν ἥκισθ' ὑμεῖς ἐμέλλετ' ἐξιέναι* prorsus falsa sunt. Nam iis quae hic commemorantur manifesto illud agebat Philippus

suaserunt Philocrates vel Aeschines — sed rogasse tantum quo etiam magis sibi persuaderent vera esse quae Aeschines eos docuisset neque non ut, si domi manerent, postea dicere sibi liceret per ipsos factum esse ut Thebanis Thessalisque mos sibi gerendus esset.

Maximo autem regi emolumento fuit ratio quam sequebantur Aeschines et Philocrates e legatione reversi. Nam tunc temporis appropinquabat Thermopylis, ad servandos Phocenses nondum sero erat, si quis poterat Athenienses permovere ut classem in sinu Maliaco collocarent, copiis terrestribus Phalaeco subvenirent. Sed Aeschinis oratio animos praeoccupavit; laetissima spe proposita fore ut Thebani invisi plecterentur, Plataeae Thespiae reficerentur, praevertit levissimos omnium hominum ab omni suspicione, omni dubitatione, ita ut Demostheni contra dicere incipienti obstreperent, neque sinerent eum sententiam suam exponere „Adstantes" ait Demosthenes (d. fals. leg. 23, 44, 45 Phil. II 30) ab altera parte Aeschines ab altera Philocrates, clamabant, loco me trudebant, mihi insultabant, vos autem o cives mei ridebatis", et rursus „postremo Philocrates, nihil mirum inquit Athenienses Demostheni mihique diversa placere, hic enim aquam, ego vero vinum bibo, vos autem ridebatis!" [1]) Deinde Philocrates duplicem pertulit rogationem (de fals. leg. 48 sq.) alteram ut foedus et societas cum Philippo cum eius posteris quoque futura esset et laudaretur Philippus quod promitteret omnia iusta se facturum, alteram populum Atheniensium nisi Phocenses facerent quod deceret, et aedem Amphictyonibus traderent, auxilio venturum contra eos qui hoc prohiberent. Ita Athenienses ipsi se obstringebant neque hoc

---

ne sibi Thermopylas clauderent Athenienses, non hoc ne secum se coniungerent in Thermopylis.

1) Beloch II. p. 515 „Einen Antrag" ait „auf Besetzung der Thermopylen zu stellen war er (Demosthenes) freilich sehr weit entfernt, er wusste nur zu wohl dass Phokis doch nicht mehr zu retten war, noch abgesehen davon das Phalaekos gar keine lust hatte sich retten zu lassen". Paene scripsi; quot verba tot commenta. Nam primum quidem, unde certior factus est vir doctus quid „non in animo habuerit Demosthenes" quem vix os aperire sinerent adversarii? tum: unde apparet Demosthenem „optime scivisse iam servari non posse Phocenses"? Nam quod in annotatione affert Beloch ad rem probandam minime huc facit. Ibi enim dicit: „Schon drei Jahre früher (Ol. I 26, III 8) hatte er ausgesprochen das (Phocis) keine wirksame

tum, sed Phalaecus cuius legati Athenis aderant intellegens il auxilii iam sibi inde expectantandum esse et propter inam pecuniae vix milites suos continens, fortasse credens ea ıe legati Atheniensium coram declarassent vera esse, Philippo tradidit, atque hic omni certamine Thermopylis potiendi ısa levabatur (de fals. leg. 59—61). Haec omnia de Demoene solo discimus, sed eo ipso quod ne verbo quidem Aeines ausus est ea infitiari apparet vera esse.

Neque tamen, inquit, ex his apparet corruptos fuisse Aeschia et Philocratem. Cur non possunt falsa specie decepti esse ım eis aut praebuerit, aut praebendam curaverit Philippus? : censeo rem acu tetigisse Demosthenem ita disserentem (de . leg. 102): *Ἀνάγκη δή που τούτους τοὺς λόγους Αἰσχίννην ς ὑμᾶς εἰπεῖν .... εἴπερ μὴ πεπρακὼς αὐτὸν ἐκὼν ἐξηπάτα, ἵν θάτερον ἢ διχρῄδην ἀκούσανθ' ὑποσχομένου Φιλίππου, ὅτι ξει ταῦτα καὶ ποιήσει, ἢ εἰ μὴ τοῦτο, γοητευθέντα καὶ Φεισθέντα τῇ περὶ τἄλλα Φιλανθρωπίᾳ καὶ ταῦτ' ἐλπίσαντα παρ' ·οῦ. .... ἐκ τοίνυν ἀμφοτέρων μάλιστα πάντων ἀνθρώπων μιν αὐτῷ προσήκει Φίλιππον .... ἔστιν οὖν ὅστις ὑμῶν Φωνὴν ἤκουεν Αἰσχίνου κατηγοροῦντος Φιλίππου; τί δ' ἐξελέγχοντ' ἢ ·οντά τι τούτων ἑόρακεν; οὐδὲ εἷς· .... ἐγὼ δ' ἐκείνους τοὺς ·ους ἐζήτουν παρὰ τούτου εἴπερ μὴ πεπρακὼς αὐτὸν ἦν „ἄνδρες ληναῖοι, ἐμοὶ μὲν χρήσασθ' ὅτι βούλεσθε· ἐπίστευσ' ἐξηπατήθην, κρτον, ὁμολογῶ, τὸν δ' ἄνθρωπον ἄνδρες Ἀθηναῖοι Φυλάττεσθε· ιστος, γόης, πονηρός" .... τούτων οὐδέν' ἀκούω τῶν λόγων, ' ὑμεῖς.* Non tantum quod Philippi hospes adfuit festo Ae-

---

ntzwehr gegen Philipp ab zu geben im Stande wäre". Legimus Ol. I 26: *ἀλλὰ ·εῖς (κωλύσουσιν αὐτὸν* i. e. Philippum, *δεῦρο βαδίζοντα); οἱ τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοι φυλάττειν, ἂν μὴ βοηθῇθ' ὑμεῖς ἢ ἄλλος τις,* et III 8 *ἀπειρηκότων δὲ χρήμασιν ·έων μηδένος δ' ἐμποδὼν ὄντος Φιλίππῳ τὰ παρόντα καταστρεψαμένῳ πρὸς ταῦτ' ιλῆναι.* Quod hic Demosthenes cives suos monet, Phocensium potestatem non cere ut ab hac parte securi sint tamen non prorsus idem est atque id quod inde vat B, Phocenses iam ab iis non defendi posse contra Philippum. Postremo Pha- inquit in mentem non venire ab Atheniensibus servari velle. Sane ante mensem Philippus etiam procul esset, Phalaecus Atheniensium auxilia ab adversariis inta spreverat (vide supra p. 81). Sed e computatione dierum quam proponit osthenes (de fals. leg. 59) apparet simul ac Phocensium legati Athenis redissent secum se dedisse; haud temere ergo statuemus hos a Phalaeco missos esse anxio decernerent Athenienses.

schines convivio quo rex victoriam suam de Phocensibus bravit (Dem, de fals. leg. 128—130. Aesch. de fals. 162 sed in oratione contra Timarchum — ut iam memoravimus (s p. 84 p. 86) — gloriatur sibi cum Philocrate pacem de laudat Philippum propter eius verborum honestatem et s tatem, non dubitat quin si suis promissis stet, tutam sil facilem laudem paret. Tum demum cum Philocrates in e esset pecuniarum captarum damnatus, Aeschines (de fals. 118) pacem non eam fuisse ait quam speravisset; tum de quoque suam causam a Philocratis seiungere conatus est. ne tum quidem se a Philippo et Philocrate deceptum esse tendit, Phocensium cladis odium in Demosthenem reicere tus. Ab altera parte Demosthenis contra Aeschinem dicta supra laudavi, non carent vi aequa contra Philocratem. quoque si a Philippo deceptus ex animi sententia Athenien ea praedixisset quae eventus docuit falsa esse, non p non vehementer regi irasci idque civibus suis significare; facto opinor neque paulo post reus factus esset pecunia captarum, neque tamen reus factus, de causa sua desperavi vertissetque solum ea deserta. Accedunt ea quae in altero cilio mensis Elaphebolionis cum pacis ratio constituenda praecipue a Philocrate neque tamen non ab Aeschine ageba et dicebantur ita ut Philippi commodis inserviretur, de qu egimus supra [1]); accedit utriusque ipsa ratio in altera legat obeunda, de qua nobis superest ut pauca moneamus.

Quo tempore Athenienses in pacem iurabant Philippu Thracia bellum gerebat cum Cersoblepta, magni autem intererat, ab altera parte ibi debellari èt antequam ad T mopylas contenderet, ne relinqueretur bellum in tergo èt a quam eum convenirent legati Atheniensium missi ad adigen eum in iusiurandum, si qui forte ex his ei negotia exhibi essent offendentes eum Atheniensium praesidia oppugnante ab altera parte ipsum in Thermopylarum vicinia esse anteq legati Athenas revertissent, quippe cum satis confidere pos nihil ante Athenienses molituros. Optatius igitur nihil ei

1) p. 81. p. 86 sqq.
2) Vide supra p. 88 p. 91.

terat quam ut legati in itinere quam maxime morarentur. i autem ad hoc ei praebendum nihi reliqui fecerunt. Qui cum n electi essent die XXV mensis Elaphebolionis [1]) non prius ofecti sunt quam Demosthenes die III mensis sequentis nychionis, i. e. quattuordecim diebus post, senatus de- tum pertulisset ut quam celerrime proficiscerentur (Dem. de s. leg. 154). Iussi vero nave vehi ad ea loca, ubi Philippus ic esset, quod quatuor diebus fieri poterat, hoc neglecto pe- tri ab inde Thessalia itinere viginti tribus diebus Pellam se tulerunt, ibique per viginti septem dies eius adventum ex- taverunt (de fals leg. 155), ubi tandem in pacem iuratus eos perduxit (de cor. 32) ut non ante in Thessaliam pro- scerentur quam ipse eos comitaretur, videlicet se expedivisset contendendum contra Phocenses. Pheris in urbe Thessaliae erarum huius regionis civitatum legatos in iusiurandum ad; erunt [2]) exceptis Halensibus quorum urbem tunc cum Phar- iis coniunctus obsidebat Parmenio et paulo post evertit (Dem. fals. leg. 31 cf. 163). Tum per Euboeam Athenas redierunt ope tres menses peregrinati (l.l. 57.) Itaque confirmat, opinor, c iter sententiae nostrae fidem, iam ob alias ut vidimus iones satis perspicuam, pecunia sua Philippum emisse offi- um legatorum. Vix dubitandum quin rex iam antequam legati ficiscerentur curaverit donis additis eos certiores faciendos,

---

1) Hoc non totidem verbis traditur, sed apparet e verbis Demosthenis (de fals. . 150) *ἐπειδὴ γὰρ ἡ μὲν εἰρήνη τέλος εἶχεν αὕτη ἡ τοῦ Φιλοκράτους, οἱ δὲ σβεις ἀπήρκεσαν οἱ τοῦ Φιλίππου λαβόντες τοὺς ὅρκους ..., ἠξίουν ἐγὼ καὶ τοις* (i. e. collegis in altera legatione) *ἔλεγον πλεῖν τὴν ταχίστην ἐφ' Ἑλλήσποντον.* (cf. p. 154 *ἐπειδὴ γὰρ ἐκκλησία μὲν οὐκέτι ἦν ὑπόλοιπος οὐδεμία διὰ τὸ προκατεχρῆσθαι* — i. e. cum profectis Philippi legatis, nullum concilium amplius in se Elaphebolione haberi liceret quoniam dies comitiales consumti erant in conciliis itis diebus XVIII. XIX, XXV — *οὗτοι δ' οὐκ ἀπῆσαν κ.τ.λ.*)

2) Demosthenes (de fals. leg. 158) collegis suis in legatione crimini dat, quod non im cum in itinere in Macedoniam essent Thessalicas civitates in iusiurandum ad- int. Sed manifestum est hoc non potuisse fieri antequam Philippus iurasset. Prae- a hanc ob causam collegas perstringit Demosthenes, quod iussi Philippi sociorum s ipsi circumire legatos eorum Pheras convenire sivissent, de qua re Philippus pistola ad Athenienses eos excusavit: se eos ab eo consilio avertisse (de fals. leg. 37). Res nullius momenti videtur; nam quod dicit Dem. (l.l. 158, 159) propterea Philippum rem instituisse quod nollet socios suos iurare in verba Atheniensium aque sociorum *„οὐ γὰρ συστρατεύσειν ἐφ' ἃ νῦν ἔχει τῶν ὑμετέρων ἔμελλον, ἕξειν πρόφασιν τοὺς ὅρκους"* perspicuum est eum fucum facere suis civibus.

gratum sibi fore, si Pellae suum e Thracia reditum expectarent unde factum esse ut iter suum procrastinarent et in eo mora rentur. Quod deinde Pellae ait Aeschines (de fals. leg. 115 sq. se Philippum monuisse ut, potius quam vi, iuris certamin uteretur, porro ne negligeret Thebanos contra Amphictyonu iura nonnullas Boeotiae urbes evertisse, minime opus est si spicari haec aut non aut simulate protulisse Aeschinem. Veru hoc constare videtur palam nihil certi ad haec respondisse rege ministros autem eius et amicos iussu eius èt divulgasse se n dubitare quin Thebani non Phocenses peterentur èt Demosthe excepto a legatis impetrasse, donis a rege additis, ut prom terent se civibus suis persuasuros ne ipsis obsisterent. Neq ergo fides deneganda videtur Demostheni referenti regem cu sibi domum navigaturo et nave conducta iter obstrueret ((fals. leg. 51, 323), cunctis legatis hospitalium nomine magna vim auri misisse, cuius partem cum ipse recusasset, ceter totam inter se divisisse (l.l. 167, 168). An credemus tame propterea quod Aeschines pecuniarum captarum a Demosthe reus factus absolutus est, non licere de eius innocentia dubitar Verum illud potuerunt iudices reputare nihil Philippo eu vendidisse quod huic non ipsis pacis legibus obvenisset. Neq tamen Aeschines ipse id defendere ausus est; non magis il quam Demosthenes agnoscit ipsa pace Phocenses regi esse pr ditos [1]), procul dubio intellexit frustra se temptaturum persu dere id iudicibus. Malim igitur credere non propter illiusmo ratiocinationem quamvis unice recte se habeat eum absolutu esse, sed propterea quod reliquorum legatorum causa, Dem sthenis excepta, ab eius seiungi non poterat. Illis eorumqu propinquis et amicis metuendum erat ne, si Aeschines dam naretur, sibi quoque accusatio impenderet. Veri simile erg est eos omnes summa vi contendisse ut liberaretur, qua rem etiam Demosthenes ipse in exordio accusationis (de fal leg. 1) haud obscure significat. Adde quod potens Eubu auxilium amico non defuisse videtur (l.l. 290—294) neq

1) Neque tamen huius rei inconscius sibi fuit nam obscure eam significat c dicat (de fals. leg. 123) *καὶ Φίλιππος εἰ τὴν πόλιν ἐξηπάτα διὰ τοῦτο ἐψεύδ ὅπως τῆς εἰρήνης, ἥπερ συνέφερεν αὐτῷ τύχοι.*

Phocionis defuit [1]), quem utrumque, quantum scire licet, Demosthenem potius quam Aeschinem malitiae obnoxium habuisse constat.

Neque sane negandum est malitiae documenta non deesse in Demosthenis accusatione Aeschinis. Quorum nullum est insignius quam quod contendit (de fals. leg. 174, 180 sq. [2]), 334 cf. 156, 161, de rebus in Chers. 64, Phil. III 15, de cor. 27, 33, 32). Cersoblepten illius culpa, ne dum a pace exclusum esse sed perisse. Sed tradidit Cersobleptes caput regni sui Hieron Oros inque eo se ipsum pridie concilii Athenis habiti quo iuraverunt Atheniensium socii in verba Philippi legatorum (Aesch. de fals. leg. 90 vide supra p. 90). At hoc nondum adlatum erat Athenas cum legati legerentur qui Philippum in iusiurandum adigerent, itaque cum hi cessarent, ut illi potestatem facerent in Thracia debellandi antequam in pacem iuraret, tamen pro virili parte operam dabant ut Cersobleptes periret, neque eo quod haec ne requirebatur quidem quidquam de eorum culpa detrahitur; minus accurate dixerit Demosthenes *ἀπώλεσας Αἰσχίνῃ Κερσοβλέπτην*, recte dicere potuit *τὸ σὸν μέρος ἀπώλεσας* K., non alia fit res quod non addidit *τὸ σὸν μέρος*, praeterea supererant aliqua Thraciae oppida, Doriscus, Serrium, Myrtenum

---

1) Beloch l.l. p. 541 Aeschinis absolutionem huic maxime rei deberi censet: „dass jene selben Phokier, die Aeschines verraten haben sollte für ihn Zeugniss ablegten, und auch nicht einer von ihnen sich fand, der sich zu Demosthenes' Hilfershelfer hergegeben hätte". Noli autem his magnopere tribuere. Demostheni non tanti fuisse eorum auxilium ut id sua pecunia emeret satis credibile Quid tandem testarentur? Quidquid Aeschines cum eorum damno fecerat vel dixerat, apud eos nihil fecerat neque dixerat; unum supererat ut suam miseriam praesentes depingerent; sed hanc omnes satis cognitam habebant. Utque ultro se offerrent ad accusandum Aeschinem etiam minus expectandum. An apud Atheniensium populum qui ipse pacis conditione totus eos prodiderat? Praesertim cum vereri deberent ne Thebanos regemque etiam infestiores sibi redderent. Quod Demosthenes metuit (de fals. leg. 80) ne Aeschines pro se allaturus esset, e Phocensibus neminem se accusare, noli inde colligere Aeschinem hoc afferentem iare id pro se afferre. At fuerunt etiam nonnulli e Phocensibus et ex exulibus Thebanis qui testarentur Aeschinis voluntatem erga se (Aesch. de fals. leg. 142, 143). Sed hoc testimonium ille emisse potest, neque non fieri potest ut horum salutem a Philippode precatus sit. — Addit Beloch: „die schlichte Sprache der Wahrheit" (scil. Aeschinis orationis) „verfehlte nicht ihres tiefen Eindrucks auf die Geschworenen." Hoc vero nisi omnia nos fefellerunt, nihil est. Nam vera Aeschines et falsa permixta protulit, pleraque autem falsa.

2) De locis his vide etiam supra p. 89 in ann. (2).

alia, unde proximis demum mensibus Atheniensium praesidia pepulisse videtur Philippus [1]), quae igitur ab eo tueri potuissent legati, si in tempore advenissent. Errat qui ita ratiocinatur neque vera dicit; „οὐ γὰρ ἂν ἥψατ' αὐτῶν, inquit Demosthenes (de cor. 30) παρόντων ἡμῶν, ἢ οὐκ ἂν ὠρκίζομεν αὐτὸν, ὥστε τῆς εἰρήνης ἂν διημαρτήκει καὶ οὐκ ἂν ἀμφότερ' εἶχε, καὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὰ χώρια. Fac verum esse legatos, si in Thracia supervenissent Philippo toti in expugnanda regione et Atheniensium praesidiis proturbandis, nisi ab armis cederet recusaturos fuisse ne in iusiurandum eum adigerent, quod nullo iure fecissent cum Cersobleptes non in societatem pacis venisset [2]), sed fac recusaturos fuisse, fac Demosthenem ceterosque persuasum habuisse propter foedus Atheniense Philippum oportere Cersobleptem dimittere — ecquis censet eos etiam speravisse ab armis cessurum Philippum? Non pacem quoque habuisset. Sane sed tamen Cersobleptes perisset. Sic autem Demosthenes secum meditatus fuisse videtur, si rex Thraciam mittere nollet, sive sui collegae quiescerent, sive, pace irrita facta secum redirent, Athenas reverso sibi regisque perfidiam accusanti, nonnihil id momenti praebiturum ad excitandos cives suos ut Thermopylas defenderent. Quod ipsum rex praevidens a legatis emit ne se in Thracia convenirent. Graviter id tulisse Demosthenem nihil mirum, sed Cersobleptae salus, quam in ore fert, in ea re nullo loco est.

Porro ut malitiose ita inepte Demosthenes epistolam, quam Philippus, iuratus in pacem, populo Atheniensi per huius legatos tradendam curavit, ab Aeschine conscriptam voluit (de fals. leg. 36—40 cf. 175, 176). Cui rite et bene respondit Aeschines (de fals. leg. 124—128) permirum esse non ipsum Philippum eam scribere potuisse, aut si ille non posset, exules qui apud

---

1) Vide Schaefer l.l. p. 246 in ann. (3).

2) Simulare Demosthenem (de fals. leg. 174) Cersoblepten in pacis societatem ascitum esse vide supra p. 88 s. f. sq ibique in ann. (1). Impudentissime autem mentitur noster postquam narravit (Phil. III 12) cepisse Philippum Serrium Doriscum, Hieron Oros et milites Athenienses inde pepulisse haec addens (l.l. 16): καίτοι ταῦτα πράττων τί ἐποιει; εἰρήνην μὲν γὰρ ὤμωμόκει. Notissimum est Philippum Pellae iuravisse postquam in Thracia debellavit teste ipso Demosthene de fals. leg. 155 de cor. 30 Hieron Oros autem iam cepit Philippus ante quam legati in quorum verba iuraturus erat Athenis essent profecti cf supra p. 103.

ium degerent sive Leosthenem Atheniensem, quem nonnulli non ubitarent post Callistratum Aphidnaeum, facundissimum eis mporibus oratorem dicere, sive Pythonem Byzantinum propter tem scribendi se iactantem; cur se requiri ad hoc officium? hac autem epistola Aeschinem Philippo auctorem fuisse ait mosthenes (de fals. leg. 39, 40) ut diceret se nondum cogise de captivis redimendis [1]), idque eo consilio fecisse Aeschim ut suis laudibus, cum in ea re talentum consumpsisset fals. leg. 169, 170) obtrectaret. At consentaneum erat Phipum ante quam bellum Phocense confecisset captivos Athenses nolle liberatos; in Panathenaeorum festum remissionem ecit.

Postremo adversarium insimulat Demosthenes (de fals. leg. , 98) quod cum in Macedonia legati morarentur, in convivio rato a Xenophrone quodam, consors fuisset inter pocula mulndi mulierem ingenuam e captivis Olynthiis. Quod cum ad m publicam non pertineat mitto. Omnino autem statuendum letur, quamvis satis appareat Aeschinem in legatione sua Phipi consiliis praesto fuisse, quod sine largitione non credibile t, dubitari autem nequeat quin persuasum habuerit Demosthenes triae suae interesse poenas comparari istiusmodi hominibus, aecipue tamen in accusando Aeschinem eum irae indulsisse iod sua consilia illius inprimis, secundum Philocratem, usus era rex irrita fecisset, idque eo tulisse aegrius quo minus rspiceret quam impar ipse regi esset non tam calliditate quam udentia et consilio [2]).

---

1) Vide plura de ea re apud Schaef. l.l. p. 249 et ibi ia ann. (7).

2) Merito Beloch l.l. p. 485. „In diplomatischer Begabung that es ihm niemand or; wer dann in den Verhandlungen mit ihm dem kürzeren gezogen hatte ie natürlich über die Treulosigkeit des Königs, statt die eigene Ungeschicklichkeit iklagen; und doch hat Philipp überall da, wo er bindende Verplichtungen einge- en ist sie redlich gehalten."

II.

DE BELLO AMPHISSAEO.

Optime meritum esse Aeschinem de patria sua apud Amphictyones in crimen adducta, cum Amphissaeos, qui eam sacrilegii accusassent [1]), mutue sacrilegii reos ageret [2]), sic enim civitatem suam avertisse ab infamia multae ei dictae et, nisi hanc pendere vellent, ab Amphictyonum belli periculo insigni, Beloch v.. clssms primus rite perspexit [3]). Negat quidem Demosthenes Amphissaeos accusationem in Athenienses intulisse, at manifesto mentitur, ceteroquin causam suam probasset. Affert quidem [4]) Atheniensibus ab Amphictyonibus diem non dictam esse, idque procul dubio vere, sed nullo modo inde sequitur ut non Amphissaei, quod ait Aeschines, quinquaginta talentorum multam iis irrogaverint, quam certari Aeschines prohibuerit [5]). Hoc Demosthenes, dum praetermittit silentio, fatetur se negare non posse.

Quod autem Grote v. d. contendit [6]) pessime fecisse Aeschinem, quod Amphictyones incitaret contra Amphissaeos, perniciossimum secutus exemplum quo quindecim annis ante Thebani usi essent, ut plecterentur Phocenses, offensiones proprias in religionem trahendi, eaque re non Amphissaeis tantum, sed etiam patriae suae gravissimam cladem intulisse, non possumus diiudicare licueritne Aeschini aliud comparare praesidium quo praesens periculum repelleret, utque concedamus civitatibus Graecis, si rem universe spectes, magno detrimento fuisse iura deorum suis praetenta inimicitiis, neque negemus bellum Amphissaeum ansam dedisse Philippo Atheniensium reipublicae sibi subiciendae, hoc tamen constat bellum cum Amphictyonibus, quo qui peterentur sacrilegorum haberentur numero, mult

1) Aesch. contra Ctes. 116. 2) l.l. 118.
3) Griech. Gesch. II p. 556 sqq.
4) de cor. 150.
5) „εἰςέφερον δόγμα" inquit Aesch. i. e. agebant hoc.
6) History of Greece XI p. 280 sqq.

magis Atheniensibus horrendum fuisse quam cetera omnia, illud autem si multa statim soluta effugerent, non modo futurum fuisse ut eorum opes extenuarentur, sed etiam èt ipso quod damnati essent ab Amphictyonibus èt quod resistere non audere viderentur, ut sociorum quos ad bellum biennium iam cum Philippo gestum sibi comparassent, existimatione diminuta, fides labefieret, ita ut ab omni parte debilitarentur bellique oneri sustinendo impares fierent.

Ecquis autem censet, si bellum indixissent Amphictyones Atheniensibus, fieri potuisse quin Philippus in eius partem veniret et sibi vindicaret victoriae praemium? Quamobrem haud cunctanter statuimus iterum mentiri Demosthenem, ubi dicat [1]) a Philippo corruptum Amphictyonum adversus Amphissam belli auctorem fuisse Aeschinem. Quid, quaeso, regem permovere potuit ut Aeschinem hunc ad finem corrumperet? An bellum Amphictyonum adversus Athenienses ei minus gratum erat, quam adversus Amphissam? An minus sperare poterat se praefuturum illius summae quam huius? Illius autem Thebanos quoque socios sibi habuisset, quos hoc a se alienavit, Amphissa enim iis iuncta erat veteris amicitiae vinculis. Ita solum absurdum non esset regem corrupisse Aeschinem, si Amphissaei non ante accusassent Athenienses. Fac autem ne id quidem egisse Amphissaeos ut suam delationem reciperent Amphictyones, certaretur multa, damnarentur Athenienses, sed tantummodo voluisse contumeliam in Athenienses iacere, hoc quoque sufficit ad ostendendum ineptam esse corruptelae suspicionem. Scivitne Philippus Amphissaeos dicturos contra Athenienses, an nescivit? Si nesciit, non potuit corrumpere Aeschinem, huius enim accusatio continuo illorum successit. Sin vero scivit, multo magis eius intererat eorum inceptis subscribere quam pecunia sua adducere Aeschinem ut iis occurreret, quem praeterea quo subveniret suae patriae non opus erat permoveri regis auro. Ab altera parte quid causae erat cur Amphissaei tam infensos se praeberent Atheniensibus? Bellum enim Phocense quo illi cum Thebanis, hi cum Phocensibus steterant iam diu horum exitio finitum erat; sed Macedoniae portus navibus suis obsidebant

1) de cor. 149.

Athenienses, atque eorum ope factum erat ut Philippus repelleretur a Perintho et Byzantio [1]). Quid igitur magis consentaneum erat, quam ut vellet domi eis exhiberi negotia? Quamobrem facile credimus Belochio suspicanti Amphissaeos a Philippo incitatos esse, sive ab ipso pecunia, sive per eius mercenarios quos Thebis magno habebat numero. Ceterum Schaefero v. d. dari potest [2]), non tam ex tempore et subito Aeschinem — quod ipse perhibet [3]) — quam meditatum accusationem suam protulisse. Quod Demosthenes conttendit [4]) „verba speciosa et narrationes eum composuisse" hac in re nullius momenti est. Sed ipse Aeschines memorat [5]), se recitanda curavisse documenta pertinentia ad Cirrhaei agri consecrationem, quae quamvis in Apollinis aede adessent, non credibile est in ipso hieromnemonum consilio apud quos verba fecit in promptu fuisse, neque omnino eum memoriter tenuisse historiam belli Cirrhaei, nisi orationem suam praeparavisset. Itaque cum dicat sibi exorso verba facere ad Amphissaeorum accusationem defendendam et inierpellato ab iis conviciis et criminationibus, tum demum subisse ut ipsos sacrilegii reos faceret quod agrum Cirrhaeum occupassent, potius credas eum iam accusandi eos initium fecisse cum interpellaretur.

Iamvero ex eis quae demonstravi utiliter civibus suis egisse Aeschinem minime sequitur ut hi reprehendendi sint quod a bello adversus Amphissam abstinuerunt. Huius rei ait Aeschines [6]) eis auctorem fuisse Demosthenem. Atque hic quidem neminem sibi aures praebuisse dicit [7]) in contione clamitanti „bellum Amphictyonum in Atticam infers Aeschines!" Verum id nihil aliud sibi velle potest nisi hoc, noluisse populum perstringi Aeschinem; sane aliud erat nolle ipsos bello praeesse, quod Amphictyones inferrent Amphissae, aliud nolle Aeschinem laudari quod prohibuisset Amphictyones bellum inferre Atticae. Illud Aeschines studuerat et vix aliter poterat quam moleste ferre, quod recusarent cives sibi morem genere, verum tamen

1) l.l. p. 556.
2) Demosth. u. seine Zeit II² p. 536.
3) contra Ctes. 118.
4) de cor. 149.
5) contra Ctes. 119.
6) l.l. 125—127.
7) de cor . 145.

male eos si gessissent, consulturos fuisse suae saluti, minime obscurum est. „Dei" inquit Aeschines [1]) „pii bellii ductum nobis dederant" et tecte in sequentibus significat, eo, quod Demosthene auctore Athenienses donum illud divinum sprevissent, factum esse ut belli summa Philippo mandaretur, unde notum est cladem Chaeronensem consecutam esse. Sed rogare licet, num Philippus prohiberi potuisset se interponere si Athenienses ductum suscepissent. Thebani etiamsi Amphictyonum metu non auderent palam Amphissaeis succurrere, saltem cunctati non essent Athenienses impedire quominus copias suas per Boeotiam transducerent, ita ut forsitan futurum fuisset ut cogerentur eas totam Peloponnesum circumvehere. Fac autem cladem quamvis exiguam ab iis acceptam, nonne amici et mercenarii Philippi praetendissent eos muneri suscepto impares esse coelumque ac terras miscuissent ad invocandum regem? Non aliter fecerunt cum Cottyphus Larisaeus non valeret Amphissaeos statim devincere. At melius sane erat rem non suscepisse quam post irritos sumptus atque labores contumeliose inde depelli. Sed fac etiam potuisse debellari cum Amphissaeis nulla Philippo facultate data interponendi se; tamen nihil inde nisi malum oriturum fuit. Iratos enim habere Thebanos Atheniensibus adversus Amphissaeos bellantibus molestum, adversus Philippum periculosissimum erat, eorum auxilium contra regem optatissmum. Per triginta iam annos discordes erant Athenienses et Thebani, sed decem annis proximis viri principes Atheniensium Eubulus, Aristophon, Demosthenes identidem privatim conati erant controversias dirimere. Eiusmodi incepta perfringere studebant quicunque Thebis Philippi inserviebant commodis, sed non omnia poterant, neque desperandum erat, id quod docuit foedus initum post Elateam a Philippo occupatam, Thebanorum animos conciliari posse dum appareret regis in eos officia non tam benevole collata esse quam quo ipse augeretur, ut obsederat iam Echinum et Nicaeam colonias Thebanorum prope Thermopylas sitas [2]). Itaque viam non intercludi detrahendi Thebanos a Philippo res summi momenti erat, quos tamen Athenienses si Amphissaeos

1) contra Ctes. 129. s. f. 130.
2) Dem. Phil. 3. 34 et scholia, πρὸς τὴν ἐπ. et schol.

pristinos amicos et socios Thebanorum ulciscerentur, it Philippus in ea re nullas partes ageret neque igitur inde cordia inter Philippum et Thebanos oreretur, prorsus adig ut uno animo Philippi partes amplecterentur, eique concedere id quod adhuc numquam ne poscere quidem ausus erat · per suos fines exercitum in Atticam duceret, nedum ut f cum eo facerent et suas copias ei iungerent,

At, inquit Beloch, ipsum bellum Amphissaeum si Athen id susciperent, simul autem de eo cum rege agerent ansa dare poterat cum illo in gratiam redeundi [1]). Haec pertine Belochii sententiam, Philippum semper optasse ut cum niensibus gratia atque amicitia sibi foret, idque unice in visse Demosthenis et Hyperidis machinationes. Sed res e addicunt. Verum est Philippo numquam in animo fuisse niensium rem publicam funditus perdere, quod satis ap post pugnam Chaeronensem, et facile credo eum omnia i iis precari voluisse, dumne suis consiliis obsisterent. Sed silia eius, quem alium finem habebant, quam ut in Gi regnaret, nedum Atheniensibus quamvis auctoritatem ullc Macedoniae vel Thraciae loco inde a sinu Pagasaeo usqu Bosporum relinqueret. Ne Beloch quidem negaverit aliam lippum pacis rationem initurum non fuisse, nisi qua Atheni sibi cederent Perintho et Byzantio. At inquit, frustra vires consumebant in resistendo eius consiliis, quibus resistere valebant; praeterea autem pro beneficio habere oportebat Gr civitates, quod imperio suo Philippus perpetuis ipsarum disc et turbis finem impositurus, vires contra Persas coniunc erat, quod unus omnium rectissime vidit Isocrates. At qu loquitur confundere videtur nonnulla, quae distinguenda Quamvis magno beneficio Graecos affecerint Philippus filiu eius Alexander, quoniam suo imperio eis libertatem adem qua uterentur ad se invicem lacerandos et coegerunt suas

1) 11. p. 558 Addit vir doctus: „Dann möchten beide, Athener und Mak ihre Waffen gegen Theben wenden, jene Burg des Perserkönigs in Hellas, die zu seinen Füssen sehen musste ehe er an die Verwirklichung seiner Nationale ging". Haec omitto. Sed nullam video causam cur Philippus tum temporis a Thebas proficisceretur; ne praetextum quidem invenire licebat, nisi forte The eam amentiam devenirent ut coram Amphissaeorum causam susciperent.

intendere in acquirendas novas terras, novasque facultates florescendi et crescendi, hoc tamen beneficium in eorum numero habendum est quae res publica, qualis erat Atheniensium libertate olim potens, non sine dedecore accipere possit nisi coacta et invita. Itaque non hoc reprehendendum est quod non sua sponte Philippo Athenienses se addixerunt cum praesertim rex, quo conditor pacis atque concordiae fieret viam sibi muniret praecipue ubicunque poterat, turbis, rixis, inimicitiis efficiendis et incitandis. Sed illud confitendum nullos tum temporis tulisse viros Atticam, qui Philippum sollertia aequaerent, nullos qui in resistendo regi eas rationes sequi scirent, quibus opes civitatis quantaecunque erant, utilissime adhiberentur, nullos, qui irae contra hostem externum non admiscuerint vile odium in adversarios inter cives suos et vanae gloriae cupiditatem, nullos qui in suadendo magis niterentur eo quod verum et bonum esset quam spinosa speciosaque arte dicendi, nullos qui in arduissimus rebus simul prudentia, peritia, innocentia eminerent. Facile damus Belochio multa, quae Demosthenes in republica egit, egisse eum praepostere; hoc negamus utique Philippo resisti neque potuisse neque debuisse. Neque video causam cur credamus aliter de hac re sensisse Isocratem; sed pro tempore et re iudicans Philippi dominationem censuit — idque recte — saluti esse Graeciae. Ab altera parte non in omnibus saltem peccavit Demosthenes, non cum post bellum Phocense cives suos retineret ne copias suas cum Philippi in Thermopylis coniungerent, non cum iis dissuaderet ne belli Amphissaei duces existerent.

Porro Beloch contendit tum cum Cottyphus bellum adversus Amphissaeos conficere non potuisset et Amphictyones eius ductum Philippo mandassent hanc rem regi molestissimam fuisse. Parum id credibile. Procul dubio bellum Amphictyonum contra Athenienses multo optatius ei fuit, multoque potius hoc, invocatus, suis auspiciis geri voluisset. Sed ea spe deiecto quid ei magis prodesse potuit semper cupienti in res Graecorum se intrudere quam occasio belli Amphissaei? At sic compulit atque paene coegit Thebanos ut intra Attica praesidia migrarent. Ex eventu iudicat Beloch. Sed nonne Philippi occupatio Elateae fuit quae unice πειθανάγκην addiderit Demosthenis verbis foedus cum Thebanis suadentis? Quae tamen non necessaria fuit ad bellum

contra Amphissam. Fieri sane potest ut existimaverit Phi
id ipsum, quod contra Amphissam proficisceretur, satis
fore Thebanis ut cum Atheniensibus se coniungerent, et pro
necesse ei visum esse ut bellum praeciperet Elataea po
Sed cur non credas ei Elateae possessionem tanti fuisse u
ea metum foederis inter Thebanos et Athenienses spei
Quod omnium verisimillimum esse censebit, qui repu
regi si re vera bellum Amphissaeum gerere noluisset, n
fuisse potestatem eius componendi. Ecquid adversus eun
bat „umbra Delphica" cum populorum Thessaliae suffrag
arbitrio suo ei uti liceret, neque non strenua Theba
opera hac in re potuit confidere? At in religionem v
Amphictyonem mandatum. Tu crede mihi, nimis tribuit
regis erga deum Delphicum pietati; non is fuit quem u
Deorum metus a commodis suis persequendis averterit. Al
parte ne hoc quidem ei constitisse credibile est Elataeam
patam utique Thebanos ad bellum contra se incitaturun
Nonne foedus Atheniense e pilo pependit? Nonne omni
sthenis eloquentiae vi opus fuit ad id perficiendum?
tamen res irrita fuisset nisi amplissima proposuisset Th
praemia: principatum Boeotiae agnitum, belli terrestris
cium totum, maritimi pro altera parte, belli sumptus
tertiam partem illatam [1]). Sed quoquomodo hoc se habet, I
occupatio maximi regi momenti fuit ad bellum adversus
nienses, quod iam tres annos magno cum incommodo su
serat, in rem suam convertendum; eo enim potestas ei
invadendi eorum fines, quo aut eos cogeret proelio te
dimicare aut eorum urbem a terra includeret, Atticamq
vastaret; idque Thebanorum ira, si aliter non pesset,
pretium erat emere. Procul dubio, callide cum Athenie
pacisci maluit quam periculosam experiri armorum alean
ad illud ipsum exercitus in viciniam adductus ei usu
poterat; omnino autem si in bello perseverandum esset,
melius erat, coniunctis etiam cum Atheniensibus et Th
terrestribus copiis decernere, quam illorum lacessi classe
ceri moenibus Perinthi et Byzantii!

1) contra Ctes. 142 sq.

o si constat Philippo, cum spes eum fefellisset Am-
m bello Athenienses implicandi, nihil exoptatius fieri
quam ut bellum quod contra Amphissam moverat
, gerendum sibi traderetur, ne dubitandum quidem est
operam per satellites suos dederit, ut hoc sibi con-
Qua in re non alienum est rogare quas partes egerit
. „Ὡς δ' ἅπαξ" inquit Demosthenes [1]) „ἐκ τούτων"
eschinis apud Amphictyones oratione) „ἐγκλήματα καὶ
ρὸς τοὺς Ἀμφισσέας ἐταράχθη τὸ μὲν πρῶτον ὁ Κόττυ-
ν τῶν Ἀμφικτυόνων ἤγαγε στρατίαν, ὡς δ' οἱ μὲν οὐκ
δ' ἐλθόντες οὐδὲν ἐποίουν εἰς τὴν ἐπιοῦσαν πυλαίαν ἐπὶ
πον εὐθὺς ἡγεμόν' ἦγον οἱ κατεσκευασμένοι καὶ πάλαι
ὖν Θετταλῶν καὶ τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι, καὶ προ-
λόγους εἰλήφεσαν· ἡ γὰρ αὐτοὺς εἰσφέρειν καὶ ξένους
ɔασκον δεῖν καὶ ζημιοῦν τοὺς μὴ ταῦτα ποιοῦντας, ἢ κεῖνον
. Aeschinem autem passim accusat [2]), quod eo ipso
mphictyones contra Amphissam incitasset ut Philippo
ministraret una cum Thessalis et Thebanis contra At-
ficiscendi. Habet igitur Aeschinem in numero quoque
ıi „ἐπὶ τὸν Φίλιππον ἡγεμόνα ἦγον". Verum mentitur
nes, idque turpissime, quod supra vidimus [3]), cum
temere neque ulla necessitate adductum, nulla patriae
ratione habita a Philippo emtum Amphissaeos sacri-
ısasse Aeschinem, mentitur, idque audacissime, cum
hoc egisse Aeschinem ut Philippo „una cum Thebanis".
ınvadendi occasionem daret, luce enim clarius est fieri
isse quin nihil Thebanis ingratius esset quam ut op-
ur Amphissaei, veteres amici atque socii, neque ullam
is aptam fuisse ad abalienandos eos a Philippo si hic
afficeret; neque profecto talia ausus esset Demosthenes
oferre nisi confideret propter res deinde insecutas, lon-
temporis spatium, cives suos quid in re esset prorsus
ɜse. Nonne igitur hoc quoque, quod belli Amphissaei
ıd Philippum deferre studuerit Aeschines pro fuco atque
abendum est? An credibile eundem Philippo obstitisse
Amphictyonum bellum adversus Athenienses movere

—

151. 2) ll. 145—154, 156, 158 sq. 3) p. l. p. 106 sq.

temptaret, eundem belli Amphissaei ductum patriae suae praebere conatum esse, eundem deinceps Philippi commodis inservisse huius belli auspicium cupienti? Repugnantia in oculos incurrere videtur, at tamen specie non re consistit. Nihil est cur credamus eum fuisse Aeschinem, qui operam suam pollicetur ut Amphictyonum bellum, unum omnium miserrimum contra patriam suam moveretur, neque tale quid Philippus qui si quis alius, penitus in homines introspiceret ab eo exacturus erat, quin imo ne in malam quidem partem rex ei verterit quod sibi obstiterit hoc molienti. Verum cum periculum imminens avertisset Aeschines, cum ab adversariis, quos domi habebat, civitatis tum temporis principibus, non tantum ductu belli Amphissaei sperneretur, sed ipse gratia merita privaretur et oneraretur conviciis, num censeas tum magno momento opus fuisse ad eum perducendum ut adiuvaret Philippum in summa huius belli impetranda? Ecquid aliud erat quo acrius adversarios suos ulcisceretur? Nonne illecebra huius rei eiusmodi erat ut vis in ea opus esset praemiis et pollicitationibus, quibus tamen vi dubium est, quin uti rex non omiserit? Contra afferas bellum quia illis temporibus rex cum Atheniensibus gerebat, eius opem Aeschines si augere contenderit, vix perduellionis crimine eum absolvendum esse. Sed non deerant quae praetenderet huic infamiae; ut dicere sibi potuit tamen regi resisti non posse bello Amphissaei auspicium sibi cupienti, neque praeterea hanc rem pertinere ad bellum cum Atheniensibus, potius Thebanis eam molestam esse [1]).

Si fuit Aeschines vir iustus ac integer neque talia excogitavit, neque omnino existimandus est in eis quae ad bellum Amphissaeum pertineant ullius culpae fuisse obnoxius. Sed qui historia pacis Philocrateae nos docet non eum fuisse Aeschinem qui a recta conscientia numquam transversum unguem discesserit suspicio in promptu est non prorsus a vero aberrasse Demosthenes cum eum in numero eorum habeat, quorum officio usus sit Philippus in bello cuius exitu patriae libertas interiit.

Arnhemiae.

1) Cf. contra Ctes. 141.

VALCKENARIANUM.

Iohannes C. G. Boot, qui exacta aetate et plus quam nonagenarius senex ante septem ferme annos fato functus est, forte anno 1866 professus erat se mense Decembri coram Regiis Academicis acturum esse de Erico Huberto van Eldik, Valckenarii dilecto discipulo, qui postquam edito Suspicionum libro inclaruit, quum per longam annorum seriem superstes esset, sed adversa fortuna conflictaretur, numquam adigi potuit ut emitteret alterum fasciculum, etiamsi larga messis iamdudum succrevisset. Itaque Bootius, cui ad illum thesaurum aditus patebat, quaedam exquisita delibavit, sed non opus habuit laudare Gerardum H. M. Delprat venerabilem senem, qui scripserat illo praesertim anni tempore se prohiberi quominus Roterodamo Amstelodamum excurreret, sed mittere Vriemoetii epistulam, qua amicus suo arbitratu uteretur. Fuit Emo Lucius Vriemoet Athenis Frisiacis — nam sic Franequeram maiores amabant appellitare — literarum Orientalium professor, qui de Valckenarii Oratione quadam satis iracunde scripserat ad amicum suum Danielem Gerdes, cuius proneptis Delpratio nupsit. Hoc apographum invenit Bootii filia, quam honoris causa nomino, quum forte paternam supellectilem litterariam, quam pie conservat, recognosceret, et Academicis Regiis obtulit, ut in bibliothecam reconderetur. Itaque nuper Karstenius Collega Aestumatissimus in Trippiano epistulam recitavit et omnium consensu placuit ut Mnemosynes patronis traderetur quod fortasse lectores lubenter cognoscerent, nam nobis quidem res haud illepida visa est.

Sequitur Epistulae praecipua pars:

Viro plur. reverendo et celeberrimo | Danieli Gerdesio
S. P. D. | E. L. Vriemoet.

. . . . . Audivimus tandem Graeci nostri orationem dudum promissam d. XII huius mensis, stilo comto et florido. Facilitate memoriae admirabili. Gestibus maxime vividis, sed saepe nimium histrionicis. Voce lugubri et tragica, ingenio moroso propria; satis tamen in varias formas flexa. Ceterum totus sermo plenus partim adulationis, partim fellis. Longum erat eloquium ad Ser. Principem, cui inter alia Poëtas impense commendabat. Longum item ad parvulum comitem Buranum, quem incumbens pulpito veluti in inferiore cathedra iacentem in cunis intuebatur. Multum laudabat, rapta quadam occasione, Academicam pubem Franequeranam, tum quae nunc aderat, tum quae fuerat ab aliquot annis. Omnes in Belgio nostro egregios iuvenes in optimis scientiis, excepta Medicina et Philosophia, unice nostro e Lyceo prodiisse contendebat. Valde laudabat adolescentes nobiles, tamquam quibus omnibus incoctum generoso pectus honesto et veluti certum depositum vera virtus. — Sed non ita facilis ab altera parte, mox in alloquio auditorum mentionem faciebat hominum invidorum ipsi, quos tamen paucos sperabat adesse! Totis viribus invehebatur in invidos calumniatores suos, voce horrenda nec benigniore vultu, gestuum autem magno strepitu. Ipsos Professores dicebat proclives ad invidiam; quod quidem nescio an sic abiturum sit. Reprehendebat Ecclesiastas Frisios, quorum quam plurimi aderant, quod vitia notantes populi, numquam ab ipso auditi fuerint invecti in *avaritiam* et *desidiam*, quas duas praecipuas decernebat fuisse causas retrolabentium rerum nostrarum. Laudabat Gallos iis carentes. Multa porro alia erant, quae placere non poterant omnibus. Non sane preces, quas mediae histrioniae inserebat. Nec id, quod dicebat, sublimioris ingenii homines leges humanas respuere, sibimet ipsis legis loco esse. Mitto alia. Non minus itaque omnium crisi subiecta oratio, quam mense Decembri ab ipso editum privatum Programma absurdissimum, quo mihi creditus fuit voluisse aegre facere. — Ostendit Senatus noster displicere sibi istum agendi modum vetuitque eum imitari in posterum, caet. —

d. 23 m. Martii 1749.

Io. Theod. Bergman qui anno 1871 scripsit *Memoriam Valc-arii*, fecit ut cognoscere possimus „absurdissimum" illud pro-mma, in quo orator significaverat se d. XI m. Decembris a. 8 dicturum esse *de prisca et nupera rerum Belgicarum vicis-line*. Nempe in fine haec verba legebantur: „Quotquot lite-m, patriae sunt et historiae patriae amantes, si commodum bitur, poterunt ad eam orationem audiendam convenire in olum Academicum, die Mercurii, XI Decembris MDCCXLVIII, matutina decima. RELIQUI NIHIL HABEBUNT CAUSAE, CUR SIBI ET NOBIS ONEROSI." Nec magno opere miramur denunciatio-tum aliis quibusdam Clarissimis Viris odiosam fuisse, tum moetio, qui octogesimo aetatis anno morosus esset factus et annis ante aegre tulisset adulescentulum XXVI annorum datum fuisse collegam, quem paucis annis ante in scholis ntalibus habuisset auditorem.

nno 1740 Valckenario oblatum fuerat munus Conrectoris larum Campensium eamque stationem per unum annum iit „inter amoena Camporum moenia, quorum iucunda sem-ipsius animo remansit recordatio." Uno anno post Professor guae Graecae Franequerae creatus mutata omnia invenit. c ad Bernardum amicum Kal. April. 1747 questus est: nnia hic etiam odii, invidiae et simultatum plena: ego qui-ı certe in otio Campensi, ubi habebam, qui ex animo mihi e cuperent, multo vixi beatius." Tunc factum est, uti opi-, quod semper fit: ipse erat odio iis quos oderat. Praecipua sa fuisse videtur infirma valetudo. De sene omnes novimus d scribit Wyttenbachius eum (tertio quoque anno) intemperie dam affici solere, ut per aliquod tempus excitatior ferretur, ı ad se rediret, subtristis quasi ac taciturnus. Sed etiam lescens habuit quod de corpusculo suo quereretur. Scribit nardus ad Reiskium Kal. Sept. 1747, pag. est 249: „Valcke-us e consilio medici aquis salubribus hac aestate usus est, l corpore esset languido ac febre laboraret lenta atque ini-." Similiter idem ad eundem d. 10 m. Iulii 1750, pag. est : „Valckenarius noster coepit revalescere, ac profectiunculis ıum et corpus recreare nititur." Sed insequens annus omnia eta attulit. Scribit Bernardus d. 16 m. Sept. 1751: „Miratus ubi Valckenarium vidi: qui enim gracilis esset olim, iam

pinguior et obesus factus est. Summopere gavisus sum, ub illum prospera ac firma valetudine frui cernerem." Tum etia novus ei vigor additus, quum Amstelodamo Franequeram uxo rem duceret lectissimam virginem Ioannam van der Streng.

Verumenimvero incertum qua de causa, sive Valckenar morbus intercessit, sive turbidus reip. status, statuto die orati non est habita, sed res dilata est, sicuti supra diximus, in XII m. Martii 1749. Triplex argumentum fuit, nam orat egit de anno 1748, qui liberi Belgarum imperii centesim erat, Burano Comiti [Principi Guilielmo V] natalis, atque i signis pace [Aquisgranensi] firmata. Vriemoetii iudicium contuleris, apparebit quaedam in editione, quae eodem an prodiit et anno 1784 repetita fuit, mutata vel certe mitiga fuisse; sunt quoque quae, credo, propter offensiones eorum q affuerant, omissa fuerint ac semel etiam lacuna notatur, u orator pervenit ad salebrosum locum de induciis duodecennalibu Iam vidimus fuisse Franequerae qui orationem improbaren sed quum Valckenaerius sectae Nassavicae apertissime favere Dorvillius, Bernardus, alii Amstelodamenses etiam iniquior iudices fuerunt, quibuscum Reiskius consensit, quamqua Lipsiae ab illis civium dissensionibus plane alienus esset. Leid Hemsterhusius, qui et ipse Nassavicas partes sequebatur, miti iudicavit itemque Ruhnkenius, quem utpote Pomeranum nul illarum discordiarum cura movebat.

Equidem quum olim adulescens Valckenarii edita atque i edita omnia summa cura legerem et examinarem, ad ha orationem non attendi animum, quum nihil pertineret ad li terarum Graecarum studium; hisce diebus inspexi, sed mih fatebor enim, parum placuit, nam, etiamsi vehementer probe quae in laudem principum Arausionensium dicta sunt, mul tamen insubide disputata esse visa sunt et mediocris Latinit hic illic lectionem impeditam reddit. Vix ausus fuissem h tam aperte proloqui, nisi meminissem Bakium disserere sol in eam sententiam sermonis elegantia Valckenarium neutiqu debere cum Ruhnkenio conferri.

S. A. N.

) CICERONIS ORATIONEM PRO M. CAELIO ANNOTATIUNCULAE CRITICAE.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

. 2. 4. „Nam quod de pietate dixistis, est ista quidem nostra timatio sed iudicium certe parentis."

aec verba neque a Clarkio, recentissimo orationis editore [1]), ıe a ceteris recte recensita existimo. Libri mss. non multum : se dissentiunt: in codice S. Marci 255 saec. XV pro *nostra* ur *vestra* et ordo verborum *ista quidem* a manu altera est odice Parisino 14749 libris ceteris praebentibus *quidem ista.* maior est apud editores dissensio, quorum coniecturas in ratu critico Vollgraffii [2]) compositas videbis. Cum vero hic s e paucissimis unus sit qui etiamnunc emendari posse mihi atur, novam sententiam istis addere liceat.

ostquam in § 3 Cicero affirmavit: *obiectus est pater varie, aut parum splendidus ipse aut parum pie tractatus a filio etur*, primum dignitatem M. Caelii patris defendit, quo ad pietatem filii defendendam transit verbis quae e recen- Clarkiana supra descripsi. Iam verba *est ista quidem nostra imatio* quam sint ambigua, ne obscura dicam, vix quemquam e opinor: quae sit pronominis *ista* vis, quid spectet quivis it. Quodsi quis respondeat, pronomine hoc loco ad ea quae ntur referri, moneo ne ibi quidem ullam existimationem

---

1 Scriptorum Classicorum Bibliotheca Oxoniensi MDCCCCV.

2 M. Tullii Ciceronis pro M. Caelio oratio rec. J. C. Vollgraff, Lugduni Bata- 1887.

oratoris de Caelii pietate aperiri: sequuntur enim haec: *Quid nos opinemur audietis ex iuratis.* Patet causa, propter quam Halm, cum ita ut nunc locus legitur pronomen *nostra* nullo modo explicari posse videret, cum uno illo codice recentiore *vestra* legere maluit atque alii aliter locum constituere voluerunt.

Pro *ista* si reposueris *iusta*, omnis difficultas iam sublata erit.

Haec vult: Nam quod de pietate dixistis, est iusta quidem nostra existimatio, i. e. nostra opinio de ea re non temere concepta est, nititur argumentis satis probabilibus, sed pater ipse optimus iudex est. Iam apte sequuntur:

Quid nos opinemur (i. e. qualis sit iusta nostra existimatio) *audietis ex iuratis; quid parentes sentiant lacrimae matris incredibilisque maeror, squalor patris et haec praesens maestitia quam cernitis luctusque declarat.*

C. 4. 10. Ubi a crimine familiaritatis cum Catilina initae Caelius defenditur, legimus: „Ad quem si accessit aut si a me discessit umquam — quamquam multi boni adulescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt — tum existimetur Caelius Catilinae nimium familiaris fuisse."

Lectio *tum*, quam Clark recepit, debetur manui secundae in codice Paris. 14749, cum ceteri codices omnes exhibeant *tamen*. Viri docti locum sollicitarunt coniecturis hisce, Bake: [tamen] ex., Oetling: tamen ⟨non⟩ ex., Baehrens: tacite ex.

Miror neminem umquam offendisse verba *nimium familiaris*. Nempe id ipsum, quod Catilinae nimium familiaris fuisset, accusatores Caelio obiecerant, ita ut vis nulla oratoris provocationi inesset, si ita loqueretur: „Caelius si umquam ad Catilinam accessit, vos verum dixisse iudices existiment". Etiamsi clausula notae deterioris evadat, cuius tamen 1103 exempla Zielinskio teste apud Ciceronem occurrunt, vix dubito quin codicum mss. scriptura *tamen* retenta scribendum sit:

„Ad quem si accessit aut si a me discessit umquam, quamquam multi boni adulescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt, tamen existimetur Caelius Catilinae omnium familiarissimus fuisse".

Primum vocabulum *omnium* in *nimium* corruptum, deinde pro superlativo gradu positivum substitutum esse suspicor.

C. 7. 18: „cum domus patris a foro longe abesset, quo facilius et nostras domus obire et ipse a suis coli posset, conduxit in Palatio non magno domum."

Vocabulum *domus* intra tam breve spatium ter repetitum non una de causa suspicionem movet. Primum rogo quare *domus patris* et *domum* singulari numero — *nostras domus* plurali posita sint; deinde Caelio non id agendum erat, ut domus amicorum obiret sed ipsos amicos; denique verbis *a suis* verba *nostras domus* male respondent. Quae cum ita sint, non cum Vollgraffio *domum*, quod in enuntiati fine est, delere velim, sed ita legere:

„quo facilius et nostros [domus] obire et ipse a suis coli posset."

Vocabulum *domus* e versu superiore hoc loco male repetitum arbitror, quo facto nescio quis *nostros* in *nostras* immutaverit. Cf. § 76, ubi de eodem Caelio:

„quem absolutum insequitur, revocat, nemini nostrum obtemperat, est violentior quam vellem."

C. 11. 27. „Deliciarum obiurgatio fuit longa, etiam lenior, plusque disputationis habuit quam atrocitatis, quo etiam audita est attentius."

Post Franckenii coniecturam: *plusque disputatio ista humanitatis habuit* et Vollgraffii: *plusque disputatio ista suavitatis habuit* duo loci me permoverunt ut potius pro *disputationis* legendum esse putarem *delectationis*; sunt autem § 66 extr.: „Quos quidem ego, iudices, testis non modo sine ullo timore sed etiam cum aliqua spe delectationis exspecto" et § 46: „Obterendae sunt omnes voluptates, relinquenda studia delectationis, ludus, iocus, convivium, sermo paene est familiarium deserendus."

In eodem capite verba, quae in fine § 25 leguntur, sc. *Quid quaeritis ..... horrebam*, non suo loco nunc legi arbitror. Ubi nunc sunt, cursum orationis interrumpunt, nam post descriptionem accusationis L. Herennii generalem ac satis longam quivis exspectet, eius partes singulas continuo enumerari. At verbis, quae modo indicavi, interpositis, id demum fieri videmus § 26 initio: *Ac prima pars fuit illa* e. q. s. Contra in § 27 ante enuntiatum, quod verbis *Nam P. Clodius* incipit, verba opportune

posita essent, quandoquidem „tam triste illud, tam asperum genus orationis", quod Cicero se horrere dicit, nimirum spectat P. Clodii eloquentiam.

C. 17. 39. Postquam Caelii vitam solutiorem aliquamdiu defendit, Cicero timere incipit, ne quis dicat: „Haec igitur est tua disciplina, sic tu instituis adulescentis?" Immo vero, respondet, Camillos, Fabricios, Curios ego quoque magnopere admiror, sed obsoleverunt iam illa pristinae severitatis exempla, vix iam in libris reperiuntur. At vero

„Ego, si quis ..... fuit, ut ..... nihil in vita expetendum putaret nisi quod esset cum laude et cum dignitate coniunctum, hunc mea sententia divinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto."

In mira, immo inepta, verborum *mea sententia puto* copulatione vitium latere alii ante me iudicarunt, nam Vollgraff *putatote* scripsit, cum Francken *putate* iam proposuisset. Verum ut omnis dubitatio de disciplina atque institutione sua iam tolleretur, Ciceronem sollemni declaratione usum esse exspectamus qualis evadet si ita locum emendabimus:

hunc e x a n i m i sententia divinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto.

C. 20. 48. „Verum si quis est qui etiam meretriciis amoribus interdictum iuventuti putet, est ille quidem valde severus — negare non possum — sed abhorret non modo ab huius saeculi licentia verum etiam a maiorum consuetudine atque concessis."

Insulsum additamentum *negare non possum* forsitan ab homine iocoso primum in margine adscriptum fuerit, deinde in contextam orationem per errorem receptum: quantocius igitur in locum suum relegetur! Similiter in C. 19. 44 verba *Quod quidem ..... auget* et *quae firmiore ..... deflorescunt* nescio cuius interpretamenta esse atque Ciceroni falso obtrusa mihi quidem semper visa sunt.

ibid. „Hic ego ipsam rem definiam, mulierem nullam nominabo; tantum in medio relinquam."

Sic Clark locum constituit pro codicum mss. lectione *ias*

Halmii coniectura *ipsam* recepta. Vollgraff quoque eam recepit atque insuper de suo pro *tantum* scripsit *tantummodo*; idem magnam coniecturarum copiam, quibus critici vocabula *iam* et *tantum* emendare sibi visi sunt, enumerat.

Nihilominus lectio tradita *iam* optime se habere mihi videtur. Cicero primum amoris meretricii consuetudinem licitam atque saeculi sui in talibus rebus licentiam generatim atque universe commemoravit, quo facto iam rem definiet, h. e. iam rem, de qua exposuit, certo exemplo singillatim illustrabit; at tamen nullius mulieris nomen evulgabit, scilicet ne fabula fiat.

Neque tamen locum ab omni parte sanum esse credo: verba enim *nullam nominabo* glossam esse, qua quis formulam *in medio relinquam* interpretari voluerit. Ceterum moneo, hanc formulam hoc loco aptissime adhibitam esse ab oratore, quandoquidem Clodiam in sequentibus designari scilicet neminem ex auditoribus fugit. Ita locum legendum esse opinor:

„Hic ego iam rem definiam: mulierem [nullam nominabo] tantum ⟨quod⟩ in medio relinquam."

Cf. Verr. II. 1. 45 § 116: „componit edictum eis verbis, ut quivis intellegere posset unius hominis causa conscriptum esse: tantum quod hominem non nominat, causam quidem totam perscribit, ius, consuetudinem, aequitatem, edicta omnium neglegit."

C. 22. 54. Caelius a Clodia aurum sumpsisse arguebatur, quod L. Luccei servis daret, per quos Alexandrinus Dio quidam apud Lucceium habitabat necaretur. Lucceium Cicero sanctissimum hominem et gravissimum testem praedicat,

„qui tantum facinus in famam atque in fortunas suas neque non audisset inlatum a M. Caelio neque neglexisset neque tulisset."

Interpretamentum quod est *a M. Caelio* tam loco quam sententia arguitur. An forte Lucceius facinus neglexisset, tulisset, non audisset, si quis alius id perpetrasset? Sequuntur haec:

„An ille vir illa humanitate praeditus, illis studiis, illis artibus atque doctrina illius ipsius periculum quem propter haec ipsa studia diligebat, neglegere potuisset [et], quod facinus in alienum hominem intentum severe acciperet, id omisisset curare

in hospitem? quod ..... neglegeret? quod ..... ferret? quod ..... putaret?"

Particula, quam uncinis inclusi, e dittographia nata est, quod rogationes asyndetae, quae sequuntur, satis comprobant.

C. 24. 60. Postquam Q. Metelli mortem, veneno ab uxore interfecti, egregiis pinxit coloribus, his verbis ad rem redit:

„Sed revertor ad crimen; etenim haec facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio et vocem meam fletu debilitavit et mentem dolore impedivit."

Nescio an pro *facta* corrigendum sit fati: non ipsius viri mentio, sed mortis eius indignissimae, qua abstractus est e sinu gremioque patriae, acerbissimo dolore Ciceronem affecit. Moneo in fine § 79 quoque *fato* in codice Erf. corruptum esse in *facto*.

C. 26. 63 de testibus sermo est, qui Licinium, Caelii familiarem, venenum servis tradidisse in balneis publicis adseverabant.

„Sed quid ego de dignitate istorum testium loquor? virtutem eorum diligentiamque cognoscite. 'In balneis delituerunt'. Testis egregios! 'Dein temere prosiluerunt'. Homines temperantis!"

Immo intemperantis, i. e. impotentes, ut sequens narratio demonstrat. Cf. etiam finis § 64: „quos quidem tu quam ob rem temere prosiluisse dicas atque ante tempus non reperio," nec non initium paragraphi sequentis.

ibid. „Licinium ..... retraxisse atque ex illo repentino hominum impetu se in fugam coniecisse."

Clark *ex*, quod altera manus in cod. Paris. 14749 intulit, ante *illo* edidit — Vollgraff ratus necessarium participium perfecti passivi unde penderet *hominum impetu* intercidisse supplevit: *atque illo repentino hominum impetu* ⟨impeditum⟩ *se in fugam coniecisse*. Equidem inserere malim *perterritum*, cl. § 66: An timebant ne tot unum (sc. Licinium), valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent?

C. 32. 78. Persuaderi mihi numquam potuit, editores qui

Garatonium secuti verba *hominem sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis, ore, lingua, manu, vita omni inquinatum* post *ducem vidistis* transponunt, cum in codicibus post *incendit* legantur, loco bene consuluisse. Non ea verba transponi, verum alia quaedam induci oportere credo, verba scilicet quae sunt *qui aedis sacras, qui censum populi Romani, qui memoriam publicam suis manibus incendit.* Haec enim eo loco, ubi in codicibus leguntur, servari non posse Garatoni recte perspexit, sed ne ibi quidem, ubi nunc in editionibus legi solent, ea ferri posse contendo. Nonne Cicerone indignum, cum primum sedes sacras, censum populi, memoriam publicam incensa esse exclamavit, domus suae fratrisque combustae mentionem iniicere, deinde ad totius urbis caedem atque incendium rursus oratione adscendere? Sed vel maxime nunc offendit verbi *incendit* molestissima intra tam breve verborum spatium repetitio. Quae cum ita sint, non Garatonii medela utendum esse opinor, sed verba *qui aedis sacras ..... incendit* interpretatori reddenda.

C. 32. 80. „Conservate parenti filium, parentem filio, ne aut senectutem iam prope desperatam contempsisse aut adulescentiam plenam spei maximae non modo non aluisse vos verum etiam perculisse atque adfixisse videamini."

Verbi *aluisse* in codice vetustissimo Paris. 7794 saec. IX duae litterae priores tantummodo servatae sunt, manus secunda et codicum recentiorum scribae lacunam expleverunt. Lectio tamen vera non restituta esse multis visa est, e quibus Mueller *edlevasse*, Francken *abiecisse* maluit. Requiritur verbum menti dicentis aptissimum: adiuvisse.

PLUT. PRAEC. REIP. GR. 823 B.

Bonus prudensque ‚politicus' non molestus est civibus suis magno comitum numero, qui in theatro aliisque locis omnes sedes occupet οὐδὲ τοῖς εἰς τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν ἐπιφθόνοις παράσημος.

Immo vero ἐπίφθονος παρασήμοις (aut, si hoc mavis παρασήμοις ἐπιφθονος): non movet invidiam luxu divitiisque ostentandis.

J. J. H.

ITALICA.

OBSERVATIONES AD LOCOS VERGILIANOS ET OVIDIANOS.

SCRIPSIT

I. VÜRTHEIM.

I.

Pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete,
qui bello exciti reges, quae quemque secutae
complerint campos acies!

Hisce verbis Vergilius Catalogum suum incipit minime peiorem Aeneidis partem exorsus, quam armorum vestiumque descriptione vivida colorata, heroum populorumque recensione bene distincta et ordinata lectu reddidit iucundissimam. Nam viventes ante lectorum oculos praetergrediuntur divum contemptor Mezentius et Lausus ferarum debellator, pulcher Aventinus opertus tegumine leonino, Herculis e sanguine creatus, Catillus et Coras fratres gemini, quibus „magno cedunt virgulta fragore", Caeculus viros ducens Praenestinos. Tum oculos in se vertit Messapus, equorum domitor Neptunia proles, quem praecedunt viri suum ipsorum canentes ducem: eunt „numero aequati." Itane Musis addicti sunt Calabriae incolae? Cave credas; aliunde deveniunt canorae hae copiae, sunt Aequi Falisci, Capenates, montis Soractis qui habitant radices! Quid hoc? Nonne in extrema Italia sita est Messapia, ubi Metapontum, vel ut antiquiore aetate audiebat Metabum, Messapi propria videtur regio? Quod Neptuni filium poeta fecit Messapum intellegimus; sed non quod, ut explicat

servius, hic Messapus per mare venerit ad Italiam, idcirco Neptunius est appellandus, immo, quia heros iam antequam in Italiam est transgressus, ipsa in Graecia Neptuni Μεσοποντίου nomen Eresi cultum servabat in memoria. Ubi non invenitur nomen quod cum Messapi arcte cohaereat, sive spectas montem Μεσσάπιον in Boeotia prope ab Anthedone, sive Euboeam, Aetoliam, Locridem, Laconicam, Cretam, Cariam lustras? Μεσσάπιοι inveniuntur in Elide, Μεσσάπιον ὄρος in Paeonia. Facile credimus Kretschmero statuenti Messapios propter linguarum affinitatem a gente Illyrica non esse disiungendos verique simillimum videtur Messapios e partibus septentrionalibus praeter utramque maris Adriatici oram meridiem versus descendisse, sed gerunt nomen quod, sive vere graecum est sive graeco habitu obvelatum, antiquis cum Neptuni cognomine cohaerere videbatur.

Sed haec nunc mittimus; quid vero Vergilium movit ut heroem Messapum, cui extrema in Italia sedem assignavit vetustas, ducem dare maluerit Faliscis populoque Capenati? Describit eum, quem neque igni neque ferro sternere possis; cui observationi lucem forte attulit Heynius monendo sacerdotes Apollinis Soractini, Hirpos illos, super ambustam ligni struem ambulantes salvos abiisse. Obstat tamen huic explicationi, quod Romae quoque, cum Fordicidia agebantur, viri mulieresque in monte Palatino per ardentes stipulae crepitantis acervos celeri pede saliebant, ita ut Soranorum mos non tantam poetae mirationem movere posset, ut inde oreretur versus de Soractis accola: „neque fas igni cuiquam nec sternere ferro." Immo sacerdotes Sorani S. C. militiae munere vacabant. Potius igitur conicimus Vergilium versu suo heroem depinxisse, quales fuerunt Achilles et Aiax [1]), quibus mortales armis mortalibus mortem parare non valebant. Mentio quidem fit in Aeneide Hirporum Soranorum, sed hoc quoque in episodio nonnulla nos deterrent, quominus Messapum, licet populis Soractis vicinis imperet, Hirpum fuisse credamus.

In libro enim XI° prodit Arruns quidam, ut Camillam Amazonem fortem atque indefessam hasta percutiat necopinantem, quo facto ipse a Dianae satellite sagitta transfixus ignoto campi

1) De huius ἀτρωσίᾳ egi „De Aiacis origine, cultu, patria," pag. 1—12.

in pulvere moribundus a sociis deseritur. Celerius quam apparuit ex Aeneide evadit. Cuiusnam fuerit filius poeta silentio praeterit, hoc modo adiecto Arruntem in eo ut inimicam virginem aggrederetur sic voce esse precatum:

> Summe deum, sancti custos Soractis Apollo,
> Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo
> Pascitur et medium freti pietate per ignem
> Cultores multa premimus vestigia pruna,
> Da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis,
> Omnipotens.

Habes qui se ipsum Apollinis Soractis cultorem profiteatur, verum Hirpum. Teste vero Plutarcho in Poplic. IX Arruns, vel graece Ἄρρων, erat Tarquinii filius; nomen Ἄρρων in Arcadia, Tarquiniorum patria, minime ignotum erat. Τάρχων Tarquiniorum ἐπώνυμος Telephi audiebat filius. Quid igitur? In Aeneide quoque Tarchonem Tyrrhenum genitorem cum Arrunte affinitate coniunctum fuisse statuere licebit? Nil, credo obstat; immo nil non tali rei favet. Nam ubi Tarchonis copiae, Etrusci, manus cum Camillae caterva conserunt, quid mirum Tarchonis filium Arruntem ipsam Camillam ibi petiisse?

Quare non videmus qui factum sit, ut antiqui commentatores teste Servio (XI, 762) desperarent de Arruntis origine detegenda. Habitat Etruriam meridionalem, Soractis est incola. Non procul igitur sedem habet a Faliscis Capenatibusque, qui sub Messapo pro Turno, ab iisdem partibus a quibus stat Camilla, contra Tarchonem pugnant. Vel ut brevius idem exprimamus, Arruns Soractis Hirpus et Falisci, qui „Soractis habent arces", diversis a partibus militant. Denuo mirabundi haeremus, nam si quos alios, hosce homines commilitones fuisse expectabamus. At non eiusdem erant gentis; eadem religio — Apollinis Soractis cultus — non tantum valuit, ut diversae gentes eosdem hostes eosdem amicos haberent. At Tarcho quoque Etruscorum dux et Mezentius Agyllina ex urbe — id est etrusca ex urbe Caere — ortus sibi stant oppositi Martis in campo. Caveamus! Mezentius enim a civibus ob crudelitatem expulsus apud Turnum refugium quaesierat. Nolite igitur putare etiam Etruscos civili discordia bipartito fuisse discerptos. Discordes vero videmus Etruscos et Faliscos.

Sed transeamus ad Camillam. Quaenam illa fuit? Filia era

abi Tusci, qui a populo suo Volsco patria — i. e. Priverno,
Volscorum in Latio sita — pulsus erat. Si credimus com-
tatori ad XI, 567, cuius auctor Cato fuisse videtur in Ori-
bus, Privernum tum temporis Etruscorum potestate regeba-
„Pulsus erat", ita poeta, „ob invidiam viresque superbas."
tate (cf. XI, 568) cives in se armarat, alter igitur Mezentius.
ut hunc omnis Etruria iustis furiis agitata ad supplicium
scebat a Turno, sic illum telis saevis fugientem premebant
ci. Quo vero fugerat? Non dicit poeta, sed quoniam filiam
tam multae matres per oppida Tyrrhena frustra optabant
m, apparet Metabum Tiberim flumen traiecisse Etruriam-
petiisse. Exspectamus igitur Metabi filiam Camillam iuxta
honem, Etruscorum regem, ab Aeneae partibus contra
um dimicasse. Non ita est; agmen agens equitum Volsca
ente advenerat (VII, 800); ducit igitur gentem cuius tela
r quondam effugerat, quodque plus est, Tyrrhenos, inter
refugium invenerat ipsa, bello persequitur neque con-
tum reticet suum. E. g., ubi Ornytum Etruscum percutit,
r hoc pectore fatur inimico:

Silvis te, Tyrrhene, feras agitare putasti?

o non, opinor, rogabit, num forte poeta somniarit, cum
illam ducem praemitteret Volscis? Neque absque omni du-
ione repetet verba commentatoris: „Privernum tunc ab
scis regebatur!"

terum non est quod miremur Camillam, quae procos
scos infra se duxit et copia data gentem despectam impug-
t, ab Arrunte Etrusco Tarchonis filio esse prostratam. Sed
iudicabimus de verbis commentatoris (XI, 558): nomen
illae e lingua etrusca esse petitum? Potuit sane pater, qui
m petebat Etruscorum ut vitam servaret, filiae nomen
re tyrrhenum; sed tale nomen virgini, cui Etrusci sunt
, non bene convenit. Nonne poeta nomen magis idoneum
gitare poterat quam etruscum illud? An forte nomen in
his italicis invenerat? Sed tunc rogamus, rectene fecerit
, ubi Camillam Volscis, patris inimicis, praemitteret
rios ut impugnaret.

aec nostra difficultas haud levatur, immo aggravatur si haec
dimus. Metaponti nomen antiquius fuit Metabum (δοκεῖ δ'

Ἀντίοχος τὴν πόλιν Μεταπόντιον εἰρῆσθαι πρότερον Μέταβον[1]). Auctor est Antiochus Syracusanus ἐν τῷ περὶ Ἰταλίας συγγράμματι. Metabi autem nomen forma modo discrepat a Messapo quod vidit, sed post alios, Kretschmerus (Einl. p. 273). Quar contendimus Camillam, Metabi filiam, et Messapum ab origin nexu quodam fuisse coniunctos. Quodsi forte quis addubitat indicabimus locum Vergilianum, ubi ipse poeta sententiae nostra astipulatur. Nam in libro undecimo Turnus sic alloquitur virg nem (vs. 508 sq.):

„O decus Italiae..... Tyrrhenum equitem collatis excipe signi
Tecum acer Messapus erit turmaeque Latina

Hic simul eundem petunt hostem Messapus et Camilla! Me sapus, dux Faliscorum! quem in regione septentrionali non e spectabamus, et Camilla, quam apud Volscos mirabundi duc munere fungi videmus. Quid Vergilium movit, ut tali moc nomina per Italiam disperserit?

Nondum difficultatum copiam exhausimus. Sed antequa novum scopulum in quo navis nostra haesit indicemus, pau observanda restant de Camilla. Haud dubie virgo illa proven e regione unde Messapus oriundus erat, scilicet e Messapia.

Iam diu enim v. d. agnoverunt Camillam referre imagine Harpalyces illius, cuius pater, sicut Metabus, a civibus expu sus filiam suam eodem cibo nutriverat, nempe lacte ferin Utraque virgo Amazo videtur tam habitu (Aen. XI, 648) qua Dianae ministerio. Neque Harpalyce, quae piscatorum retibu constricta capitur, multum differt a Diana Cretensi Dictynn appellata.

Vinculum, quod inter Camillam et Harpalycen exstat, nc prorsus neglexit poeta. Aen. XI, 675 Camilla et Harpalyce simul in scaenam prodeunt, quibus tertius adiungitur Tereu Causa cur hic potissimum introducatur haud deest. Exstit enim fabula alexandrina, qua Harpalyce quaedam a patre Cl meno amata fratrem necasse patrique apposuisse ferebatur, de in avem mutata esse. Habes Terei fabulam mutatis nominibu Ex Alexandrino igitur thesauro materiem hausit Vergilius. F tasse etiam longius procedere licebit, nam docet nos Pausan

1) Strab. VI p. 265.

(IX, 37) Clymeno fuisse filium, cui nomen esset Ἄρρων, i. e. latine Arruns. Verisimile igitur videtur hoc quoque nomen ex eodem fonte alexandrino in Aeneidis librum undecimum esse receptum; odium enim Ἄρρωνος in Harpalycen ob fratrem interemptum facile in inimicitias inter Arruntem et Camillam mutari potuit. Sed quanta libertate, ne dicamus libidine, poeta hac in materia tractanda et transmittenda sit usus, inde apparet quod versus, quibus Hesiodus (fr. 117 Rz) Iphiclum Harpalyces spretorem depinxit:

ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέεν οὐδὲ κατέκλα,
ἀλλ' ἐπὶ πυραμίνων ἀθέρων δρομάασκε πόδεσσι
κοὐ σινέσκετο καρπόν

fere ad literas vertit, sed ad Harpalycen Italicam, Camillam, transtulit:

illa vel infractae segetis per summa volaret
gramina nec teneras cursu laesisset aristas (VII, 808).

Supervacaneum videtur observasse Hesiodo exemplum fuisse Τ 226 sqq., ubi eadem legimus de equis a Borea progenitis. Auctore Athenaeo (XIX, 619 E) „Harpalyce" erat carmen a virginibus cantatum. Haud igitur ex abscondito angello Vergilius „doctrinam illam Alexandrinam" protraxit in lucem.

Si vero non iniuria vinculum quaesivimus inter Messapum et Neptunum Μεταπόντιον; si attendimus Κλύμενον, nomen patris Harpalyces, deorum χθονίων, qualis erat Neptunus, fuisse epitheton (cf. Paus. IX, 37: Κλύμενον μὲν ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Ὀγχηστίου Ποσειδῶνος φονεύουσιν); si hisce observationibus adiungimus Harpalycen a Dictynna dea marina non fuisse absimilem, Harpalycen autem italicam esse Camillam, non facile quis negabit id, quod iam supra ipso e Vergilio effecimus, Messapum et Camillam non esse disiungendos, quippe qui eodem cultu fuerint coniuncti. Quare, si Messapi nomen e Messapia est petitum, statuendum videtur Camillam quoque inde venisse, quae conclusio stabilitur iis, quae ethnographi coniciunt de Messapiis, gente illyrica tam per Italiam quam per Graeciam dispersa (Vid. Kretschm. ll.; Fick. Vorgr. Ortsn. p. 142 sq.).

At contendit commentator apud Servium (XI, 558) Camillam fuisse nomen etruscum, Mercurium etrusca lingua Camillum dici, affert testem Pacuvium, quem voce *camillae* usum esse

etrusca, ubi latine exspectaretur vocabulum *ministra*, probat versu e Medea allato:

caelitum camilla exspectata advenis, salve hospita!

Respondemus versu Pacuvii id modo verisimile fieri *camillam* significasse *ministram*, de vocis autem origine nil apparere. Unde vero commentatoris provenerit doctrina legimus Serv. XI, 543: „Statius Tullianus de vocabulis rerum libro primo ait dixisse Callimachum apud Tuscos Camillum appellari Mercurium, quo vocabulo significant deorum praeministrum." (Macrob. III, 8, 5).

Nescimus quo iure Callimachus tale quid sit prolocutus. Sed quoniam teste scholiasta ad Apoll. Arg. I, 917 Κάσμιλος Ἑρμῆς ἐστίν ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος, et in Samothracio cultu Cabirorum Casmilus idem ac Mercurius habebatur, conicimus Callimachi sententiam niti affinitate illa, qua antiquitus Samothraces Tyrrheni et Etruriae incolae inter se coniungebantur.

Constat camillos et camillas appellasse Romanos pueros et puellas nobiles et investes, flaminicarum et flaminum praeministros; constat in nuptiis casmillum audisse, qui cumerum ferret, sed utrum etruscum fuerit vocabulum necne non constat. Ipse Vergilius nomen Camillae derivat a Casmilla

matrisque vocavit (puellam)
nomine Casmillae, mutata parte, Camillam.

Nomina Casmili, Cadmili, Cadmi, quae ex Italia orientem versus nos abducunt, nullus explicavit ita ut omnem tolleret dubitationem; hinc sequitur Camillae quoque nomen spissa caligine originem suam obtectam servare. Sed fac Camillam etruscum esse vel proprium nomen vel adiectivum, quidni Messapii eandem cognoverint vocem, cum Messapii sint Illyrii, Etrusci autem, si O. Muellero et Penkae (Herkunft der alten Völker Italiens und Griechenlands) credimus, e Lydis et Illyriis mixtis provenerint?

II.

Sed haec hactenus. Probasse mihi videor, Vergilium nomina Messapi, Metabi, Camillae, quae non erant distrahenda, patria e terra abstulisse atque alienas in regiones sive coniuncta sive disiuncta transtulisse. Cuius agendi rationis novum dabimus exemplum.

Legimus Aen. VII vs. 723 sqq., in Catalogo igitur, haec quoque:

Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,
curru iungit Halaesus equos Turnoque feroces
mille rapit populos, vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris, et quos de collibus altis
Aurunci misere patres, Sidicinaque iuxta
aequora, quique Cales linquunt amnisque vadosi
accola Volturni pariterque Saticulus asper
Oscorumque manus. Teretes sunt aclydes illis
tela, sed haec lento mos est aptare flagello.
Laevas caetra tegit, falcati comminus enses.

Est igitur Halaesus dux earum copiarum, quae Sinuessa runca venerunt, ex illa igitur regione, quae inter montem ssicum et flumen Volturnum sita est. Campanus igitur est laesus, at idem audit Agamemnonius et Troiani nominis hostis! Annotat commentator (Serv. ad loc.): „hunc Agamemnonis rique comitem, plerique nothum filium volunt."

Evolvamus Aen. X, 352 sq.:

accurrit Halaesus
Auruncaeque manus, subit et Neptunia proles
insignis Messapus equis;

nde X, 417 sqq.:

fata cavens silvis genitor celarat Halaesum,
ut senior leto canentia lumina solvit,
iniecere manum Parcae telisque sacrarunt
Euandri.

Pater igitur futuri haud nescius filium ut bello eximeret in ra celarat, sed postquam ipse grandaevus diem supremum it, filius mox Euandri telis succubuit. Non multis, opinor, bis erit opus ut probemus hunc patrem non fuisse Agamnonem. At quid significat illud „Agamemnonius"? Fortasse rgivus"? Vix concedes. Observa quoque apud Ovidium (Fast. 73) sq.) legi:

venerat Atrides fatis agitatus Halaesus,
a quo se dictam terra Falisca putat.

cupatur Halaesus Atrides neque quisquam a se impetrabit ioc patronymicum vertat „Argivus". Ecquis autem est, qui similе ducat poetam Agamemnonis comitem appellasse Atri-

den? Immo Atrides et Agamemnonius indicant Agamemnon filium, sive legitimum sive nothum, sed filium. Unde sequitur Ve gilium aliam genealogiam quam volebat Ovidius Halaeso tribuis

Quid vero iudicabimus de versu Ovidiano: „Halaesus, a q se dictam terra Falisca putat"? Modo apud Vergilium audivim Halaesum Campanum fuisse, qui praeibat copiis Volturni o incolentibus. Nunc fit Faleriorum conditor, verus aptusque d cui Faliscos paruisse credimus. Apud Vergilium vero al Faliscis praeest, Messapus, quem poeta miro modo a civil suis Messapiis divulsit. Quid tandem Vergilium movere pot ut nomina heroum sic conturbaret? Nam, si quid videm Ovidius hac in re ipsorum Faliscorum servavit fabellam po larem, Vergilius autem hoc loco, sicut ubi de Messapo loq batur, suam iniit viam, quae a fabula populari abducit.

Commentatorem id non fugit. Observat ad Aen. VII, 6 „Faliscos Halaesus condidit. Hi autem immutato H in F Fal dicti sunt, sicut febris dicitur quae ante hebris dicebatur, F miae quae Hormiae fuerunt ἀπὸ τῆς ὁρμῆς: nam posteritas multis nominibus F pro H posuit."

Etymologicae hae nugae nihil probant nisi hoc: Servio nex inter Halaesum et Faliscum, qualiscumque ille nexus fuit, h ignotum fuisse. Apud Silium VIII, 476 legimus hunc vers sermone pedestri:

Alsium litus dilectum Argolico Halaeso!

Disiungit igitur Halaesum a Faliscis, ut novam doceat etyn logiam, quae nititur radice ἀλ(ς); attamen Faliscos non pror neglegere potuit, nam vs. 491 sqq. apparent

Aequique Falisci
quique tuos, Flavina, focos Sabatia quique
stagna tenent Ciminique lacum, qui Sutria tecta
haud procul et sacrum Phoebo Soracte frequentant.

Intellegimus etymologum, qui nomen Halaesi a voce ἁλός ducere voluit; quali vero modo explicandum erit quod f Vergilius? Ad Massici radices iacet ager Falernus; huc tra tulit Halaesum. Ecquid inter Falerios et Falernum statuit nex etymologicum eaque opinione ductus cum Falerno coniu heroem, quem etymologice cum Faleriis coniunctum saeq audisset? Fac ita fuisse; tum vero iure rogabis, cur non po

Halaesum inter suos Faliscos reliquerit et Massici accolis praefecerit illum, quem e Messapia transtulisset, Messapum? Quod quia non fecit, conieceris certam causam nobis ignotam eum perpulisse, ut utique Messapum cum Faliscis coniungeret, quo facto Halaeso novam patriam quaesivit apud eos, quibuscum iam ἐτύμῳ coniunctus videbatur. Hoc studium Messapi inter Etruscos vel inter Etruscorum vicinos transferendi ibi quoque prodidit poeta, ubi Metabum (i. e. Messapum) cum filia Camilla Priverno pulsum Tyrrhenos petiisse cecinit, quamquam Camilla Tyrrhenos abominata atque ad Volscos refugiens satis superque probavit se et patrem suum inter Tyrrhenos fuisse alienigenas; vel potius se duxisse alienigenas.

Indene aliquid efficere possumus? Possumus, quamquam haesitantes proferemus quae coniecimus, sed non quod errorem timeamus, quem nisi nihil faciendo vix semper effugias. Vergilius, puto, nomen Messapi vel Metabi in Capenatum quoque et Faliscorum fabellis repperit, ubi sic appellabatur Etruscus quidam, cui hae urbes erant subiectae. Fieri id poterat, quia, ut supra iam exposuimus, studia ethnologica et linguistica nostrae aetatis in populis Etruscorum et Messapiorum communem detexerunt gentem illyricam. Hanc ob causam Messapum et Metabum inter Tyrrhenos posuit. Sed simul, id quod viri docti Vergili aequales contendebant, Camillam nomen esse etruscum pernegavit Camillam Etruscis opponendo et in urbe Latii collocando. Nomina Halaesi et Faleriorum inter se cohaerere credidit quidem, sed suo Marte inde statuit nexum etymologicum inter Halaesum et Falernum.

III.

Sed haec omnia nunc mittimus, ut de Halaeso cetera perpendamus documenta.

Iam primum, ut Messapus, sic Halaesus vocatur Neptunia proles in mira nota Serviana (VIII, 285): „quidam etiam dicunt Salios a Morrio rege Veientanorum institutos, ut Halaesus Neptuni filius eorum carmine laudaretur, qui eiusdem regis similiae auctor ultimus fuit." Fuit igitur Halaesus, Neptuni

filius, auctor gentis Morrii, regis Veientanorum. Carmina a Saliis cantata exstabant, quibus Halaesi laudes efferebantur.

Denuo apparet heroem nostrum, utpote regum Veientium auctorem, prope ab Soracte sedem habuisse. Nunc vero, post quam mythis italicis est annexus, filius audit Neptuni, non Agamemnonius. Hoc nomen gerit ubi mythologi antiqui vel docti poetae fabellas italicas, cultum aliquem italicum, ob congruentiam cum narrationibus caeremoniisve graecis detectam, a Graecia in Italiam importata crediderunt. Cuius rei mox afferemus exemplum. In carminibus autem Saliorum Veientanorum Neptuno utebatur patre. Romae, ut satis est notum, carmen Saliare bifariam divisum erat. Prior pars, aximenta nominata, omnes complectebatur deos, altera varios deos sed singulos canebat singulique versus a singulis denominabantur deis, ut Iovii, Ianii, Iunonii, Minervii. Quodsi idem Veiis obtinuit, altera in parte Neptunius laudabatur Halaesus, quem et Faleriorum ferebant conditorem. Revera commercium exstitit inter Faliscos et Veientes ut docet bellum diuturnum, quo libertatem Veientes contra Romanos defenderunt auxilio usi Faleriorum. Morrius autem ille Veientanorum rex, qui Salios instituit, non erat diversus a noto Mamurrio Veturio, anciliorum fabricatore. Ludis Capitolinis, cum Romani victoriam a Veientibus reportatam celebrabant, auctio fieri solebat Veientium, in qua senex cum toga praetexta bullaque aurea a praecone producebatur clamante populo: „Sardi venales"! (Festus i. v.).

Sardi appellabantur, quia Etrusca gens Sardibus orta credebatur. Addit Plutarchus Qu. Rom. 53: „Ῥωμύλῳ πολὺν χρόνον ἐπολέμησαν οἱ λεγόμενοι Οὐήιοι Τυρρηνῶν, καὶ ταύτην τὴν πόλιν ἐσχάτην εἷλε καὶ πολλοὺς αἰχμαλώτους ἀπεκήρυξε μετὰ τοῦ βασιλέως, ἐπισκώπτων αὐτοῦ τὴν ἠλιθιότητα καὶ τὴν ἀβελτερίαν".

Denique teste Ennio in Schol. Bern. ad Verg. Georg. II. 384 mos saliendi per utres, mos igitur τοῦ ἀσκωλιάζειν, viguit in ludis Capitolinis.

Hisce documentis inter se comparatis atque coniunctis apparet opinor, senem cultu regio etrusco (vid. Fest.) ornatum, quem ludis Capitolinis vendebant Romani, habitum fuisse pro Veientium rege. Et quia hisce ludis inter ioca oblectamentaque popularia obtinebat locum τὸ salire per utres, orta est opin

ntium illum regem *saliendi* morem instituisse. Mox venit lum caput, quo auctore Morrius Veientium rex *Salios* inisse ferebatur. Ignotus autem ille Halaesus, cuius obscuram nem aegre ferebant Romani, quoniam in Saliorum Veienta- m carminibus locum obtinebat, quin Veientium regum fuis- princeps, nullus posthac dubitabat. Quantum in hac ratio- ione valuerit Halaesi nomen a radice ἀλ(λομαι) derivatum, facile dixeris. Sic mira illa nota Serviana (VIII, 285) ex- nda videtur. Morrium, Mamurium, Martem Salisubsulum ı eandemque esse personam iam alii ante nos erant pro- ı.

IV.

unc ad Halaesum revertamur. Ovidius hunc heroem non exit, quod tanto magis gaudemus, quoniam poeta duxerat em Faliscam: procul dubio occasione oblata Faliscorum hos propius adspexit. Iam primum confirmat Halaesum riorum fuisse conditorem; habent autem eius verba quod ris. Legimus enim (Amor. III, 13 sqq.):

Agamemnone caeso
et scelus et patrias fugit Halaesus opes.
Iamque pererratis profugus terraque fretoque
moenia felici condidit alta manu.

quo te verteris, tandem concedendum tibi erit Ovidio notam e fabellam, qua Halaesus ferebatur Agamemnonis filius us. Patre mortuo relictis patriis opibus scelestam Aegisthi um effugerat. Sed quanam e matre ortus erat alter ille tes? Conieceris e Cassandra, quae et duos alios Agamemnoni rit filios, Teledamum et Pelopem (Paus. II, 16, 6), Aegisthi u perituros. Neque a probabilitate rerum abhorreret Halaesum l cum matre Cassandra cultum in Italia meridionali esse um. (Lyc. Alex. 1128 c. schol.; Vürtheim, de Aiacis origine 24). Talis vero narrationis, Alexandrinae haud dubie, si tam exstitit, neque vola iam nec vestigium superest.

rgit Ovidius: „ille suos docuit Iunonia sacra Faliscos." s, hercle, fuit heros Halaesus noster: est Agamemnonius, leptunius, est Martius, celebratur a Saliis, instituit Iunonia.

Hoc autem parva opera ei cessit utpote Argivo. Sed videa festi ritum, nam fieri potuit ut Iunonia sacra Faleriis ob nimiam cum Argivis Iunoniis congruentiam ipsa qu pro Argivis haberentur; hinc autem suspicio nasci poterat rum sacrorum conditorem ab origine fuisse Argivum. De si factus erat Argivus, quidni fuisset Agamemnonis filius? N tot aliae urbes italicae graecis gloriabantur patronis?

Antiquissimus auctor inter scriptores antiquos, qui nos d Faleriorum originem Argivam, Cato est in Originibus. E enim Plinius (III, 5): „Falisca Argis orta, ut auctor est (quae cognominatur Hetruscorum." Cato, qui „multa industr diligentia sed nulla doctrina" Origines scripsit, graecos — dubitare potest — adiit fontes, licet auctores nominatim laudarit. Adiit igitur Callimachi quoque Αἴτια, unde de Ha quaedam haurire potuit. Nam doctum Cyrenaeum attigisse thos italicos efficere licet e verbis Statii Tulliani supra al Quid igitur? Indiciane de Iunoniorum Faliscorum origine g apud Ovidium detegi possunt? En, habes versus:

Casta sacerdotes Iunoni festa parabant
per celebres ludos indigenamque bovem.
Stat vetus et densa praenubilus arbore lucus,
accipit ara preces votivaque tura piorum,
ara per antiquas facta sine arte manus.
Hinc ubi praesonuit sollemni tibia cantu,
it per velatas annua pompa vias.
Ducuntur niveae populo plaudente iuvencae,
quas aluit campis herba Falisca suis,
et vituli nondum metuenda fronte minaces,
et minor ex humili victima porcus hara,
duxque gregis cornu per tempora dura recurvo.
Invisa est dominae sola capella deae.
Illius indicio silvis inventa sub altis
dicitur inceptam destituisse fugam.
Nunc quoque per pueros iaculis incessitur index,
et pretium auctori vulneris ipsa datur.
Qua ventura dea est, iuvenes timidaeque puellae
praeverrunt latas veste iacente vias.
Virginei crines auro gemmaque premuntur,

et tegit auratos palla superba pedes:
more patrum graio velatae vestibus albis
tradita supposito vertice sacra ferunt.
Ore favent populi tunc, cum venit aurea pompa,
ipsa sacerdotes subsequiturque suas.
Argiva est pompae facies.

Animadvertamus Ovidium bis Argivas caerimonias commemorare. Ubi canephoros albis vestibus velatas nominat, addit „more patrum graio"; deinde in fine descriptionis omnia quae aspexit colligit sententia: „argiva est pompae facies." Iurene id contendit, an vocem popularem repetiit? Necesse erit, succincte perlustremur ipsas argivas caerimonias. Non ita multae nobis sunt notae.

Magnas partes in cultu argivo agit vacca alba; supervacaneum est auctores laudare de re nulli ignota; citemus modo Senec. Agam. 364 sq.:

ad tua coniunx candida tauri | delubra cadet
nescia aratri nullo collum | signata iugo.

Adsunt in pompa Argiva indigenae iuvencae; sed adsunt etiam vituli fronte nondum minaces.

Memoria quidem tenemus Herodotum in fabella notissima de Bitone et Cleobi loqui de *bubus*: *οἱ δέ σφι βόες οὐ παρῆσαν*; legimus quidem in schol. Pind. Ol. VII, 152: *Ἑκατόμβαια δὲ ὁ γὰν λέγεται ὅτι πομπῆς μεγάλης προηγοῦνται ἑκατὸν βόες, οὓς ἔμελλε χρεανομεῖσθαι*, sed haud dubie agitur de vaccis, etsi minus id grammatices normam sint indicatae. Vaccarum imagines ex aere et ex ebore factae in Heraeo sunt repertae.

Porcus et aries, qui Faleriis cum vitulis coniuncti efficiunt quod suovetaurile dicere possis, in pompa argiva non memorantur; neque causa adest, cur coniciamus haec animalia tamen fuisse. Venatio capellae Iunoni invisae, ludicrum sane oblectamentum memoratuque haud indignum, Argis videtur fuisse nota. Corinthi vero celebrabatur Iuno *αἰγοφάγος*, quae igitur capellam odio non habuit. Iuppiter *αἰγοφάγος*, apparet Etym. Magn. 27, 51. Erravit, ut bene observatum est, Pausanias, qui refert (III, 15, 9): „solis Spartanis inter Graecos mos est Iunonem appellare *αἰγοφάγον* capellasque huic deae immolare." Sed haec de Corinthiaco ritu; Argis nil tale innotuit.

Sequuntur in pompa Falisca „iuvenes timidaeque puellae, qui

praeverrunt latas veste iacente vias" Quid hic voluerit poeta apparet collatis verbis Ovidianis:

„nimium demissa iacent tibi pallia terrae".

Procedunt igitur iuniores utriusque generis ἑλικεχίτωνες; virgines autem crines gerunt auro gemmisque distinctos; palla superba descendit usque ad pedes sandaliis calceatos auratis; capitibus gerunt sacra tradita, „more patrum graio". Non errabimus statuentes hic agi de canephoris. Rogatur an Argis quoque affuerint.

Puellas affuisse docet Euripides Electr. 171 sqq.:

ἀγγέλλει δ' ὅτι νῦν τριταί-
αν καρύσσουσιν θυσίαν
Ἀργεῖοι, πᾶσαι δὲ παρ' Ἥ-
ραν μέλλουσιν παρθενικαὶ στείχειν,

docet praeterea Pollux (IV, 78) virgines ἀνθεσφόρους in Heraeis saltasse et tibiis cantasse; et apud Senecam legimus (Agam. 358 sqq.):

tibi multifora tibia buxo
solemne canit,
tibi fila movent docta puellae
carmine molli.

De canephoris vero altum silentium!

At affuerunt Argis iuvenes! Ita est; sed etiam ἑλικεχίτωνες! Qui teste Aenea Tact. I, 17: „ἐξῆγον πομπὴν σὺν ὅπλοις τῶν ἐν ἡλικίᾳ συχνῶν." In Iliade autem non bene placent οἱ Ἰάονες ἑλικεχίτωνες, qui cum telo pugnam ineunt seriam, ab omni ludo alienissimam. Melius placent in hymno Apollinis οἱ ἑλικεχίτωνες Ἰάονες, qui ἠγερέθονται, ut deum delectent πυγμαχίῃ τε καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ. Absunt arma; a diebus festis absint! Si vero adsunt, armatos iuvenes, qui extra urbem pompam ab hostibus defenderent, ἑλικεχίτωνας fuisse non credimus.

Sic unum modo restat; inquirendum, utrum Argis dea ipsa, ut Faleriis, in pompa sacerdotes suas subsequi solita fuerit necne. Quodsi et hoc negatur, omnibus partibus inter se differunt caerimoniae Faliscae et Argivae, nisi quod utraeque fiebant in honorem Iunonis, cui utraque in urbe officia praestabant sacerdotes feminae. Nam de ritu observatu dignissimo, quem Seneca sic expressit (Agam. 362):

tibi votivam matres Graiae lampada iactant

'vidius in descriptione festi Falisci nil refert.

Rogatur igitur num Iuno in Heraeis sive imagine sive a ıcerdote sua repraesentata affuerit. Haec quaestio magni, si uid videmus, est momenti. Statim enim postquam poeta in ɔmpa aspexit Iunonem Faliscam, exclamat: „Argiva est pom- ıe facies"; unde forte non iniuria effeceris deae praesertim raesentiam Ovidio pompas graecas in memoriam revocasse at- ıe ante alias pompam *argivam*. Verba Ovidiana „ipsa sacerdotes ıbsequiturque suas" docent deae imaginem locum post sacer- ɔtes obtinuisse. Idem voluit Farnellus (Cult. Gr. St. I, 187) ɜ pompa argiva, sed nullum, quod quidem sciam, documen- ım hanc opinionem comprobat. Fuerunt alii, qui putarent, ınonis sacerdotem — cogita de matre Bitonis — deae partes gisse, sicut e. g. Patris Dianae sacerdos cervis vecta Laphriam psam referebat. Sed si Herodoti narrationi (I, 31) aliquam fidem ribui licet (quadamtenus enim Argivi cultus servat memoriam) ıeque statua neque dea aderat in pompa; nam consentaneum ıon est eam, quae deae partes ageret, cum in templum venis- et στᾶσαν ἀντίον τοῦ ἀγάλματος εὔξασθαι τοῖσι ἑωυτῆς τέκνοισι. n templo certe partes semel susceptae erant peragendae; sta- ua, ut apparet, in templo stabat neque dea se cum precibus d suam ipsius statuam convertere poterat.

Vidimus igitur omnia, quae cultus Faliscus haberet peculiaria, ı cultu Argivo afuisse; quaeque in hoc hominum mentes et culos quam maxime allicerent, in illo non esse visa. Quibus raemonitis non erit metuendum ne Dionysii verbis a vera sen- entia nos abduci sinamus.

Qui haec habet (I, 21): „διέμεινε (Faleriis) πολλὰ τῶν ἀρχαίων ιαιτημάτων, οἷς τὸ Ἑλληνικόν ποτ' ἐχρήσατο· οἷον ὅ τε τῶν πο- ιμιστηρίων κόσμος, ἀσπίδες Ἀργολικαὶ καὶ δόρατα ....., πάν- ων δὲ περιφανέστατον μνημεῖον τῆς ἐν Ἄργει ποτὲ οἰκήσεως τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων, ὁ τῆς Ἥρας νεὼς ἐν Φαλερίῳ κατεσκευασμένος ὡς ἐν Ἄργει· ἔνθα καὶ τῶν θυηπολιῶν ὁ τρόπος ὅμοιος ἦν, καὶ γυναῖκες ἱεραὶ θεραπεύουσαι τὸ τέμενος, ἥ τε λεγομένη κανηφόρος ἐγνὴ γάμων παῖς καταρχομένη τῶν θυμάτων, χοροί τε παρθένων μνουσῶν τὴν θεὸν ᾠδαῖς πατρίοις.

Nemo, opinor, nisi mirabundus haec perleget. Itanevero, ὁ ῆς Ἥρας νεὼς ἐν Φαλερίῳ κατεσκευασμένος ὡς ἐν Ἄργει! Tem-

plum igitur ab archaeologis americanis nostris diebus effossum clarissimum illud fanum, institutum erat ut aedis Falisca. Se ubinam fuit haec aedis? nam apud Ovidium nil legitur nisi:

Stat vetus et densa praenubilus arbore lucus:
aspice, concedas numen inesse loco,
accipit ara preces votivaque tura piorum
ara per antiquas facta sine arte manus.

Satisne simplicia sunt ara et lucus? Ubi hic splendor Hera Argivi, vel potius, ubi hic quamvis modicum sacellum? Nu forte Ovidius in descriptione satis accurata templi est oblitu

Tum ὁ τρόπος τῶν θυηπολιῶν ὅμοιος ἦν! Centum boves, inge sacrificium, mactabantur in Heraeo, carnes inter cives divid bantur; ἀγών habebatur, ubi τὸ ἄθλον ἀσπὶς χαλκῆ, οἱ δὲ στ φανοι ἐκ μυρσίνης; matronae lampades iactabant; suspicio e argivum festum fuisse ἱερὸν γάμον! Cum his magnis caerimoni confer suovetaurile Faliscum, venationem misellae capellae, l dum agrestem Carneorum Theraeorum illi subsimilem (cf. con mentationem meam de Carneis). Mira profecto ὁμοιότης! Deniqu ἡ λεγομένη κανηφόρος adest in pompa Falisca. At ubi haec virg in Heraeis laudatur? Χοροὶ παρθένων utrumque festum carmin bus celebrant, mulieres sacerdotes adsunt, vaccae vel iuvenc candidae in utraque pompa aspiciuntur: haec sunt simillima ill nil amplius! Cetera bonus Dionysius suo more per insomnia nocturnam excogitata lectoribus pro veris apponere est conatu

Missis ergo huius auctoris fabellis rogemus, quî Ovidiu pompa Falisca aspecta exclamare potuerit: „Argiva est facies! Responsum in promptu est; nam quid magis innotuit ex H raeis magnis quam plaustrum vaccis vectum candidis? *Iuvenc* igitur aliquot in clivo Falisco aspectae, — non ut Argis *vacc* duae illae niveo colore refulgentes! —, plaustrum quoque, qu figura muliebris vehebatur, satis per se valebant ad narrationer Herodoteam de Cleobi et Bitone poetae in mentem revocandam Praeterea canephori, etsi non e ritu Argivo attamen e pompi atticis notissimae, ἑλληνινικόν τι habebant (adiectivum „argivum pro „graeco" quoties adhibuit poeta!); denique fama popularis d Faleriorum origine argiva Ovidio haud ignota iam ante spect culum spectatoris mentem ad res graecas detorserat. Hinc fa tum ut festum ingenuum, sed apparatu aliquo graeco orn

tum, e Graecia invectum esse putarit, famam solitam secutus. Species igitur non defuit, quare homines imperitiores Iunonia Falisca ex Heraeis Argivis orta et in Italiam translata esse ducerent; sed defuerunt verae illae congruentiae, quibus periti talem originem argumentis defendere potuissent, siquidem voluissent. Id autem suspicari licet, Halaesum heroem Faliscum, cuius nomen tam cum Saliorum instituto quam cum Iunoniis coniungebatur, — unde solum id efficimus Halaesum in rebus sacris primas egisse partes, — Argivum factum esse, quod Iunonia quoque Argiva haberentur; Agamemnonium eum audivisse, quod quaerentibus cuinam heroi Halaesum Argivum tribuerent filium, ante alios se obtulisset Argivus ille nulli ignotus, Agamemnon.

V.

Teste Tertulliano (Apolog. 24) Faleriis in honore erat *Pater* Curis, a quo Iuno cognomen Curitis duxisse ferebatur. Fuitne hic pater Curis idem qui Halaesus? Fuitne ignotus ille Divus Pater Falacer Romae, qui suum habebat Flamen Falacrum (Varro V, 84, VII, 45), idem qui Halaesus? Incerti haeremus, licet nobis asseverent linguarum italicarum periti vocem Falerios, Faliscum a radice fale i. e. „altitudo" ductam minime esse etruscam sed italicam. Iam apud Paulum (p. 91) exstat ἔτυμον: „Falerii oppidum a Fale dictum", cui astipulatus est Deeckius in libro suo de Faliscis.

Iunonem Curitim Prellerus Sabinam vel Umbricam ab origine fuisse pro sua sententia statuit. Non. Oct. celebrabantur Romae caerimoniae Iunoni Curriti (sic) in Campo. Habet Paulus non Curriti sed Quiriti. De nominis forma ambigitur, neque rem dirimunt Servii verba I, 17: „in sacris Tiburtibus sic precantur: Iuno curitis (curritis C) tuo curru clipeoque tuere meos curiae vernulas." Mira profecto, precatio fuit, quae ludit cum vocibus Curiti, curru, curia! Sed id saltem inde docemur Iunonem Curitim Tiburtinam clipeo armatam curru vectam, sub forma igitur Argiva, effictam esse, neque immemores sumus Tibur, ut Falerios, a colono Argivo secundum vocem popularem esse conditum.

Sic Iuno Picentium apud Salernum Argiva habebatur templumque deae ab Iasone conditum erat insigne (Plin. H. N. III c. V). Hi autem agri Picentini incolae a Picenis oriundi erant, ipsi vero Piceni voto sacro a Sabinis originem ducebant (Plin. H. N. III c. 13). Commune igitur vinculum detegimus inter Picentinos, Tiburtinos, Faliscos, quibus omnibus Iuno quaedam Curitis Argiva sub forma honorata erat propria. Hinc novam accipit lucem quod rogat Iustinus XX, 1, 13: „iam Falisci, Nolani, Abellani nonne Chalcidensium coloni sunt?" Nempe iustam admirationem movent Falisci, Nolani, una coniuncti sententia. Sed qui reputat hic nominari vicinos Picentinorum iuxta Faliscos, — inter quos et Picentinos intercedebat ratio sacra, — is fortasse nobiscum inde efficiet vicinos quoque illos eodem vinculo sacro cum Faliscis coniunctos fuisse, eamque ob causam historicos antiquos eandem originem graecam iis tribuisse. Chalcidensium vero vocabantur coloni, quoniam ab Chalcidensibus importatum credebatur quidquid graeci vel graecis rebus simile in Italia reperiebatur.

Quodsi non iniuria statuimus inter Campaniae incolas atque Faliscos exstitisse vinculum sacrum, melius fortasse quam hucusque fecimus explicare possumus, quî factum sit ut Vergilius ex agro Falerno, i. e. e Campania, Halaesum venisse cecinerit. Congruentia enim inter nomina Faleriorum et Falerni iam supra indicata multo plus valebit, si novis argumentis e re sacra petitis corroboretur. Fortasse Vergilius nonnulla de Faliscorum atque de Falernorum affinitate repperit in Originibus Catonis.

Lingua Falisca discrepat a lingua Etruscorum; italica est, vel ut accuratius rem indicemus, latinae (Momms. R. G. I, 114) subsimilis. Sicut intra Romae moenia viam invenit dea sabina Iuno Curitis, ita Faleriis quoque occupavit locum primarium. Vidimus eandem deam penetrasse in agrum Tiburtinum et Falernum. Adde quod tam Faleriis quam Romae et Tiburti Saliorum collegium fuit celeberrimum. Nonne inde exoritur suspicio nexum quendam inter Iunonem Curitim et Salios exstitisse? Quae suspicio crescit reputantibus Halaesum Faleriis fuisse heroem, qui et Iunonia ferretur instituisse et cuius in honorem Salios esse institutos tradiderit Servius. De Saliis Tiburtinis refert Macrobius (III, 12) operatos eos esse diebus certis et

icato non Marti sed Herculi; quae sententia nititur auctore vio Hersennio in libro de sacris Saliaribus Tiburtium. Maforte nobis videbitur momenti observatio Serviana: „sunt m Salii Martis et Herculis, quoniam Chaldaei stellam is Herculeam dicunt, quos *Varro* sequitur." Hic habemus rem quem secutus est Vergilius (Aen. VIII, 285 sqq.):

Tum Salii ad cantus incensa altaria circum
Populeis adsunt evincti tempora ramis,
Hic iuvenum chorus, ille senum; qui carmine laudes
Herculeas et facta ferunt.

inimus etruscis in speculis Herculem et Iunonem ita inm coniunctos aspici ut revera coniuges videantur (vid. h. I 2259). Reifferscheidius plurima exempla contulit, in is haec numina modo concordia repraesentari credebat, discordia, irae autem hanc statuebat causam, quod Iuno adversus deum amantem se ipsam defenderet, sicut cern Martis et Nerienis anteiit horum deorum nuptias (Por. ad Hor. Ep. II, 2, 209: de nuptiis habito certamine Mars s est). Puellas enim a maritis se defendere, maritos effu, rapi igitur debere, notissimum esse atque hinc explicanesse *Sabinarum* raptum. In speculis etruscis similibusque nentis Iunonem adesse pelle cinctam caprina, eodem igitur am ornatu quo depingitur Iuno Caprotina, item statuit rscheidius, repetivit Peter apud Roscherum l.l. Oblocuti m sunt Reifferscheidio Iordanus et Wissowa, sed quae de corum opinionibus aere expressis vir doctus protulerat non cerunt, neque quicquam credo obstat quominus statuamus ulem et Iunonem virginem pelle caprina adopertam secun- Etruscorum opinionem primum inter se certasse, dein am amatorem effugisse, denique vero ab eo δμηθῆναι. Quo mytho confer versus Ovidianos:

Invisa est dominae sola capella deae.
Illius indicio silvis inventa sub altis
Dicitur inceptam destituisse fugam.
Nunc quoque per pueros iaculis incessitur index
Et pretium auctori vulneris ipsa datur.

de causa Iuno aliquando fugerit et quem, silentio transiit a; inventa tamen est silva sub alta ab amatore capellae

indicio. Hinc venatio solemnis. Intellegimus autem αἰτίαν nobis hic praeberi, cur dea capram sibi sacrificari voluerit, cur pellem caprinam, ut Hercules leoninam, gestarit. Itaque non miremur, si Ovidii sub versibus lateat mythus, quem in speculis etruscis depictum agnovit Reifferscheidius: mythum dicimus de Iunone et Hercule.

Observarunt autem critici Reifferscheidium iniuria quae de Etruscis valerent transtulisse ad Romanos; monuerunt Iunonem et Herculem deos coniugales Romae idcirco non habendos esse, quod nobilibus pueris natis in atrio domus Iunoni lectus Herculi mensa poneretur. Hac in re non intercedimus; unum tamen argumentum Reifferscheidii neque Wissowa neque Iordanus refutavit, nempe ubi memorat nodum cinguli, quem maritus novae nuptae in lecto solveret geniali, appellatum fuisse nodum Herculaneum. Utut id est, Salios Tiburtinos Herculi sacrificasse negari nequit, neque inter Salios Collinos et Quirinum intercessisse rationem. Bipartito enim cum essent divisi Salii romani, Palatini colebant Martem, Collini Quirinum. Livium si audimus (V, 52, 7), Quirinus ille una cum Gradivo in tutela habebat ancilia, quae Kalendis Martiis, die igitur Iunoni sacro, e caelo in domum Numae Sabinorum regis Curibus oriundi erant delapsa. Argumentum quaerere ex etymo nominis Quirini, quod auctores antiqui a Curibus derivabant, nolumus; sed vel sic, si quis recordatur raptas virgines Sabinas a Romanis, mythum qui est de Iunone Herculem effugienti, pelle caprina amictas Iunonem Curitim Sabinam et Iunonem Caprotinam Lanuvii, Salios Tiburtinos Herculi sacrificantes, Salios Romae a rege Sabino institutos, Salios Faliscos Halaesum celebrantes (qui Halaesus Iunonia Faleriis instituerat) nodum Herculaneum in lecto geniali solutum, patrem Curim Faleriis cultum, divum patrem Falacrem Romae, tunc ei, etiamsi minime sit credulus, dummodo serio vim et pondus uniuscuiusque harum rerum secum reputet, obrepet suspicio esse commune aliquid quo variae hae caerimoniae, varia haec instituta, nomina, sacra inter se coniungantur. Et fortasse nobiscum cogitabit de uno eodemque ritu, de iisdem placitis Sabina e gente ortis, sed inde vicinos per populos Etruriae, Latii, Campaniae divulgatis, quae ad fertilitatem generis humani spectarent, ita ut Iuno praesi-

deret sexui muliebri, Hercules virili, dea animalis luxuriantis (caprae) gereret pellem, deus collegio cuidam praeesset, quod saltando, canendo, armis et scutis concutiundis, vires naturales quae latent in sole orienti, in terra vegeta, in ipso humano genere, excitaret et augeret. Nobiscum forte credet Iunonia a mulieribus acta eodem tetendisse ac ritus Saliorum; hosce autem institutos esse habitos a rege divini generis, puta Morrium (i. e. Mamurrium vel Martem), Numam, in honorem illius numinis, quod prospiceret sexui virili, sicut Iunonia ad Iunonem spectarent. In Halaeso igitur, Faleriorum patrono, quem celebrabant Salii Falisci, latere Faliscum Genium; qui cum iuxta Iunonem coleretur, ipsa Iunonia Falisca instituisse ferretur. Herculem igitur Faliscum, quem effugere vellet Iuno, fuisse Halaesum; neque mirum videri heroem eponymum et deum fertilitatis fautorem uno nomine coniunctos esse.

VI.

Qui Salios dicit simil cogitat de Lupercis, neque iniucundum est audire pellem caprinam, qua Luperci feriebant mulieres ut fertiles fierent, appellatam esse amiculum Iunonis. Sic Iunonis Lanuvinae et Faliscae ornatus animalis Romae quoque aspiciebatur. Horum autem Lupercorum consuetudinem Ovidius ex Etruria venisse perhibet, Falerios haud dubie nomine Etruriae amplexus. Nam quo tempore uxores maritis suis rara dabant pignora, dea ipsa apparuit iubens: „Italidas matres sacer hircus inito." Pergit quidem poeta (F. II 427 sqq.:

Obstipuit dubio territa turba sono.
Augur erat, nomen longis intercidit annis
Nuper ab Etrusca venerat exul humo.
Ille caprum mactat: iussae sua terga puellae
Pellibus exsectis percutienda dabant,

sed nemo non ex ipsis deae verbis intellegit caprum mactatum pro ipso deo fertilitatis esse, qui mulieres pelle percussas iniret. Itaque cum Iuno Falisca pellem caprinam gerit, ut capram se esse significet, socius eius divinus capri in forma prodit, neque mirum foret, si nobis aliquando innotesceret Halaesus utpote deus caprinus cum cornibus depictus. Revera repperimus

inter Faliscos par deorum cornutorum, et quoniam supra, ubi de capellae venatione agebamus, contulimus morem Carneorum Spartanorum et Theraeorum, nunc eo lubentius Carnea laudamus, quae in commentatione nostra de Carneis appellavimus dies festos deorum cornutorum (vid. De Aiacis etc. p. 153). At exstat discrepantia. Nam caper in Carneis vivus captus fausta omnia civitati portendebat, in Iunoniis vero capra vulnerata vel mortua deae irae satisfaciebat. Κάθαρμα enim hanc capellam non fuisse iam inde patet, quod tale animal dono alicui dari nequit, nisi cum magno accipientis detrimento et periculo, ut docet Herodotus II, 39 in narratione de capitibus bovinis consecratis ab Aegyptiis sed Graecis mercatoribus venum datis.

Obiecerit autem aliquis Iunonem Faliscam caprae pelle velatam non fuisse. Ovidium enim de pompa Argiva locutum esse, Iunonem autem Argivam tali amictu caruisse. Negaverit Iunonem Caprotinam cum Argiva, quod ad speciem attineat, commutari posse, laudatis Ciceronis verbis (De Nat. Deor. I, 29, 83): „Apim illum, sanctum Aegyptiorum bovem nonne deum videri Aegyptiis? tam hercle, quam tibi illam vestram Sospitam, quam tu nunquam ne in somniis quidem vides nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. At non est talis Argiva nec Romana Iuno." Quid haec observantibus est respondendum? Hoc opinor: neque Ovidium neque Dionysium Iunonia Falisca appellasse Argiva *ipsius deae ob speciem*. Loquitur Dionysius, sive iure sive secus, de deae templo, de sacerdotibus, de canephoris, de puellarum choris; his in rebus quaesivit similitudinem, quam reperire sibi est visus. Item Ovidius refert virgines velatas esse vestibus albis *more patrum graio*, dein exclamat: Argiva est *pompae facies!*; deae vero faciem speciemve ne verbo quidem attigit. Argivis autem, si qui forte adessent, perpauca in pompa nota ac patria videri potuisse iam patuit supra; numen ipsum, de quo nil aliud refert Ovidius nisi venationem caprae ei sacrae, haud dubie Iunoni Argivae non erat simile. Qui enim simile esse poterat? Nonne aberant ex eius pompa *vaccae* illae duae candidae, sine quibus pompa Argiva ne cogitari quidem poterat?

Aderant quidem vitulae, quae procul aspectae imperito Argolicum spectaculum nunquam visum sed e libris notum in

ientem revocare poterant, sed vera pompa Argiva poscebat accas. Inspice modo Livium XXVII, 37, ubi sacrificium Iunoni eginae — illi igitur deae, quae a Cicerone Sospitae Caprotinae ponitur, — ab decemviris edictum sic describitur: „boves minae duae in urbem ductae; post eas duo signa cupressea nonis reginae portabantur; tum septem et viginti virgines c." Hic adsunt *vaccae*; de vitulis verbum nullum!

Quid vero in pompa Falisca sibi volunt vitulae illae? Notum e ritibus Iguvinis ad populum lustrandum vitulos esse cap- et mactatos (Bücheler Umbrica p. 114). Idemne fiebat in crificio deae Faliscae habito? Speciem habet suspicio, quae, quid videmus, more quodam in Caprotinis usitato confirma- r. Nam postquam pridie Nonas Iulias Poplifugia egit populus, misque ipsis actae sunt Caprotinae, postridie Nonas sequitur tulatio. Hac de voce Macrobius nonnulla refert memoratu gnissima (III, c. 2): „Hyllus libro quem de diis composuit Vitulam vocari deam quae laetitiae praeest. Piso ait Vitulam ctoriam nominari; quidam nomen eius animadversum putant, iod potens sit vitae tolerandae. Ideo huic deae pro frugibus ri sacra dicuntur, quia frugibus vita humana toleratur. Unde c esse animadvertimus quod ait Vergilius:

Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito:

vitula dixerit pro vitulatione, quod nomen esse sacrificii ob etitiam facti superius expressimus. Meminerimus tamen sic gendum per ablativum:

Cum faciam vitula pro frugibus:

l est, cum faciam rem divinam non ove, *non capra, sed vitula.*"

Agitur de sacro ambarvali (Ecl. III 77); neque opus est lau- are Tibulli versus (I, 1, 21):

Tunc vitula innumeros lustrabat caesa iuvencos,
Nunc agna exiguist hostia parva soli,

it intellegatur vitulationem sic vocari, quod in sacrificio caeda- ur vitula. Sensus verbi vitulari: victoriam agere, *παιανίζειν*, sacrificio ob victoriam reportatam habito derivandus est. Cf. Varronem R. D. libr. XV: „quod pontifex in sacris quibusdam itulari soleat, quod Graeci *παιανίζειν* vocant." Conferendae sunt voces ovatio et ovari. Nam licet illud vocabulum a Plu- tarcho in vita Marcelli ab ove derivetur, ovatio igitur signifi-

care debeat sacrificium ovis, verbum ovandi sensu gaud adhibetur e. g. Liv. XXVII, 45, VIII, 7 (cum ovante gau Habet quidem Festus: „ovantes laetantes, ab eo clamore q faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata O lite derivat Dionysius vocem *ἀπὸ τοῦ εὐχσμοῦ* [1]), sed operam c perdiderunt. Gravius videtur quod obstat vitulationis i literam i longam esse, sed ecce versus Ennianus (Non. M p. 14):

ut in venatu vitulantes ex aviis
locis nos mittant pennis decoratos feris

unde apparet prosodiam illam in lexicis divulgatam mi constare. Quare, si revera exstitit dea Vitula, numinis nc invocatum quoties vitula sacrificabatur, indigitamentis ron inserenda est. Quorum in longa serie iam exstat dea V riae „Vica Pota". Exstitit fortasse alia eiusdem nominis f Vitellia. Observat enim Suetonius Vit. 1: „exstat Qu. Eu ad Qu. Vitellium Divi Augusti quaestorem libellus, quo c netur Vitellios Fauno Aboriginum rege et Vitellia, quae m locis pro numine coleretur, ortos toto Latio imperasse. Hc residuam stirpem *ex Sabinis* Romam transiisse". Observa d nos ad Sabinos ablegari; vide quanto aptius dea Vitellia Fauno coniungatur, si nomen eius cum „vitulus, vitula" cc reat, quam si a verbo vincendi cum Iordano derivetur.

Qua re, ut ad propositum redeamus, valde verisimile i videtur vitulos iuvencasque in pompa Iunonis Faliscae f hostias, quibus ad vitulationem peragendam esset opus.

VII.

Novo igitur argumento congruentia rituum in festis Fal et Caprotinae Lanuvinae observatorum corroboratur. Nam latione Lanuvina celebratam esse priscam victoriam, ut an perhibent, non facile hodiernus criticus concedat. Quid erat rei? Tres dies agebantur: Poplifugia, Nonae Capro vel Ancillarum Feriae, Vitulatio. Macrobio Plutarchoque a ribus Fidenates Romam obsidentes, cuius cives intra n

1) Quem secutus est Walde Etymol. Wörterb.

erant, exigebant ut virgines ingenuae sibi traderentur. serva, ut patres e tanta difficultate liberaret, senatui pro- t strategema: pro filiabus suis mitterent ancillas honesto u vestitas; hae sequenti nocte hostibus arma deriperent, osque somno captos Romanis traderent. Ita factum est; vero liberata victoria postridie est celebrata ancillisque data, ut in futurum Nonis Caprotinis, quasi liberae essent, u honesto circumirent amictae iocisque obviam euntes nt.

plifugia magnis literis in Kalendariis (Maff. Amit. Ant.) designata, quod, Mommsenio praemonente, pro indicio est dum illum diem festum iam in Kalendario reipublicae obtinuisse. Hinc autem sequitur Poplifugia antiquiora invasione gallica, festi igitur ritum non e narratione Ma- Plutarchive esse explicandum. In Kalendario autem Ami- o ascriptum est voci Poplifugiorum hoc: „Feriae Iovi". e igitur hic dies Iovi sacer? Confirmat Dio ubi refert: llum Caesari tanquam heroi in foro, eo loco ubi crematus xstruere instituerunt, *τά τε γενέσια αὐτοῦ ἀχφνηφορούντας ὑθυμουμένους πάντας ἑορτάζειν ἠνάγκασαν, νομοθετήσαντες μὲν ἄλλους τοὺς ἀμελήσαντας αὐτῶν ἐπαράτους τῷ τε Διὶ αὐτῷ ἐκείνῳ εἶναι, τοὺς δὲ δὴ βουλευτὰς* multam decies tium pendere" (XLVII, 18). Rogatur, cur non solum Divo sed etiam Iovi sacri essent. Nempe quod ipse dies, quo rem natum esse dicebant, vel fingebant (III Non. Quinct.), esset Iovi. Sed cuinam Iovi? et cur idem dies Poplifugia bat? Cogitant hodierni de fuga illa simulata spectatorum lotem sacrificantem circumstantium, cuius collegit exempla k Aglaopham. 679, 680. Cf. Regifugium VI Kal. Mart. o Plut. Qu. Rom. 36: *„ἔστι γοῦν τις ἐν ἀγορᾷ θυσία πρὸς γομένῳ Κομητίῳ πάτριος, ἣν θύσας ὁ βασιλεὺς κατὰ τάχος Φεύγων ἐξ ἀγορᾶς."* Vel ut laudemus Festum p. 278: ifugium notatur in fastis dies a. d.] VI Kal. [Mart. qui ur sic dict[us quia [eo die Tarquinius rex fugerit ex urbe]. fal[sum est; nam e castris in exilium abiisse eum r]et- unt annales. Rectius explicabit, qui regem e]t Salios [hoc . facere sacri]ficium in [comitio eoque perfecto illum inde n]overit.

Plerumque tamen, ut in Regifugio et in Buphoniis Atheniensibus, unum modo hominem, sive sacerdotem sive regem sacrorum fugientem videmus. Hic autem fit mentio de *populo* fugienti; quam ob causam difficultatis solutionem non nisi dubitantes accipimus. Ecce autem nova ratio se offert. Secundum Kalendaria Ludi Apollinares habebantur a Prid. Non. Quinct. usque ad III Id. Quinct.: incipiebant igitur postridie Poplifugiorum. Nam quod refert Livius XXVII, 23: „P. Licinius Varus primus vovit, fecitque ante diem tertium Nonas Quinctiles", licet omnia MSS. hisce in verbis conspirent, ex auctoritate Kalendariorum haud dubie mutandum est in „ante diem tertium *Idus* Quinctiles". Nexusne exstitit inter ea quae fiebant III Non. et Prid. Non.?

VIII.

Si quaeritur, cur ludi Apollinares instituti sint, ipse Livius nobis praebet responsum. Nam cum anno 212 primum essent habiti, anno 208 repetiti sunt et in perpetuum solemniter constituti ob pestilentiam gravem. Suspicio igitur est quattuor quoque annis ante eandem ob causam primum actos fuisse.

Apollo Romanis ab initio usque ad Imperium fuit ἀλεξίκακος, deus Medicus, qui pellit morbos contagiosos aestate tam homines quam animalia arripientes. Novi autem dei illati cum numinum obsoletorum locum occupare soleant, rogamus an de Apolline quoque id valeat.

Gellius V, 12 observat de numine antiquissimo, quod in valle Capitolini colebatur: „simulacrum igitur dei Veiovis, quod est in aede, de qua supra dixi, sagittas tenet, quae sunt videlicet paratae ad nocendum. Quapropter eum deum plerique Apollinem esse dixerunt; immolaturque illi capra eiusque animalis figmentum iuxta simulacrum stat." Si dei speciem quaerimus, monet Ovidius F. III 437 Veiovem fuisse iuvenem; nummi gentis Caesiae et Liciniae ostendunt iuvenem imberbem. Quibus nummis aspectis non miramur Apollinem facile illius numinis locum Romae occupasse, cum praesertim Veiovi ut Apollini fuerit vis medica. E. g. in insula Tiberina, quae a Dionysio (V, 13) vocatur νῆσος εὐμεγέθης Ἀσκληπιοῦ ἱερά, Veiovis

quoque sacellum habebat, quare in Kalendario Praenestino ad Kal. Ian. ascriptum est: „Aesculapio, Vediovi in insula."

Sed et aliud quid haec inscriptio nos docet, nempe formam nominis interdum cum illa *Iovis* commutari; nam apud Ovid. Fast. I, 291 sqq. legimus:

Accepit Phoebo Nymphaque Coronide natum
Insula, dividua quam premit amnis aqua.
Iuppiter in parte est. Cepit locus unus utramque
Iunctaque sunt magno templa nepotis avo.

Sed obicitur nobis talia apud poetam minoris esse momenti. Quod licet pernegemus cum de re sacra sermo fiat, alia exempla eaque ab lingua poetica aliena proferemus. Livius XXXI, 21 habet haec de pugna contra Gallos anno 200 apud Cremonam gesta: „praetor aedem Deo Iovi vovit, si eo die hostis fudisset." Merkel (Ovid. F. CXXIV) emendavit „aedem Vediovi", et revera de hoc deo hic agi apparet ex libro Livii XXIV 53: „et *in insula* ... aedem C. Servilius duumvir dedicavit: vota erat sex annis ante Gallico bello ab L. Furio.". Quodnam vero nomen post „insula" legimus? Exspectas nimirum *Vediovis* sed exstat *Iovis*.

Fac ferias Iovi III Non. Quinct. habitas Veiovi fuisse sacras; pro „*Iovi*" in Kalendario Amiternino igitur legendum esse *Veiovi*, ut legendum vel potius intellegendum est locis ex Ovidio laudatis et Livio, tunc habemus in Fastis dies duos sacros duobus deis, Iovi et Iunoni, quibus *capram* victimam fuisse docent ritus et imagines. Volumus diem quintum mensis Iulii (III Non. Quinct.), cui inscribitur „Poplifugia, Feriae Iovi" et diem eiusdem mensis septimum, cui in Kalendariis aliis additum est nihil, sed quem Silvii Kalendarium vocat „Ancillarum Ferias"; populus autem vocabat Nonas Caprotinas. Disiuncti hi dies erant die illo, qui vocatur Prid. Non. Quinct. ludis Apollinaribus notus. Neque a verisimilitudine abhorret festum Apollini, i. e. novo deo medico, sacrum statim post diem alteri illi numini medico addictum in Kalendario locum obtinuisse. Vidimus supra Apollinem et Veiovem saepius pro uno eodemque habitos esse deo; id fieri poterat e. c. quod numina tam similia in Fastis quoque essent coniuncta. Sed in re tam dubitationi obnoxia nulla argumenta, ne minima quidem, praetereunda sunt; quare

sculpta: *Vediovei Patrei gentilles Iuliei.* Licetne ind
Romae quoque inter Veiovem et Iulios vinculum exs
crum? Quod si verum videatur, novo documento all
borata sit suspicio nostra: Poplifugia habita esse eo
Romani sacrificabant Veiovi vel, ut sequamur Dionysi
carnassensem, τῷ Διὶ καταχθονίῳ. Tum vero melius in
obscurum illud „fugere", cuius causas frustra hucusqu
gaverunt philologi. „Aliquot huius diei vestigia fug
cris apparent, de quibus rebus antiquitatum libri plura
verba sunt Varronis L. L. VI, 18. Quali autem deo
ferebantur? Numini pestilentiae, et eo quidem tem
aestas ingruens mortalibus omnibus minitabatur. Qu
erat faciendum ὡς ἀτεικέα λοιγὸν ἀμύνοιεν? Populun
oportebat. Vide nunc Serv. Aen. II, 140: „ludos T
Sabinis propter pestilentiam institutos dicunt, ut lu
in has hostias verteretur." Sed cui rei in Sabinis in
taureae, id est steriles vaccae, eidem Romae caprae.
vero hostiam effugisse, ne caprae sacratae praesentia p
ipsa fert ratio.

Ad summam: Poplifugia fuerunt lustratio populi,
stilentiae periculo caveretur. Fortasse Veiovis in hono
illa fiebant, cuius suspicionis argumenta haud con
adsunt, licet ipsi concedamus talem coniecturam
arithmeticae leges probari non posse. Nomen auter

IX.

Utut id est, de clade quadam III Non. Quinct. a Romanis accepta serio cogitari non potest. Nedum vitulatio, quae VIII Id. Quinct. habebatur, fuerit caerimonia qua deis ob victoriam relatam agerentur grates. Ob sacrificium quidem aliquod quin et hic dies notus fuerit non est dubium, sed hostia quae tum cadebat erat vitulus, animal Iovi sacrum. Sed ut capra sacrata deis subterraneis prodibat ante Ancillarum Ferias, sic Nonis Caprotinis peractis immolabatur vitulus. Et quoniam hisce Nonis Iuno celebrari solebat, necnon ad ritum Iunonis Faliscae explicandum Caprotinarum caerimoniae aliquid fortasse tribuere possunt, paulisper subsistamus ad consideranda ea quae fiebant Non. Quinct., die igitur mensis Iulii septimo.

Primum agendum de nomine Caprōtīna. Est adiectivum quale matūtīna; et velut hoc cohaeret cum „Matūta, maturus, maturo", sic iuxta Caprōtīnam quaerendae sunt formae Caprōta, caprōro. In lingua autem latina formae tales desunt, quas felicius quaesierit aliquis in graeca. Habet enim lingua graeca verbum *καπρώζω*, quod significat *καπράω* (Arist. A. A. VI, 18, 25) vel *πεθῶ τοῦ κάπρου*. Ἡ *γραῦς καπρῶσα* satis nota est ex Aristoph. Plut. 1024. Quare non longius aberrabimus statuentes ipsum nomen Nonarum Caprotinarum indicare diem, quo de mulierum fecunditate ageretur. Statim cogitamus de iis quae Lupercalibus fiebant, inque memoriam nobis revocamus verba Ovidiana supra allata: „Italidas matres sacer *hircus* inito." Vidimus quomodo mulieres huic imperio divino sint obsecutae; „iussae sua terga puellae pellibus exsertis percutienda dabant."

Talene quid Nonis quoque fiebat? Ita. Narrantur enim haec: „Nonis Iuliis diem festum esse ancillarum tam vulgo notum est, ut nec origo nec causa celebritatis ignota sit. Iunoni enim Caprotinae die illo liberae pariter ancillaeque sacrificant sub arbore caprifico, in memoriam benignae virtutis quae in ancillarum animis pro conservatione publicae dignitatis apparuit. Nam post urbem captam cum sedatus esset Gallicus motus, respublica vero esset ad tenue deducta, finitimi opportunitatem invadendi Romani nominis aucupati praefecerunt sibi Postumium

Livium Fidenatium dictatorem, qui mandatis ad senatum missis postulavit, ut si vellent reliquias suae civitatis manere, matres familiae sibi et virgines dederentur. Cumque patres essent in ancipiti deliberatione suspensi, ancilla nomine Tutula seu Philotis pollicita est se cum ceteris ancillis sub nomine dominarum ad hostes ituram; habituque matrum familias et virginum sumpto, hostibus cum prosequentium lacrimis ad fidem doloris ingestae sunt. Quae cum a Livio in castris distributae fuissent, viros plurimo vino provocaverunt, diem festum apud se esse simulantes. Quibus soporatis ex arbore caprifico, quae castris erat proxima, signum Romanis dederunt. Qui cum repentina incursione superassent, memor beneficii senatus omnes ancillas manu iussit emitti dotemque iis ex publico fecit et ornatum, quo tunc erant usae, gestare concessit diemque ipsum Nonas Caprotinas nuncupavit ab illa caprifico ex qua signum victoriae ceperunt. Sacrificiumque statuit annua sollemnitate celebrandum, cui lac, quod ex caprifico manat, propter memoriam facti praecedentis adhibetur."

Hactenus Macrobius I, 11. Habet autem Varro L. L. VI, 18: „Nonae Caprotinae, quod eo die in Latio Iunoni Caprotinae mulieres sacrificantur et sub caprifico faciunt, *e caprifico adhibent virgam.*" Iure rogamus quemnam ad finem virga illa usae fuerint. Cui quaestioni lucem praebet Plutarchus (Camill. 33 sqq.); nam postquam eadem narravit, praeterquam quod non „matronas et virgines" sed solum „*παρθένους ἐλευθέρας*" Latinos a Romanis exegisse narrat (volebant enim Latini *ἀναμίξασθαι τὰ γένη*), ita pergit auctor:

„*Νύκτωρ τήνδε, εἴτε Τουτούλαν εἴτε Φιλωτίδα, προσβᾶσαν ἐρινεῷ μεγάλῳ καὶ παρατείνασαν ὀπίσω τὸ ἱμάτιον, ἄραι πυρσὸν εἰς τὴν Ῥώμην, ὥσπερ ἦν συγκείμενον αὐτῇ πρὸς τοὺς ἄρχοντας, οὐδενὸς ἄλλου τῶν πολιτῶν εἰδότος. Διὸ καὶ θορυβώδη γίνεσθαι τὴν τῶν στρατιωτῶν ἔξοδον, ὡς κατήπειγον οἱ ἄρχοντες, ἀλλήλους ἀνακαλούντων καὶ μόλις εἰς τὴν τάξιν καθισταμένων. Ἐπελθόντας δὲ τῇ χάρακι τῶν πολεμίων οὐ προσδεχομένων καὶ καθευδόντων, ἑλεῖν τὸ στρατόπεδον καὶ διαφθεῖραι τοὺς πλείστους. Τοῦτο δὲ γενέσθαι ταῖς νῦν Ἰουλίαις, τότε δὲ Κυϊντιλίαις Νόναις· καὶ τὴν ἀγομένην ἑορτὴν ὑπόμνημα τῆς πράξεως ἐκείνης εἶναι. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐξιόντες ἀθρόοι διὰ τῆς πύλης, πολλὰ τῶν ἐπιχωρίων καὶ κοινῶν ὀνομάτων*

βοῇ φθέγγονται, Γάϊον, Μάρκον, Λούκιον, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· μιμούμενοι τὴν τότε γενομένην μετὰ σπουδῆς ἀλλήλων ἀνάκλησιν. Ἔπειτα κεκοσμημέναι λαμπρῶς αἱ θεραπαινίδες περιΐασι παίζουσαι διὰ σκωμμάτων εἰς τοὺς ἀπαντῶντας. Γίνεται δὲ καὶ μάχη τις αὐταῖς πρὸς ἀλλήλας, ὡς καὶ τότε τοῦ πρὸς τοὺς Λατίνους ἀγῶνος συνεπιλαμβανομένας. Ἐστιώμεναι δὲ καθέζονται κλάδοις συκῆς σκιαζόμεναι· καὶ τὴν ἡμέραν Νόννας Καπρατίνας καλοῦσιν, ὡς οἴονται διὰ τὸν ἐρινεὸν, ἀφ' οὗ τὴν παιδίσκην τὸν πυρσὸν ἆραι· τὸν γὰρ ἐρινεὸν καπρίφικον ὀνομάζουσιν. Ἕτεροι δὲ τούτων" etc.

Audimus igitur: Nonis Caprotinis cives magno numero urbem relinquunt alta voce nomina propria, qualia sunt Gaius, Marcus, Lucius, advocantes:

servae tunc pulchre ornatae circumeunt iocis nullum non sibi obviam venientem petentes;

oritur pugna quaedam inter eas;

sub caprifico considunt cenam ibi obeuntes.

At iam docuit nos Varro servas sub caprifico etiam sacrificasse, virgamque adhibuisse eadem ex arbore dereptam. Caprificus haec arbor cur fuerit minime latet, cum ficum fecunditatis symbolum fuisse nesciat nemo. Haud dubie mulieres virga huius arboris se invicem petentes et ferientes spectaculum pugnae cuiusdam, de qua egit Plutarchus, praebuerunt; sed et haec actio quin ad mulierum spectarit fecunditatem, dubitari nequit, Lupercorum morem si conferimus. Postremo, quod mulieres tali occasione solitae erant satis libere, ne dicamus libidinose, se gerere [1]), causa haec fortasse fuit, cur matronae virginesque liberae ab hisce ludis abstinerent.

Observat autem Tertullianus (De Spect. 5) hoc ipso die sacrificium factum esse deo Conso in Circo Maximo ad altare subterraneum. Nonne observatu dignum Sabinarum raptum coniunctum esse ab antiquis cum Consualibus autumnalibus? Nam et Nonis quoque omnium virginum innuptarumque potentes ut fierent Latini Romam obsedisse dicuntur. Sed de hisce iam satis: ex agro Falisco Romam devenimus; fortasse non inutile erit hanc migrationem meridiem versus usque ad Ariciam continuasse. Ibi enim quaedam observari possunt, quae a quaestione nostra haud aliena esse videntur.

1) Cf. Frazer „Golden Bough" II, 171 sqq, 372 sqq.

X.

Montibus circumdatum templum ibi surgebat Dianae Nemorensis, sed ante aedem fulgebat lacus altis ripis inclusus, cui pulchrum indiderant nomen Speculi Dianae. Fuit ibi quoque arbor quaedam, de qua infringi ramum non licebat; dabatur autem facultas servis fugitivis, ut si quis exinde ramum potuisset auferre, certamine singulari cum templi sacerdote dimicaret ob sacerdotium obtinendum. Nam qui sacris praeerat fugitivus esse debebat (Serv. ad Aen. VI, 136; Paus. II, 27; cf. Suet. Vit. Calig. c. 35: „nullus denique tam abiectae condicionis tamque extremae sortis fuit, cuius non commodis obtrectaret. Nemorensi regi, quod multos iam annos potiretur sacerdotio, validiorem adversarium subornavit").

Recordamur versus Ovidianos (A. A. I. 259 sq.):

Ecce suburbanae templum nemorale Dianae
Partaque per gladios regna nocente manu.

vel (Fast. III, 269 sq.):

Regna tenent fortesque manu pedibusque fugaces
Et perit exemplo postmodo quisque suo.

Hos autem versus praecedunt verba, quae ipsa quidem non sunt obscura licet rem designent explicatu difficiliorem. Volumus haec:

Saepe potens voti, frontem redimita coronis
Femina lucentes portat ab Urbe faces.

Rem explicant poetae duo Propertius et Statius. Legimus enim apud illum (III, 32, 9):

nam tibi me credere turba vetat,
cum videt accensis devotam currere taedis
in nemus et Triviae lumina ferre deae.

apud hunc (Silv. III, 1, 52):

tempus erat caeli cum torrentissimus axis
incumbit terris ictusque Hyperione multo
acer anhelantes incendit Sirius agros.
Iamque dies aderat, profugis cum regibus aptum
fumat Aricinum Triviae nemus et face multa
conscius Hippolyti splendet lacus: ipsa coronat

emeritos Diana canes et spicula tergit
et tutas sinit ire feras omnisque pudicis
Itala terra focis Hecateias excolit Idus.

m diem igitur celebrabant mulieres Idibus Sextilibus, non sed primo mane, accensis cum facibus circum Speculum ae vagantes. Tum interdicta erat venatio. Quid vero Hip-tus ille sibi vult? Respondet Vergilius (VII, 774 sqq.):

at Trivia Hippolytum secretis alma recondit
sedibus et nymphae Egeriae nemorique relegat,
solus ubi in silvis Italis ignobilis aevum
exigeret versoque ubi nomine Virbius esset.

nnotat Servius (vs. 778): „Callimachus scripsit Αἴτια, in us etiam hoc commemorat." Ecce iterum Callimachus Ver- auctor, quem de Halaeso quoque, ut supra coniecimus, poeta noster. Nam, ut sacra Falisca graeca ex origine tebantur, sic Nemorensia duobus modis cum deis heroibusve cis coniungebantur. Primum legimus apud Servium (VI, 136): stes post occisum regem Thoantem in regione Taurica cum re Iphigenia fugit et Dianae simulacrum inde sublatum haud e ab Aricia collocavit"; quibus addenda sunt verba Serviana 116): „simulacrum sustulit absconditum fasce lignorum, et Facelitis dicitur, non tantum *a face*, cum qua pingitur, ter quod et Lucifera dicitur: et Ariciam detulit." Ob Orestis m praesentiam Diana Nemorensis apud Ovidium (Met. XV, audit „Orestea Diana", apud Lucanum (VI, 74) Diana enaea:

at tantum saepti vallo sibi vindicat agri,
parva Mycenaeae quantum sacrata Dianae
distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma.

rvatione dignum est adiectivum „Mycenaeus", quoniam esus simili adiectivo „Agamemnonio, Argivo" ornatus est dem ex fonte ambo haec epitheta fluxisse videntur, nempe allimachi carmine. Sed cum frustra indagatum sit, quid erit ut Halaesus et Agamemno coniungerentur, Dianae Ari- imaginem cur ab Oreste Ariciam delatam homines dixerint, nstrari potest, ut opinor. Audivimus enim mulieres accensis facibus deam Nemorensem adiisse, unde efficimus numen ue ipsum, quod saepius appellabatur Lucifera, manu tenuisse

facem. Vel potius nihil effici opus est, siquidem verbis Servianis supra laudatis ipsa res enuntiatur („cum qua pingitur"). Haec vero fax homines nimis doctos induxit ut cogitarent de Diana *Phac*eliti vel Lygodesma tam Spartae quam Rhegii culta, cuius nomen revera ducendum est a φακέλῳ vel fasce. Qua re non miramur quod apud Servium legimus (II, 116): „cum postea Romanis sacrorum (Nemorensium) crudelitas displiceret, ad Laconas est Diana translata, ubi sacrificii consuetudo adulescentum verberibus servatur, qui vocabantur Bomonicae." Nimirum inversa est ratio! Spartana autem Diana, vulgo Orthosia appellata, eadem habebatur ac Tauropolos vel dea Taurica, ita ut Nemorensis quoque et Taurica pro eadem haberi possent. Quod postquam perspeximus, non iniucundum est observatu in notissima imagine Pompeiana, quae ad sacrificium spectat Iphigeniae, deam apparere ἐν φακέλῳ.

Sed et alio modo dea lucifera Aricina cum Graecia coniungi solebat; nempe cum Virbio connexa:

accedo ... Bovillas
clivumque ad Virbi: praesto est mihi Manius heres
progenies terrae,

ita Persius (VI, 57), cuius „clivus Virbi" idem est ac clivus Aricinus vel locus de quo cecinit Iuvenalis:

in vallem Egeriae descendimus et speluncas
dissimiles veris, quanto praestantius esset
numen aquae, viridi si margine cluderet undas
herba, nec ingenuum violarent marmora tophum.

Virbium illum auctore Ovidio (Met. XV, 538), licet haberetur Hippolytus ab Aesculapio in vitam revocatus, virili potius quam iuvenili forma indutum fingebant antiqui. Sic enim de se ipso loquitur heros:

utque forem tutus possemque impune videri,
addidit (Aesc.) *aetatem* nec *cognoscenda* reliquit
ora mihi.

Imaginem eius attingere netas erat, quod apud Servium (VII, 776) ita explicatur: „Virbium autem quidam Solem putant esse, cuius simulacrum non est fas attingere propterea quia nec sol attingitur." Quas nugas minime praeteriens Birtius apud Roscherum (I, 1006) pro opinione sua est prolocutus: „mulieres

idcirco accensis facibus Speculum Dianae circumire solitas fuisse, ut consalutarent lucem diurnam". Tutius credo statuemus caerimoniam respexisse Dianam Luciferam, cuius πάρεθρος masculinus, quamcunque ob causam appellatus Virbius, sive hoc nomen cum verbo virendi sive cum voce verbenae cohaeret, ideo pro Hippolyto haberi soleret, quia a templo Triviae lucisque sacratis cornipedes arcebantur equi (Verg. VII, 779). Αἰτίαν enim quaerebant homines, qua singularis mos explicari posset, quem Ovidius quoque expressit (Fast. III 266):

unde nemus nullis illud initur equis.

Sed iuxta Dianam et Virbium invenimus Ariciae par aliud, ut videtur, numinum: Egeriam et Egerium. Numa, cuius nomen cum Saliorum collegio coniungitur, — vides iterum atque iterum ad Salios vel nolentes nos reverti, — cum Egeria conressus esse dicitur quo loco e caelo ceciderat ancile; ibi enim templum ei Musisque vovit rex (Plut. Num. 13). Fuit hic lucus

ad veteres arcus madidamque Capenam,

ad illinc Egeria Ariciam transmigravit Numam, si Ovidium audimus, deplorans (XV, 488 sq.):

vallis Aricinae densis latet abdita silvis
sacraque Oresteae gemitu questuque Dianae
impedit.

Qui simul cum Egeria ibi colebatur Manius Egerius, apud Priscianum (IV, 21) audit: „dictator latinus, Egerius Laevius Tusculanus"; consecravit secundum Festum „lucum Nemorensem Dianae, a quo multi et clari viri orti sunt et per multos annos fuerunt. Unde proverbium: multi mani Ariciae." Nemo vero dubitabit, quin dictator ille Tusculanus eo sit remittendus unde et provenerit *Argivus* Halaesus; nempe ad illam regionem, ubi poetarum habitant somnia. Revera Manius ille Egerius inter numina recenseatur umbrasve terrae gremium incolentes. Nam ubi Paulus p. 129 nos docuit „manias, quas matrices minitentur parvulis pueris, esse larvas", libenter, opinor, illus non concedet Egerium cognomine suo Manio eidem larvarum attribui classi. Est igitur, ut supra observavimus, πέδρος masculinus illius Egeriae, cui secundum Paulum p. 77 gravidae solebant sacrificare, quod eam putabant facile con-

ceptam alvum egerere." Discernebantur quidem Diana et Egeria, sed cum legimus apud Ovidium (Fast. III 267 sqq.) talem fani Aricini descriptionem:

licia dependent, longas velantia saepes,
et posita est meritae multa tabella Deae,
saepe *potens voti* frontem redimita coronis
femina lucentes portat at Urbe faces,

intellegimus Luciferam illam, cui supplicabant mulieres, fuisse non modo Λυκείαν, sed etiam λοχείαν, Εἰλείθυιαν, qualis Braurone quoque fuit: Egeriam igitur indigetem quandam eadem ratione cum Diana coniunctam fuisse, quae inter indigetem Lucinam intercederet et Iunonem Lucinam. Sabinae illae, quae „reddebant uteri pignora rara sui", ibant ad Iunonis lucum incaeduum sub monte Esquilio, mulieres autem Tusculanae, Aricinae, Lanuvinae, aliae quae recensebantur inter populos Aricinam Nemorensem communiter colentes, eandem ob causam frequentabant nemus Egeriae. Mutatis nominibus eadem diversis locis narrantur. Observavimus autem per Halaesum cum caerimoniis Faliscis coniunctos fuisse Salios, Lupercorum vero ritum cum Iunoniis cohaerere Esquilinis; Ariciae denique iterum emergit nomen Saliorum.

Numa enim, ut Faliscus ille Morrius, instituit Saliorum collegium; Numa Sabinus! Videbamus supra instituta Sabella cum Faliscis commune aliquid habuisse, raptumque virginum Sabinarum quadamtenus iteratum esse in caerimoniis Nonarum Caprotinarum, non levis est suspicio.

XI.

Sed et alia Saliorum vestigia obscura quidem, sed in re tam obscura quam est prisca Italorum religio haud spernenda, Ariciae detegi possunt. Ibi enim invenimus Manium Egerium, cuius nominis pars prior haud dubie cohaeret cum voce maniae i. e. larvae. Sed cum recordamur secundum Paulum p. 122 in antiquo Saliorum carmine nominatum esse Cerum Manum, quasi Cerum vel Creatorem bonum, — et revera exstat Iani cognomen duonus cerus apud Varronem VII, 26, — vinculum quoddam exstitisse inter Manium Egerium et Salios Tusculanos non po

sumus non suspicari. Sensus enim nominis Mani Egeri quin fuerit „bonum numen quod semina omnia in lucem egerit" vix dubitamus, nisi quod forte „Manius" illud longius etiam spectat. Frequentia enim in prisca religione romana sunt nomina duplicia, quae eiusdem numinis exprimant potestates vel similes vel oppositas, e. g. Panda Cela, Vica Pota, Mutunus Tutunus (Priapus romanus, cf. servam Tutulam e Nonis Caprotinis). Sic invenimus deam Genētam Manam, cuius nominis pars prior spectat ad generationem, altera vero pars ad manias, larvas mortuorum, quos prisci illi homines „bonos" appellare solebant. Digna sunt verba Plutarchi (Qu. Rom. 52), licet saepius sint laudata, quae hic quoque inveniant locum: „*Διά τί τῇ καλουμένῃ Γενείτῃ Μάνῃ κύνα θύουσι καὶ κατεύχονται μηδένα χρηστὸν ἀποβῆναι τῶν οἰκογενῶν; διὰ τὸ χρηστοὺς λέγεσθαι τοὺς τελευτῶντας. οὐ δεῖ δὲ τοῦτο θαυμάζειν· καὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Ἀρκάδων πρὸς Λακεδαιμονίους συνθήκαις γεγράφθαι φησὶ μηδένα χρηστὸν ποιεῖν βοηθείας χάριν τοῖς λακωνίζουσι τῶν Τεγεατῶν, ὅπερ εἶναι, μηδένα ἀποκτιννύναι*". Sic fieri potest, ut Mani quoque Egeri nominis pars prior spectarit ad mortem, posterior ad generationem. Proverbium autem quod laudat Festus: „multi mani Ariciae" referendum est ad bonos, i. e. mortuos, quos dea Aricina non semper gravidis benevola cum matribus e vita eripere solet.

Apud Persium nomen Manium ludicro modo adhibitum invenimus.

Sed locus est, qui, si quis alius, priscam nominis vim nobis explicare possit.

„Age", ita poeta, „si iam nullus mihi sit cognatus, non tamen omni privatus ero herede. Ibo enim Bovillas

clivumque ad Virbi: praesto est mihi Manius heres".

— „Progenies terrae!" — „Quaere ex me, quis mihi quartus
sit pater, haud prompte, dicam tamen. Adde etiam unum,
unum etiam, terrae est iam filius et mihi ritu
Manius hic generis prope maior avunculus exstat."

ocans poeta unum e multis manis Aricinis, quasi fuerit *verus* Manius, heredem invocat. Terrae progeniem eum appellare non ecusat, dummodo sibi concedatur tritavum quoque, aeque ignoım et obscurum hominem, tali nomine designari posse.

XII.

Iam Wissowa observarat cum nympha Egeria, numine fontis fatidico atque lucifero, conferri posse tam Iuturnam quam Carmentam. Neque iniuria, nam et hae iisdem funguntur officiis. Melius etiam haec comparatio, ni fallimur, placebit, siquis reputarit iuxta Carmentam obtinere locum Euandrum sive Bonum Virum, iuxta Iuturnam Ianum.

Ianus autem, auctore Macrobio (I, 9, 14), „Saliorum antiquissimis carminibus deorum deus canitur"; Euander, Romanae conditor arcis, nexu quodam cum Lupercis coniunctus fuisse videtur (cf. Verg. Aen. VII, 343); instituit enim Lupercalia, Pani Lycaeo condidit Lupercal.

Iterum atque iterum igitur invenitur hisce in regionibus Italiae par deorum sive cum Saliis sive cum Lupercis coniunctum; masculinum numen, cogita de Halaeso, collegium quocum coniungitur instituisse dicitur, femininum semper vitae muliebri, naturae fecunditati prospicit. Parva quidem sed certissima procul dubio rudimenta antiquissimae religionis romanorum hic ante oculos habemus.

Euandro quoque, ut Halaeso, inveniebatur graeca quaedam origo; Parrhasium Euandrum quis nescit (Aen. IX, 647)? Non iniucundum autem videtur, bonum Euandrum genealogia doctissime inventa affinem factum fuisse Atridarum, non aliter ac cum Halaeso factum esse supra exposuimus. Habet enim Vergilius (VIII, 130):

quodque ab stirpe fores geminis coniunctus Atridis.

Stemma herois nostri mittimus; mirantes vero audimus Euandrum teste Servio (VIII, 51) patriam fugisse occiso patre! Prorsus eadem Halaesi sors fuit!

XIII.

Veniamus nunc ad quaestionem, quae cum iis quas supra protulimus simul tractanda videtur. Volumus Dioscuros Italos.

Livius (II, 20), ubi pugnam Tusculano in agro commissam describpsit, hisce verbis finem facit narrationis: „ibi nihil ne

divinae nec humanae opis dictator — Postumius fuit — praetermittens aedem Castori vovisse fertur. Hoc modo ad lacum Regillum pugnatum est."

Castorem autem partibus proeliantibus vel opem tulisse vel nocuisse nullo verbo in descriptione indicavit Livius; itaque si Livi opera sola aetatem tulissent, mirabundus lector sibi proponeret quaestionem, qua tandem re Castor templi honore dignum se reddidisset. Novit igitur Livius, sed praetermisit, fabellam popularem de ope divina allata; nominat unum Castorem, Pollucem oblivio tradit.

Eiusdem libri secundi capite 42° haec modo legimus: „Castoris aedes eodem anno Idibus Quintilibus dedicata est." Agitur de anno 474, annis igitur 22 post pugnam ad lacum Regillum. Nunc quoque deest Pollux: quinimo ubicumque Castor a Livio nominatur, semper solus heros prodit a fratre gemello seiunctus. E. g. libro VIII, 11 audimus: „equitibus Campanis civitas romana data monumentoque ut esset aeneam tabulam in aede Castoris Romae fixerunt." Libro IX, 43: „Marcius de Hernicis triumphans in urbem rediit statuaque equestris in foro decreta est, quae ante templum Castoris posita est." Quattuor locis — plures non sunt — ubi auctor Dioscuros respicit, semper Pollucem silentio transit, de Castoris modo aede mentionem facit. Qua in consuetudine morem quendam lapidum testimoniis nobis comprobatum secutus esse videtur.

Aedes autem, quam laudavimus, posita erat in honorem patroni equitum, id est, in honorem Κάστορος ἱπποδάμου; unde intellegitur τὸν πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα, utpote cui cum equitatu nihil esset commune, ab aedis mentione fuisse exclusum. Sequebantur igitur homines, quorum opinionem exprimit Livius, discrepantiam ab Homero inter heroes constitutam; prae gloria equorum domitoris, quam anxie coluerant atque colebant equites, interierat fere dixeris Pollucis in republica memoria, certe apud rerum scriptores. Alibi enim Pollucis nomen non interiisse, eadem aetate qua historici eum praeteribant, infra patebit.

Neque Dioscurorum nominis ullum apparet exemplum eadem per tempora; simul cum Pollucis mentione redit vel venit ad lucem nomen Dioscurorum. Reviviscit vero Pollucis nomen tam in pedestri quam in poetico sermone ultimis reipublicae decen-

niis, ubi illucescit aetas imperatoria; dehinc una cum Castoris nomine, interdum forma plurali Castorum et ipsum comprehensum, per literas procedit. Sic Ovidius (Fast. I, 706) non amplius loquitur de Castoris aede, sed habet versum: „Ledaeis templa dicata deis"; Suetonius (Tib. 20) imperatorem antiquum Castoris templum restaurare facit „Castori et Polluci"; Cicero (Verr. V, 72) cum emphasi invocat: „vos, omnium rerum forensium, consiliorum maximorum, legum iudiciorumque arbitri et testes, celeberrimo in loco populi romani locati, Castor et Pollux, *quorum* e templo" etc.

Animadvertas autem eandem aedem aliis locis a Cicerone laudari Castoris modo nomine addito, e. g. Verr. I, 49: „ausum esse in aede Castoris, celeberrimo clarissimoque monumento, quod templum in oculis quotidianoque aspectu populi romani est positum, quo saepenumero senatus convocatur, quo maximarum rerum frequentissimae quotidie advocationes fiunt, in eo loco, in sermone hominum, audaciae suae monumentum aeternum relinquere." Vides hic non minorem apparatum oratorium quam in exemplo praecedenti adhibuisse Ciceronem neque tamen, quod exspectarit fortasse aliquis, utrumque laudasse heroem. Ambigit, dixeris, orator inter dictionem populo usitatam atque formam doctiorem, quam haud dubie postea fovebat aula Augustea.

Sed Div. I, 43 varia monstra computans exclamat: „quid? quum in Capitolio ictus Centaurus e caelo est, in Aventino portae et homines, Tusculi aedes *Castoris et Pollucis*, Romae Pietatis!" Pugnam quoque describens ad lacum Regillum commissam fusius de numinum auxilio nos docet neque, ut Livius fecit, Castorem nominasse satis habet. Verba sunt haec: „praesentiam saepe divi suam declarant ut et apud Regillum bello Latinorum, cum A. Postumius dictator cum Octavio Mamilio Tusculano proelio dimicaret, in nostra acie Castor et Pollux ex equis pugnare visi sunt." Quodque plus est, rogat Cicero De Nat. Deor. III, 5: „ergo et illud in silice, quod hodie apparet apud Regillum tamquam vestigium ungulae, Castoris equi credis esse?" Monumentum igitur unius Castoris equus in lacus ripa reliquerat; nihilo minus pergit auctor: „Nonne ab A. Postumio aedem *Castori et Polluci* in foro dedicatam vides?"

Nulli ignota est, credo, narratio de Dioscurorum epiphania, quam legimus apud Plutarchum in Vita Aemili Pauli. Refert enim Διοσκόρους, postquam apud lacum Regillum fortiter causam romanam defenderint, vesperi eiusdem diei Romae ad fontem Iuturnae equos sudantes refrigerasse circumstantibusque victoriam narrasse. Cui nuntio cum unus ex his fidem habere negaret, Dioscuros ridentes barbam eius attigisse, quae ex illo tempore e nigra facta rutila homini nomen Aenobarbi praebuerit (cf. Vit. Coriolani c. III).

Causa episodii huius referendi Plutarcho fuit, quod etiam post pugnam apud Pydnam commissam simili epiphania Romanis victoria nuntiata est. Nam Romanis *certamina equestria* spectantibus subito fama est iniecta Aemilium vicisse Perseum Macedoniamque totam debellasse.

Neque omisit Plutarchus tertium exemplum talis epiphaniae, nempe in proelio inter Locrenses et Crotoniatas habito duos iuvenes equis niveis vectos palliisque purpureis amictos opem tulisse Locrensibus; nuntium autem victoriae reportatae eodem die Graecis Olympia spectantibus rettulisse.

En, eadem series exemplorum τῶν θεῶν ἐπιφανέντων exstat apud Ciceronem, De Natura Deorum II, 2, 6 et III, 5; unde facile suspiceris Plutarchum Ciceronem esse secutum. Exstant vero discrepantiae. Nam quod Plutarchus addidit de Aenobarbo, omisit Cicero; de mira quoque fama spectatoribus iniecta nil habet Cicero, qui contra in scenam producit Vatinium. Legimus enim haec: „P. Vatinius, quum e praefectura Reatina Romam venienti noctu duo iuvenes cum equis albis dixissent regem Persen illo die captum, senatui nuntiavit." Plutarchus hac in re alium auctorem, puta Nasicam, secutus esse videtur. Quodsi rogatur unde habuerit episodium de Aenobarbo et heroum epiphaniam ad fontem Iuturnae — neutrum enim invenitur apud Ciceronem —, addidit fortasse illud e Suetonio, hoc e Dionysio. „Fortasse", nam non omnia apud utrumque auctorem sibi respondent. Vide modo quae Suetonius habet in vita Ner. c. 2: „auctorem cognominis habent L. Domitium, cui *rure* quondam revertenti iuvenes gemini augustiore forma ex occursu imperasse traduntur, nuntiaret senatui ac populo victoriam de qua incertum adhuc erat: atque in fidem maiestatis adeo permulsisse

malas ut e nigro rutilum aerique assimilem capillum redderen

Suspicamur hanc fabellam conflatam esse secundum narrat nem supra de Vatinio relatam, nam tam Domitio quam Vati Dioscuri obviam fiunt in itinere, utrique nuntium mands Historiam autem de barbae colore mutato e fabella popul addidit auctor; constat enim Aenobarbos fuisse iam ante te pus, quo pugna ad lacum Regillum commissa ab histor aetatis Augusti ornata sit mirifica illa Dioscurorum epiphan quam reperiebant in descriptione pugnae Graecorum ad flun Sagram commissae.

Dionysius libro sexto tradidit haec: „in eo proelio ferun Postumio et stipantibus eum militibus apparuisse duo equi statura et forma longe quam nostra natura fert praestantior primae lanuginis iuvenes praecedentes Romanum equitat hostemque comminus congredientem hastis ferientes funden fugantes. Sed et post fugam Latinorum, cum et castra ca erant et proelium finitum, Romae in foro sub vesperam sunt itidem duo adolescentes militari cultu, vultu adhuc n nente quam in pugna habuerant speciem, equis vecti sud madentibus. Qui cum de equis descendissent lavissentque eq e fonte, qui ad aedem Vestae profluens parvam sed profund facit lacunam, circumstantibus ac rogantibus ecquid ab exerc novi afferrent, exposuerunt pugnam et victoriam; deinde digr e foro nusquam comparuerunt, quamvis diligenter a praefe urbis quaererentur. Postero die cum rei publicae praesides dictatoris literis inter cetera eius proelii memorabilia de nu num quoque ἐπιφανήτει cognovissent, crediderunt *Castorum* fui imagines. Monumenta deorum apparentium in urbe exst multa: in foro templum Castorum publice constructum vicin que fons numinibus his sacer dictus et usque ad nostra temp creditus; sacrificium quoque splendidum, quod populus roma quotannis per proceres equestris ordinis viros Idibus Quintili peragit: qua die haec illi victoria contigit."

XIV.

Arcte igitur cum Dioscuris vel Castoribus coniungitur Iutu Intellegimus a Livio et a Cicerone praeteritam mentionem

turnae illius, cuius minime obliti erant Dionysius, Plutarchus, renovatam esse aetate imperatoria. Templum nymphae fuerat dedicatum a Lutatio Catulo in pugna apud Aegates insulas, anno igitur 241 a. C. n. Stabat in Campo Martio teste Schol. ad Verg. Aen. XII, 139: „[Iuturnae] primus Lutatius Catulus templum in campo Martis fecit (sic!), nam et Iuturnae ferias celebrant qui artificium aqua exercent, quem diem festum Iuturnalia dicunt. Varro rerum divinarum quarto decimo ait „Iuturna inter proprios deos nymphasque ponitur"."

Observandum est nulla Iuturnalia nominari in Kalendariis romanis; quo die ea acta esse perhibet Servius, celebrabantur *Carmentalia*; hic dies erat a. d. III Id. Ianuarias. Confirmant versus Ovidiani (F. I. 463 sq.):

Te quoque lux eadem, Turni soror, aede recepit,
hic ubi Virginea campus obitur aqua.

Catuli templum memoratur apud Cic. pro Cluent. 36, 101, ubi sermo fit de statuis aureis ad Iuturnae positis a Staieno. Mommsenius observavit (Eph. epigr. I, 36) in libris omnibus Cluentianae scriptum esse Diuturnam; item in Flori libro Palatino I, 28 legi „apud Diuturnae lacum". Nil autem, quod sciam, in Saeptis Campi Marti aliquem nexum inter Dioscuros et Diuturnam indicat; contra in Foro ad partem orientalem aedis Castoris nostra aetate repertus est Lacus Iuturnae cum fonte adhuc vivo; repertum puteal marmoreum cum inscriptione primi post C. n. saeculi: „M. Barbatius Pollio aed. cur. Iuturnai sacrum rest. [puteal]"; reperta quoque ara e saeculo secundo vel tertio p. C. n. ornata in fronte duabus imaginibus, quarum altera refert mulierem, altera hominem hasta et clipeo armatum. Mulier homini laevam porrigit. Neque longe a puteali abest aedicula satis parva (1.82 m.), quae imagini nymphae locum praebuisse videtur. In epistylio servatae sunt literae „Iuturnai sa.....".

Cuncta haec monumenta in foro reperta hac in re cum monumentis literariis conspirant, quod docere videntur aetate demum imperatoria arctius a magistratibus romanis coniunctos fuisse Dioscuros et Iuturnam (vel Diuturnam). Iam vidimus auctorem antiquissimum, qui haec numina inter se coniungebat, fuisse Dionysium.

Duobus igitur locis in Campo et in Foro Iuturna fontem

Romae habebat. Unde virgo Romam ducta sit mox patebit videtur autem a mythographis et poetis sub finem reipublicae vel initio imperii viventibus variis modis cum heroibus v numinibus romanis fuisse coniuncta. Difficile est, si spectam imagines arae in foro insculptas, non cogitare de Iuturna de Turno, sicut Vergilius eos iam coniunxerat. Sed tum etia „dea Daunia" vocari poterat Iuturna (XII, 785), fratrique o tulabatur aurigae formam induta contra *Aenean Indigetem!* (ibi 794). Neque obliviscendum puto hunc versum; nam fortas momenti alicuius esse videbitur memoria tenuisse, Aenean *Numicum* flumen cecidisse, deinde deum Indigetem factum, ποταμοῦ Νομικίου ῥεῦμα διέπει. Est et Iuturna dea „stagnis qu fluminibusque sonoris praesidet", est „nympha, decus fluviorum quae mox „obscenis volucribus territa glauco caput conte amictu multa gemens et se fluvio condit alto". Iuturna illa Ve giliana nympha erat lacus Latii non longe ab monte Albano sit vel potius audiamus Servium (XIII, 139) annotantem: „Iutur fons est in Italia saluberrimus iuxta *Numicum* fluvium, cui n men a iuvando est inditum. Hic omnibus saluberrimus fons est

Haud dubie Vergilius fabellam ἐπιχώριον secutus est, cu Iuturnam contra Aenean, i. e. fontem iuxta Numicum cum N mico deo pugnantem duxit in scenam.

Alios alii excogitarunt mythos. Sic apud Arnobium (3, 2 audit Iuturna Volturni filia, uxor Iani, Fonti mater: reve propior ab Dauniis sic habitabat nympha, quam Vergilius v cabat deam Dauniam. Non autem mirabitur numen Dauniu Latium incolens, siquis reputarit Turnum quoque, licet ab o gine esset Daunius, incoluisse Latium et Ardeam quidem urbe quam praeterfluit Numicus. Ecce, iterum Vergilius sive propr Marte sive alios secutus nomina mythologica e suis regionib alienas in terras traduxit, perinde atque Messapum, Camillan Halaesum. Nunc vero heroi Daunio Latium habitandum ded Causae huius transmigrationis possuntne indicari? Nam cu Wissowa apud Roscherum statuere duos fuisse Daunos, alteru Rutulum, alterum Apulum, minus placet.

Ni fallimur, indicia sunt servata satis perspicua. „Ardea", Plinius N. H. III, 9 „a Danaë Persei matre condita." Congr cum Plinio Servius (VII, 372): „Danaë, Acrisii regis (cf. Ve

VII, 410) Argivorum filia, postquam est a Iove vitiata, pater eam intra arcam inclusam praecipitavit in mare. Quae delata ad Italiam, inventa est a piscatore cum Perseo, quem illic enixa fuerat, et oblata regi, qui eam sibi fecit uxorem, cum qua etiam Ardeam condidit." Quis non persentit nomina Danaën et Danaum nimis fuisse similia, quam quibus mythologi fabularum conglutinandarum studiosissimi non uterentur ut Daunum Apulum facerent filium Danaes? *Turnum* quoque locum iuxta *Iuturnam* obtinuisse eandem ob causam non miramur; nominum assonantium amor primarias hic egit partes.

XV.

Augustus, qui imperium suum rebus sacris dudum obsoletis ex antiquissimis rei publicae temporibus in lucem protractis ornare et confirmare voluit, Dioscurorum imagines evanidas ab historicis, poetis, artificibus, novis coloribus renovandas curavit heroesque equitibus praefecit illustribus. Sic Iuturnam quoque maiorem ad honorem produxit monumentis in Foro nymphae sacris constitutis, dieque Iuturnalium publice celebrando (Ovid. F. I, 463), nomineque eius cum Carmentalibus iungendo (III Id. Ian.). Tunc quoque — si viros doctos audimus — novo nexu sunt coniuncti Dioscuri et Iuturna, sed unde haec coniunctio effingi potuerit, frustra quaerimus. Quapropter eo propensi sumus, ut credamus Dioscuros et Iuturnam iam antea fuisse coniunctos, non Romae quidem, sed certe in urbis vicinia. Supra enim vidimus Diuturnam fontis cuiusdam prope a flumine Numico scaturientis fuisse nympham; inveniebatur igitur in proxima vicinia urbis Ardeae cultu Dioscurorum notissimae (Serv. Aen. I, 44: „nam Ardeae in templo Castoris et Pollucis in laeva intrantibus post forem Capaneos pictus est" etc.). Addit Servius: „Iuturna .... cui nomen a iuvando est inditum. Cum enim naturaliter omnis aqua noxia sit extraneorum corporibus, hic omnibus saluberrimus fons est. De hoc autem fonte Romam ad omnia sacrificia aqua adferri consueverat."

Suo iure Iordanus observavit hanc etymologiam a verbo iuvandi satis debilem videri, formam enim Diuturnam tam in inscriptionibus quam in libris mss. inveniri; neque defuerunt, qui

aliunde auxilium petendum esse, puta a radice *div*, statuerint. Utut id est, id quidem constat Iuturnae nomen etiamsi a iuvando deducendum non sit, a Romanis certe derivatum fuisse, quod tam perspicuum fit scholio Serviano quam Lutati Catuli dedicatione post pugnam navalem ad Aegates insulas commissam facta. Nam hanc ob causam consul vota nymphae fecisse videtur, quod eam se *iuvaturam* esse speraret. Habebantur igitur tam Dioscuri quam Iuturna numina opitulantia non modo aegrotantibus sed etiam proeliantibus.

Iam Petersen (Röm. Mitteil. XV, 344) inter Dioscuros et fontes nexum quendam exstitisse coniecerat. Reperiebatur e. g. apud Therapnas fons Polydeucia appellatus. Certamen singulare quo Polydeuces cum Amyco de fonte decertasse ferebatur, quod certamen tam e Graecis quam e Latinis literis nobis innotuit, in Cista Ficoronia Praenesti detecta necnon in speculis etruscis ornandi causa ab artificibus erat expressum. Fortasse non supervacaneum erit observasse, ipsum Pollucem fuisse cuius nomen cum fontibus coniungi solebat. Artem autem medicinam uterque exercebat heros; puta, Phormio in pugna apud Sagram commissa vulneratus sanatus est a Dioscuris (F. H. G. IV, 149). Eodem loco in Muelleri Fragmentis legimus Byzanti aedem Dioscuris esse conditam atque dedicatam, quae λύσις τῶν παθῶν τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο.

Quaeritur autem documentum, quo probetur in Italia quoque vim medicam Dioscuris tributam esse; nam quae documenta afferuntur e Graecia, quidnam probant de Italia, licet a scriptoribus latinis, ab artificibus etruscis, Graecorum forte vestigia secutis, quamvis sedulo sint relata?

Ecce, bona fortuna servavit nobis documentum optatum, quo nullum fingi possit luculentius. Satira secunda Persius amicum Plotium Macrinum hortatur genio ut indulgeat, ab impiis votis abstineat, deos magnificis sacrificiis corrumpere nolit. Monet stultam esse hominum opinionem idcirco deos quoque donis capi posse, quod mortales donis corrumpi velint.

„Hinc enim orta est consuetudo statuas auro inducendi vel ex solido auro effingendi. Sunt etiam, qui, cum in somniis a deis responsa accipere videantur, hanc ob rem barbam simulacri inaurandam curent:

Hinc illud subiit, auro sacras quod ovato
Perducis facies. Nam fratres inter aënos
Somnia pituita qui purgatissima mittunt,
Praecipui sunto, sitque illis aurea barba.

Qui sunt fratres illi aëni? Estne hodie, qui neget generaliter deorum indicari simulacra ex aere confecta? Non credo. At fuerunt, qui Dioscuros intellegere mallent. Solebant enim hi heroes, non dico in Graecia vel in Asia minore, sed in ipsa Italia morborum remedia per insomnia indicare aegrotantibus in fano depositis; quam rem testatur scholium ad Pers. II, 56 (vid. Buecheler p. 20): „cum Romani pestilentia laborarent, Castor et Pollux in somniis populum monuerunt quibus remediis curarentur." Praecedunt haec verba: „alii autem fratres aënos Pollucem et Castorem (esse putant), qui fratres fuerunt et aliquando *nocte* Persen Macedoniae regem nuntiaverunt victum; in quorum templo somniorum interpretes haberi solent, qui puros a pituita visus hominum exponebant." Conferenda sunt, ut appareat non de nihilo scholiastam talia finxisse, quae servata sunt apud Ciceronem N. D. II, 2, 6: „P. enim Vatinius, ... cum e praefectura Reatina Romam venienti noctu duo invenes cum equis albis dixissent regem Persen illo die captum, senatui nuntiavit."

XVI.

Ludovicus Deubnerus ubi agit de incubatione christiana (De incubatione p. 79), optime ad scholium laudatum notavit: „Templum illud Dioscurorum Romanorum in foro situm esse notissimum. Atque maxime nobis videtur memorabile haud procul ab eo supra vetus Romuli sacrum iuxta basilicam Constantini temporibus posterioribus ecclesiam exstructam esse ss. Cosmae et Damiani, eorundem anargyrorum Romanorum, quos eodem modo atque Arabas per incubationem sanasse aegrotos ex Actorum locis apparet." Leguntur miracula Cosmae et Damiani Arabum apud Wangnereckium p. 302—542 e codice Vaticano edita. De Romanis sanctis apud Malal. 12 p. 304, 15 d. Bonn. invenies: „ἦσαν γὰρ ἰατροὶ τὴν ἐπιστήμην. Vivi etiam

curaverunt Carinum imperatorem: *εἰσηνέχθησαν οἱ ἅγιοι τῷ βα σιλεῖ ἐν νυκτὶ καὶ αὐτοὶ ἰάσαντο αὐτὸν διὰ τῆς ἰδίας προσευχῆς*"

Sed iam satis de sanctis romanis, quos Romae Dioscurorur locum occupasse vel inde statueris, quod Byzantii, ubi heroibus ut diximus, templum ad populi valetudini prospiciendum er dedicatum, hoc ipsum templum temporibus volventibus Cosm et Damiano sacrum est factum. Quamvis autem nomina posse sorum essent mutata, aegri ad aedem conveniebant ut ante neque minus ibi inveniebant medicinam. Quae res narratio satis lepida comprobatur.

Nam cum aeger quidam Graecus sed paganus amicorum m nitu in aede sanctorum esset depositus, noctu duas imagin vestimento albo circumire atque ceteros aegros adire videb Postquam autem se ab iis neglegi intellexit, magna voce Dio curorum nomine eos invocavit, recte se ita facere ratus, qu niam in templo antiquissimo cultu sibi noto iacere se scieb Sed iratae imagines ad vociferantem conversae: „noli putar dixerunt, „apud Castorem et Pollucem te venisse. Nos eni sumus Domini servi Cosmas et Damianus appellati" (Deub de incub. p. 77).

Qua de causa haec omnia? Ut probetur scholium Pers. II 5 haudquaquam nugas rettulisse; immo Dioscuros procul omn dubitatione Romae pro deis medicis fuisse habitos. Sed cu iam ante tempora imperatoria extra Romam cum nympha fon tis salutiferi eos coniunctos fuisse appareat, suspicio oritu heroes iam tum apud plebeculam pro numinibus medicis ess habitos eamque ob potestatem honoribus esse gavisos. Quaeritu igitur argumentum, quo haec suspicio ad probabilitatem perduc possit, vel certe hypothesi aliqua non absurda corroboretur Cui investigationi qui operam dat, non potest quin attenda ad exclamationes illas notissimas sed adhuc nondum explica tas, quibus mulieres quoque romanae in iureiurando u solebant: ecastor vel mecastor et edepol vel pol. Variis modi viri docti has interiectiones explicare conati sunt; primum rog verunt, qui fieri potuerit ut dei, quorum praesentia in vita re publicae raro persentiatur ab iis qui vel maxime in antiquitatibu romanis versentur, tantas partes agerent, ut eorum nomina exclamationes abirent. Deinde in medium protulerunt verba, qu

stant apud Gellium XI, 6 sub titulo „Quod mulieres Romae r Herculem non iuraverunt, neque viri per Castorem". Deni- e quaesiverunt, cur mulierculis praesertim exclamatio ecastor ibui soleret; unde forma vocis edepol, alia. Sed mittamus gare cum rogantibus; circumspiciamus an parvae hae reliquiae suetudinis haud dubie e re sacra ortae atque in ore popelli am tranquillam ducentis cum probabilitate aliqua coniungi sint tam cum iis, quae supra de Dioscuris exposuimus, quam m sententia Varroniana a Gellio nobis servata. Sed hac de re, quid videmus, inter nos convenire debet vocabulum edepol, et formam induerit satis mirabilem, cum nomine Pollucis haerere. Eo enim ducit tam species, quoniam iuxta voca- lum ecastor iustum occupat locum, quam testimonium Var- nis, qui in ipsis Romae plateis linguam popularem interrogare tuit. Quare quae de coniunctione vocabuli pol = πολύ cum teriectione ede = ec sunt prolata mittenda putamus. Nam, multa doctrina abutamur, sensu cassa talis coniunctio vide- r; quo gravius impedimentum exstare nequit.

Fuerunt olim qui aedepol scriberent, quasi per aedem Pol- cis significasset. Huic autem rei obstat argumentum gravissi- um, quo res conficitur: Dioscurorum aedem per totam rem- blicam nuncupatam fuisse aedem Castoris. Qua de re supra m fusius egimus. Aedem Pollucis nullus novit Romanus.

Legimus apud Charisium (II p. 178 P): „per Iovem vel fidem ilumve Iovis Herculem, quae iuratio propria virorum est, ut minarum edepol, ecastor, eiuno. Denique Titinius in Setina olliculum adulescentulum effeminate loquentem cum reprehen- re magis (scr. magister) vellet:

An quía pol edepol fábulare.

Apparet „pol edepol" esse tautologiam. Quid si illud „ede" natum sit ex interiectione, quam laudat Charisius l. c. hisce rbis: „*edi*" Titinius in Barbato: „id necessest?" respondetur di"""? Valet nimirum edius, cf. „medius fidius."

Utut id est, spectat illud edepol ad Pollucem, vixit in gua, qua utitur fabula togata, cotidiana. Non igitur mira- ur extra comicorum opera parvam huius dei fieri mentionem. ntur hac exclamatione tam viri quam mulieres; quinimo brich (De diis Plautinis Terentianisque p. 127) arte statistica

computavit apud Plautum saepius viros quam mulieres voculis pol et edepol esse usos. Attamen, licet ita sit, licet e fabulis comicorum loci permulti collegi possint, ubi virorum in ore reperias pol, vel potius edepol, magni tamen momenti ducimus fragmentum Titinianum, ubi molliculus adulescens vituperatur ob effeminatum illud „pol edepol". Statuendum igitur est volventibus temporibus iusiurandum mulieribus proprium viros quoque usurpasse. Quae nostra opinio corroboratur verbis Gellianis: „nusquam igitur scriptum invenire est apud idoneos quidem scriptores aut mehercle feminam dicere, aut mecastor virum. Edepol autem, quod iusiurandum *per Pollucem* est, et viro et feminae commune est. Sed M. Varro asseverat antiquissimos viros neque per Castorem neque per Pollucem deiurare solitos, sed id iusiurandum fuisse tantum feminarum ex Initiis Eleusiniis acceptum; paulatim tamen, inscitia antiquitatis, viros dicere edepol coepisse factumque esse ita dicendi morem: sed mecastor a viro dici, in nullo vetere scripto inveniri."

Egregia, credo, observatio, praeter explicationem quae temptatur. Respicit, ut nemo non videt, Varro ad formulam Atheniensibus feminis usitatam *μὰ τὼ θεώ*, qua significabant Cererem et Proserpinam. Inde illa Eleusiniorum mentio. Deductumne igitur usum esse *e Graecia* putabat Varro? Crediditne vir doctissimus solas mulieres adhibitas esse ad sacra Eleusinia; commisitne gravem errorem ut *τὼ θεώ* in formula Atticarum pro Dioscuris habuerit? Non credo. Haud dubie Gellius, breviorem in formam cum redigeret notam Varroniam, obscuravit sententiam. Sic enim Varronem ratiocinatum esse mihi fingo: „Sacris Eleusiniis debebatur quod Atticae mulieres iurantes advocabant Cererem et Proserpinam iuratione *μὰ τὼ θεώ*. Per se conspicuum est viros deierantes numina feminina non invocasse, sed mulieribus deas vitae muliebri prospicientes adorandas atque iurandas reliquisse. Sic nostrae mulieres italicae iurare solent per numina antiquissima, quae utpote artem medicinam callentia, fontibus salutiferis praesidentia, arctissime cum Iuturna coniuncta, prae ceteris omnibus cara esse debebant puerperis et gravidis. Nolite autem mirari nobis *τὼ θεώ* esse *deos*, nam eadem formula Boeoti invocabant *τοὺς Διοσκούρους βοιωτίους* Am-

phionem et Zethum, Spartani ipsos Dioscuros Castorem et Pollucem" [1]).

Quod si Varro tali modo explicavit, equidem non habeo quo eum vituperem. Restat ut paucis verbis demonstremus in Graecia quoque Dioscuros minime feminarum caruisse cultu.

C. I. G. 5432 (vel Kaibel I. G. S. I. 205) exstat inscriptio, qua docemur Theo ..... quendam Acris in urbe Siciliae Dionysi in templo constituisse tres statuas: Καλλιγενίαν, Κάστ[ορα, Πολυδεύκη].

Quanti sit haec coniunctio nominum *Calligeniae* et *Dioscurorum* nemo non persentit. Accedit quod in Laconica cultui Dioscurorum praeerat sacerdos femina (Deneken Theoxeniis p. 7): τὸ δ' ἀγωνοθέτις τῶν σεμνοτάτων Διοσκουρείων (C. I. G. 1444; est inscriptio aetatis romanae). Tabula quoque votiva Larisae reperta, cui insculpti sunt Dioscuri, dedicata est a muliere (Δανᾶ Ἀτ(Φ?)θονειτεία Conze Vorl. Bl. IV T. 9, 2). Quanti denique fuerint Castur et Pultuke in Etruria satis demonstrant specula etrusca, de quibus optime egit Dennis (Etruria p. I, LVIII). Sed ut lingua doctiorum ad leges graecas derasa atque polita apud Romanos quasi crusta glaciali supertexit popularem sermonem viventem et vivacem, sic delituerunt multae notiones ipsius popelli ad res sacras pertinentes sub mythologia illa doctiorum congelata, rigida, decolorata, quam literae infeliciter fabellis numinum italicorum praetulerunt. Ne Ovidi quidem ingenium imagines exsangues, marcidas, quas doctrina Varroniana e priscis monumentis elicuerat, novam ad vitam evocare potuit; libros Fastorum taedii plenus ad finem non perduxit. An potius dicendum noluisse poetam in se recipere opus multi laboris, sedulae diligentiae, patientiae? Haud dubie facilius fuit poetae lepidissimo, artis suae peritissimo, de Olympiis ioculariter canere, quam quaecumque adhuc in mente rusticorum e patrum religione viverent et valerent colligere, con-

---

1) Aliam viam iniit v. cl. Speyer in Albo Gratulatorio Bootio nostrati oblato (1901), perhibens „edepol" significare „per Apollinem". Equidem hac in re Varronem iam Speyerum sequi malim, tam ob totam sententiam nostram supra de Dioscurorum natura expositam quam quod vix a me impetrare possum, ut edepol ab ecastor cernam.

iungere, pie tractare. Concedimus enim priscam doctrinam a Varrone e libris corrasam haud multi fuisse pretii, licet reliquiae illae maiore cum cura exponi, largius et fusius tractari, quam fecerit Fastorum poeta, potuerint a viro harum rerum studioso et, ut ita dicamus, animo praedito Vergiliano. Sed multa Ovidi aetate etiam extra libros in ipsis agris, montibus, litore, superstitia fuisse, quae ad priscam religionem illustrandam scripto mandata non esse valde dolemus, id nullum effugere potest, qui observarit linguae popularis tenacitatem et vivacitatem, affluentem dicteriis et proverbiis aliunde ignotis, qualem eam depinxit Petronius. Quinimo in festiva Cenae descriptione invenimus indigitamenta, qualia sunt cerdo, felicio, lucrio, occupo; nomina hic tantum obvia. Quid vero magis e mente romana fuit quam fingere indigitamenta? Nondum igitur intermortua erat religio antiqua, sed iacebant tunc temporis illa omnia apud doctiores. Hinc incerti haeremus simulac de antiquissimis placitis romanis opinio est proferenda. Nunc quoque, etsi valde propensi sumus ad credendum Dioscuros graecos maiorem quam vulgo creditur occupasse locum in mente mulierum romanarum, quinimo haec numina aliunde invecta *ingenuorum* numinum obtinuisse locum, — nam omnibus gentibus, quae vocantur indo-germanicae, par simile deorum propitiorum est commune, — tamen pro paucitate argumentorum documentis probatorum sententiam nostram quamvis probabilem mathematice defendere non possumus. Quamquam, si quis in nostris studiis poscat demonstrationem mathematicam, tantopere careat sensu illo, sine quo literae exstare et vivere nequeunt, ut ne ipsa quidem ars illa, quam severus invocet, talem hominem vincere valeat.

AD PORPHYROGENITI EXCERPTA DE SENTENTIIS EX POLYBIO ED. U. PH. BOISSEVAIN.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Pag. 154, 25. Ὅτι Τίμαιός φησιν ἐν τῇ τριακοστῇ καὶ τετάρτῃ βίβλῳ· „πεντήκοντα συνεχῶς ἔτη διατρίψας Ἀθήνησι ξενιτεύων ἁπάσης ὁμολογουμένως ἄπειρος ἐγένετο πολεμικῆς χρείας, ἔτι δὲ καὶ τῆς τῶν τόπων θέας."

Parum credibile est Timaeum haec omnia de se ipso scripsisse, quod etiam vetant additum ὁμολογουμένως et ἐγένετο dictum pro ἡγούμην. Procul dubio dederat Polybius:

Ὅτι Τίμαιος ⟨, ὅς⟩ φησιν ἐν τῇ τριακοστῇ καὶ τετάρτῃ βίβλῳ πεντήκοντα συνεχῶς ἔτη διατρῖψαι Ἀθήνησι ξενιτεύων, ὁμολογουμένως ἄπειρος ἐγένετο πολεμικῆς χρείας, ἔτι δὲ καὶ τῆς τῶν τόπων θέας.

Pag. 160, 5. περιζώματα Φοροῦσιν, ἵνα μηδ' ὅταν ἀποθάνωσιν ἐν ταῖς μάχαις Φανεροὶ γένωνται τοῖς ὑπεναντίοις.

Verba necessaria ἄνδρες ὄντες, quae Cobet addidit post ὑπεναντίοις, facilius propter ductuum similitudinem a librario neglegi potuerunt posita ante Φανεροί.

Pag. 161, 17. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Τιμαίῳ συμβέβηκε περὶ τὴν ἱστορίαν καὶ τοῖς τούτου ζηλωταῖς· παραδοξολόγος γὰρ ὢν καὶ Φιλόνεικος (l. -νικος) περὶ τὸ προτεθὲν τοὺς μὲν πολλοὺς καταπέπληκται ἀλόγως, ἠνάγκακε δ' αὐτῷ ⟨προσέχειν Hultsch⟩ διὰ τὴν πρόΦασιν τῆς ἀληθινολογίας, τινὰς δὲ καὶ προσκέκληται καὶ μετ' ἀποδείξεως δοκεῖ πείσειν (πείθειν Geel).

Non intellego quid hic sibi velit προσκέκληται, nulla enim ex tribus verbi προσκαλεῖσθαι significationibus aptam praebet sententiam. Dubitabundus tento προσκλήσεσι, *afferendis testimoniis.*

Pag. 168, 10. ἤρξατο λέγειν ὡς ἐβούλετο μὲν ἂν μήτε Καρχηδονίους ἐπιθυμῆσαι μηδέποτε μηδενὸς τῶν ἐκτὸς τῆς Ἰταλίας μήτε Καρχηδονίους τῶν τῆς Λιβύης.

Si recte Ursinus haesit in vocula ἐκτός non repetita, conicere debuit τῶν ⟨ἐκτὸς⟩ τῆς Λιβύης, non τῶν ἐκτὸς Λιβύης.

Pag. 178, 13. πλὴν ὅ γε Πτολεμαῖος δήσας τοὺς ἀνθρώπους γυμνοὺς ταῖς ἁμάξαις εἵλκε καὶ μετὰ ταῦτα τιμωρησάμενος ἀπέκτεινεν.

Captivi semper *ligabantur*, sed Ptolemaeus eos curribus *alligari* iussit, itaque corrigendum προσδήσας. Passim praepositionis πρὸς notum signum a librariis neglectum esse quis nescit?

Pag. 180, 5. εὑηρέστησεν pro εὐαρέστησεν eclogario, non ipsi Polybio tribuendum videtur.

Pag. 187, 16. Ὅτι δοκοῦσι πολλοὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐπιθυμεῖν τῶν καλῶν, ὀλίγοι δὲ τολμᾶν ἐγχειρεῖν αὐτοῖς· σπάνιοι δὲ τῶν ἐγχειρησάντων ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν ⟨καὶ add. Boissevain⟩ τὰ πρὸς τὸ καθῆκον ἐν ἑκάστοις ποιεῖν.

Miror neminem haesisse in genetivo τῶν ἐγχειρησάντων pro nominativo usurpato. Procul dubio Polybius dederat σπάνις δὲ (sc. ἐστι) τῶν ἐγχειρησάντων.

Pag. 188, 17. ἐπειδὴ δὲ διὰ τῶν μετὰ ταῦτα πράξεων ἡ φύσις ὑπὲρ αὐτῆς ἀπελογήθη.

Desideratur in adnotatione critica animadversio requiri αὑτῆς. Sed fortasse in textu spiritus lenis est vitium typographicum.

Pag. 189, 4. Ὑπὲρ ὧν ἔγωγε διηπόρηκα τί δεῖ ποιεῖν· τό τε γὰρ γράφειν κατὰ μέρος ὑπὲρ τοιούτων ἀκριβολογούμενον ἃ δι' ἀπορρήτων πρὸς αὐτοὺς οἱ βασιλεῖς ἔπραττον εὐεπίληπτον ἐφαίνετό μοι καὶ τελέως ἐπισφαλές.

Quo sensu Naber hic coniecerit εὐπερίληπτον prorsus me latet, quoniam eiusmodi ἀκριβολογία magnum operis ambitum, itaque ipsum contrarium postulasset. Sed εὐεπίληπτον (cf. ἐπίληπτος et ἐπιλήψιμος et ἐπιλαμβάνεσθαι) dicitur *quod facile ansam dat vituperio*, sensu aptissimo, cui congruunt ipsa sequentia καὶ τελέως ἐπισφαλές, confirmantibus iis quae opponuntur vs. 9 sq. Addatur igitur vox lexicis.

Ibidem 28. ταῦτα δὲ συλλογισάμενος. Malim δή.

Pag. 191, 29. διὰ πάσης κακίας ὡσανεὶ παττάλειόν ἐστιν. Perperam Dindorf postulabat πατταλεῖον, nam procul dubio vera forma est παττάλιον, deminutiva, ducta a voce πάτταλος, ut recte scriptum est πασσάλιον apud Pollucem IX 120, et alibi eodem sensu πασσαλίσκος. Recte igitur eclogarius in vocabulo corrupto per itacismum verum servavit accentum.

Pag. 193, 13. διόπερ οὐ χρὴ καταγινώσκειν ὡς ἡμῶν ἐπισυρόντων τὰς πράξεις.

Transponendum καταγινώσκειν ἡμῶν ὡς κτἑ.

Pag. 197, 8. Καὶ τὴν μὲν Λῆμνον καὶ τὴν Δῆλον κατὰ τὴν παροιμίαν τὸν λύκον τῶν ὤτων ἔλαβον· πολλὰ γὰρ ὑπέμειναν δυσχερήματα συμπλεκόμενοι τοῖς Δηλίοις.

Iure expectamus: τοῖς ⟨Λημνίοις καὶ τοῖς⟩ Δηλίοις. Quae inserui propter literarum similitudinem videntur excidisse.

Videant alii num recte habeat initio vocula καὶ an corrigendum sit κατὰ.

Pag. 201, 19. Ἴσως δέ τινες ἐπιζητοῦσι πῶς ἡμεῖς οὐκ ἐν ἀγωνίσματι κεχρήμεθα προφερόμενοι τοὺς κατὰ μέρος λόγους, τοιαύτης ὑποθέσεως ἐπειλημμένοι καὶ τηλικαύτης πράξεως.

Quoniam sana esse videntur verba ἐν ἀγωνίσματι προφερόμενοι τοὺς κατὰ μέρος λόγους, solum verbum κεχρήμεθα corruptum esse arbitror, idque ex εὑρήμεθα, *comperti sumus*. Coniecturarum, quae referuntur in adnotatione critica, mihi quidem nulla satisfacit.

Pag. 205, 14. διότι καλῶς ποιήσουσι Πολύβιον τὸν Μεγαλοπολίτην ἐκπέμψοντες. Dindorf coniecit ἐκπέμψαντες. Malim ἐκπέμποντες.

Pag. 221, 1. Διὸ καὶ δικαίως ἂν εἴποι τις τὸ περιφερόμενον οὐ θύρᾳ, τὸ δὴ λεγόμενον, ἀλλ' ἀμφόδῳ διέψευσται. Ipsum Polybium duabus formulis aequivalentibus tam exiguo intervallo seiunctis uti potuisse quis credat?

AD STATII THEBAIDEM.

XI. 278. hos ignis egentis
fert humus, hos pelago patrius iam detulit amnis,
hi quaerunt artus, illi anxia vulnera curant.

Codex optimus *anxia*, ceteri *ardua* praebent. Muellerus *ari* coniecit. At nota *hos — hos — hi — illi* et mecum corrige:

hi quaerunt artus et hiantia vulnera curant,

cl. Ach. II. 161: quid faciat somnos, quid hiantia vulne claudat, et Theb. XII 340: ei mihi, sed quanto descendit v nus hiatu! Vitium inde natum est, quod litterae priores vo buli *hiantia* non bene cum sequentibus iunctae fuerunt.

XII. 352. Antigonae vix successit ut ex urbe egrederetur iusta fratri persolvenda,

illam nam tempore in omni
attendunt vigiles et rex iubet ipse teneri,
contractaeque vices et crebrior excubat ignis.

Ita editores cum codd. dett. scribere solent — codd. ceteri hibent *timeri*. Scribendum est:

illam nam tempore in omni
attendunt vigiles et rex iubet ipse tueri.

XII. 396. Argia, uxor Polynicis, Antigonae narrat q Argis exsul ille egerit,

non hic amissos, quamquam vagus exsul, honores,
non gentile solum, carae non pectora matris,
te cupiit unam noctesque diesque locutus
Antigonen.

Ain tu, scriba? At ego Polynicem Statianum melius novi qu qui Argiam tales nugas de eo vendidisse crederem. Cor quaeso: crepuit.

P. H. D

DE PYXIDE CAELIANA.

SCRIPSIT

J. VAN WAGENINGEN.

in Caeliana tradit accusatores Marco Caelio et alia
et quod Clodiam veneno interimere conatus esset.
enim Caelium P. Licinio, familiari suo, venenum de-
lum autem cum Clodiae servis constituisse, ut ad bal-
nias venirent, quo et ipse venturus esset ad veneni
tradendam. Servos tamen rem ad dominam detulisse
amicos quosdam in balneis illis delitescere iussisse, ut
ı, cum servis pyxidem traderet, comprehenderent. Sed
odam factum esse, ut amici in insidiis collocati ante
prosilirent Liciniusque, antequam venenum servis tra-
aufugere posset [1]).
ıam Cicero hanc accusationis partem refutare studuit
ɔm in risum vertens, et fideles illos servos manumissos
lodia commemoravit, postremo haec addit (§ 69):
etiam miramur, si illam commenticiam pyxidem ob-
na *sit fabula consecuta?* Nihil est quod in eiusmodi
n non cadere videatur. Audita et percelebrata sermonibus
Percipitis animis, iudices, iamdudum, quid velim vel
ıuid nolim dicere. Quod etiamsi est *factum* [2]), certe a
ıon est (quid enim attinebat?), sed [3]) enim ab aliquo

---

p. Cael. §§ 61—66.
factum Franckenus: *facete dictum*, Baehrensius: *iactum*.
egit Baehr., codd. *est*, Franck.: *et*.

adulescente fortasse [1]) non tam insulso quam non verecundo Sin autem est *fictum* [2]), non illud quidem modestum, sed tamen est non infacetum mendacium; quod profecto numquam hominum sermo atque opinio comprobasset, nisi omnia, quae cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare apte viderentur."

Priusquam locum coniecturis temptamus, iam videamus, num qua sententia ex verbis obscuris elici possit. Primum constare mihi videtur sermonem esse de aliquo *facto* ridiculo, quod Cicero accidisse narrat, posteaquam Clodia eiusque amici rumores de veneni pyxide a Licinio porrecta, non tradita tota urbe dissipassent („commenticia pyxis"). *Facti* illius auctor, inquit Cicero, non erat Caelius, sed adulescens quidam non tam insulsus quam non verecundus. Sed etiam fieri potest — ita orator pergit — ut *fictum* sit (quid fictum sit, non addit, nam consulto loquitur tecte), h. e. ut nemo quidquam *commiserit*. Si ita res se habet, mendacium saltem facetum est et façile ab hominibus probatum, vulgo fidem fecit, nam quidquid cum turpitudine dicitur, omnis „fabula obscenissima", in Clodiam cadere videtur. Iam rogamus, quid sit illud *factum* ridiculum, quod aut revera accidit, aut *fictum* est, sed sane lepide fictum.

Fortasse Ciceronis verbis Quintilianus, Inst. Or. VI 3, 25, lucem afferre potest, dummodo totum hunc locum, non tantum partem, cum illis comparemus. Agit Quintilianus de „ridiculis", *περὶ γελοίου*, duo eorum genera distinguens: „item ridicula aut *facimus* aut dicimus. *Facto* risus conciliatur interim admixta gravitate: ut M. Caelius praetor, cum sellam eius curulem consul Isauricus fregisset [3]), alteram posuit loris intentam; dicebatur autem consul a patre flagris aliquando caesus; interim *sine respectu pudoris, ut in illa pyxide Caeliana, quod neque oratori neque ulli viro gravi conveniat.*"

Cur Franckenus putaverit Quintilianum ad aliam rem respexisse atque Ciceronem, non assequor [4]). Num duae pyxid

---

1) *adulescente fortasse* (hoc ordine) Σ Franck., rell.: *fortasse adulescente*.
2) Franck.: *sin autem totum est fictum*.
3) Cassius Dio 42, 23 § 3.
4) Mnem. N. S. 8, p. 229.

Caelianae diversis temporibus fuerunt? An veri simile est, cum modo mentio facta esset M. Caelii praetoris (a° 48) P. Servilium Isauricum consulem ludificantis, in proximis vocabulis („in illa pyxide Caeliana") alium quendam Caelium significatum esse? Minime, opinor, sed verba Ciceronis et Quintiliani ad idem „ridiculum" spectare mihi persuasum est. Si hoc mihi conceditur, ab utroque etiam idem *factum* (non dictum) designatum est, quod Cicero ipsum Caelium perpetrasse negat, Quintilianus autem, si quid video, Caelio imputat et viro gravi indignum ducit.

Quid igitur ridiculi *factum* est, postquam rumores illius veneficii tota Roma percrebruerunt, vel potius quid ioci latet in Quintiliani verbis („ut in illa pyxide Caeliana")? Divinare possumus, inquit Franckenus, Clodiae inimicos, illudentes eam, narrasse pyxidem „poculum amatorium sive abortivum continuisse". At si ita divinamus, nullum *factum* ridiculum in illa narratiuncula inest, quale fuit in sella curuli loris intenta, sed nihil aliud est nisi rumor salsus. Neque intellego, si Franckeni ratione aenigma solvere conamur, quomodo in Quintiliani verbis „pyxis Caeliana" iocus ullus abditus sit.

Itaque rem sic mihi propono esse factam: adulescens aliqui, sive hic fuit Caelius ipse sive alius quis, simulatque fama veneni urbem pervagata est, reapse ad Clodiam *misit* pyxidem, scheda addita, in qua erat scripta, ut suspicor: *pyxis Coeliaca*, una littera (*n*) mutata (facile enim iam tum *Caelius* in *Coelius* [1]) abiit).

Κοιλιακός autem sive *coeliacus* a Catone (de agr. 125) dolor ventris dicitur, *coeliaca* medicina est ad dolores ventris leniendos apta [2]), *coeliacae* a Varrone (r. r. III 16, 22) apes vocantur ex ventre laborantes, *coeliaci* saepius a Plinio [3]) una cum dysentericis commemorantur. Ergo si quis in Caelianum nomen iocans ad Clodiam pyxidem Coeliacam mittebat, non ambiguum erat, quam ad rem Clodiae tali medicamento posse opus esse

1) Cf.: Κοίλιος (apud scriptores Graecos), *coelum, moestus, coelebs, proelium*; Lindsay L L p. 44; Schuchardt Vok. II p. 288, sqq.

2) Plin. n. h. XX § 201.

3) Plin. n. h. XX §§ 148, 202; XXIII § 14; XXVIII § 207; XXX § 58.

arbitraretur. Hoc igitur, nisi fallor, est *factum* illud ridiculum, quod etiamsi non factum, sed fictum esset, tamen mendacium non infacetum futurum fuisse Cicero dicit. Manebat tamen res obscena et, sicut Quintilianus dicit, oratori et viro gravi parum conveniens [1]).

1) Romanos id genus iocos summo studio consectatos esse satis notum est ex Ciceronis epistulis aliisque scriptis, sed maxime mihi apparere videtur ex loco, qui proxime ad hunc accedit, Orat. § 154: „Quid, illud non olet unde sit, quod dicitur cum illis, cum autem nobis non dicitur, sed nobiscum? quia si ita diceretur, *obscenius* concurrerent litterae (cunno bis), ut etiam modo, nisi autem interposuissem, concurrissent." Cf. etiam Cic. ad fam. IX 22, 2: „hanc culpam maiorem an illam dicam (landicam)?"

PLUTARCHUS.

De Stoic. Rep. 1048 E. Docent Stoici non a Diis meliores fieri homines (sed *αὐθαίρετον εἶναι τὸ καλόν*). Respondet Plutarchus ét alia ét hoc: „ergo nihil eorum quae Dii dant hominibus ullius est pretii; nam id demum bonum est quo quis recte utitur; et hoc certe non est eius qui nullos fecerit profectus." In eiusmodi quaestionibus constare debet inter disputantes quid illud sit „meliorem fieri", quo sensu ea verba sint accipienda. Adiicit ergo haec, quae nunc quidem corrupta circumferuntur sed nullo negotio in integrum possunt restitui: *τὸ δὲ τοὺς ἄλλως γενομένους ἀγαθοὺς κρίνειν κατ' ἀρετὴν ἢ ἰσχὺν οὐδέν ἐστι.*

Multa hic critici moliuntur: post *ἀγαθούς* enim deesse quaedam statuunt eamque lacunam alius alio modo supplet. Lenissima transpositione lege: *τὸ δὲ τοὺς γενομένους ἀγαθοὺς ἄλλως κρίνειν ἢ κατ' ἀρετὴν (καὶ) ἰσχὺν οὐδέν ἐστι.*

Certam esse hanc emendationem apparet ex iis quae continuo sequuntur: *καὶ γὰρ τοὺς θεοὺς οἱ ἀγαθοὶ κρίνουσι κατ' ἀρετὴν καὶ ἰσχύν.* „Meliorem fieri, hoc est: virtutem viresque acquirere; qui alia dicit nihil dicit, ineptit, nugatur."

J. J. H.

THUCYDIDEA.

SCRIPSIT

I. C. VOLLGRAFF.

(*Continuantur e T. XXXIV p.* 429).

THUCYDIDIS HISTORIAE. Recensuit CAROLUS HUDE HAUNIENSIS. Lipsiae 1901.

De postrema narrationis parte, quam scriptor usque ad finem belli exsequi constituerat (cf. V. 26) quaeque prae libris superioribus manca quodammodo atque incohata videtur, verissime sic iudicat Marcellinus § 44:

„*Θουκυδίδου μὲν εἶναι δοκεῖ, ἄλλως δ' ἀκαλλώπιστος, δι' ἐκτύπων γεγραμμένη, καὶ πολλῶν πλήρης ἐν κεφαλαίῳ πραγμάτων καλλωπισθῆναι καὶ λαβεῖν ἔκτασιν δυναμένων. ἔνθεν καὶ λέγομεν ὡς ἀσθενέστερον πέφρασται καὶ ὀλίγον* (an forte *ὀλιγωρότερον*?), *καίτι ἀρρωστῶν αὐτὴν Φαίνεται συντεθεικώς.*"

Quapropter religiose cavendum est ne quae ipse Thucydides immatura morte abreptus rudia ac minus emendata reliquerit, nos recentiores philologi politius limare et corrigere conemur. Quamquam in libro octavo, ut in ceteris omnibus, codices nonnulla tam mendose et praepostere scripta exhibent ut mihi quidem nostrum non librarios ita peccavisse prorsus incredibile sit.

VIII c. 1 § 2 s. f.

Athenienses acerbo cladis Siciliensis nuntio graviter affecti in omnium rerum amissione et desperatione recuperandi pessima quaeque reformidabant: Syracusanos victores confestim adversus

se in Piraeum venturos et simul Peloponnesios *τότε δὴ καὶ ὡ πλασίως πάντα παρεσκευασμένους κατὰ κράτος ἤδη καὶ ἐκ γῆ καὶ ἐκ θαλάσσης ἐπικείσεσθαι, καὶ τοὺς ξυμμάχους σφῶν με αὐτῶν [ἀποστάντας]*.

Participium *ἀποστάντας*, quo sine ullo sententiae detriment carere possumus, a sedulo lectore adscriptum esse suspico Ipso loco ubi occurrit arguitur additamentum. Bonus script de perspicuitate sollicitus, ne quis contra sententiam iunger *μετ' αὐτῶν ἀποστάντας*, certe dare praetulisset: *καὶ μετ' αὐτ τοὺς ξυμμάχους*. Insolitum vv. ordinem sic defendere conatu Classenius:

„*μετ' αὐτῶν* näml. *ἐπικείσεσθαι, dem ἀποστάντας der Zeit* nac *voraufgeht, aber des Nachdrucks wegen am Schlusse steht.*"

At iusta emphasis manifesto cadit in *τοὺς ξυμμάχους*.

VIII c. 5 § 3 med.

ὁ γὰρ Ἄγις, ὅσον χρόνον ἦν περὶ Δεκέλειαν ἔχων τὴν μεθ' ἑαυ τοῦ δύναμιν, κύριος ἦν καὶ ἀποστέλλειν εἴ ποί τινα ἐβούλετ στρατιὰν καὶ ξυναγείρειν καὶ χρήματα πράσσειν.

En lepidum *ὕστερον πρότερον*: *mittere copias et contrahere!*

Transpone sis: *κύριος ἦν καὶ ἀποστέλλειν εἴ ποί τινα* (legatun puta vel harmosten: Alcamenem (c. 5 § 2); Thermonem (c. 1 § 3)) *ἐβούλετο, καὶ στρατιὰν ξυναγείρειν καὶ χρήματα πρά σειν* [1]).

VIII c. 6 § 1 s. f.

..... καὶ αὐτός, εἰ δύναιτο, ὅπερ καὶ Τισσαφέρνης προὐθυμεῖτο τάς τ' ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἀρχῇ πόλεις ἀποστήσειε τῶν Ἀθηναίων [δι τοὺς Φόρους] κτέ.

Lectori non omnino oblivioso eorum quae in fine capiti proxime praecedentis scripserat noster [2]), repetita haec tributorur

1) „Having a force permanently at his disposal, with full liberty of milita action, the Spartan king at Dekeleia was more influential even than the authorit at home." (Grote, Hist. of Gr. VII p. 365)

2) *ὑπὸ βασιλέως γὰρ νεωστὶ ἐτύγχανε πεπραγμένος* (ὁ Τισσαφέρνης) *τοὺς τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς φόρους, οὓς δι' Ἀθηναίους ἀπὸ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων δυνάμενος πράσσεσθαι ἐπωφείλησε· τούς τε οὖν φόρους μᾶλλον ἐνόμιζε κομιεῖσ κακώσας τοὺς Ἀθηναίους.*

ommemoratio plane inutilis est. Adde quod διὰ τοὺς Φόρους, si praegressa consideras, post vv. ὅπερ καὶ Τισσαφέρνης προὐθυμεῖτο dictum suo certe loco positum fuisset: nunc alienus quoque locus fraudis indicio est.

In continuo sequentibus: πρασσόντων δὲ ταῦτα χωρὶς ἑκατέρων, τῶν τε ἀπὸ τοῦ Φαρναβάζου καὶ [τῶν] ἀπὸ τοῦ Τισσαφέρνους, cum unum dumtaxat legatum Tissaphernes misisset (cf. I. 5 § 4), v. d. van der Mey recte censet alterum articulum esse delendum.

VIII c. 8 § 2 med.

καὶ ἔδοξε πρῶτον ἐς Χίον αὐτοῖς πλεῖν ἄρχοντα ἔχοντας Χαλκιδέα [ἐν τῇ Λακωνικῇ τὰς πέντε ναῦς παρεσκεύαζεν] κτἑ.

Verba inclusa satis neglegenter desumta sunt e cap. 6 § 5 atque a homine qui animum ad ea quae legebat parum intendebat habebat. Nam ne certum quidem est ipsum Chalcideum quinque illas naves instruxisse. Scilicet hoc tantum dixerat Thucydides: „Lacedaemonii terrae motu perculsi (σεισμοῦ γενομένου) in Chium ἀντὶ τοῦ Μελαγχρίδα — noli cum Hudio scribere Μελαγχρίδου — Χαλκιδέα ἔπεμπον, cumque primo decem triremes ornare cogitavissent, hoc numero iam ad dimidium revocato, ἀντὶ τῶν δέκα νεῶν πέντε παρεσκευάζοντο ἐν τῇ Λακωνικῇ."

Ibidem § 3.

..... διαφέρειν δὲ τὸν ἰσθμὸν τὰς ἡμισείας τῶν νεῶν πρῶτον (ἔδοξε τοῖς ξυμμάχοις) καὶ εὐθὺς ταύταις [a]) ἀποπλεῖν, ὅπως [μὴ] οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς ἀφορμωμένας τὸν νοῦν μᾶλλον ἔχωσιν [ἢ τὰς ὕστερον ἐπιδιαφερομένας]. καὶ γὰρ τὸν πλοῦν ταύτῃ ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐποιοῦντο, καταφρονήσαντες ⟨τὴν⟩ [b]) τῶν Ἀθηναίων ἀδυνασίαν κτἑ.

a) Ταύταις cit. Cobetus: ταύτας codd. b) cf. VII 8. 2: κατὰ τὴν τοῦ λέγειν ἀδυνασίαν codd. BH.

Verisimile est vv. ἢ τὰς ὕστερον ἐπιδιαφερομένας non ab ipso scriptore profecta esse. Cf. Herwerdenum in calce editionis, qui comparat VII 19 extr. ubi strategema plane contrarium narratur: οἱ δὲ πέντε καὶ εἴκοσι νῆες τῶν Κορινθίων αἱ τοῦ χειμῶνος πληθεῖσαι ἀνθώρμουν ταῖς ἐν τῇ Ναυπάκτῳ εἴκοσιν Ἀττικαῖς, ἕωσπερ

αὐτοῖς οὗτοι [οἱ ὁπλῖται] ταῖς ὁλκάσιν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ἀπῆραν· οὗπερ ἕνεκα καὶ τὸ πρῶτον ἐπληρώθησαν, ὅπως μὴ οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς ὁλκάδας μᾶλλον [ἢ πρὸς τὰς τριήρεις] τὸν νοῦν ἔχωσιν. del. Cobetus

Verum — id quod Classenio olim in mentem venerat — utique delenda est particula negativa μή. Socii Athenienses propter fractas vires contemnunt. A quibus adeo non metuunt ne impediantur, ut propalam (ἐκ τοῦ προφανοῦς) navigare decernant. Num forte ita facere statuerant NE animum potius adverterent adversarii ad naves proficiscentes?

Loci sensum rite perspexit Didot a Classenio laudatus qui vertit: „on décida ... de mettre en mer sans délai *pour attirer l'attention des Athéniens plutôt sur les vaisseaux qui s'éloigneraient* que sur ceux qu'on devait transporter ensuite."

VIII c. 14 in.

ὁ δὲ Χαλκιδεὺς καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης πλέοντες ὅσοις τε ἐπιτύχοιεν ξυνελάμβανον τοῦ μὴ ἐξάγγελτοι γενέσθαι καὶ προσλαβόντες πρῶτον Κωρύκῳ τῆς ἠπείρου καὶ ἀφέντες ἐνταῦθα αὐτοὺς [αὐτοὶ μὲν], προξυγγενόμενοι τῶν ξυμπρασσόντων Χίων τισὶ καὶ κελευόντων καταπλεῖν μὴ προεισπόντας ἐς τὴν πόλιν, ἀφικνοῦνται αἰφνίδιοι τοῖς Χίοις.

Infeliciter, ut dicam quid sentiam, Hudius expuncto μὲν otiosum pronomen αὐτοὶ, quod et ipsum utpote e dittographia natum delendum erat, mutavit in αὐτοῦ.

Ibidem § 2 s. f.

καὶ γενομένων λόγων ἀπό τε τοῦ Χαλκιδέως καὶ Ἀλκιβιάδου ὡς ἄλλαι [τε] a) νῆες πολλαὶ προσπλέουσι καὶ τὰ περὶ τῆς πολιορκίας τῶν ἐν τῷ Πειραιῷ νεῶν οὐ δηλωσάντων, *, ἀφίστανται Χῖοι καὶ αὖθις Ἐρυθραῖοι Ἀθηναίων.

a) τε del. Kruegerus.

Post participium quod est δηλωσάντων — nempe Chalcidei et Alcibiadis — pronominis omissio, ut ferri quodammodo possit, vereor tamen ne iusto sit durior. Equidem longe praetulerim: δηλωσάντων ⟨αὐτῶν⟩.

VIII c. 23 § 4 med.

..... ἀλλὰ τὴν Ἔρεσον ἀποστήσας [καὶ ὁπλίσας καὶ] τοὺς ἀπ τῶν ἑαυτοῦ νεῶν ὁπλίτας a) πεζῇ παραπέμπει ἐπὶ τὴν Ἄντισσα καὶ Μήθυμναν κτέ.

a) del. Dobraeus.

Quid significat ὁπλίζειν ὁπλίτας (i. e. ἐπιβάτας), *armare gravi armaturae milites?* quos armatura caruisse vix credibile est Aut, si verbum ὁπλίσας cum Hudio ad Eresum referri putas sequenti copula καὶ quid facias? [1]) Verba habemus procul dubi interpolata. In quibus, si cum Dobraeo v. ὁπλίτας inducimus statim post τοὺς ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ νεῶν aliud nomen substantivum desiderabitur. Cf. IV. 9 in.: καὶ τοὺς ναύτας ἐξ αὐτῶν (scil τῶν τριήρων) ὥπλισεν ἀσπίσι Φαύλαις καὶ ὑϊσύναις ταῖς πολλαῖ et VIII. 17 in. (qui locus forsitan cum nostro loco comparatu interpolationi ansam dederit): ἐκ μὲν τῶν ἐκ Πελοποννήσου νεῶ τοὺς ναύτας ὁπλίσαντες. Quamobrem praestabit proicer ea quae seclusimus.

VIII c. 24 § 5.

καὶ οὐδ' αὐτὴν τὴν ἀπόστασιν, εἰ τοῦτο δοκοῦσι παρὰ τἀσΦα λέστερον πρᾶξαι, πρότερον ἐτόλμησαν ποιήσασθαι ἢ μετὰ πολλῶ τε ναγαθῶν ξυμμάχων a) ἔμελλον κινδυνεύσειν b) καὶ τοὺς Ἀθηναίου ὑπέμενον οὐδ' αὐτοὺς ἀντιλέγοντας ἔτι μετὰ τὴν Σικελικὴν ξυμ Φορὰν ὡς οὐ πάνυ πονηρὰ σΦῶν βεβαίως τὰ πράγματα εἴη.

a) ξυμμάχων μεθ' ὧν B. b) ξυγκινδυνεύειν B; ξυγκινδυνεύσειν cit. Bekkerus.

„πάνυ πονηρὰ ὑμῶν βεβαίως τὰ πράγματά ἐστιν ὥνδρε Ἀθηναῖοι". Quis mortalis umquam sic locutus est? Nam loci Classenio laudati (IV, 126. 4: οἷς δὲ βεβαίως τι πρόσεστιν ἀγα θόν, προσιδὼς τίς ἂν αὐτοῖς τολμηρότερον προσΦέροιτο: *quis rect monitus stulta temeritate in illos feratur qui* HAUD DUBIE (u

1) In fonte suo non reperit sed fidenter de suo excogitavit quae narrat Grot (Hist. of Greece VII p. 233):

„Antyochus prevailed on Eresus to revolt from Athens and *having armed the p* sulation *sent them by land together with his own hoplites* under Eteonikus t Methymna".

vester exercitus) *et acres et fortes sint?* [1]) ratio, ut vides, plane diversa est.

Suspicor adverbium quod est βεβαίως loco suo motum esse et commendo: ἢ μετὰ πολλῶν τε καὶ ἀγαθῶν ξυμμάχων βεβαίως ἔμελλον κινδυνεύειν.

Ne desciscere quidem prius ausi sunt quam cum multis et fortibus sociis TUTO *belli periculum adituri erant.*

Ibidem:

εἰ δέ τι ἐν τοῖς ἀνθρωπείοις τοῦ βίου παραλόγοις ἐσφάλησαν κτἑ.

Classenius: ..... „das Adjectivum ἀνθρώπειος würden wir näher mit τοῦ βίου verbinden: *wie sie im menschlichen Leben vorkommen*". Coll. Thuc. VII 61. 3: ἀεὶ μνήσθητε τῶν ἐν πολέμοις παραλόγων; Diod. Sic. XVII, 66 in.: ταῦτα δὲ οἱ βασιλεῖς ... διετήρησαν πρὸς τὰ παράλογα τῆς τύχης ἀπολιπόντες αὐτοῖς καταφυγάς, mihi quidem magis arrideret: ἐν τοῖς τοῦ ἀνθρωπείου βίου παραλόγοις.

VIII c. 30 § 1.

..... καὶ τὰς ἀπὸ Χίου καὶ τὰς ἄλλας πάσας (ναῦς) ξυναγαγόντες ἐβούλοντο διακληρωσάμενοι ἐπὶ μὲν τῇ Μιλήτῳ [τῇ] ναυτικῷ ἐφορμεῖν, πρὸς δὲ τὴν Χίον καὶ ναυτικὸν καὶ πεζὸν πέμψαι. καὶ ἐποίησαν οὕτως.

Rescribe ἐβουλεύοντο. In re tanti momenti primum, opinor, opus erat *deliberatione*. βούλεσθαι et βουλεύεσθαι in cuius libet aetatis libris confusa videmus. Ceterum post Μιλήτῳ duae literae expungendae sunt manifesto ortae e dittographia. Non enim τῷ ναυτικῷ i. e. tota classe verum navium parte maiore Miletum versus profecti sunt; altera pars cum copiis pedestribus missa est in Chium.

VIII. c. 31 § 2 (cf. cc. 14, 16 et 23).

ὁ δ' Ἀστύοχος ..... προσβαλὼν Πτελεῷ καὶ οὐχ ἑλὼν παρέπλευσεν ἐπὶ Κλαζομενάς, καὶ ἐκέλευεν αὐτῶν τοὺς τὰ Ἀθηναίων φρονοῦντας ἀνοικίζεσθαι ἐς τὸν Δαφνοῦντα καὶ προσχωρεῖν σφίσιν. ..... ὡς δ' οὐκ ἐσήκουον κτἑ.

---

1) Cf. quae de hoc loco scripsimus *Mnemos.* a. 1902 p. 33.

Locus, ut nunc quidem se habet, satis ambiguus. Quosnam enim ad suas partes transire iubebat Astyochus? num prae ceteris eos Clazomenios, qui aperte cum Atheniensibus faciebant? Multo melius intellegerem: ..... *ἐκέλευεν αὐτοῖς τοὺς τὰ Ἀθηναίων φρονοῦντας ἀνοικίζειν ἐς τὸν Δ. καὶ προσχωρεῖν σφίσιν.*

Astyochus Clazomeniis persuadere conatus est ut Atheniensium fautoribus civitate expulsis in suam ditionem concederent.

VIII c. 34 i. f.

ἐντεῦθεν δ' ὕστερον ἐς τὴν Λέσβον καθορμισάμενοι a) *παρεσκευάζοντο ἐς τὸν τειχισμόν* b).

a) *μεθορμισάμενοι* corr. Herwerdenus. b) *ἐς τὴν* X*ῖον* vel *ὡς ἐς* cit. Dobraeus.

Recte Dobraeus extrema ad munitionem Delphinii trahit (cf. 38. 2). Possis tamen ad ductum literarum aliquanto lenius supplere: *ἐς τὸν* ⟨THC XIOT⟩ TЄIXICμόν.

VIII c. 35 § 4.

τῇ δ' ὑστεραίᾳ αὖθις προσέβαλλον, καὶ ὡς ἄμεινον Φαρξαμένων αὐτῶν ὑπὸ νύκτα καὶ ἐπεσελθόντων αὐτοῖς τῶν ἀπὸ τοῦ Τριοπίου ἐκ τῶν νεῶν διαφυγόντων οὐκέθ' ὁμοίως ἔβλαπτον, ἀπελθόντες ..... ἐς τὴν Σάμον ἀπέπλευσαν.

Cum Herwerdeno expectes potius: *καὶ ὑπὸ νύκτα ἐπεσελθόντων.*

VIII c. 40 § 3.

ἔφασαν οὖν χρῆναι [*οἱ* X*ῖοι*], *ἕως ἔτι ἐλπὶς καὶ δυνατὸν κωλῦσαι,* * *τειχιζομένου τοῦ* Δελφινίου [*καὶ ἀτελοῦς ὄντος*] a), *καὶ στρατοπέδῳ καὶ ναυσὶν ἐρύματος μείζονος προσπεριβαλλομένου, βοηθῆσαι σφίσιν.*

a) del. Herwerdenus, cum *τὸ τειχιζόμενον* per se *ἀτελὲς* sit.

Abice *οἱ* X*ῖοι* ut sine ulla utilitate et alieno loco adiectum et vide ne forte expuncto emblemate a H. indicato restituendum sit: ⟨ETI⟩ *τειχιζομένου τοῦ* Δ.

VIII c. 45 § 2.

Ἀλκιβιάδης ... πρῶτον μὲν ὑποχωρεῖ δείσας παρὰ ΤισσαΦέρνη, *ἔπειτα ἐκάκου πρὸς αὐτὸν ὅσον ἐδύνατο μάλιστα τῶν Πελοποννησίων τὰ πράγματα, καὶ διδάσκαλος πάντων γιγνόμενος τήν τε μισθο-*

*Φορὰν ξυνέτεμεν, ἀντὶ δραχμῆς Ἀττικῆς ὥστε τριώβολον [καὶ τοῦτο μὴ ξυνεχῶς] διδόσθαι, λέγειν κελεύων τὸν Τισσαφέρνη πρὸς αὐτοὺς ὡς Ἀθηναῖοι ἐκ πλείονος [χρόνου] a) ἐπιστήμονες ὄντες τοῦ ναυτικοῦ τριώβολον * τοῖς ἑαυτῶν διδόασιν, οὐ τοσοῦτον πενίᾳ ὅσον ἵν' αὐτῶν μὴ οἱ ναῦται ἐκ περιουσίας ὑβρίζοντες, οἱ μὲν τὰ σώματα χείρω* (l. *χεῖρον*) *ἔχωσι [δαπανῶντες ἐς τοιαῦτα ἀφ' ὧν ἡ ἀσθένεια συμβαίνει], οἱ δὲ τὰς ναῦς ἀπολείπωσιν οὐχ ὑπολιπόντες ἐς ὁμηρείαν τὸν προσοφειλόμενον* (l. *προυφειλόμενον*) *μισθόν.*

a) *χρόνου* exp. Kruegerus.

vv. *καὶ τοῦτο μὴ ξυνεχῶς* a Herwerdeno uncinis inclusa, ut omnia recte procedant in sententia, non sunt delenda sed, una particula *μὴ* in *οὐ* mutata, reducenda unde exciderunt ante vv. *τοῖς ἑαυτῶν διδόασιν*, quo loco merito lacunam statuit Stahlius.

De altero emblemate recte sic iudicavit van der Mey (*Mnemos.* a. 1883 p. 327): „Poteratne pro *χεῖρον ἔχωσι* dici *ἀσθενέστερα γίγνωνται*? nonne participio *ὑβρίζοντες* graviter et commode scriptor explanat, qua causa corpora nautarum attenuentur? ergo *δαπανῶντες* cum omnibus quae ex eo pendent, hic facessat".

Ibidem § 4.

τάς τε πόλεις δεομένας χρημάτων ἀπήλασεν (ὁ Ἑρμοκράτης), αὐτὸς ἀντιλέγων ὑπὲρ τοῦ Τισσαφέρνους ὡς οἱ μὲν Χῖοι ἀναίσχυντοι εἶεν a), ⟨εἰ⟩ b) πλουσιώτατοι ὄντες τῶν Ἑλλήνων ἐπικουρίᾳ [δὲ] c) ἔμως σῳζόμενοι ἀξιοῦσι, καὶ τοῖς σώμασι καὶ τοῖς χρήμασιν ἄλλους ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἐλευθερίας κινδυνεύειν· τὰς δ' ἄλλας πόλεις ἔφη ἀδικεῖν, αἳ d) *ἐς Ἀθηναίους πρότερον ἢ ἀποστῆναι ἀνήλουν, εἰ μὴ καὶ νῦν τοσαῦτα καὶ ἔτι πλείω ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ἐθελήσουσιν ἐσφέρειν.*

a) *ἀναίσχυντοί εἰσιν* Kruegerus. b) *εἰ* add. Kruegerus. c) del. Herwerdenus. d) *αἳ* cod. C Laurentianus.

Ut nihil ad sententiae integritatem desideretur, emendatio Kruegeriana, quam iniuria sprevit Hudius, ita perficienda est ut pro *σῳζόμενοι* rescribatur *σῴζεσθαι*.

In proxime sequentibus sententia enixe flagitat ut corrigamus *ἃ ἐς Ἀθναίους .... ἀνήλουν, εἰ μὴ καὶ νῦν τοσαῦτα ... ἐθελήσουσιν ἐσφέρειν.*

„Ceterae civitates iniuste agerent, si non quos sumtu

antea pro Atheniensibus facere consuevissent, eosdem et etiam plus nunc quoque pro se ipsis facere parati essent".

In libris vetustioribus, in Thucydidis codice Laurentiano, ut hoc utar, vocalis *α* et diphthongus *αι* vel intentissima acie vix ac ne vix quidem distinguuntur.

VIII c. 46 § 1.

παρήνει δὲ καὶ τῷ Τισσαφέρνει (*ὁ* Ἀλκιβιάδης) *μὴ ἄγαν ἐπείγεσθαι διαλῦσαι τὸν πόλεμον, μηδὲ βουληθῆναι .... τοῖς αὐτοῖς τῆς τε γῆς καὶ τῆς θαλάσσης τὸ κράτος δοῦναι, ἔχειν δ' ἀμφοτέρους ἐᾶν δίχα τὴν ἀρχὴν καὶ * βασιλεῖ ἐξεῖναι ἀεὶ ἐπὶ τοὺς αὐτῷ λυπηροὺς τοὺς ἑτέρους ἐπάγειν.*

Expectes Thucydidem dedisse: *κἄτα* vel *καὶ οὕτως βασιλεῖ ἐξεῖναι.*

VIII c. 47 § 1.

ὁ δ' Ἀλκιβιάδης ταῦτα ἅμα μὲν τῷ Τισσαφέρνει *καὶ* [*τῷ*] a) *βασιλεῖ, ὧν παρ' ἐκείνοις, ἄριστα νομίζων παρήνει, ἅμα δὲ τὴν ἑαυτοῦ κάθοδον ἐς τὴν πατρίδα ἐπιθεραπεύων κτέ.*

a) *τῷ* del. Bekkerus.

ὧν παρ' ἐκείνοις? num post Tissaphernem ipsum etiam regem Persarum adiit Alcibiades? *εἶναι παρά τινι* enim hoc loco non ut semper fere significare: *esse, degere apud aliquem*, sed, id quod Classenio videtur: „sich in Jemands Schutze befinden", quis credat?

Commendo: *ὡς ἄρ' ἐκείνοις ἄριστα νομίζων.* Cf. e. g. Xen. Anab. V. 7. 5: *ἀκούω τινὰ διαβάλλειν ἐμέ, ὡς ἐγὼ ἄρα ἐξαπατήσας ὑμᾶς μέλλω ἄγειν εἰς Φᾶσιν.*

Ibidem § 2 s. f.

.... Ἀλκιβιάδου *προσπέμψαντος* a) *λόγους ἐς* (l. *πρὸς*) *τοὺς δυνατωτάτους αὐτῶν ἄνδρας ὥστε μνησθῆναι περὶ αὐτοῦ ἐς* b) *τοὺς βελτίστους τῶν ἀνθρώπων ὅτι ἐπ' ὀλιγαρχίᾳ βούλεται καὶ οὐ πονηρίᾳ* [*οὐδὲ δημοκρατίᾳ*] c) *τῇ ἑαυτὸν ἐκβαλούσῃ κατελθὼν .... αὐτοῖς ξυμπολιτεύειν.*

a) *προπέμψαντος* recte habet cod. B. b) *πρὸς* em. Cobetus: *ὡς βελτίστου* cit. Madvigius. c) exp. Herwerdenus.

Mire dictum videtur: *ἐπ' ὀλιγαρχίᾳ καὶ οὐ πο*NHP*ίᾳ κατελ-*

θόντα ξυμπολιτεύειν τινί. Naberus suspicatus est Thucydidis : num fuisse πολυαρχίᾳ; equidem scripserim: καὶ οὐ ποΛΙΤ τῇ ἑαυτὸν ἐκβαλούσῃ.

In extremis libri exhibent: τὸ δὲ πλέον καὶ ἀπὸ σΦῶν αὐ οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τριήραρχοι [τε τῶν Ἀθηναίων καὶ δυνατώτατοι a)] ὥρμην [ἐς τὸ] b) καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν.

a) κυβερνῆται cit. Classenius. b) ἐς τὸ exp. Herwerdenus.

Tolle quae inclusimus utpote plane otiosa et petita e pra gressis quae supra laudavimus. Quomodo scriptura δυνατώτατο in qua iure offendit Classenius, nasci potuit e vocabulo quo est κυβερνῆται?

VIII c. 48 § 1 s. f.

.... πολλὰς ἐλπίδας εἶχον αὐτοί τε ἑαυτοῖς οἱ δυνατοὶ a) τῶ πολιτῶν τὰ πράγματα, οἵπερ b) καὶ ταλαιπωροῦνται μάλιστα ἐς ἑαυτοὺς c) περιποιήσειν καὶ τῶν πολεμίων ἐπικρατήσειν.

a) δυνατώτατοι cod. B. b) ὥσπερ cit. Kruegerus. c) ἐξ αὐτοῦ Gertzius; ἑαυτοὺς del. Dobraeus.

Classenius, cui Dobraeus non persuasit vv. ἐς ἑαυτοὺς nequ bene graece cum περιποιήσειν coniungi et post αὐτοί τε ἑαυτοί sine ullo lectoris commodo redundare, ad vv. οἵπερ καὶ ταλα πωροῦνται μάλιστα annotat: „die nachträgliche und darum a ungewöhnlicher Stelle hinzutretende Einfügung dieser Worte.. unterbricht die einfache Construction und hat zur Folge da das vorausgeschickte ἑαυτοῖς in dem ἐς ἑαυτοὺς wieder aufg nommen wird". Mihi vero, cum universe negandum sit p tentiores in omni civitate homines et optimates magis qua ceteros malis premi et miserandos esse, post μάλιστα aliqui intercidisse videtur quo significaretur (quod quam verum s docet experientia) sub imperio popolari id accidere soler ⟨ἐν δημοκρατίᾳ⟩ supplere possis v. c. vel ⟨δημοκρατούμενοι⟩.

Ceterum iusta misere turbatae sententiae structura redibit transposueris:

πολλὰς ἐλπίδας εἶχον οἱ δυνατοὶ τῶν πολιτῶν — οἵπερ καὶ τ λαιπωροῦνται μάλιστα ⟨ἐν δημοκρατίᾳ⟩ — αὐτοί τε ἑαυτ τὰ πράγματα περιποιήσειν καὶ τῶν πολεμίων ἐπικρατήσειν.

VIII c. 50 § 1 in.

(Phrynichus) δείσας ... μὴ, ἐὰν κατέλθῃ (ὁ Ἀλκιβιάδης), ὡς κωλυτὴν * ὄντα κακῶς δρᾷ κτέ.

Lubenter suppleverim: ὡς κωλυτὴν ⟨αὐτὸν⟩ ὄντα.

VIII c. 54 § 3.

ἅμα τε διαβαλόντος καὶ Φρύνιχον τοῦ Πεισάνδρου παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς καὶ τὸν ξυνάρχοντα Σκιρωνίδην.

Nullus dubito quin transponendum sit: ἅμα τε καὶ Φρύνιχον, διαβαλόντος τοῦ Πεισάνδρου, παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς κτέ.

VIII c. 65 § 3.

λόγος τ' ἐκ τοῦ Φανεροῦ προείργαστο αὐτοῖς ὡς οὔτε μισθοφορητέον εἴη ἄλλους ἢ τοὺς στρατευομένους κτέ.

Ne in calce quidem a Hudio commemoratam video evidentem Herwerdeni emendationem προείρητο. Vitiosam lectionem procul dubio peperit id quod in initio capitis narratur: „καὶ καταλαμβάνουσι τὰ πλεῖστα τοῖς ἑταίροις προειργασμένα".

VIII c. 66 § 5.

ἐνῆσαν γὰρ καὶ οὓς οὐκ ἄν ποτέ τις ᾤετο ἐς ὀλιγαρχίαν τραπέσθαι· [καὶ τὸ ἄπιστον οὗτοι μέγιστον πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐποίησαν] * καὶ πλεῖστα ἐς τὴν τῶν ὀλίγων ἀσφάλειαν ὠφέλησαν, βέβαιον τὴν ἀπιστίαν τῷ δήμῳ πρὸς ἑαυτὸν καταστήσαντες.

„τὸ ἄπιστον etc. qui differunt ab istis βέβαιον τὴν ἀπιστίαν"? iure rogat Dobraeus. „an nondum statuerat secum Thucydides utrum horum praeferret"?

Equidem Stahlio assentior vv. καὶ τὸ ἄπιστον ... ἐποίησαν eicienda esse existimanti ut interpretamentum quod in contextum irrepserit. Praeterea addendum esse arbitror: ⟨οἱ⟩ καὶ πλεῖστα ... ὠφέλησαν κτέ.

VIII c. 67 in extr.

ἐλθόντας δ' αὐτοὺς τετρακοσίους ὄντας ἐς τὸ βουλευτήριον ἄρχειν ὅτῳ ἄν ἄριστα γιγνώσκωσιν αὐτοκράτορας καὶ τοὺς πεντακισχιλίους δὲ ξυλλέγειν ὁπόταν αὐτοῖς δοκῇ.

Imo τοὺς πεντακισχιλίους δὴ ξυλλέγειν.

VIII c. 71 § 1.

.... οὐδ' ἐν τῷ παρόντι πάνυ τι πιστεύων μὴ οὐκέτι ταράττεσθαι αὐτοὺς, τοῖς μὲν ἀπὸ τῶν τετρακοσίων ἐλθοῦσιν οὐδὲ ξυμβατικὸν ἀπεκρίνατο κτέ.

ταράττεσθαι cum Nabero in ταράξεσθαι mutandum esse nec Hudius nec quisquam alius, opinor, admonitus negabit. Cf. VII, 36. 6: „Syracusani existimarunt Athenienses ξυμφερομένους, ἤν πῃ βιάζωνται, ... προσπίπτοντας ἀλλήλοις ταράξεσθαι.

Ibidem paulo inferius:

.... καὶ αὐτὸς (Agis) τῇ ἐκ τῆς Δεκελείας Φρουρᾷ μετὰ τῶν * ἐλθόντων κατέβη πρὸς αὐτὰ τὰ τείχη τῶν Ἀθηνῶν a).

a) Ἀθηνῶν Herwerdenus: Ἀθηναίων Hudius cum codd.

Iure Gertzius requirit: ἐπελθόντων. Cf. § 2 s. f.: τοὺς δ' ἐπελθόντας ὀλίγας τινὰς ἡμέρας ἐν τῇ γῇ μείναντας ἀπέπεμψιν ἐπ οἶκου.

In continuo sequentibus:

ἐλπίσας ἢ ταραχθέντας αὐτοὺς μᾶλλον ἂν χειρωθῆναι σφίσιν βούλονται, ἢ καὶ αὐτοβοεὶ ἂν διὰ τὸν ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν κατὰ τὸ εἰκὸς γενησόμενον θόρυβον a) τῶν [γὰρ] b) μακρῶν τειχῶν [διὰ τὴν κατ' αὐτὰ ἐρημίαν] λήψεως c) οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν.

a) τῆς in cod. A add. manus sec. expuncto γὰρ. b) γοῦν praeeunte Bauer corr. Hudius. c) λήψεως del. Kruegerus.

Futili emblemate abiecto cum cod. A^2 legerim: ἢ καὶ αὐτοβοεὶ ἂν διὰ τὸν ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν .... γενησόμενον θόρυβο ⟨τῆς⟩ τῶν μακρῶν τειχῶν λήψεως οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν.

Agis ob tumultum, quem intra simul et extra fore expectaret, longos muros se facili negotio capturum esse putabat.

διὰ τὴν κατ' αὐτὰ ἐρημίαν: *propter solitudinem quae circum eos muros esset*, male seduli commentatoris ineptum inventum esse videtur.

Ibidem § 2.

ὡς δὲ προσέμειξέ τ' ἐγγὺς καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ μὲν ἔνδοθεν οὐδὲ ὁπωστιοῦν ἐκίνησαν .... οὕτω δὴ * γνοὺς ἀπήγαγε πάλιν τὴν στρατιάν.

Si Classenium audis, participium γνοὺς hic prorsus idem valet quod αἰσθόμενος, ut satis otiose vertendum sit: „ita demum *re perspecta* receptui canit". Equidem scriptorem potius dedisse suspicor: ⟨μετα⟩γνούς.

Agis ubi intellexit se urbe (sicuti sperarat) nullo modo potiri posse, *mutat consilium* copiasque reducit (cf. Thuc. I, 44 in.).

VIII c. 75 § 1.

οἱ δ' ἀκούοντες a) ἐπὶ τοὺς τὴν ὀλιγαρχίαν μάλιστα ποιήσαντας καὶ ἐπὶ b) τῶν ἄλλων τοὺς μετασχόντας τὸ μὲν πρῶτον ὥρμησαν * βάλλειν κτἑ.

a) ἀκούοντες codd. BC: ἀκούσαντες ceteri. b) ἐπὶ CGM: ὅτι ABEF.

VIII, 84 § 3 codices habent: τὸ δὲ πλῆθος .... ὥρμησαν ἐκραγέντες ἐπὶ τὸν Ἀστύοχον ὥστε βάλλειν. Neque probabile est Thucydidem nostro loco aliter locutum esse.

VIII c. 76 § 3.

.... καὶ παραινέσεις ἄλλας τε ἐποιοῦντο .... καὶ ὡς οὐ δεῖ ἀθυμεῖν ὅτι ἡ πόλις αὐτῶν ἀφέστηκε· τοὺς γὰρ ἐλάσσους ἀπὸ σφῶν τῶν πλειόνων καὶ ἐς πάντα ποριμωτέρων μεθεστάναι.

„pauciores enim a se qui numero plures essent defecisse."

Num recte cogitatum et recte dictum est, quod nusquam alibi quod sciam occurrit, μεθίστασθαι ἀπό τινος? Fieri potest ut neglegentius scripserit Th., sed ἀφεστάναι sententiae unice convenire videtur.

VIII c. 78 in.

Peloponnesiorum classiarii milites qui Mileti in statione erant κατὰ σφᾶς αὐτοὺς διεβόων ὡς ὑπό τε Ἀστυόχου καὶ Τισσαφέρνους φθείρεται τὰ πράγματα, τοῦ μὲν οὐκ ἐθέλοντος οὔτε πρότερον ναυμαχεῖν .... οὔτε νῦν, ὅτε στασιάζειν τε λέγονται καὶ αἱ νῆες αὐτῶν οὐδέπω ἐν ταὐτῷ εἰσιν, ἀλλὰ τὰς παρὰ Τισσαφέρνους Φοινίσσας ναῦς μένοντες, ἄλλως ὄνομα καὶ οὐκ ἔργον, κινδυνεύσειν διατριβῆναι· τὸν δ' αὖ Τισσαφέρνη τάς τε ναῦς ταύτας οὐ κομίζειν, καὶ τροφὴν ὅτι οὐ ξυνεχῶς οὐδ' ἐντελῆ διδοὺς κακοῖ τὸ ναυτικόν. οὐκ οὖν [ἔφασαν] a) χρῆναι μέλλειν ἔτι, ἀλλὰ διαναυμαχεῖν.

a) ἔφασαν exp. Herwerdenus.

In structura variata arcte cohaerent ac respondent inter τοῦ μὲν (Ἀστυόχου) οὐκ ἐθέλοντος .... τὸν δὲ Τισσαφέρνη, in quae nunc incommode hercle media intercedunt vv. ΑΛΛΑ. διατριβῆναι. Classenius haec omnia a διεβόων pendere fac „ἀλλὰ μένοντες .... κινδυνεύσειν, inquit, kehrt ohne Rücksi auf die Construction des ersten abhängigen Satzgliedes (ὡς Φ ρεται τὰ πράγματα) zu dem Hauptverbum διεβόων zurück Aliter vero nec sine causa me iudice iudicabat Toupius Long. p. 258 Weisk. qui legit μένοντος et post διατριβῆναι cidisse arbitratur τὰ πράγματα vel simile quid. Nescio tam an locus, in quo tot lectores offenderunt, hunc in modu transponendo in integrum restitui possit una tantum coniunctio ἀλλὰ in καὶ mutata:

.... κατὰ σφᾶς αὐτοὺς διεβόων ὡς ὑπό τε Ἀστυόχου καὶ Τι σαφέρνους φθείρεται τὰ πράγματα καὶ τὰς παρὰ Τισσαφέρνο Φοινίσσας ναῦς μένοντες .... κινδυνεύσειν διατριβῆναι, τοῦ μὲν ο ἐθέλοντος .... οὐδέπω ἐν ταὐτῷ εἰσι, τὸν δὲ Τισσαφέρνη τάς ναῦς ταύτας οὐ κομίζειν κτἑ.

Classiarii alta voce clamabant „res suas ab Astyocho et Ti sapherne pessum dari: dum Phoenissas istas naves — inan nomen et non factum — frustra opperiantur, periculum si fore ne cunctando funditus conterantur."

VIII c. 81 § 3.

ὑπισχνεῖτο δὲ οὖν τάδε μέγιστα ἐπικομπῶν ὁ Ἀλκιβιάδης, Τισσαφέρνης αὐτῷ ὑπεδέξατο ἢ μὴν, ἕως ἄν τι τῶν ἑαυτ λείπηται, ἐὰν Ἀθηναίοις πιστεύσῃ, μὴ ἀπορήσειν αὐτο τροφῆς κτἑ.

Potior, utpote naturalis, ordo esset:

ὡς Τ. αὐτῷ ὑπεδέξατο, ἐὰν Ἀθηναίοις πιστεύσῃ, ἢ μὴν, ἕως τι τῶν ἑαυτοῦ λείπηται, μὴ ἀπορήσειν αὐτοὺς τροφῆς.

VIII c. 82 § 2.

ὁ δὲ τὸ μὲν ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ πλεῖν τοὺς ἐγγυτέρω πολεμί ὑπολιπόντας καὶ πάνυ διεκώλυσε πολλῶν ἐπειγομ νων κτἑ.

Vidit Hudius, quod non viderat Classenius, iungi non pos πάνυ διεκώλυσε itaque transposuit: διεκώλυσε πολλῶν καὶ πι

ἐπειγομένων. Aliquanto rectius forsitan transposueris: καὶ πάνυ πολλῶν ἐπειγομένων διεκώλυσε. Cf. v. c. III. 93. 2 et VIII. 28. 3.

VIII c. 83 § 2.

Alcibiadis reditu cognito Peloponnesii qui Mileti erant καὶ πρότερον τῷ Τισσαφέρνει ἀπιστοῦντες πολλῷ δὴ μᾶλλον ἔτι διεβέβλητο. ξυνηνέχθη γὰρ αὐτοῖς κατὰ a) τὸν ἐπὶ τὴν Μίλητον τῶν Ἀθηναίων ἐπίπλουν, ὡς οὐκ ἠθέλησαν ἀνταναγαγόντες ναυμαχῆσαι, πολλῷ ἐς τὴν μισθοδοσίαν τὸν Τισσαφέρνη ἀρρωστότερον γενόμενον [καὶ] ἐς τὸ μισεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν πρότερον ἔτι τούτων διὰ τὸν Ἀλκιβιάδην ἐπιδεδωκέναι.

a) κατὰ corr. Dukerus: καὶ libri.

Sententia confusa in qua vv. πρότερον ἔτι τούτων in fine posita — si genuina sunt — quid aliud significare possunt nisi id quod in initio legimus: κατὰ τὸν .... τῶν Ἀθ. ἐπίπλουν? Dissociata locis apte ligabis transferendo:

ξυνηνέχθη γὰρ αὐτοῖς καὶ πρότερον ἔτι τούτων, κατὰ τὸν ἐπὶ τὴν M. τῶν Ἀθ. ἐπίπλουν, κτἑ. Copula καὶ ante ἐς τὸ μισεῖσθαι misere abundat.

VIII c. 86 § 6.

[αὐτὸς] δ' ἀποκρινάμενος αὐτοῖς ἀπέπεμπεν ὅτι κτἑ.

Classenius: „in αὐτὸς δὲ ... ist das unbegrenzte Selbstgefühl des Alkibiades .... treffend geschildert"; mihi nescio quomodo vitium sonat αὐτὸς .... αὐτοῖς. Num hoc vult rerum scriptor: *ipse* eos responso dato dimittebat? Vereor ne nominativus ille natus sit e dittographia. Verborum contextui certe plane sufficeret: ἀποκρινάμενος δ' αὐτοῖς (sive mavis αὐτοὺς) ἀπέπεμπεν.

In extr.: τοὺς μέντοι τετρακοσίους ἀπαλλάσσειν ἐκέλευεν αὐτοὺς καὶ καθιστάναι τὴν βουλὴν ὥσπερ καὶ πρότερον [τοὺς πεντακοσίους] magistellum olet istud τοὺς πεντακοσίους.

VIII c. 90 in.

οἱ δὲ τῶν τετρακοσίων μάλιστα ἐναντίοι ὄντες τῷ τοιούτῳ εἴδει καὶ προεστῶτες, Φρύνιχός τε .... καὶ Ἀρίσταρχος .... καὶ Πείσανδρος κτἑ.

Turbatam orationem probabiliter corrigere possis traiciendo:

οἱ δὲ τῶν τετρακοσίων προεστῶτες, ⟨οἱ⟩ καὶ μάλιστα ἐναντίοι ὄντες τῷ τοιούτῳ εἴδει: *Phrynichus scilicet et Aristarchus et Pisander* etc.

VIII c. 92 in.

διόπερ καὶ τὸ τεῖχος τοῦτο, πυλίδας ἔχον καὶ ἐσόδους καὶ ἐπεσαγωγὰς [τῶν πολεμίων], ἐτείχιζόν τε προθύμως καὶ φθῆναι ἐβούλοντο ἐξεργασάμενοι.

ἐπεσαγωγὰς τῶν πολεμίων Grote (Hist. of Gr. VIII p. 64) esse existimat: „facilities for admitting an enemy either from the seaside, or from the landside". Quae interpretatio quam absurda sit dicit Naberus: „nimium stultum esse credere commodiora loca fuisse ad hostes quam suos accipiendos". Nec ulla potest esse dubitatio, si quid video, quin ad rem frumentariam vocabulum spectet. Cf. quae c. 90 in fine narrantur de porticu ἐς ἣν καὶ τὸν σῖτον ἠνάγκαζον πάντας τὸν ὑπάρχοντά τε ⟨ἐσκομίζειν⟩ κτἑ. Incertus tamen haereo utrum cum Nabero rescribam ἐπιτηδείων an melius una litura deleatur τῶν πολεμίων, ut ἐπεσαγωγὰς absolute accipiendum sit de victu quemadmodum de hominibus ἐσόδους. Interpolationi ansam dederint verba quae proxime antecedunt (c. 91 § 3): ἀλλὰ καὶ τοὺς πολεμίους ἐσαγαγόμενοι.

VIII c. 94 § 1.

.... ἀγγέλλονται αἱ δύο καὶ τεσσαράκοντα νῆες καὶ ὁ Ἀγησανδρίδας ἀπὸ τῶν Μεγάρων τὴν Σαλαμῖνα παραπλεῖν· καὶ πᾶς τις [τῶν ὁπλιτῶν] a) αὐτὸ τοῦτο ἐνόμιζεν εἶναι τὸ πάλαι λεγόμενον ὑπὸ Θηραμένους καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, ὡς ἐς τὸ τείχισμα ἔπλεον αἱ νῆες, καὶ χρησίμως ἐδόκει καταπεπτωκέναι.

a) τῶν πολλῶν cod. B: τῶν πολιτῶν cit. Gertzius: del. Classenius.

Equidem longe praetulerim ipsumque scriptorem praetulisse coniecerim huncce fere vv. ordinem:

καὶ πᾶς τις, ὡς ἐς τὸ τείχισμα ἔπλεον αἱ νῆες, αὐτὸ τοῦτο ἐνόμιζεν εἶναι τὸ πάλαι λεγόμενον ὑπὸ Θηραμένους κτἑ.

Ibidem paulo inferius:

οἱ δ' οὖν Ἀθηναῖοι, ὡς ἠγγέλθη αὐτοῖς, εὐθὺς δρόμῳ ἐς τὸν

ιᾶ πανδημεὶ ἐχώρουν, ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου μείζονος
πὸ τῶν πολεμίων οὐχ ἑκὰς ἀλλὰ πρὸς τῷ λιμένι ὄντος.
iunctionem ἤ Hudius cum scholiasta („περιαιρετέον τὸν ἤ
μον") et plerisque editoribus induxit. Cf. et Greg. Cor.
al. Att. p. 90. Ceterum verba ambigua, in quibus vv. dd.
multi offenderunt quaeque variis modis corrigere et ex-
e non desinunt (vide Classen Anhang p. 188), omni ob-
ate ac dubitatione carebunt, si cum Gisb. Koenio (Greg.
p. 89) transposuerimus:
μείζονος, τοῦ ἰδίου, πολέμου ἀπὸ τῶν πολεμίων ....

ippe ab hostibus externis maiore imminente bello quam
n civile erat."

II c. 96 § 2.
ιν γὰρ .... ἄδηλον ὂν ὁπότε σφίσιν αὐτοῖς ξυρράξουσι, το-
[ἤ] ξυμφορὰ ἐπεγεγένητο, ἐν ᾗ ναῦς τε καὶ τὸ μέγιστον
ιαν ἀπολωλέκεσαν κτἑ.
iculus uncinis inclusus male abundare videtur.

dem § 4.
.. καὶ ἐν τούτῳ Ἑλλησποντός τε ἂν ἦν * αὐτοῖς καὶ
.... καὶ ὡς εἰπεῖν ἡ Ἀθηναίων ἀρχὴ πᾶσα.
quod nemo dubitat, recte interpretantur: *in eorum po-
m venisset*, vide ne necessario supplendum sit: ⟨ὑπ'⟩
ς.

II c. 98 § 1.
.. Ἀρίσταρχος δ' αὐτῶν μόνος .... λαβὼν κατὰ τάχος
ας τινὰς .... ἐχώρει πρὸς τὴν Οἰνόην [HN Δ] Ἀθηναίων ἐν
ίοις τῆς Βοιωτίας τεῖχος κτἑ.
d Oenoen contendebat, castellum in confiniis Boetiae." Cf.
8.2: ἡ γὰρ Οἰνόη οὖσα ἐν μεθορίοις τῆς Ἀττικῆς καὶ Βοιω-
ἐτετείχιστο καὶ αὐτῷ φρουρίῳ οἱ Ἀθηναῖοι ἐχρῶντο. Ad vv.
Ἀθηναίων τεῖχος Classenius annotat: „das Impf. in die
eschreibung aus der Erzählung übergegangen wie I, 63:
ἀπὸ τῆς Ὀλύνθου .... βοηθοὶ (ἀπεῖχε δὲ ἑξήκοντα μάλιστα

σταδίους) κτέ." Quo loco tamen Bekkerus sive ex ingenio sive ex optimo codice Laurentiano dudum restituerat ἀπέχει.

Praestabit, ut opinor, Dobraeum sequi literas HNΔ expellentem utpote quas inter Οἰνόην et Ἀθηναίων pepererit dittographia. Cuius emendationem aut omnino spernunt aut in calcem relegant editores.

Ibidem § 2.

.... ἐπολιόρκουν δ' αὐτὸ διὰ ξυμφορὰν σφίσιν ἐκ τῆς Οἰνόης γενομένην ἀνδρῶν ἐκ Δεκελείας ἀναχωρούντων [διαφθορᾶς] a) οἱ Κορίνθιοι ἐβελοντηδὸν κτέ.

a) διὰ φθοράς B; διαφθοράν cit. Reiskius.

Praeeunte Goellero editores, quo traditam lectionem contra Reiskium defendant, cum vv. ξυμφορὰν .... διαφθορᾶς componunt quod extat apud nostrum I. 33: ἡ ξυντυχία τῆς ἡμετέρας χρείας.

Quasi apud Thucydidem (ut apud Euripidem nonnumquam) inter ξυμφορά = ἀτυχία, κακοπάθεια, *clades, calamitas* et ξυντυχία, qua voce semper et ubique rerum fortuitarum *concursionem* et *casum* significat, nullum discrimen intercederet. Si me audis, quantocyus abice vocabulum cum plane inutile tum alieno loco positum.

Ad rem cf. c. 71.

VIII c. 105 § 2 s. f.

.... πρὶν οἱ Πελοποννήσιοι διὰ τὸ κρατήσαντες ἀδεῶς ἄλλοι ἄλλην ναῦν διώκειν a) ἤρξαντο μέρει τινὶ σφῶν ἀτακτότεροι γενέσθαι.

a) διώκοντες codd. ABFM.

Bekkerus, quem sequitur Hudius, contra meliorum librorum auctoritatem correxit διώκειν. Nec dubito quin prave dictum sit κρατήσαντες .... διώκοντες, sed cum Classenio rescribere malim: κρατῆσαι .... διώκοντες.

AD LYGDAMI ELEGIAS.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

In elegiae primae initio sive versu 8 traditam lectionem *meis* ditores retinent et versu 12 cum Italis *meum* pro codicum criptura *tuum* reponunt, sive Mureto obsecuti illic *tuis* malunt uo facto hic servanda est tradita lectio, sive cum Postgatio ro *meis* legendum putant *novis*, vocabulum *facta* in vs. 12 atique corruptum esse eorum non unus censuit.

Summaque praetexat tenuis fastigia charta,
Indicet ut nomen littera facta meum.

lam in editione Basil. a. 1569 legitur *pacta*, coniecit Livineius *picta*, L. Muellerus *festa*, editor vero recentissimus [1]) coniecturam suam *rubram* etiam in textum recepit atque miram intricatamque corruptelae excogitavit originem, ratus ortam eam esse ex praecedente *fastigia* ita ut pro *rubra* scriptum esset *fabra*, quo non intellecto librarii coniecissent *facta*.

At iure Eduardum Hillerum, qui bis Corpus Tibullianum edidit (anno 1885 Lipsiae ex officina Bernhardi Tauchnitz et anno 1891, quo mortuus est, in Postgatii Corpore Poetarum Latinorum), lectionem traditam retinuisse arbitror atque causam propter quam ita sentio exponam.

Litteram vel *litteras facere* pro: l. scribere inde a Plauti temporibus usque ad Iustinum locutio legitima fuit, cf. Plaut. Asin. 767: ne illi sit cera ubi facere possit litteras, Cic. Acad.

1) Lygdami Carmina accedit Panegyricus in Messallam edidit G. Némethy, Budapestini 1906.

4. 2: ne litteram quidem ullam facimus nisi forensem, Iustin. XXVII. 2: inde ad Antiochum facit litteras; nec non Ovidius, quem Lygdamus diligentissime imitatus est (rationem inversam ducit editor pg. 29, sed argumenta non attulit quibus sententiam usu receptam subverteret), Heroid. 5, 2 habet:

Ista Mycenaea littera facta manu.

Quoniam igitur non est quod verborum copulationem per se ipsam damnemus, restat quaestio num propter loci sententiam aliud epitheton flagitetur. Cum agatur de ornamentis et variis coloribus libri, Némethy contendit deesse non posse tituli rubro colore picti mentionem. At eo ipso quod tot libri ornamenta poeta enumerat, eiusmodi mentionem in tituli commemoratione nil desideramus. Quae cum ita sint, verba tradita iniuria vexata esse arbitror.

ELEG. II, 7:

Nec mihi vera loqui pudor est vitaeque fateri
Tot mala perpessae taedia nata meae.

Si ille poeta Lygdamus fuisset, quem imitari Ovidius non dedignatus esset „a iuvene usque ad senectutem in omnibus fere libris suis", ut sunt Nemethei verba (pg. 30 supra), scripturum eum fuisse opinor:

vitaeque fateri
Tot mala perpesso taedia nata mihi.

Nunc vero nihil mutandum censeo.

ELEG. III, 9:

Tum cum permenso defunctus tempore lucis
Nudus Lethaea cogerer ire rate?

Nonne haec abundantia *permenso defunctus tempore lucis* nimia est ita ut inepta fere videatur? Alterutrum verbum *permenso* aut *defunctus* non modo satis est sed alterum vix patitur, neque in locis ab editore allatis quibus verba illustraret, ullum video quo utrumque verbum copulentur. Nescio an pro *permenso* poeta scripserit *permisso*, quo verbo restituto idem habemus quod his verbis expressit Hor. Ep. II. 1. 21: terris semota suisque Temporibus defuncta.

Alios ante me idem offendisse video, nam Italos *praemensae* scripsisse Baehrens adnotavit.

In Elegia IV^ta postquam poeta somnia vana esse exposuit, raculis vero deorum et haruspicibus fidem esse habendam, atque miratus est homines pavidos nihilominus visa nocturna sarificiis procurare, pergit vs. 11:

Et tamen, utcumque est, sive illi vera moneri,
Mendaci somno credere sive volent,
Efficiat vanos noctis Lucina timores e. q. s.

Editor Postgatii coniecturam *solent* recepit, quod nullus hic uturo locus neque *volent* cum *vera moneri* apte iungi posset. At perperam eum hunc locum intellexisse credo, qui in commentario ad verba *vera moneri* adscripserit: 'sc. somniis'. Adscribere oportuit: 'sc. a divis, cl. vs. 5'. Quidni? Lygdamus diserte docuit, somniis fidem omnino negandam, divos vero vera monere (vs. 5) sc. oraculis, at tamen homines credulos somniis fallacibus credere; deinde sermonem de absurda hominum credulitate abrumpit versibus supra laudatis. Parva tantum mutatione facta At *tamen* pro Et *tamen* locum ita interpretor: At tamen, quocumque modo res se habet, sive homines vera moneri volent, oraculis deorum et haruspicibus fidem habentes, sive somniis fallacibus credere volent, meos huius noctis timores utique Iuno Lucina reddat irritos!

Eleg. IV. 43 Apollo in somnio poetam alloquitur:

Salve, cura deum: casto nam rite poetae
Phoebusque et Bacchus Pieridesque favent:
Sed proles Semeles Bacchus doctaeque sorores
Dicere non norunt, quid ferat hora sequens.

In verbis *proles Semeles Bacchus* nomen *Bacchus* glossa manifesta est, quae epitheton aliquod ut puta *mollis*, cui primum suprascripta fuit, detrusit postea.

Eleg. V. 21:

Parcite, pallentes undas quicumque tenetis
Duraque sortiti tertia regna dei.

Locus ut nunc legitur ita explicandus est ut *quicumque* cum *ei* iungatur atque ad *sortiti* subaudiatur *estis*: Parcite, quicumque dei tenetis pallentes undas et sortiti estis dura tertia gna, vel, ut Housman mavult, *dira* t. r. Ita hucusque edito-

res omnes locum intellexisse videntur, quod magnopere miror. Primum constructio verborum molestissima est: ne dicam de duobus adiectivis diversi generis uni substantivo iunctis, vix quemquam esse opinor quin demum postquam distichon diligenter relegerit, ad *sortiti* verbum *estis* omissum et verbis *sortiti tertia regna dei* non Plutonem unum significari perspiciat. Et tamen ita factum oportuit, nam cum sortitio mundi facta sit inter Iovem, Neptunum, Plutonem, hic iure tertia regna sortitus dicitur, ceteros vero deos inferos sortitionis participes fuisse nusquam legi, cf. Ov. Met. V. 368: Cui triplicis cessit fortuna novissima regni, Senec. Herc. Fur. 837: tertiae regem sortis.

Pluto igitur unus dici potest Tartara sortitus esse, sed ceteri dei inferi Tartara tenere i. e. habitare optime dicuntur, cf. Ov. Fast. IV. 584 (de Proserpina): Nupta Iovis fratri tertia regna tenet.

Quae cum ita sint, unam litteram mecum muta neque aliter iam locus noster docebit. Legendum enim credo:

Parcite, pallentes undas quicumque tenetis
*R*uraque sortiti tertia regna dei.

i. e. quicumque tenetis pallentes undas et rura dei, qui tertia regna sortitus est, i. e. Plutonis. Ceterum cf. Culex vs. 271 sqq.:

nec timuit Phlegethonta furens ardentibus undis
nec maesta obtenta Ditis ferrugine regna
defossasque domos ac Tartara nocte cruenta
obsita nec faciles Ditis sine iudice sedes.

et ibid. vs. 333: pallentesque lacus et squalida Tartara terrent.

ELEG. VI. 40. Lygdamus modo ut dolorem uxoris amissae abigat se ipsum et amicos ad bibendum admonet atque Bacchum invocat, modo Neaerae amatae rursus reminiscitur. Tandem exclamat: 'Quid queror infelix? Turpes discedite curae: Odit Lenaeus tristia verba pater!' et subito deinde Ariadnam ita compellat:

Gnosia, Theseae quondam periuria linguae
Flevisti ignoto sola relicta mari:
Sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus
Ingrati referens impia facta viri.

Muellerus lacunae signum post vs. 38 posuit, credibile non se ratus tam abrupto sermone Lygdamum usum esse ad re-tendam quam vss. 25, 26, 33—36 proposuerat sententiam: aeterea, cum toto hoc carmine de puellarum perfidia questus set, poetam hoc loco exemplum feminae a viro deceptae pro-nere ne potuisse quidem, nisi id sententia munisset ut puta li qualis legitur vs. 49 sq.

At non abruptus sermo videbitur neque quidquam desiderabis, m facillimus sit a Baccho ad Ariadnam transitus, si Lygda-um non statim eam alloquentem feceris sed novum exemplum a inducentem:

Gnosia Theseae quondam periuria linguae
Flevit in ignoto sola relicta mari.

ertia persona ita restituta demum et vocativus *Minoi* non nplius prioris frigida manebit repetitio et apta fiet mentio atulli C. 64 vs. 132—201; praeterea meam emendationem nfirmant loci, quos imitatus est Lygdamus:

Ov. A. A. III. 35:

Quantum in te, Theseu, volucres Ariadna marinas
Pavit in ignoto sola relicta loco.

ibid. I. 527:

Gnosis in ignotis amens errabat harenis.

f. etiam Ov. Am. I. 7. 15:

Talis periuri promissaque velaque Thesei
Flevit praecipites Cressa tulisse notos.

st in hac elegia alius locus qui parvo vitio laborare videtur, . vs. 23:

Quales his poenas qualis quantusque minetur,
Cadmeae matris praeda cruenta docet.

elius locus comparatus erit, si pro *his* restitueris: *hic*.

His notulis unam ad Panegyricum in Messallam addere at.

Versu 181 sententiam sine coniunctione non apte cum prae-entibus cohaerere, iure editor post Dissenium observavit. od autem rogat, num versus exciderit, non credo: via le-e locum ad liquidum perferre posse mihi videor.

Postquam vs. 177—180 poeta affirmavit, vires sibi non suf-

ficere ad facta ingentia Messallae canenda, Valgium vero operi parem esse, haec sequuntur:

Languida non noster peragit labor otia, quamvis
Fortuna, ut mos est illi, me adversa fatiget.

Describit deinde calamitates suas et pergit vs. 190:

Sed licet asperiora cadant spolierque relictis,
Non te deficient nostrae memorare Camenae.

Est igitur hic eius argumentandi cursus: Ego facta tua carmine epico celebrare nequeo, at potest Valgius tuus; neque tamen labor meus otiosus desidet, quamquam cladibus fortunae premor, nam vel sic, etiamsi maiores calamitates me opprimant, pro viribus meis te canam.

Nihil igitur desideramus nisi coniunctionem adversativam in vs. 181:

Languida non noster peragit labor otia.

Non male conicias: Languida non noster sed agit labor otia, cum locutio *otia agere* apud poetas etiam frequentior esse videatur quam *otia peragere*, cf. Ov. Fast I. 68: Otia terra ferax, otia pontus agit, Verg. Georg. III. 376: secura sub alto Otia agunt terrae; sed veram lectionem ita restituendam puto:

Languida nec noster peragit labor otia.

Apud poetas et scriptores aetatis Augusteae *nec* usurpari solere pro *ne ... quidem, sed non* res notissima est, de quo particulae usu vide Madvig, Cic. De Fin. Exc. III et Riemann, Études sur la langue et la grammaire de Tite-Live p. 277.

PLUT. DE CAP. EX INIM. UTIL. 90 F.

Durus sit et ferreus qui non laudet admireturque *τὸν — (ἐχθρῷ) πταίσαντι συμπαθήσαντα καὶ δεηθέντι συλλαβόμενον καὶ παισὶν ἐχθροῦ καὶ οἰκείοις πραγμάτων ἐν χρείᾳ γενομένοις σπουδήν τινα καὶ προθυμίαν ἐνδειξάμενον.*

Novimus omnes Trygaeum illum *οὐκ ἐραστὴν πραγμάτων*, et credimus alios in deliciis *τὰ πράγματα* habere, sed ne fingere quidem possumus homines qui *negotiorum indigeant*. Repone ergo id quod statim unicuique in mentem venit cum legit de hominibus qui indigentibus *opem* ferant: *χρημάτων*.

J. J. H.

ΔΙΟΝΤΣΟΣ ΕΝ ΛΙΜΝΑΙΣ.

SCRIPSIT

C. GUL. VOLLGRAFF.

Nuper in commentatiuncula quadam, quae in diario quod vocatur „Athenische Mittheilungen" publici iuris fiet, ostendere conatus sum cultum Liberi Eleutherei non, ut vulgo opinantur, VI° saeculo, sed anno 420 demum in urbem Athenarum receptum esse. Quod ut lectoribus probarem, argumentis usus sum: primum nobilissimos quinti saeculi sculptores Myronem eiusque filium Lycium in operum subscriptionibus semet ipsos Eleuthereos appellasse, quod quidem facere non potuissent, nisi patria eorum tunc temporis libera fuisset; tum e Thucydidis historiis luculenter patere Eleutheras vel initio belli Peloponnesiaci imperio Athenarum nondum adiectas fuisse. Cultum autem et antiquam dei imaginem Athenas transferri potuisse, cum ipsa civitas adhuc Boeotiae adscriberetur, quis credat? Contra Euripides in Supplicibus, quae fabula circiter anno 420 docta est, Eleutheras Theseo subiectas facit; quod sumere manifesto non potuisset, nisi tunc temporis oppidum iam e boeotio atticum esset factum. Accedit quod Athenis in vicinia theatri hodie rudera quaedam conspiciuntur duorum templorum, quorum alterum sexto saeculo, alterum fere anno 420 conditum esse demonstrarunt harum rerum periti. Habemus autem de hisce duobus aedificiis notissima Pausaniae verba (I, 20, 3): *τοῦ Διονύσου δέ ἐστι πρὸς ᾧ θεάτρῳ τὸ ἀρχαιότατον ἱερόν· δύο δέ εἰσιν ἐντὸς τοῦ περιβόλου καὶ Διόνυσοι, ὅ τε Ἐλευθερεὺς καὶ ὃν Ἀλκαμένης ἐποίησεν*

ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ. Ergo non est dubitandum quin alterum illud templum, quod circiter anno 420 vel paulo post aedificatum esse videatur, Libero Eleuthereo dicatum fuerit, cum cultus eius foris in urbem reciperetur. Iam vero illud etiam nullo negotio intellegimus, cur festo die, qui magnis Dionysiis antecedebat, pompae in honorem duorum diversissimorum numinum Liberi Eleutherei et Aesculapii ducerentur: etenim cultus Aesculapii quoque, ut titulus paucis ante annis in clivo arcis repertus docuit, anno 420 Epidauro Athenas translatus est. Quibus omnibus egregie confirmatur opinio Reischii, qui primus templum anni 420 ab aede, quam Plutarchus a Nicia ἐν Διονύσου i. e. ἐν τῷ τοῦ Διονύσου τεμένει conditam esse narrat [1]), non diversum esse vidit.

Iam vero oritur alia quaestio, quam cum de Libero Eleuthereo agerem, tractare supersedi: quidnam de templo saeculi VI[i] prope theatrum sito censendum est? Liberi id quoque esse cum dicat Pausanias, age circumspiciamus cetera fana delubraque, quae huic numini Athenis dedicata fuisse testantur scriptores.

Duo in urbe erant Liberi templa vetustissima, quorum alteri τὸ ἐν Λίμναις ἱερόν, alteri τὸ Λήναιον nomen erat. Haec ubi posita essent, quaesiverunt multi, de quorum opinionibus satis esse duco studiosos relegare ad librum illum, quem duobus ante annis de topographia urbis Athenarum edidit Iudeichius [2]). Res eo difficilior est, quod hodie in pomoerio Athenarum unum tantum Διονύσιον repertum est, quod aut τὸ ἐν Λίμναις ἱερὸν aut Lenaeum illud esse possit. Sunt quidem qui cum Doerpfeldio Foucartio [3]) Iudeichio utrumque templum hic situm fuisse arbitrentur, rati aut uni eidemque aedificio duo nomina indita fuisse aut duo templa eodem loco stetisse eodemque muro fuisse inclusa. Haec tamen coniectura, si quid video, parum probabilis est. Cuius defensores nullo alio testimonio freti nisi hisce Hesychii verbis: Λίμναι· ἐν Ἀθήναις τόπος ἀνειμένος Διονύσῳ, ὅπου τὰ Λήναια ἤγετο (cum quivis intellegat et alibi apud Hesychium diserte tradatur Lenaea acta esse in Lenaeo), duobus nominibus

1) Plut. Nic. 3: ὁ τοῖς χορηγικοῖς τρίποσιν ὑποκείμενος ἐν Διονύσου νεως.
2) Judeich, Topographie von Athen, p. 261—266.
3) Foucart, Le culte de Dionysos en Attique, p. 96.

iae sunt Λίμναι et Λήναιον unum idemque templum designari isto audacius ne dicam temere suspicati sunt. Primum enim ibiciendum est fieri posse ut Lenaea non semper eodem loco celebrata sint; scaenica certamina certe, postquam theatrum exstructum sit, e Lenaeo illuc translata esse (qua de re cf. Hesychius s. v. ἐπὶ Ληναίῳ ἀγών); Lenaea igitur si alibi in Lenaeo, alibi ἐν Λίμναις agi legatur, diversa scriptorum testimonia non necessario inter se repugnare. Sed inprimis animadvertas velim verba lexici Hesychiani e fonte uberiore et melioris notae, ut videtur, neglegenter descripta, sicut nunc habent, miserum in modum decurtata et mutilata esse. Quis enim grammaticus vel lexicographus de fano ἐν Λίμναις nihil aliud dixisset, nisi Lenaea ibi agi? Quod si mihi dederis, vide ne locus laudatus ad quaestionem de templis Liberi dirimendam plane inutilis sit. Quid in fonte Hesychii scriptum fuerit, nemo pro certo dixerit; equidem meo iure conicio hoc fere fuisse: Λίμναι· ἐν Ἀθήναις τόπος ἀνειμένος Διονύσῳ, ὅπου τὰ Διονύσια τὰ ἐν ἄστει καὶ τὰ Ἀνθεστήρια καὶ ἐπειδὴ τὸ θέατρον ᾠκοδομήθη καὶ τὰ Λήναια ἤγετο, vel tale quid. Utut est, rationibus subductis mihi quidem constat fanum ἐν Λίμναις a Lenaeo omnino diversum esse.

Nunc vero revertamur ad aedem illam prope theatrum sitam, quam VI° saeculo conditam esse putant viri docti. Statim dicam quid sentiam. Antiqui templi ἐν Λίμναις fundamenta nos tenere persuasum habeo idque duabus maxime de causis.

Pausanias Athenis fanum Liberi iuxta theatrum unum omnium antiquissimum esse dicit. Collatis verbis auctoris orationis contra Neaeram, ubi § 76 legimus: ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου καὶ ἀγιωτάτῳ ἐν Λίμναις, consentaneum esse apparet pervetusti aedificii rudera nostra memoria effossa, quae orchestrae theatri adiacent, τῷ ἐν Λίμναις Διονύσῳ vindicare.

Thucydides (II, 15) in arce stantibus maxime austrum versus iacere testatur τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου (ἱερὸν) καὶ τὸ Πύθιον καὶ τὸ τῆς Γῆς καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου. Cum autem hodie musquisque aut oculis suis conspicere aut saltem ex inscriptionibus ipsis locis repertis concludere possit templa Iovis Apollinis elluris revera haud procul a theatro tendere ad meridiem, nne pro certo affirmare licet τὸ ἐν Λίμναις ἱερὸν ut et Ennea-

crunon (de qua cf. Thuc. ibidem paulo infra § 5) in ‹ fere regione urbana sita fuisse?

In alia omnia tamen it Doerpfeldius verborum Thucydide explicationem proferens novam atque hucusque inauditam, nuper etiam Iohanna Harrison in libro qui inscribitur „Prin Athens as described by Thucydides" copiose exposuit defendi Quid autem argumentatione efficere posse sibi videntur? Sc quattuor illa delubra a rerum scriptore nominata uno fonte Καλλιρρόῃ sive Ἐννεακρούνῳ in arce stantibus neuti ad meridiem, verum ad septentriones et occidentem ia Olympieum, Pythion, fanum Telluris, de quibus agit Tl dides, non notissima illa templa intellegenda esse, qu theatro proxime abesse constat, sed altera eiusdem nomin clivo arcis, qui ad septentriones spectat. Quae ut omnia r ibi fuisse concesseris, tamen interpretatio Doerpfeldiana stare non poterit, quod Thucydidem loco laudato non obscu quaedam, sed clarissima templa Iovi Olympio, Apollini Py Telluri dedicata dicere consentaneum est. Sin minus, tam scripsisse existimandus esset, ut ne aequales quidem libros intellegere potuissent.

Quodsi recte iudicavimus templum quod VI⁰ saeculo a catum esse apparet Liberi τοῦ ἐν Λίμναις fuisse, seq etiam Enneacrunon non multum a theatro distare posse. It non cum Doerpfeldio prope Areopagum, sed, ut vulgaris o obtinet, proxime alveum Ilissi collocanda est, ubi hodie qu fons scatet et antiquum nomen Callirrhoe loco adhaeret.

Liberi templum ἐν Λίμναις theatro vicinum fuisse ant coniecerunt multi, nominisque explicandi gratia quaesitum fueritne antiquis temporibus locus ille paluster necne; l enim siccus est si quis alius. Difficultatem auget, quod viri talium rerum periti, ad quos res dubia delata est, se plane dissentire videntur [1]). Facit tamen vicinia flumini haud difficulter tibi persuadeas potissimum in hac parte olim palustria esse potuisse.

Lenaeum autem, licet nusquam traditum inveniamus, positum fuerit, tamen theatro vicinum fuisse negaverim;

1) Cf. Judeich, Rhein. Mus. 1892, p. 59, 1.

im antiquissima fana eiusdem dei in eadem urbe collocata iquantum inter se distare probabile est. Quare cum in fano iberi, quod Doerpfeldius prope Areopagum effodit, etiam ηνός, i. e. torculum, inventus sit, quamvis certa documenta adhuc deficere fatendum sit, equidem Lenaeum illic potius situm fuisse crediderim.

PLUTARCHUS.

Pseudo-Plut. de Liberis educandis I C.

καὶ μάλ' ὀρθῶς ὁ λέγων ποιητής φησι .. (sequuntur duo versus ex Euripidis Hippolyto).

Ioculare vitium tollatur transponendo: λέγων ὁ. Cf. p. 4 A. καὶ οἱ παροιμιαζόμενοι δέ φασιν οὐκ ἀπὸ τρόπου λέγοντες.

Quom. quis suos in virtute sent. prof. 83 A.

Proficiatne aliquis in virtute an non etiam e somniis eius apparet. Id iam Plato intellexit, ergo

ἐξεμόρφωσε καὶ διετύπωσε τῆς Φύσει τυραννικῆς ψυχῆς τὸ φαντastικὸν καὶ ἄλογον οἷα κατὰ τοὺς ὕπνους δρᾷ.

Immo vero οἷς: iis quae tyrannus in somniis agit Plato usus est ad tyrannicae mentis speciem fingendam.

Pseudo-Plut. de Liberis educandis 7 F. „Neque in malis nimis esse tristem, neque in re secunda nimis elatum, neque in ira nimis acrem, haec sunt .." scriptor ait

ἅπερ ἐγὼ πάντων τῶν ἐκ Φιλοσοφίας περιγιγνομένων ἀγαθῶν πρεσβύτατα κρίνω.

Immo vero παραγιγνομένων: eas virtutes philosophia παρέχει, e philosophia παραγίγνονται.

De Herod. mal. 855 F.

Quoniam Herodotus praesertim Boeotis et Corinthiis maledixit, oportet nos simul proavis *nostris* opem ferre et veritati.

Hinc efficio Corinthium fuisse Alexandrum illum cuius nomen libellus hic in fronte gerat. Sequitur:

κατ' αὐτὸ τοῦτο τῆς γραφῆς τὸ μέρος.

Absurdissima haec, nisi sumere velis, id quod absurdius etiam, Plutarchum ingens illud moralium opus plenum perfectumque ad Alexandrum mittere. Et vel sic cur illo loco potius quam alio Herodotum refutet? Lege: *καὶ αὐτὸ τοῦτο τῆς γραφῆς τὸ τέλος*: atque hoc huiusce libelli est propositum. Nunc demum apte sic pergit: „nam cetera Herodoti mendacia refutare qui vult illi multis opus est voluminibus".

Quom. quis suos in virtute sent. prof. 85 F.

Qui se unquam divites fore desperant nihili faciunt parvas impensas *μηδὲν οἰόμενοι ποιήσειν μέγα τὸ μικρῷ τινι προστιθέμενον.* Ne plane insaniant illi homines, ante *μικρῷ* insere *μικρόν.*

Sed quo quis propius accessit ad opulentiam eo fit parcior. Sic qui sibi ne minimorum quidem peccatorum veniam dat *δῆλός ἐστιν ἤδη τι καθαρὸν κτώμενος ἑαυτῷ καὶ οὐδ' ὁπωσοῦν ἀξιῶν ῥυπαίνεσθαι.*

Lege *ἐν ἑαυτῷ*, deinde observa quam inepte nunc bis idem dicatur et quam sit contorta structura. Utrique simul malo medeberis et venustissimam Plutarcho reddes sententiam legendo *ἀξιοῦν: καθαρόν τι καὶ οὐκ ἀξιοῦν ῥυπαίνεσθαι*, puri aliquid quod nolit pollui.

Praec. reip. ger. 822 D.

Siqui magistratus, homines ipsi tenues, splendidos edunt ludos, semet ipsos ridiculos civibus suis faciunt:

οὐ γὰρ λανθάνουσιν ἐξασθενοῦντες ἢ φίλοις ἐνοχλοῦντες ἢ θωπεύοντες δανειστάς.

Aut nihili verbum est *ἐξασθενεῖν* aut certe in hunc locum non quadrat. Quid sit reponendum contextus clamat. *Tres* enim fere modi sunt quibus homo tenuis, qni magnas vult facere impensas, praesentes sibi comparet nummos: aut apud mensarium facit versuram, aut negotia exhibet amicis, aut denique ... quid? Opinor: supellectilem vendit. Habebis hoc si *ἐξαργυροῦντες* legeris. Usitatius certe hoc sensu est *ἐξαργυρίζειν*, sed vel fingere verbum *ἐξαργυροῦν* hoc loco liceat.

J. J. H.

PLATONICA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(*Continuantur ex pag.* 28).

AD PHAEDRUM.

P. 227 A. Quod ex Annaeo Gazaeo Stallbaumius laudat: Ποῖ δὴ καὶ πόθεν, Ἀξίθεε; id scribendum utique erit Εὐξίθεε.

Ibid. 227 B: ἐν τῇδε τῇ πλησίον τοῦ Ὀλυμπίου οἰκίᾳ τῇ Μορυχίᾳ. Leve est reponere Ὀλυμπιείου, sed hoc ipsum πλησίον τοῦ Ὀλυμπιείου mihi docti lectoris videtur adnotatio. Certe Socrates non erat docendus, ubi Morychi domus esset.

Ibid. 228 A: εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι. Hoc recte; sed interpolator cum metueret ne minus intelligeremus, adscripsit: ἀλλὰ γὰρ οὐδέτερά ἐστι τούτων.

Ibid. p. 229 A: ῥᾷον βρέχουσι τοὺς πόδας ἰέναι. Itane ῥᾷον? Immo legendum ἄριον.

Ibid. 233 B: οὐ τὴν παροῦσαν ἡδονὴν θεραπεύων συνέσομαί σοι. Omnino malim θηρεύων. Cf. Phaedr. 262 C: δόξαν τεθηρευκώς. Phaed. 66 A: ἕκαστον ἐπιχειρεῖ θηρεύειν. Lysid. 218 C: ἔχων ἀγαπητῶς ὃ ἐθηρευόμην, Euthyd. 290 B, alibi. De hoc verbo cf. Heindorf. ad Gorg. p. 132 et H. Schmidt. ad Theaetetum p. 541.

Ibid. 234 E: *μηδαμῶς, ὦ Σώκρατες.* Excidit particula *μη*· *μῶς (γ') ὦ Σώκρ.* Exempla ubique pullulant; in vicinia p. 260 B.

Ibid. p. 234 E: *οἴει ἄν τιν' ἔχειν εἰπεῖν ἕτερα τούτων μείζ καὶ πλείω;* Necessarium duco *ἀμείνω*. P. 235 D legitur: *βε τίω τε καὶ μὴ ἐλάττω.*

Ibid. p. 235 A: *οἵός τ' ὢν ταῦτα ἑτέρως τε καὶ ἑτέρως λέγ ἀμφοτέρως εἰπεῖν ἄριστα.* L. cum Heindorfio: *ταὐτά.*

Ibid. p. 236 D: *οἶσθ' ὡς ἔχει· παῦσαι καλλωπιζόμενος.* Hi promere iuvat incertam suspicionem, de qua aliorum iudici exspecto. Est nota locutio: *οἶσθ' ὡς ποίησον*, de qua post Mure tum *Var. Lect.* III 12 et Bentleium ad Menandr. p. 107 mult egerunt: Cobetus rem attigit: *Var. Lect.* p. 101, *Orat. Inaug.* p. 123 et plenissime *Mnem.* 1862 p. 439 et post eum Contus *ἐν Ἑρμῇ Λογίῳ* p. 140. Est ut postremo loco quem indicavi in Mnemosyne legimus: „Οἶσθ' ὡς ποιήσω optime habet, sed narrantis est, ut *οἶσθ' ὡς ποίησον* est praecipientis et iubentis. Nulla, si hoc tenebis, potest esse usquam dubitatio, utra scriptura sit potior. Utrum quid narretur an iubeatur manifestum ubique est: itaque ubi futurum sequitur praeire futurum necesse est, ubi imperativus imperativum." Hoc quam verum esset, post Elmsleium Cobetus nube exemplorum ita demonstravit ut ineptus sit qui dubitet; sed etiam nova quaedam afferre expeditum est. Veluti Hermippi locus est ap. Athen. XI p. 476 A:

Οἶσθα νῦν ὅ μοι ποίησον; τήνδε νῦν μή μοι δίδου,
ἐκ δὲ τοῦ κέρατος αὖ μοι δὸς πιεῖν ἅπαξ μόνον.

Etiam in hoc ipso dialogo p. 237 A: *οἶσθ' οὖν ὡς ποιήσω ... ἐγκαλυψάμενος ἐρῶ.* Est praeterea locutio *ἔχε δή*, hoc est *agedum* et *ἔχε ἠρέμα* et *ἔχε ἀτρέμας*, de qua Astius dixit ad Lege p. 19 et Schmidt. ad Theaet. p. 523 et Heind. ad Gorg. p. 41 Legitur v. c. apud Platonem Cratyl. 399 E, Lach. 198 B, Gor 460 A et 490 B, Hipp. Mai. 296 A et 298 C, Hipp. Min. 366 Ion. 535 B, Legg. I p. 627 C, alibi. Hisce omnibus in unu compositis non possum non suspicari scribendum esse: *οἶσθ' ἔχε; παῦσαι καλλωπιζόμενος.*

Ibid. 237 A: Ἄγετε δή, ὦ Μοῦσαι, εἴτε δι' ᾠδῆς εἶδος λίγειαι, εἴτε διὰ γένος μουσικὸν τὸ Λιγύων ταύτην ἴσχετε ἐπωνυμίαν, ξύμμοι λάβεσθε τοῦ μύθου. Miseret me interpretum, quos hic locus mire torsit, quum scholiastae fidem haberent et nescio quid de Liguribus somniarent. Aliunde inexpectata lux affulsit. Locum laudavit Heraclitus Alleg. Hom. et quidem sic: Ἄγετε δή, ὦ Μοῦσαι, εἴτε δι' ᾠδῆς εἶδος λιγείας, εἴτε διὰ γένος τι μουσικὸν ταύτην ἴσχετε τὴν ἐπωνυμίαν, ξύμμοι λάβεσθε τοῦ μύθου. Cf. Mehlerus *Praef.* p. XII.

Ibid. 239 A: πλειόνων γιγνομένων τε καὶ Φύσει ἐνόντων. L.: ἐγγιγνομένων.

Ibid. 240 A: παιδικοῖς Φθονεῖν οὐσίαν κεκτημένοις. Multo malim: κεκτημένῳ. Cf. supra p. 238 E: οὔτε δὴ κρείττω οὔτε ἰσούμενον ἐκὼν ἐρασὴς παιδικὰ ἀνέξεται. Lysid. 205 A: ἃ χρὴ ἐρασὴν περὶ παιδικῶν πρὸς αὐτὸν ἢ πρὸς ἄλλους λέγειν. Protag. 315 E: παιδικὰ Παυσανίου τυγχάνει ὤν. Sed prae ceteris utilis locus Alcib. II p. 141 D: Ἀρχέλαον τὰ παιδικὰ ἐρασθέντα τῆς τυραννίδος ἀπέκτεινε, nam Aelianus Var. Hist. VIII 9, qui locum exscripsit, plane habet ἐρασθείς. Cf. praeterea Stallb. ad Phaedr. 238 E. et Hug. ad Symp. p. 40.

Ibid. 240 B: ἀλλά τις δαίμων ἔμιξε τοῖς πλείοσις ἡδονήν. Continuo sequitur ἐπέμιξε, quod praestare dixerim.

Ibid. 240 E: Φύλακας καχυποτόπους Φυλαττομένῳ. Mire ita pergunt edere: longe praeferam καχυπόπτους, quod vocabulum praeterea recurrit Rep. III 409 C et confer Heindorfium p. 231.

Ibid. p. 240 E: πρὸς τῷ μὴ ἀνεκτῷ ἐπ' αἴσχει παρρησίᾳ κατακορεῖ καὶ ἀναπεπταμένῃ χρωμένου. Sic sine sensu editur, nec magis probaverim Heindorfianum ἐπαισχεῖς· commendo: ἐπαισχεῖ παρρησίᾳ (καὶ) κατακορεῖ, sed sciendum est adiectivum ἐπαισχές ceterum apud Atticos scriptores non inveniri.

Ibid. 241 C: βλαβερῷ μὲν πρὸς οὐσίαν, βλαβερῷ δὲ πρὸς

τὴν τοῦ σώματος ἕξιν, πολὺ δὲ βλαβερωτάτῳ πρὸς τὴν τ
χῆς παίδευσιν. Membrorum concinnitas altero loco p
βλαβερωτέρῳ.

Ibid. 244 A: εἰ μὲν γὰρ ἦν ἁπλοῦν τὸ μανίαν κακὸ
καλῶς ἂν ἐλέγετο· νῦν δὲ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν
ται διὰ μανίας. In tali sententia καλῶς ἂν ἐλέγετο et κα
εἶχε et ταῦτα βέλτιστα sim. ut plurimum omittuntur,
merarium foret ubique locorum eiicere quod sine damno
possit nec tamen noceat. Ipse certe Cobetus, quum aet
geret ad senectutem, ἐπέχειν solebat, cf. *Mnem.* 1883
Praeterea conferri possunt Schanzius in Annal. Fleckeis
p. 237 et Herwerdenus in *Mnem.* 1891 p. 338.

Ibid. 244 C. Fingit Socrates vocabulum οἰονιστικήν (si
scribam cum Bodl.), non οἰονοϊστικήν, ἣν νῦν οἰωνιστ
Ω σεμνύνοντες οἱ νέοι καλοῦσιν. Priore νῦν eiecto, mal
νῦν καλοῦσιν.

Ibid. 245 B: μηδέ τις ἡμᾶς λόγος θορυβείτω δεδιττό
ὡς πρὸ τοῦ κεκινημένου τὸν σώφρονα δεῖ προαιρεῖσθαι
De verbo δεδίττεσθαι haud incuriose quaesivit Piersor
Moer. p. 118, sed non assequor quid nunc quidem sig
possit. Praeferam: αἰνιττόμενος, nam huius verbi fr
usus est apud Platonem, v. c. Apol. 21 B, 27 D, Phaed
Lysid. 214 D, Theaet. 194 C, Symp. 192 D, Charmid.
Rep. I 332 B et V 479 C.

Ibid. 245 C. Contenderat Socrates: δεῖ οὖν πρῶτον ψυχ
σεως πέρι θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης ἰδόντα πάθη τε κα
τἀληθὲς νοῆσαι. Deinde pergit: ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος ε
sequuntur. Sciolus autem intercalavit: ἀρχὴ δ' ἀποδε
ἥδε. Vix umquam vidi interpolationem quae tam nullo
argui posset; is quoque qui nondum usquam aliquid e
abiicere ausus est, nunc meam nimiam licentiam non
Id miror nondum fuisse qui locum obelo notarent. Certe
mannus tacet, nec mihi Schanzius obtemperavit.

Ibid. 245 E: *ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται.* Quod iam suscepi ostendere *Mnem.* 1876 p. 333, Plato *ψυχῆς Φύσιν* solet appellare; veluti mox *ταύτης οὔσης Φύσεως ψυχῆς*, p. 245 C *ψυχῆς Φύσεως πέρι*, p. 270 C, 277 B, Alcib. I 123 E, Tim. 18 A, Legg. III 691 C, alibi fortasse; excipio corrupta verba Phaedr. 247 C, de quibus Madvigius egit p. 399. Est praeterea dignus quem conferas in Protagora locus p. 320 E: *τοῖς δ' ἄοπλον διδοὺς Φύσιν*, deinde post pauca: *πτηνὸν Φυγὴν ἢ κατάγειον οἴκησιν ἔνεμεν*, ubi verum iudico *πτηνὸν Φύσιν*. Saepe intellexisse mihi videor, ante ea tempora quibus vetustissimi nostri codices exararentur, fuisse cum compendiorum plurimus usus esset.

Ibid. 246 C: *ἐπτερωμένη πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ*. In hoc dialogo fere reponere ausim poeticum verbum *διοιχνεῖ*. Sed fortasse praestat cum Heindorfio servare vulgatam scripturam.

Ibid. 246 D: *τὴν δ' αἰτίαν τῆς ἀποβολῆς .... λάβωμεν.* Immo *ἀναλάβωμεν* requiro.

Ibid. 247 D: *ἰδοῦσα διὰ χρόνου τὸ ὂν ἀγαπᾷ τε καὶ θεωροῦσα τἀληθῆ τρέφεταί τε καὶ εὐπαθεῖ*. Quanto significantius erit *ἄγαται*! Cf. p. 259 B: *τάχ' ἂν δοῖεν ἀγασθέντες.*

Ibid. 250 A: *οὐκέθ' αὐτῶν γίγνονται.* Exspectaram cum Hirschigio: *οὐκέτ' (ἐν) αὐτῶν γ*. Multi de ea locutione egerunt et omnium fortasse postremus Cobetus *Mnem.* 1857 p. 319.

Ibid. 251 D: *τὰ τῶν διεξόδων σώματα, ᾗ τὸ πτερὸν ὁρμᾷ.* Alii videant an non praestet *ὀργᾷ*. Quae suspicio si fortasse probabitur, etiam p. 256 A: *σπαργῶν δὲ καὶ ἀπορῶν* erit fortasse qui malit: *σπαργῶν δὲ καὶ ὀργῶν*. De utroque verbo Ruhnkenium vide ad Timaeum.

Ibid. 252 A: *ὦ παῖ καλέ·* quam est inutile quod additur: *πρὸς ὃν δή μοι ὁ λόγος*. Primum velim corrigas: *πρὸς ὃν δηλονότι ὁ λόγος·* deinde ineptum additamentum una litura delendum.

Ibid. 253 E: σκολιός, πολὺς εἰκῇ συμπεφορημένος. Duplex de his verbis oritur dubitatio: primum mihi quidem verisimile est σκολιός forte in πολιός abiisse indeque malesana coniectura factum fuisse πολύς. Nec magis tulerim συμπεφορημένος, pro quo cum Winckelmanno fere malim: συμπεφυρμένος, sicuti optime scribitur Phaed. 66 B: ξυμπεφυρμένη ἡ ψυχὴ μετὰ κακοῦ.

Ibid. 255 A. Hic non magis quidquam certi pronunciare ausim; etenim in verbis: πᾶσαν θεραπείαν ὡς ἰσόθεος θεραπευόμενος οὐχ ὑπὸ σχηματιζομένου τοῦ ἐρῶντος ἀλλ' ἀληθῶς τοῦτο πεπονθότος, cum plerisque Codicibus et Hermia et Anecd. Bk. p. 68. 28, uno ductu scribendum arbitror: ὑποσχηματιζομένου. Miror quod Stallbaumius et Hermannus divisim scripserunt, etiamsi Ruhnkenius, Heindorfius, alii, compositum verbum iam agnoverint.

Ibid. 257 A: παλινῳδία τοῖς ὀνόμασιν ἠναγκασμένη ποιητικοῖς τισι διὰ Φαῖδρον εἰρῆσθαι. Hic paulo fidentius loquar quam in proxime praecedentibus; contendo enim ἠναγκασμένη εἰρῆσθαι nimis contorte dictum esse: ecquid latet? Credo: κεκασμένη, quo rescripto εἰρῆσθαι sponte excidet. Nec sane improbandum quod in tali sententia poeticum verbum profertur. „In Phaedro", ut Heusdius scribit, „dictio sic migrat subinde prosae orationis fines, ut poetica atque adeo dithyrambica videatur. Sed vitia haec iuvenilis luxuriantisque ingenii qui est adeo severus quin huic aetati ignoscat?" Non Heusdio necesse fuit excusare quod hodie utique nemo vituperat, sed lepidum est videre contra Heusdium Stallbaumium aniliter σκιαμαχοῦντα et ἀδολεσχοῦντα. Ceterum, nam meritissimorum virorum manes placandi sunt, sciendum est verbum κεκάσθαι itidem legi Rep. I 334 B, ubi Homeri versiculus respicitur.

Ibid. 257 B: Λυσίαν τὸν τοῦ λόγου πατέρα αἰτιώμενος παῦε τῶν τοιούτων λόγων, ἐπὶ φιλοσοφίαν δέ, ὥσπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Πολέμαρχος τέτραπται, τρέψον. Dele propria Lysiae et Polemarchi nomina, nam Socrates nunc quidem, ubi id commode potuit fieri, non libenter usurpat propria aequalium nomina.

Itidem p. 268 A: τῷ ἑταίρῳ σου Ἐρυξιμάχῳ ἢ τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ἀκουμενῷ, eo libentius nomina propria expunxerim, quoniam Dialogi initio non Eryximachus sed Acumenus Phaedri dicitur sodalis, quem Eryximachi filium fuisse suspicor, de nomine avi appellatum. Denique p. 279 A: ταῦτα δὴ ὡς ἐμοῖς παιδικοῖς Ἰσοκράτει ἐξαγγελῶ, σὺ δ' ἐκεῖνα ὡς σοῖς Λυσίᾳ, utar eodem remedio.

Ibid. 259 C: τὸ τεττίγων γένος γέρας λαβὸν μηδὲν τροφῆς δεῖσθαι γενόμενον ἀλλ' ἄσιτόν τε καὶ ἄποτον εὐθὺς ᾄδειν. Cum Badhamo transponendum participium γενόμενον ut fiat: εὐθὺς γενόμενον ᾄδειν. Vide illam locutionem Phaed. 75 B et Theaet. p. 186 B, item Cobetum *Mnem.* 1860 p. 247.

Ibid. 260 D: εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή, κτησάμενος ἐκεῖνο, οὕτως ἐμὲ λαμβάνει. Loci sententia suadet ut scribatur: λαμβανέτω.

Ibid. 263 D: εἰπὲ καὶ τόδε, εἰ ὡρισάμην ἔρωτα ἀρχόμενος τοῦ λόγου. Cum Lysia se comparat Socrates et in oppositione necessarium est: εἰ (ἐγὼ) ὡρισάμην.

Ibid. 264 B. Pergit Socrates carpere Lysiam: ἐμοὶ ἔδοξεν οὐκ ἀγεννῶς τοὐπιὸν εἰρῆσθαι τῷ γράφοντι. Vertit Stallbaumius: *mihi* satis confidenter *a scriptore videtur dictum esse, quidquid ei in buccam venit*: satis bene ad sententiam, deinde addit: „Cum reprehensione dici istud οὐκ ἀγεννῶς non est obscurum, pro *cum audaci temeritate*: alias est *non intrepide, fortiter*": quae significatio quatuor Platonis locis laudatis deinde comprobat. Verum fierine potuit ut nunc „cum reprehensione" dicatur, quod ceteroquin laudi ducitur? Ipse, credo, Stallbaumius coniecturam amplexus fuisset, si lene se obtulisset remedium. Contuli equidem Ruhnkenium, qui ad Timaei Glossam: Ἀτενής· ἢ ὁ τῷ ἤθει εὐθὺς καὶ ἀκλινής ἢ ὁ σκληρὸς καὶ ἀνύπεικτος πρὸς ὃ χρὴ ὑπεῖξαι, ad haec igitur verba cum alia multa scitu digna attulit, tum Plut. Cat. Mai. c. 5: ἀτενοῦς ἄγαν ἤθους ἐγὼ τίθεμαι καὶ μηδὲν ἀνθρώπῳ πρὸς ἄνθρωπον οἰομένου κοινώνημα τῆς χρείας πλέον ὑπάρχειν, ubi illud ἀτενοῦς Gesnero debetur, cum

olim legeretur: *ἀγεννοῦς*. Eadem correctione praeterea Ruhnkenius subvenit Maximo Tyrio: *τὸ ἀγεννὲς τοῦ τῶν καλουμένων τρόπου εἰκαζόντων ἀψύχοις σώμασιν*· quis non potius, inquit, scribat: *τὸ ἀτενές*. Alia excerpere expeditum est, veluti Arist. Vesp. 730:

μηδ' ἄφρων γένῃ
μηδ' ἀτενὴς ἄγαν ἀτεράμων τ' ἀνήρ.,

quem locum Phrynichus respexit *Anecd. Bk.* p. 20. 16. Etiam Plato usurpavit Rep. VIII 547 E, ubi nominat *ἁπλοῦς τε καὶ ἀτενεῖς ἄνδρας*, sed quid opus est pluribus? Hoc arguit Socrates Lysiam scribendo *non severe* argumentorum ordinem servavisse, i. e. *οὐκ ἀτενῶς*.

Ibid. 264 E. Hoc ipsum igitur ut ostendat, confert Socrates epigramma quod in Midae monumento perhibebant insculptum esse, quod epigramma — sic enim mihi rem repraesento — propter laxam compositionem tunc temporis lippis et tonsoribus notum erat: itaque nihil opus erat addere: *ὅτι δ' οὐδὲν διαφέρει αὐτοῦ πρῶτον ἢ ὕστατόν τι λέγεσθαι*. Nimirum hoc ipsum fecerat ut stultum poemation omnibus in ore esset.

Ibid. 265 D: *εἰς μίαν ἰδέαν συνορῶντα ἄγειν τὰ πολλαχῇ διεσπαρμένα*. Non intelligo hoc verbum *συνορᾶν*· praetulerim: *συνείροντα*.

Ibid. 267 C: *ὦ παῖ*. Sic semel ac sine exemplo Socrates Phaedrum alloquitur, qui, uti coniicimus, adolescens erat et pueritiam iamdudum post se reliquerat. Nonne melius erit: *ὦ τᾶν*? Cf. *Mnem.* 1899 p. 190.

Ibid. 269 D: *οὐχ ᾗ Τισίας πορεύεται δοκεῖ μοι Φαίνεσθαι ἡ μέθοδος*. Mihi quidem hoc improprie videtur dictum et praefero: *Φέρεσθαι*. Vide eiusdem confusionis exemplum *Ἑρμ. Λογ.* p. 169.

Ibib. 274 D: *βασιλέως δ' αὖ τότ' ὄντος Αἰγύπτου ὅλης Θαμοῦς περὶ τὴν μεγάλην πόλιν τοῦ ἄνω τόπου*. Quidni scribitur *νομοῦ*? Cf. Tim. 21 E: *Σαϊτικὸς ἐπικαλούμενος νομός· τούτου δὲ τοῦ νομοῦ μεγίστη πόλις Σάϊς*.

Ibid. 276 B. Quantum video aliquid excidit: *ἀγαπῴη ἂν ἐν γοῦν μηνὶ ὅσα ἔσπειρε (μόλις) τέλος λαβόντα.*

Ibid. 278 A. Planissime pro: *τοὺς δ' ἄλλους χαίρειν ἐῶν* requiritur infinitivus *ἐᾶν*, sed longiorem locum in re levi parco scribere.

AD ALCIBIADEM I.

P. 106 B: *ὡς διανοουμένου σου [ταῦτ' ἐρωτῶ], ἃ φημί σε ἐννοεῖσθαι.* Inepte abundant verba quae notavi.

Ibid. 121 B: *εἰ δέ σε δέοι καὶ τὴν πατρίδα Εὐρυσάκους ἐπιδείξαι [Σαλαμῖνα] ἢ τὴν Αἰακοῦ τοῦ ἔτι προτέρου [Αἴγιναν].* Mihi quidem propria Salaminis et Aeginae nomina addita displicent.

Ibid. 121 C: *οὐ φρουρεῖται ἡ βασιλέως γυνὴ ἀλλ' ἢ ὑπὸ Φόβου.* Hoc quidem absonum est, sed omnino facilis est correctio: *ἢ ὑπὸ τροφοῦ.* Sed in iis quae continuo sequuntur: *μετὰ τοῦτο φέρεται ὁ παῖς οὐχ ὑπὸ γυναικὸς τροφοῦ ὀλίγου ἀξίας ἀλλ' ὑπ' εὐνούχων*, illud ipsum *τροφοῦ* libenter deleverim.

Ibid. 121 D. Sepositis aliquantisper criticis quaestionibus ut sanum animum meum reficiam, nunc digitum intendere lubet in ea quae sequuntur: nempe eunuchi curare debent ut regius puer *κάλλιστος* fiat, *ἀναπλάττοντες τὰ μέλη τοῦ παιδὸς καὶ κατορθοῦντες.* Dices fortasse tam absurdum institutum Platoni non potuisse probari indeque etiam liquido apparere hunc dialogum a alia schola prodiisse; verum quid ipse in Legibus VII p. 789 E? De legibus, inquit, sanciatur, sed moris sit *τὴν κυοῦσαν περιπατεῖν, τὸ γενόμενον δὲ πλάττειν τε οἷον κήρινον, ἕως ὑγρόν, καὶ μέχρι δυοῖν ἐτοῖν σπαργανᾶν.* Alia quae eodem pertinent facile est conquirere. Anecd. Bk. p. 504. 14: *Σπαργανώματα· αἱ ῥῶται φασκίαι, σύνδεσμοι ἐν οἷς συνδεῖται τῶν ἄρτι τεχθέντων παιδίων τὸ σῶμα, ῥυθμιζόμενον ἐπὶ τὸ ὀρθότερον καὶ εὐμορφότερον.* Plut. Lycurg. 16 nunc quidem Platone sapientius: *ἦν δὲ περὶ τὰς τροφοὺς ἐπιμέλειά τις μετὰ τέχνης, ὥστε* ΑΝΕΤ ΣΠΑΡΓΑΝΩΝ

ἐκτρεφούσας τὰ βρέφη, τοῖς μέλεσι καὶ τοῖς εἴδεσιν ἐλευθέρια ποιεῖν, ἔτι δὲ εὔκολα ταῖς διαίταις καὶ ἄσικχα καὶ ἀθαμβῆ σκότου καὶ πρὸς ἐρημίαν ἄφοβα καὶ ἄπειρα δυσκολίας ἀγεννοῦς καὶ κλαυθμυρισμῶν. Praeterea traditur talem Spartanam nutricem educavisse Alcibiadem, qui in hoc dialogo fortasse mulierculae non meminit. Sed Aristoteles etiam longius progreditur quam ipse Plato: de Rep. VII 17: πρὸς δὲ τὸ μὴ διαῤῥέφεσθαι τὰ μέλη (τῶν παιδίων) δι' ἀπαλότητα χρῶνται καὶ νῦν ἔνια τῶν ἐθνῶν ὀργάνοις τισὶ μηχανικοῖς, ἃ τὸ σῶμα ποιεῖ τῶν τοιούτων ἀῤῥαβές. Quam hoc indignarentur nostri medici, si Graece intelligerent.

Ibid. p. 122C. Redeo non quidem in meum regnum, sed tamen in meam provinciam. Non fero θεραπόντων πλῆθος ἀκολουθίας et primum vocabulum delendum censeo, nam inter θεράποντας et ἀκολούθους nihil interest.

Ibid. 123C. Hunc locum adde iis quae disputavi *Mnem.* 1899 p. 176, ut appareat divitissimos cives Athenienses vix trecenta πλέθρα possedisse; hinc etiam magis corroboratur, quod tunc demonstrare suscepi.

Ibid. 132D: κινδυνεύει γὰρ οὐδὲ πολλαχοῦ εἶναι παράδειγμα αὐτοῦ ἀλλὰ κατὰ τὴν ὄψιν μόνον. Immo legendum: οὐδέποτ' ἀλλαχοῦ.

AD ALCIBIADEM II.

P. 138C: ἐξὸν αὐτῷ τῶν παρόντων κακῶν ἀποτροπήν τινα εὔξασθαι. Sine sensu ita editur: lege: εὑρέσθαι. Cf. p. 148D: ἀποτροπὴν εὑρεῖν et de eo loco *Mnem.* 1883 p. 19.

Ibid. 142B: συμφοραῖς δὲ χρησαμένων. Hic prorsus inutiliter additum reperies: ὥσε ῥηθῆναι.

Ibid. 143A: τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν κελεύει. Rectissime Cobetus *Mnem.* 1883 p. 17 scribit perperam adscriptum fuisse κελεύει, sed expuncto finito verbo, simul ἀπαλέξειν convertendum erit in imperativum: ἀπάλεξον.

Ibid. 148 D: ξυνέβαινεν ἀεὶ τῇ πόλει [ὥς ε καὶ] κατὰ γῆν κατὰ θάλατταν [ὁπότε μάχη γένοιτο] δυσυχεῖν. Ipse les absurdam interpolationem.

Ibid. 150 D. In inepta confabulatione Alcibiades merus stipes qui nihil intelligit indeque rogat: ἥδιςα γὰρ ἄν μοι δοκῶ iν τοῦτον τὸν ἄνθρωπον τίς ἐςιν. Cui Socrates: οὗτος ᾧ μέλει ρὶ σοῦ. Intelligi poterit: οὗτος ὦ μέλε παρὰ σοί. et con- re poteris Ruhnk. ad Tim. p. 279. Adde Heindf. ad Gorg. 384 et F. H. E. Wolff. de Schol. Plat. p. 46.

AD HIPPARCHUM.

P. 229 D: καὶ τοὺς περιαλγήσαντας οὕτως ἀποκτεῖναι τὸν Ἵπ- ρχον. Non vacat plura describere ut appareat verum esse: ύτους περιαλγήσαντας.

Ibid. 231 A: ἆρα κέρδος λέγεις πᾶν κτῆμα, ὃ ἄν τις κτήσηται μηδὲν ἀναλώσας ἢ ἔλαττον ἀναλώσας πλέον λάβῃ. Vera lectio λαβών, nonne?

AD RIVALES.

P. 132 A: γράφοντες ἐφαινέσθην. Scribe: γράφοντε, ut llo supra ἐρίζοντε et mox ἐπικλίνοντε et ἐσπουδακότε. Perpetuo offendimus dualem, sicuti p. 133: ἐπακούσαντε τὼ μειρακίω γητάτην καὶ αὐτὼ παυσαμένω τῆς ἔριδος ἡμῶν ἀκροαταὶ ἐγενέσθην. am Phaedr. 261 B potius scripserim σχολάζοντε συνεγρα- την quam σχολάζοντες. De Theaet. 153 B ambigi non et et palam est scribi oportere: κινήσεοιν ὄντοιν, quo- a miror formas οὔσαιν Soph. 265 E, Tim. 79 E et Legg. VI B et XII 955 D et ἀπονεμηθείσαιν Legg. VI 771 C. Cobetus affecit magis quam perfecit multaque aliorum studiis etiam ie relicta sunt. Alia quae huc pertinent dedi *Mnem.* 1881 231.

bid. 132 B: ἀδολεσχοῦσι μὲν οὖν οὗτοι περὶ τῶν μετεώρων καὶ αροῦσι φιλοσοφοῦντες. Ultimum vocabulum insiticium etur.

Ibid. 132C: τί οὕτω χαλεπῶς λέγεις; Quid est χαλεπῶς λέγειν? Melius intelligam Φέρεις.

Ibid. 132D. Stallbaumius ad hunc locum laudat Galeni locum ad Thrasybulum c. 37: ὅλον γὰρ ἐωρῶμεν αὐτῶν τὸν βίον ἐν ταύτῃ τῇ περιόδῳ συγχεφομένων ἢ ἐσθιόντων ἢ πινόντων ἢ κοιμωμένων ἢ ἀποπατούντων ἢ κυλινδουμένων ἐν κόνει τε καὶ πηλῷ. Locum ut explicet, non multum metuo ne quis provocet ad Aristoph. Acharn. 81:

ἀλλ' εἰς ἀπόπατον ὤχετο γρατιὰν λαβών,
κἄχεζεν ὀκτὼ μῆνας ἐπὶ χρυσῶν ὀρῶν.

Sed Galenus περιπατούντων scripsit, de qua cura coniecturam facere possumus ex Phaedri initio. Kiehlius meus olim indicavit contrarium vitium in Theophrasto περὶ ἀκαιρίας: καὶ ἀνάγεσθαι δὴ μέλλοντας κωλύειν καὶ προσελθὼν δεῖσθαι ἐπισχεῖν ἕως ἂν περιπατήσῃ, sed hic quidem rectissime vidit requiri: ἀποπατήσῃ.

Ibdi. 136E: ζητῶ ἀνομολογήσασθαι τὰ εἰρημένα. Intelligam: ἀναλογίσασθαι.

Ibid. 137E: οὕτω δὴ καὶ εἰ κύων; Supplendum participium ὤν, quemadmodum in vicinia invenitur βοῦς ὤν et ἄνθρωπος ὤν. Etiam apud Platonem haud infrequens hoc vitium est. Veluti corrige Phileb. 64C: οἰκειότερον (ὂν) ἐν τῷ παντὶ ξυνέσηκεν et in Tim. 37D cum Stobaeo: τυγχάνει ζῷον ἀΐδιον (ὄν).

AD THEAGEM.

P. 121D: τῶν ἡλικιωτῶν τινὲς αὐτοῦ (nempe filii Critobuli) καὶ δημοτῶν εἰς τὸ ἄγυ καταβαίνοντες, λόγους τινὰς ἀπομνημονεύοντες διαταράττουσιν αὐτόν. Longe praestiterit: καταβαίνοντος, nam credibile est patrem, aut certe filium, rure habitasse.

Ibid. 122D: τί καλὸν ὄνομα τῷ νεανίσκῳ; τί αὐτὸν προσαγορεύωμεν. Hic Hartmannus post Baiterum eiecit id quod est καλόν. De vitio omnia concedo, non concedo de remedio. Interrogatus pater respondit Theagem esse; cui Socrates:

λόν γε, ὦ Δημόδοκε, τῷ υἱεῖ τὸ ὄνομα ἔθου καὶ ἱεροπρεπές. vi ὀνόματα καλά, αἰσχρά, οἰκετικά, plebeia nec tamen minus urdum est rogare: τί καλὸν ὄνομα τῷ νεανίσκῳ. Rescribendum , nisi fallor: τί καλῶμεν ὄνομα τὸν νεανίσκον, quo facto nte excidet: τί αὐτὸν προσαγορεύωμεν; Ὄνομα καλεῖν quenter legitur imprimis in Cratylo. Apud Euripidem est . 259: ὄνομα τί σε καλεῖν ἡμᾶς χρεών; Item Androm. 56. hist. 223 A: τὸ προστῆκον ὄνομα καλεῖν τινά et ad eandem mam Phileb. 37 E: ὀρθὴν ἢ χρηστὴν ἢ τί τῶν καλῶν ὀνομάτων σθήσομεν;. Aliquoties Stallbaumius hoc attigit, attigit Valckerius ad Eur. Phoen. vs. 12, alii etiam.

Ibid. 125 E: εὐξαίμην μὲν ἂν ἔγωγε τύραννος γενέσθαι. Imo rsus necessarium est δεξαίμην· frequentissime haec conduntur, sed numquam dubia optio.

Ibid. 126 E: τοὺς δημιουργοὺς αὐτοῦ τούτου [τοὺς ζωγράφους]. Stultum emblema est.

Ibid. 127 C: ἐγὼ γάρ σοι ἑτοῖμός εἰμι διὰ βραχέων εἰπεῖν, ἐμέ καὶ τὰ ἐμὰ ὡς οἷόν τε οἰκειότατα παρέχειν ὅτου ἂν δέῃ βραχυ. Qui adscripsit διὰ βραχέων εἰπεῖν, explicare voluit id esset ἔμβραχυ, de quo vocabulo Cobetus tum alibi dixit, n *Mnem.* 1883 p. 10.

Ibid. 129 E: ταχὺ γὰρ παραχρῆμα ἐπιδιδόασιν. Collegi aliando istiusmodi abundantias: recte dicitur εὐθὺς παραχρῆμα, χ' ἴσως, alia ad eandem normam, nec quisquam sollicitabit atini versiculum: ὡς εὖ καὶ ταχέως ἀπετίσατο καὶ παραχρῆμα, l nunc quidem malo: πολὺ γὰρ παραχρῆμα ἐπιδιδόασιν.

AD CHARMIDEM.

P. 153 A: εἰς τὴν Ταυρέου παλαίστραν τὴν καταντικρὺ τοῦ βασιλικῆς ἱεροῦ. Cur ipse Plato addidisset quod omnes ıenienses norant? De Taureae palaestra praeter Urlichsium, m Schanzius laudat, Curtium cf. de Hist. Athen. p. 183.

Ibid. 154 D. De Charmide Chaerephon Socratem interpellat: *τί σοι φαίνεται ὁ νεανίσκος; οὐκ εὐπρόσωπος;* Respondet alter: *ὑπερφυῶς. οὗτος μέντοι εἰ ἐθέλοι ἀποδῦναι, δόξει σοι ἀπρόσωπος εἶναι· οὕτως τὸ εἶδος πάγκαλός ἐστιν.* Prorsus non intelligo et commendare ausim *ὁλοπρόσωπος*, coll. Valcken. ad Eurip. Phoen. 373. Stallbaumius apposite laudavit Aristaenetum Ep. I: *ἐνδεδυμένη μέν, εὐπροσωποτάτη ἐστίν, ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται.*. Lepida est historiola quam Boissonadius excitavit ex Montanii *Essays* I c. 35: „Je ne sçay qui demandoit à un de nos gueux, qu'il voyoit en chemise en plain hyver, aussi scarbillat que tel qui se tient amitonné dans les martres jusques aux oreilles, comme il pouvoit avoir patience: Et vous, Monsieur, respondit-il, vous avez bien la face découverte; or moi je suy *tout visage*."

Ibid. 155 A: *οὐδὲ γὰρ ἄν που .... αἰσχρὸν ἂν ἦν αὐτῷ διαλέγεσθαι.* Quod *Mnem.* 1873 p. 342 correxeram: *οὐδὲν γὰρ δή που*, id etiam Schanzio me probavisse gaudeo. Etiam Cobetus *Mnem.* 1877 p. 2 locum attigit.

Ibid. 155 B: *Κυδίαν ὃς εἶπεν ἐπὶ καλοῦ λέγων παιδὸς εὐλαβεῖσθαι.* Valde languet quod est additum: *ἄλλῳ ὑποτιθέμενος.*

Ibid. 156 B: *λέγουσιν ὅτι .... ἀλλ' ἀναγκαῖον εἴη ἅμα καὶ τὴν κεφαλὴν θεραπεύειν εἰ μέλλοι καὶ τὰ τῶν ὀμμάτων εὖ ἕξειν.* Supplevit Madvigius *ἀναγκαῖον (ἄν)*· equidem praefero: *ἀναγκαῖον εἶναι* ac deinde indicativum *μέλλει.*

Ibid. 158 B: *εἰ πρὸς σωφροσύνην ἱκανῶς πέφυκας, μακάριόν σε ἡ μήτηρ ἔτικτεν.* Admodum mediocris ea laus est et prorsus requiro *καλῶς*, quae creberrima confusio est. Mox autem, quantum video, recte: *πότερον φὴς ἱκανῶς ἤδη σωφροσύνης μετέχειν*; Sed Critias in cognomine dialogo p. 117 D, ubi in urbe quam fingit navalia describit, non potuit depingere *πάντα ἐξηρτυμένα ἱκανῶς*, sed omnino *καλῶς.*

Ibid. 163 B: *οὐκ οἴεσθαί γε χρή.* Qui negationem intercalarunt,

noravisse videntur quo sensu illud *οἴεσθαί γε χρή* Plato haud mel usurpaverit. Exemplum offendes Protag. 325 C.

Ibid. 189 A: *μεγάλου δή τινος ἀνδρὸς δεῖ*. Vix mihi persuleo ingeniosum virum sic simpliciter *μέγαν* dici potuisse. lacetne *μεγαλόνου*?

Ibid. 173 D: *σμικρὸν τοίνυν με ἔτι προσδίδαξον*. Imo *προδίδαξον* hoc dicendum est.

AD LACHETEM.

P. 179 C: *ὑπαισχυνόμεθά τε τούτδε καὶ αἰτιώμεθα τοὺς ατέρας ἡμῶν*. Audacter corrigere poteris: *ὑπεραισχυνόμεθα*. iusmodi composita pro re nata ab unoquoque finguntur neque rgeo, quod nihil refert, *ὑπεραισχύνεσθαι* Aeschinem auctorem abere.

Ibid. 179 E: *εἰσηγήσατο οὖν τις ἡμῖν καὶ τοῦτο τὸ μάθημα ὅτι ιλὸν εἴη νέῳ μαθεῖν*. Otiose additur: *ἐν ὅπλοις μάχεσθαι*. em mendum redit p. 181 C: *τί δοκεῖ; τὸ μάθημα τοῖς μειραίοις ἐπιτήδειον εἶναι ἢ οὔ, τὸ μαθεῖν ἐν ὅπλοις μάχεσθαι;*

Ibid. 180 D. Nihil desideraveris in hisce: *οὗτοι οἱ ἡλίκοι ἐγὼ ι γιγνώσκομεν τοὺς νεωτέρους, ἅτε κατ' οἰκίαν τὰ πολλὰ διατρίντες·* nemo nostrum hic addidisset *ὑπὸ τῆς ἡλικίας*. Cetem dum hunc dialogum et Gorgiam et alios quosdam relego mente recolo, Platoni *τῇ θείᾳ κεφαλῇ* possum *συμβακχεῦσαι*, d simul mihi ante oculos versatur non *εὔκολός τις*, sicuti phoclem fuisse accepimus, sed quam maxime *δύσκολος*.

Ibid. 181 D: *δικαιότατόν μοι δοκεῖ εἶναι ἀκούειν πρότερον λέγουσιν*. Mihi quidem positivus *δίκαιον* satis est.

Ibid. 182 D: *εὐσχημονέστερον* (*ποιήσειεν ἄν* scil. ea ars quam cias commendat) *ἐνταῦθα οὗ χρὴ τὸν ἄνδρα εὐσχημονέστερον Φαίνεσθαι, οὗ ἅμα καὶ δεινότερος τοῖς ἐχθροῖς Φανεῖται διὰ τὴν εὐσχημοσύνην*. Prorsus non intelligo illud *οὗ ἅμα*, ad quod tamen

Stallbaumius, qui talia curiose interpretari solet, nihil adnotavit. Incidi equidem in θαμά, coll. supra p. 180 E: διαλεγόμενοι θαμὰ ἐπιμέμνηνται Σωκράτους. Lysid. p. 204 C: παραταθήσεται ὑπὸ σοῦ ἀκούων θαμὰ λέγοντος. Rep. I p. 330 E: ἐκ τῶν ὕπνων θαμὰ ἐγειρόμενος δειμαίνει. Cf. Phot. et Schol. Cratyl. p. 428 D.

Ibid. 184 A: ἦν δὲ γέλως καὶ κρότος. Nimis exiliter hoc dictum est: supplebo: ἦν δὲ γέλως (πολύς), quemadmodum recte legitur Charmid. 155 B: ἐποίησε γέλωτα πολύν. Sic saepe suspicatus sum in Xenoph. Anab. I 2. 18: οἱ δ' Ἕλληνες σὺν γέλωτι ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἦλθον, supplendum esse: σὺν (πολλῷ) γέλωτι. Plane eodem modo corrige Philostr. Vit. Apollon. p. 192: τοὺς δὲ βελτίςους Ἕλληνας οὐ ξὺν ὅλῳ γέλωτι φοιτᾶν ἐς τὰς πανηγύρεις; Plutarch. Philopoem. 21: λόγων δὲ λεχθέντων καὶ Πολυβίου ἀντειπόντος, imo legendum λόγων δὲ (πολλῶν). Denique, ut ad Platonem redeam, Rep. III 398 A requiro: (πολὺ) μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες. Itidem suppleam Rep. V 458 D: οὐ γεωμετρικαῖς ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις αἳ κινδυνεύουσιν ἐκείνων (πολὺ) δριμύτεραι εἶναι, coll. Rep. VIII 564 D.

Ibid. 184 B: εἴτε οὕτως μικρὰς ὠφελίας ἔχει μάθημα ὄν, εἴτε μὴ ὂν φασὶ καὶ προσποιοῦνται. Satis hoc est, nec fero interpolata verba: αὐτὸ εἶναι μάθημα.

Ibid. 187 B. Itidem satis est: ἀτεχνῶς τὸ λεγόμενον nec praeterea quisquam additum requiret: κατὰ τὴν παροιμίαν.

Ibid. 191 B. In lepida confabulatione cum Lachete Socrates iocatus fuerat et contenderat posse aliquem etiam fugiendo contra hostes pugnare; laudarat Aeneae equos qui nossent κραιπνὰ μάλ' ἔνθα καὶ ἔνθα διωκέμεν ἠδὲ φέβεσθαι ipsumque Aeneam quem Homerus μήςωρα φόβοιο appellaverat. Graviter nos admonet Stallbaumius ne haec serio accipiamus, Socratem enim ludere; paulo utilius fuisset animadvertere iamdiu ante Aristarchum ipsum intellexisse Socratem, qualem φόβον Homerus nominet. Sed obiter hoc dictum esto; in Lachetis autem verbis: καλῶς γε, ὦ Σώκρατες· περὶ ἁρμάτων γὰρ ἔλεγε· καὶ

τὸ τῶν Σκυθῶν ἱππέων πέρι λέγεις, multum praeferam: περὶ ματηλατῶν.

Ibid. 193 C: ἐθέλουσι κολυμβῶντες καρτερεῖν μὴ ὄντες δεινοί. ippleo: δεινοὶ (νεῖν). Quam late pateat usus adiectivi δεινόν, odie, credo, etiam tirones norunt.

Ibid. 198 E: αὐτοὶ ἂν μαρτυρήσαιτε ὅτι ἡ στρατηγία κάλλιστα ρομηθεῖται περὶ τὸ μέλλον ἔσεσθαι. Adverbium κάλλιστα transonatur ante verbum μαρτυρήσαιτε.

Ibid. 199 C: οὕτως αὖ μετατίθεσθαι ἢ πῶς λέγεις; Revoca d quod olim edebatur: μετατίθεσαι.

Ibid. 200 A: οὐδὲν οἴει σὺ ἔτι πρᾶγμα εἶναι. Ex apographo uodam restitue veram librarii cuiusdam coniecturam: σοί.

AD LYSIDEM.

P. 203 A: ἐπορευόμην μὲν ἐξ Ἀκαδημείας εὐθὺ Λυκείου [τὴν ἔξω τείχους] ὑπ' αὐτὸ τὸ τεῖχος. Cur tam parum eleganter ddidisset Plato id quod omnes cives norant? Ceterum iter est luarum ferme horularum.

Ibid. 204 B. Quod hic legitur: ὦ παῖ Ἱερωνύμου Ἱππόθαλες raebebit nobis occasionem complures locos Platonicos emenandi, qui nunc cum vitio ambulant; sed priusquam ad ipsam em veniam, erunt quaedam praemittenda. Utar autem iis quae lim ante novem ferme lustra congessi in *Commentationem* quae um duabus aliis ἀνεκδότου instar est, neque, uti spero, lectores egre ferent si pergam facere quod etiam in superioribus alioties feci et illinc excerpam quae post tantum humanae vitae atium etiamnunc mihi probantur. Solebant Graeci in iure men profiteri, addito nomine patris, gentis et tribus. Res tis constat et aliorum scriptorum testimoniis et fideiussorem bemus Platonem ipsum Legg. VI 753 C, ubi philosophus in , sicuti in aliis multis, veram Atheniensium vitam referens, mquemque iubet nomen deferre εἰς πινάκιον γράψαντα τοῦ-

νομα πατρόθεν καὶ Φυλῆς καὶ δήμου ὁπόθεν ἂν δημοτεύηται. Historiarum quoque scriptores Μιλτιάδης ὁ Κίμωνος, Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου· neque in ea re quidquam est quod quis miretur, cf. Wyttenb. ad calc. *Biblioth. Crit.* Praeterea in vita communi Graeci solebant duabus de causis aliquem compellare nomine patris. De priore eaque pervulgata constat ex Lysidis loco 204 E: οὐ γὰρ πάνυ τι αὐτοῦ τοὔνομα λέγουσιν ἀλλ' ἔτι πατρόθεν ἐπονομάζεται διὰ τὸ σφόδρα τὸν πατέρα γιγνώσκεσθαι αὐτοῦ. Hinc Alcibiades adulescentulus ὁ Κλεινίειος vocabatur, Theramenes ὁ Ἀγνώνειος. Lysin pauci cognoverant, sed nemo ignorabat filium Democratis. Hinc apparet Alcibiadem non potuisse vocari τὸν Κλεινίειον Ἀλκιβιάδην, nam cives eam ipsam ob causam patronymico utebantur, quia proprium nomen nesciebant. Hoc autem, ut aequum est, plerumque fiebat in populi sermonibus, sed qui adulescentulum norant, parentes, amici, praeceptores istiusmodi patronymicis non utebantur. Alia res est cum honoris causa vel iocantes aliquem hoc modo compellamus. Vetus haec erat consuetudo in dubiis rebus milites hortari ut *paternae* virtutis memores essent. Noti sunt Homeri versus:

πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον,
πάντας κυδαίνων.

Cf. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. VI 2. Hunc morem secutus est Nicias quoque apud Thucydidem VII 69. Quod autem Troiae et Syracusis serio fiebat, id apud Platonem itidem fit sed cum gravitate quadam ficta et iocosa. Verum neque hic neque illic in talibus proprium viri nomen patronymico recte additur, etiamsi librariorum male sedula diligentia hodie loci prope infiniti hoc modo interpolati sint. Quod in Herodoteis, *Mnem.* 1854 p. 479, hac observatione usus Musarum scriptorem bis emendaveram, id laetus video calculo suo comprobavisse Cobetum *Mnem.* 1858 p. 181, qui idem argumentum praeterea attigit *Collect. Crit.* p. 26. Addidit autem complusculos locos Platonicos, quibus adiungam quae huius generis sunt apud philosophum reliqua; verum qui post eum venit, brevi transigere potest negotium spicas legendi. Primum adducemus locos qui emendate in codicibus leguntur. Symp. 198 A: ὦ παῖ Ἀκουμενοῦ. Protag. 328 D: ὦ παῖ Ἀπολλοδώρου. Rep. IX 580 B: ὁ Ἀρίστωνος υἱός. Lysid. 207 B: ὦ παῖ Δημοφῶντος. Lysid. 209 A: ὦ παῖ

ιμοκράτους. Lach. 180 D: ὦ παῖ Σωφρονίσκου. Charmid. 169 C: παῖ Καλλαίσχρου. Alcib. I init.: ὦ παῖ Κλεινίου. Euthyd. 278 E: παῖ Ἀξιόχου. Men. 76 E: ὦ παῖ Ἀλεξιδήμου, ubi malim Ἀλεξιδάμου. Phileb. 36 D: ὦ παῖ Ἐκείνου ἀνδρός. Cratyl. 384 A: παῖ Ἱππονίκου. Sed interpolati sunt: Lysid. 204 A: ὦ παῖ Ἱερωνύμου [Ἱπποθάλους]. Cratyl. 384 A: ὦ παῖ Ἱππονίκου [Ἑρμογένους]. Euthyd. 296 D: ὁ ἀδελφός σου οὑτοσὶ [Διονυσόδωρος], nam talia quoque interpolantur: nunc quidem satis habeo audare Gorg. 483 E, ubi recte ὁ πατὴρ αὐτοῦ, non addito Darii patris nomine. Plane singulare est neque ullo modo ad exemplum est trahendum quod Socrates fingit dicere aliquem in Cratylo 429 E: χαῖρ' ὦ ξένε Ἀθηναῖε, υἱὲ Σμικρίωνος Ἑρμόγενες. Non multum diversa est alia interpolationis species, de qua nunc dicam, quamquam ex parte refragantibus Hartmanno *de Emend.* p. 112 cum cognomine Verneto in *Diss. Academ.* p. 45. Recte dicitur ὦ φίλε Φαῖδρε, ὦ φιλούμενε Ἀγάθων, quamquam non minus recte dicitur ὦ φίλε Euthyd. 293 C et Phileb. 26 B: ὦ καλὲ Φίληβε, sed cum dicis ὦ μακάριε, ὦ δαιμόνιε, nim. nomen non recte additur. Saepe talia sine mendo in codilibus comparent, sed *numquam* nomen proprium adscriptum est, nisi *aliunde* de eo constet. Sic sine vitio legitur Protag. 309 C ὦ μακάριε, quia viri nomen Plato nusquam memoriae tradidit. Ὦ μακάριε praeterea recte legitur Crit. 48 D, Rep. I 341 D, Symp. 198 B et 214 D, Charmid. 166 D, Theaet. 166 C, alibi. Interpolati sunt Crit. 44 B: ὦ μακάριε Κρίτων, Phaed. 69 A: ὦ μακάριε Σιμία, Rep. I 354 A: ὦ μακάριε Θρασύμαχε, Cratyl. 391 A: ὦ μακάριε Ἑρμόγενες. Ὦ δαιμόνιε invenies Theaet. 172 C; sed saepius perperam: Crit. 44 B: ὦ δαιμόνιε Σώκρατες, Rep. I 344 D: ὦ δαιμόνιε Θρασύμαχε, Rep. VII 522 B: ὦ δαιμόνιε Γλαύκων, Hipp. Mai. 293 D: ὦ δαιμόνιε Σώκρατες, Euthyd. 291 A: ὦ δαιμόνιε Κρίτων, quamquam de hisce quidem fieri potest ut dubites. De interpolatione constat ubi non facta est suo loco, ut in Politic. 263 A: ὦ βέλτιστ' ἀνδρῶν, οὐ φαῦλον προστάττεις, Σώκρατες et Alcib. I 124 C, quem locum Cobetus emendavit. Perperam quoque nomen proprium adhaeret Crit. 54 D: ὦ φίλε ἑταῖρε Κρίτων, Ion. 531 D: ὦ φίλη κεφαλὴ Ἴων, Menon. 90 B: τῷ σαυτοῦ ξένῳ Μένωνι τῷδε et p. 91 A: περὶ τοῦ ξένου τουτουὶ

Μένωνος, Menon. extr.: τὸν ξένον τόνδε Ἄνυτον, sed recte dictum est Euthyd. 283 E: ὦ ξένε Θούριε et ὦ ξένε Ἠλεῖε in Hippia. Animadverte emblema loco non suo positum in Phaed. 84 C: αὐτὸς πρὸς τῷ εἰρημένῳ λόγῳ ἦν ὁ Σωκράτης. Sunt alia de quibus subdubito. Verbi causa legitur in Menon. 98 A: ὦ Μένων ἑταῖρε, contra Cratyl. 438 A: ὦ ἑταῖρε Κρατύλε inverso verborum ordine, sed rectius p. 408 B: ὦ ἑταῖρε et 437 D: ὦ Φίλε. Si quis hic interpolationem agnoscit, eadem opera deleat oportet Cratyl. 401 E: ὦ 'γαθὲ Ἑρμόγενες, p. 428 D et 436 C: ὦ 'γαθὲ Κρατύλε. Recte vero legitur ὦ 'γαθέ Cratyl. 401 E, ὦ βέλτιστε Cratyl. 435 B, Euthyphr. 4 A et ὦ θαυμάσιε Hipp. Mai. 288 B. Restant similium plura exempla: Rep. IV 423 D: ὦ 'γαθὲ Ἀδείμαντε, Euthyphr. 7 D: ὦ γενναῖε Εὐθύφρον, Phileb. 28 E: ὦ θαυμάσιε Σώκρατες, quae imprimis displicebunt ei qui meminerit Legg. I 626 C ὦ θεῖε, ubi librarii nihil potuerunt committere, cum Atheniensis nomen nusquam inveniatur. Etiam suspicionem movet nomen cum superlativo coniunctum: Euthyd. 290 C: ὦ κάλλιστε καὶ σοφώτατε Κλεινία, Gorg. 489 C: ὦ σοφώτατε Καλλίκλεις, Rep. I p. 339 E: ὦ σοφώτατε Θρασύμαχε, Rep. I 343 D: ὦ εὐηθέστατε Σώκρατες, Ion. 541 C: ὦ βελτιστε Ἴων, Charmid. 162 D: ὦ βέλτιστε ..... Κριτία, quod imprimis displicet, quia ἔφην ἐγὼ interpositum est; tandem Theaet. p. 166 A: ὦ ῥᾳθυμότατε Σώκρατες. Sed iamdudum nimis multa de tenui argumento.

Ibid. 204 D: ὅ ἐστιν τούτων δεινότερον. Malo: ὃ ἔτι τούτων δεινότερον.

Ibid. 205 C: ἃ δὲ ἡ πόλις ὅλη ᾄδει περὶ Δημοκράτους καὶ Λύσιδος τοῦ πάππου τοῦ παιδὸς καὶ πάντων πέρι τῶν προγόνων. Insiticia sunt verba quae diductis literis notavi; nonne?

Ibid 205 C: ταῦτα ποιεῖ τε καὶ λέγει· lege ᾄδει, sicuti in proxime sequentibus haud semel legitur.

Ibid. 221 D: ὕθλος τις ἦν ὥσπερ ποίημα μακρὸν συγκείμενον. Madvigius commendavit Κρόνῳ· equidem κρονικῶς, coll. p. 205 C: πρὸς δὲ τούτοις ἔτι τούτων κρονικώτερα.

AD EUTHYDEMUM.

P. 271 B. Sunt verba Critonis de Clinia: *καὶ μάλα πολλὰ ἐπιδεδωκέναι μοι ἔδοξε καὶ τοῦ ἡμετέρου οὐ πολύ τι τὴν ἡλικίαν διαφέρειν Κριτοβούλου· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν σκληφρός, οὗτος δὲ προφερής.* Apparet Critonem neutiquam potuisse dicere Cliniam et Critobulum pari aetate esse *videri*, quum continuo sequatur alterum *σκληφρόν* esse, alterum *προφερῆ*. Itaque Critobulus Clinia adultior *videbatur*, quod pater filii amans gaudet et notat. Non dicitur hic *ἡλικία* de aetate, sed eo sensu quo Apollodorus v. c. dixit de filia Demosth. p. 1024: *τὴν δ' ἡλικίαν αὐτῆς εἰ ἴδοιτε, οὐκ ἂν θυγατέρα μου ἀλλ' ἀδελφὴν εἶναι αὐτὴν νομίσαιτε.* Nec Plato scripsit *διαφέρειν* sed *διαφέρει*. *Videbatur* Clinias qui diu exilior fuerat quam pro aetate, his postremis mensibus multum profecisse, sed Crito *certo scit*, nam suis ipsius oculis cernere potuit, adulescentulum nunc fere eadem statura esse qua Critobulus sit, etiamsi huius proceritatem nondum prorsus assecutus sit.

Ibid. p. 271 C. Socrates de Euthydemo et Dionysodoro: *τούτω γὰρ*, inquit, *ἑῳὸν κομιδῇ παμμάχω, οὐ κατὰ τὼ Ἀκαρνᾶνε τὼ παγκρατιαςά ἀδελφώ.* Quis non videt spuria esse vocabula *τὼ παγκρατιαςά*, repetita ex iis quae proxime antecedunt: *οὐκ ἤδη πρὸ τοῦ ὅ τι εἶεν οἱ παγκρατιαςαί?* Sed vel his eiectis locus nondum persanatus est. Erant Euthydemus cum fratre *ὁπλομάχω*, qui praeterea disputandi artem profitebantur: non est valde facetum eos comparare cum duobus aliis athletis: solet Socrates elegantius iocari. Sed nemo nescit quam saepe Graeci Homericis exemplis uti soleant; idem facit Socrates apud Homerum saepissime. Qui meminit Homerum celebrare *τὼ Ἀκτορίωνε*, fratres illos *διφυεῖς*, mecum opinor illud ipsum Platoni reddet. Hoc nomine Socrates Sophistas ridet ob mutuam quam alter alteri perpetuo praestabat operam. Post Lehrsium omnes novimus quid Aristarchus de Actoris filiis senserit. Possis praeter Schol. Hom. Iliad. Λ 750 sqq., etiam Plutarchum conferre de Fraterno Amore p. 478 C: *εἰ δὲ νῦν ἄνθρωποι πάντες, ὅταν ἐντυγχάνωσι χρηστοῖς ἀδελφοῖς, θαυμάζουσιν οὐδὲν ἧττον ἢ τοὺς Μολιονίδας ἐκείνους, συμφυεῖς τοῖς σώμασι γεγονέναι δοκοῦν-*

τας. Patrum nostrorum memoria tale monstrum ex India ulteriore sese spectandum dedit in utroque mundo, sed gemini fratres minime erant παμμάχω.

Ibid. 272 B: ταύτης τῆς σοφίας ἧς ἔγωγ' ἐπιθυμῶ, τῆς ἐριστικῆς. Delendum id quod vides.

Ibid. 285 B: ἀπολεσάντων ἡμῖν τὸ μειράκιον καὶ Φρόνιμον ποιησάντων. Propter perpetuum in hoc dialogi dualis numeri usum praeferam: ἀπολεσάτων et ποιησάτων. Similiter p. 272 A et D pro αὐτοῖς dixerim praestare αὐτοῖν. Etiam p. 288 B: ὀπόθεν χαίρετον ὀνομαζόμενοι substituam ὀνομαζομένω, aliter atque Cobetus fecit *Mnem.* 1874 p. 252.

Ibid. 285 C: ὥσπερ τῇ Μηδείᾳ τῇ Κόλχῳ. Ipsum Medeae nomen Plato de more omisit, sicuti p. 288 C Protei in hisce: τὸν Πρωτέα μιμεῖσθον τὸν Αἰγύπτιον σοφιστήν.

Ibid. 287 B: εἴ τι πέρυσιν εἶπον. L. εἴπομεν, ut modo supra.

Ibid. 287 E: οὐδὲ σὺ ἐξελέγξεις καίπερ σοφὸς ὤν, οὐδ' ἔχεις ὅτι χρῇ τῷ λόγῳ. Parilitas membrorum postulat: ἔξεις.

Ibid. 288 E: ὅπου τῆς γῆς χρυσίον κατορώρυκται. Dicitur hoc magis sine articulo ὅπου γῆς, cf. Rep. III 403 E.

Ibid. 290 E: ἀλλ' ἆρα μὴ ὁ Κτήσιππος ἦν ὁ ταῦτ' εἰπών. Reponam pro ἆρα imperativum ὅρα, qui modo additur, modo omittitur, veluti in iis quae subsequuntur: μή τις τῶν κρειττόνων αὐτὰ ἐφθέγξατο, sed eo utique sensu coniunctio μή cum indicativo construitur. Cf. Gorg. 512 B μὴ δοκεῖ σοι κατὰ τὸν δικανικὸν εἶναι. Itidem corrige: Protag. 312 A: ἀλλ' ἆρα, μὴ οὐ τοιαύτην ὑπολαμβάνεις τὴν μάθησιν ἔσεσθαι. Phaedr. 260 A: σκοπεῖν μή τι λέγωσι, prorsus est necessarium λέγουσι legere. Sic recte Rep. V 450 A: μὴ σφαλεὶς τῆς ἀληθείας κείσομαι περὶ ἃ ἥκιστα δεῖ σφάλλεσθαι, uti et Gorg. 458 C: σκοπεῖν χρὴ μή τινας αὐτῶν κατέχομεν. In Lyside p. 216 C

recte editur p. 216: σκεψώμεθα μὴ ἡμᾶς λανθάνει et p. 218 D Φοβοῦμαι μὴ ἐντετυχήκαμεν, sed coniunctio excidit p. 215 C: ἄθρει δή (μή) πῃ παρακρουόμεθα. Corrige autem παίζεις Hipp. Mai. 300 D pro eo quod editur: ἐνθυμοῦμαι μὴ παίζῃς. Redit idem vitium Rep. I p. 330 E: οἱ λεγόμενοι μῦθοι — τότε δὴ φρέφουσιν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν μὴ ἀληθεῖς ὦσι, nam planissime requiritur indicativus εἰσί. Nusquam discrimen melius apparere poterit quam apud Euripidem in Phoenissis:

ἐπίσχες, ὡς ἂν προυξερευνήσω φίβον,
μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ Φαντάζεται
κἀμοὶ μὲν ἔλθῃ Φαῦλος ὡς δούλῳ ψόγος,
σοὶ δ' ὡς ἀνάσσῃ.

Eodem modo Iulianum bis correxi *Mnem.* 1883 p. 409.

Ibid. 291 E. Hic apparet Critonem agros possedisse, quos coleret. Groenius p. 200 ad hunc locum non attendit.

Ibid. 292 A: οὐ πάνυ γ' εὐπορεῖς. Particula γε hic omni vi destituta est: corrigam quod in negationibus solemne est: οὐ πάνυ τι. De p. 296 D ambigo sitne indefinitum pronomen intercalandum necne.

Ibid. 294 A: ὡς θαυμαστὸν λέγεις καὶ ἀγαθὸν μέγα πεφάνθαι. Corrige sodes: πέφανθε.

Ibid. 295 B: οὐκ αἰσχύνει; ἐρωτώμενος ἀντερωτᾷς; Verosimiliter supplere poteris: (εἰ) ἐρωτώμενος.

Ibid. 295 D: ἔχων φλυαρεῖς καὶ ἀρχαιότερος εἶ τοῦ δέοντος. Si quis forte ad eam locutionem nondum attendit, conferre poterit Gorg. 484 C: ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ vel 487 B: αἰσχυντηλοτέρῳ μᾶλλον τοῦ δέοντος vel 487 D: πέρα τοῦ δέοντος σοφώτεροι. Quid autem illud est quod nunc asseveratur esse quem stultiorem quam oporteat? At vero omnino non oportet esse stultum. Hinc latere conieci nomen proprium hominis cuiusdam qui prae ceteris propter stultitiam infamis erat factus, veluti Margites vel Coroebus. Ne nimium recederem a traditis literarum ductibus, emersit ἀρχαιότερος εἶ τοῦ Οὐκα-

λέγοντος. Infaustum nomen immerito hanc famam ei conciliare potuit. Lusisse putemur si nihil est.

Non sine animadversione dimittendus locus est p. 290A: ἐμὲ οἶμαι εὑρηκέναι, quod suspicionem moveret, si esset in suo genere unicum, sed sunt eius constructionis plurima exempla; quia fore suspicor quibus hoc mirum et incredibile videatur, e magno acervo age aliquot locos delibemus. Apol. p. 32C: ᾤμην με δεῖν φοβηθέντα. .... p. 36B: ἡγησάμενος ἐμαυτὸν δεῖν .... Symp. p. 175E: οἶμαι γάρ με παρὰ σοῦ πολλῆς σοφίας πλησθήσεσθαι. p. 220E: προθυμότερος ἐγένου τῶν στρατηγῶν ἐμὲ λαβεῖν ἢ σαυτόν. p. 175C: ἔφη .... ἢ δὲ οὐκ ἐᾶν .... Gorg. p. 474B: οἶμαι ἐμὲ καὶ σὲ τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι κάκιον ἡγεῖσθαι. Rep. III. 400B: οἶμαι δέ με ἀκηκοέναι. Rep. VI 507A: βουλοίμην ἂν ἐμέ τε δύνασθαι .... Plura si quis requiret, inspiciat Hipp. Mai. p. 282E, Charmid. p. 173A, Cratyl. p. 398E, Sophist. p. 217B, quamquam illic equidem nominativum praeferam: πρὶν ἡμεῖς δεῦρ' ἐλθεῖν, Legg. III p. 687A et V 730: et alibi persaepe. Quid si Homerus iam cecinerit Iliad. Ω 134:

σκύζεσθαί σοι φησὶ θεούς, ἐὲ δ' ἔξοχα πάντων,

uti et Odyss. θ 221:

τῶν δ' ἄλλων ἐμέ φημι πολὺ προφερέστερον εἶναι.

In Isocrate miror Philipp. § 18: ὃς εἰ καὶ πρότερον ἐνόμιζεν αὐτὸν εἶναί τινος πρὸς τὸ φρονεῖν καταδεέστερον. Similia exempla Dobraeus ex Demosthene collegit in *Adversariis* I p. 391 et 443.

Ibid. 294E: ἐπὶ τροχοῦ δινεῖσθαι. Hoc quid sit, ostendisse mihi videor *Mnem.* 1897 p. 438 et 439. Xenophontis *Convio.* 2. 22 et 7. 3 si mecum correxeris, nihil difficultatis supererit. Cicero quum inveheretur in Pisonem, non pepercit collegae, 10. 22: „quum collegae tui domus cantu et cymbalis personaret quumque ipse nudus in convivio saltaret: in quo ne tum quidem, quum illum suum saltatorium versaret orbem, fortunae rotam pertimescebat." Quid igitur ille? Nempe ἐτροχοδινεῖτο, quod Cicero utcumque potuit Latine dixit, ut aliquid iocaretur de rota fortunae.

Ibid. 297C: Socrates lepidus et urbanus dicit se fratribus

non esse parem, cum Hercule multo minor sit, qui ne ipse quidem pugnam solus sustinuerit contra hydram σοφίσριαν οὖσαν et cancrum. Haec sunt Platonis verba: οὐχ οἷός τ' ἦν .... διαμάχεσθαι .... καρκίνῳ τινὶ ἑτέρῳ σοφιστῇ [ἐκ θαλάττης ἀφιγμένῳ] νεωστί μοι δοκεῖν καταπεπλευκότι. Qui meminit fratres Chio oriundos esse, aculeum intelligit; sed contendo facetum locum pessumdari addido illo ἐκ θαλάττης ἀφιγμένῳ, quod de cancro fortasse dici potest, non vero de eo qui διαπόντιος ἥκει et νεωστὶ καταπέπλευκε. Sed animadvertenda etiam sunt sequentia: ὃς ἐπειδὴ αὐτὸν ἐλύπει οὕτως ἐκ τοῦ ἐπ' ἀριστερά (ne hoc quidem sine causa additum) λέγων καὶ δάκνων, τὸν Ἰόλεων τὸν ἀδελφιδοῦν ἐπεκαλέσατο. Prorsus inutiliter hic adscriptum est proprium Iolai nomen. Deinde pergit Socrates: ὁ δ' ἐμὸς Ἰόλεως Πατροκλῆς εἰ ἔλθοι, πλέον ἂν θάτερον ποιήσειεν, sed Heindorfius iam vidit Patroclis nomen e textu esse eliminandum et verbum non addam.

Ibid. 302 C: Ζεὺς negatur esse πατρῷος, sed Ἀπόλλων. Οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ ἐπωνυμία Ἰώνων οὐδενὶ, οὔθ' ὅσοι ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως ἀπῳκισμένοι εἰσὶν οὔθ' ἡμῖν. Non est admodum difficile intellectu, cur οὐδενὶ absurdum sit et requiratur οὐδέσι, cf. 303 B et 305 D. Noli mirari veterem scripturam periisse: recentiores enim aliter loquebantur, sicuti Photius docet in voce οὐδένες. Haud raro sic erratur, sed numquam ineptius quam Epist. II p. 310 D, ubi Plato gloriatur: οὔτε αὐτοὶ ἀγνῶτές ἐσμεν οὐδενὶ Ἑλλήνων ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὔτε ἡ συνουσία ἡμῶν σιγᾶται. Sentisne requiri οὐδέσι? Ipsis Athenis Atticis multi erant qui Platonem non norant, sed fama nominis pervenerat ad omnes Graecorum gentes. Magni et celebres homines *omnibus* noti sunt; nemini datur singulis notum esse, nec si daretur admodum esset honorificum, nam quivis de populo ad eam celebritatem adspirare potest, etiam carnifex. De Protag. autem p. 334 A assensum cohibeo: τὰ δὲ βουσὶ μόνον (ὠφέλιμα), τὰ δὲ κυσί, τὰ δέ γε τούτων οὐδενὶ, δένδροις δέ. Reposueram hic quoque οὐδέσι eamque correctionem Schanzio probaram. Negavit Cobetus *Mnem.* 1880 p. 341, cum οὐδένες de hominibus tantum dicatur et neutrum οὐδένα non sit Graecum. Ne illud neutrum inveniatur; causam equidem esse dixerim quod raro aut numquam incidere

potest ut eam formam usurpare necesse sit; accedit praeterea quod si qua est offensio, est ea multo minor in casibus obliquis. Sed plerique dicent in incerta re tutius esse Cobetum sequi quam quemvis alium; neque ego dissentio.

Ibid. 303 B: *οἱ κίονες οἱ ἐν τῷ Λυκείῳ ἐθορύβησάν τ' ἐπὶ τοῖν ἀνδροῖν καὶ ἤσθησαν.* Mire dictum. Praestabit, credo, *ἐσείσθησαν.*

Ibid. 303 D: *οἱ δ' ἄλλοι οὕτως νοοῦσιν αὐτούς, ὡς' αἰσχυνθεῖεν ἂν μᾶλλον ἐξελέγχοντες τοιούτοις λόγοις ἢ αὐτοὶ ἐξελεγχόμενοι.* Varia hic coniecta fuerunt, sed laetus video me Schanzio probavisse meum *μισοῦσιν* quod apprime convenit et ipse vides corruptelam repetendam esse ex uncialium litterarum usu. Madvigius, qui mea non norat, aliquot annis post in eandem scripturam incidit.

Ibid. 305 D. Edebatur olim *εἶναι μὲν γὰρ σφᾶς σοφωτάτους*, sed cum in Bodleiano sit *σοφώτατοι*, corrigendum est: *σφεῖς σοφώτατοι* ipsaque syntaxis nominativum postulat. Meam observationem etiam Cobetus comprobavit *Mnem.* 1874 p. 257 et Schanzius obsecutus est. Σφεῖς apud Platonem legitur Politic. 268 A, Charmid. 165 A, Rep. VI 487 C, VII 516 C et 518 C.

AD PROTAGORAM.

P. 309 C: *τοῦ Κλεινίου υἱέος.* Malo: *τοῦ Κλεινιείου* Supra hoc argumentum attigi.

Ibid. 310 A: *πάνυ μὲν οὖν· καὶ χάριν γε εἴσομαι ἐὰν ἀκούητε* Praestiterit *χάριν πρὸς εἴσομαι.* Videor mihi meminisse has particulas haud raro confundi; ceterum cf. Apol. 20 A, Gorg. 516 D Rep. VII 521 D, Demodoc. 382 B.

Ibid. 311 B: *παρὰ τὸν σαυτοῦ ὁμώνυμον ἐλθὼν* [Ἱπποκράτη *τὸν Κῷον*, libenter eiecerim nomen proprium. Magis etiam per spicuum emblema est in Theaeteto p. 147 D: *τῷ σῷ ὁμωνύμῳ τούτῳ Σωκράτει*, modo expuncto Socratis nomine rescribas

τουτῳΐ. Semel si bene memini recte in exordio Parmenidis p. 126 C: κατὰ τὸν πάππον τε καὶ ὁμώνυμον πρὸς ἱππικῇ τὰ πολλὰ διατρίβει, ubi non est additum: Ἀντιφῶντα. Sed dialogi initium scatet interpolationibus. Sic statim habemus p. 312 B: οὐκ ἐπὶ τέχνῃ ἔμαθες ὡς δημιουργὸς ἐσόμενος et p. 315 A: ἐπὶ τέχνῃ μανθάνει ὡς σοφιστὴς ἐσόμενος, in quibus ἐπὶ τέχνῃ μανθάνειν satis esse arbitror et sine ullo detrimento carere possumus istis ὡς δημιουργὸς ἐσόμενος et ὡς σοφιστὴς ἐσόμενος· vide etiam *Mnem.* 1880 p. 331. Rectissime dicitur: οὐκ ἐπὶ τέχνῃ ἔμαθες ἀλλ' ἐπὶ παιδείᾳ, ὡς τὸν ἰδιώτην καὶ τὸν ἐλεύθερον πρέπει, dummodo altero loco articulum deleas, nam idem privatus est qui ingenuus. Postquam Socrates p. 313 C dixit: ὁ σοφιστὴς τυγχάνει ὢν ἔμπορός τις ἢ κάπηλος eorum quibus animus pascitur, haec subdit: ὅπως γε μὴ ὁ σοφιστὴς ἐπαινῶν ἃ πωλεῖ ἐξαπατήσει ὑμᾶς, ὥσπερ οἱ περὶ τὴν σώματος τροφήν. Quemnam fugere potest hic intelligi perfidos caupones? Additur tamen satis insulse: ὁ ἔμπορός τε καὶ κάπηλος. Debuerat certe interpolator ὁ κάπηλος scribere, addito articulo. Summo opere quoque displicet abundantia p. 314 B: τὸ μάθημα ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ λαβόντα [καὶ μαθόντα] ἀπιέναι. Perit elegans translata dictio, si assumitur verbum non translatum; sed inspice Platonem ipsum, ut videas quam necessarium sit id quod dixi.

Contra vocabulum excidit p. 313 B: εἶτ' ἐπιτρεπτέον εἴτε καὶ οὐ τῷ ἀφικομένῳ τούτῳ ξένῳ τὴν σὴν ψυχήν, quasi Hippocrates tradere se posset hospiti qui nondum advenisset. Lege: τῷ (ἄρτι) ἀφικομένῳ. Dignus est locus quem conferas Lach. p. 191 C: τοῦτο τοίνυν αἴτιον ἔλεγον, ubi Iacobsius αἴτιον delevit, Hermannus autem ἄρτι rescripsit. Vide idem vitium apud Cornarium p. 33 et apud Heindf. ad Charm. p. 108.

Ibid. p. 313 E: εἰ μὲν οὖν σὺ τυγχάνεις ἐπισήμων τούτων, non assentiri solent editores Heindorfio, qui post ἐπισήμων suspicabatur participium ὤν intercidisse. Auctorem tamen Phrynichum habebat, qui aequales culpat quod participium post verbum τυγχάνειν omittere solent. Huius doctrinam probavit Porsonus quoque ad Hecubam vs. 782 et Cobetus adstipulatus est *Mnem.* 1880 p. 333. Nam quod Schaeferus adversatur lau-

dans Soph. Ai. 9, Electr. 46, 313, Eur. Helen. 628, concedendum est Tragicos aliquando eam licentiam usurpasse, et sunt eiusmodi in dictione tragica multo plura, sed nihil hoc ad orationem solutam. Magis miror in Aristophanis Eccl. vs. 1141: *εἴ τις εὔνους τυγχάνει*. Verumtamen apud Platonem cum Heindorfio faciendum videtur. Qui non ignorant quam frequenter id quod est *ὢν* oblitteratum sit apud Atticos scriptores, mirabuntur potius non plures locos dari corrigendos. Observavi Phaed. 62 A: *ἔστιν ὅτε τυγχάνει βέλτιον τεθνάναι ἢ ζῆν*. Rep. II p. 369B: *τυγχάνει ὑμῶν ἕκαστος οὐκ αὐτάρκης*. Apol. 38 A: *τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ τοῦτο*· sic olim legebatur, sed nunc ex optimis libris *ἀγαθὸν ὄν* restitutum est. Gorg. 502 B: *εἴ τι τυγχάνει ἀηδὲς καὶ ὠφέλιμον*. Hipp. Mai. p. 300 A: *τυγχάνει καλή*. Alcib. I p. 129 A: *πότερον οὖν δὴ ῥᾴδιον τυγχάνει τὸ γνῶναι ἑαυτόν*. Phaedr. p. 230 A: *εἴτε τι θηρίον τυγχάνω Τυφῶνος πολυπλοκώτερον* et p. 253 C: *μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τυγχάνει*. Haec sunt quae novi exempla apud Platonem, octo numero, quae concedes pauca esse in tam proclivi vitio praesertim. Illud addo Heindorfium videri postea Porsonianae doctrinae patrocinium deseruisse. Fieri potest ut Astius in lexico Platonico plura exempla indicaverit, quae inter legendum me fugerunt, sed si quae sunt, paucissima tamen fore confido.

Ibid. 320 D: *προσέταξαν Προμηθεῖ νεῖμαι δυνάμεις ἑκάστοις ὡς πρέπει*. Malim: *πρέποι*.

Ibid. 320 D: *νείμαντος δ' ἐμοῦ (σύ), ἔφη, ἐπίσκεψαι*. Supplendum est quod vides.

Ibid. 318 C: *εἴποι ἂν ὅτι πρὸς γραφικήν*. Eo sensu et hic aliquoties et p. 327 C *εἰς* praepositio usurpatur.

Ibid. 319 B: *ὅθεν δ' αὐτὸ ἡγοῦμαι οὐ διδακτὸν εἶναι*. Transposita fuit negatio, nam Plato dederat: *ὅθεν δ' αὐτὸ οὐχ ἡγοῦμαι δ*. Cf. p. 319 B, p. 320 B. Mecum facit Herwerdenus *Lect. Rh. Trai.* p. 42.

Ibid. 323 B: *ὃ ἐκεῖ σωφροσύνην ἡγοῦντο εἶναι [τἀληθῆ λέ-*

γεῖν], ἐνταῦθα μανίαν. Supervacanea verba notavi cum Hartmanno et Herwerdeno.

Ibid. 323 D: ὅσα δ' ἐξ ἐπιμελείας καὶ ἀσκήσεως καὶ διδαχῆς οἴονται γίγνεσθαι ἀγαθὰ ἀνθρώποις, ἐάν τις ταῦτα μὴ ἔχῃ, ἀλλὰ τἀναντία τούτων κακά, ἔτι τούτοις οἵ τε θυμοὶ γίγνονται καὶ αἱ κολάσεις καὶ αἱ νουθετήσεις. Non dicitur τἀναντία τούτων κακὰ, sed requiro: τἀναντία τούτοις, expuncto κακά, eodem modo quo Protagoras dixerat: τὰ καλὰ καὶ τἀναντία τούτοις, ubi nemo sane κακὰ additum ferret, si Codices praeberent. Deinde post αἱ κολάσεις excidisse videtur: καὶ αἱ διδαχαί, nam respicitur, nisi fallor, ad ea quae supra dicta sunt: οὐδεὶς θυμοῦται οὐδὲ νουθετεῖ οὐδὲ διδάσκει οὐδὲ κολάζει τοὺς ταῦτ' ἔχοντας. Est Plato in eiusmodi re mortalium accuratissimus.

Ibid. 333 C: συμβαίνει καὶ ἐμὲ τὸν ἐρωτώμενον καὶ (σὲ) τὸν ἀποκρινόμενον ἐξετάζεσθαι. Sentisne quid exciderit? Sed Herwerdenus hoc iam vidit.

Ibid. 334 B: κάπρος ταῖς μὲν ῥίζαις ἀγαθὸν παραβαλλομένη. Longe malo: περιβαλλομένη.

Ibid. 338 B: πίθεσθέ μοι ῥαβδοῦχον ἑλέσθαι. Quanto melius erit: ἕλεσθε· sic enim solent Athenienses.

Ibid. 340 A. Hic nihil necesse fuerit Socrati Homerum αὐτολεξεὶ laudare et delebo illa: εἰπόντα· Φίλε κασίγνητε, σθένος ἀνέρος ἀμφότεροί περ σχῶμεν.

Ibid. 341 D: οἶμαι Πρόδικον τόνδ' εἰδέναι ἀλλὰ παίζειν καὶ σοῦ δοκεῖν ἀποπειρᾶσθαι. Non fero οἶμαι δοκεῖν, quasi de ea re ex mente Socratis aliqua dubitatio oriri posset itaque scribam: δοκεῖ. In fine vocabulorum, quod omnes nosse dixeris, τὸ N sexcenties perperam aut additur aut omittitur. Veluti in vicinia p. 340 E: καὶ εἰμί τις γελοῖος ἰατρός· ἰώμενος μεῖζον τὸ νόσημα ποιῶ, non ausus est Schanzius in textum recipere quod Hirschigius repererat: ποιῶν. Facillimum est cumulare exempla.

Ceterum Hartmannus eiicere voluit id quod est δοκεῖν, sed malo id quod dixi.

Ibid. 342 B. Non obscurum est quomodo Athenis dicerentur qui Spartanorum mores diligerent et imitarentur, sicuti Cimon, Xenophon, alii. Etiam apud Platonem in Gorgia p, 515 E dicuntur *οἱ τὰ ὦτα κατεαγότες*, qui simpliciter vocabantur *οἱ λακωνίζοντες*. Eodem sensu Aristophanes nescio quem appellavit *ὠτοκάταξιν*, Bekk. *Anecd.* I p. 116, de quo vocabulo Lobeckius ter egit: *Phryn.* p. 628, *Paral.* p, 238 et *Pathol.* p. 502; adde Hemsterhusium in *Anecd.* 71. Longe aliud est *τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχειν*, nam hoc faciunt prae pudore qui spe exciderunt, Rep. X 613 C. Sed legitur in Protagora eo loco quem modo indicavi: *ἐξηπατήκασι τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι λακωνίζοντας καὶ οἱ μὲν ὦτά τε κατάγνυνται μιμούμενοι αὐτοὺς καὶ ἱμάντας περιειλίττονται καὶ φιλογυμναστοῦσι καὶ βραχείας ἀναβολὰς φοροῦσιν*. Pauci, uti opinor, negabunt eiectis verbis *μιμούμενοι αὐτούς*, legendum esse cum articulo (*τὰ*) *ὦτα*.

Ibid. 344 C. Hic grave vitium nos ludificatur. Laudarat Socrates Simonidis verba:

ἄνδρα δ' οὐκ ἔστι μὴ οὐ κακὸν ἔμμεναι
ὃν ἂν ἀμάχανος συμφορὰ καθέλῃ,

deinde pergit haec interpretari: *τίνα οὖν ἀμήχανος συμφορὰ καθαιρεῖ ἐν πλοίου ἀρχῇ*; At neque ipse poeta ab gubernatore exemplum petierat, quod facile tibi patebit, si fragmentum contuleris quemadmodum Schneidewinus constituit, neque eo ducunt Socratis verba quae statim adduntur: *δῆλον ὅτι οὐ τὸν ἰδιώτην· ὁ μὲν γὰρ ἰδιώτης ἀεὶ καθῄρηται· ὥσπερ οὖν οὐ τὸν κείμενόν τις ἂν καταβάλοι*, κτέ. Sed revoca quae Protagoras supra rogarat p. 339 B: *τοῦτο ἐπίστασαι τὸ ᾆσμα ἢ πᾶν σοι διεξέλθω*; Apparet eum qui ita loquitur, ipsum carminis initium recitavisse. Quin igitur legimus: *ἐν προοιμίου ἀρχῇ*, quae verba supersunt ex docti grammatici adnotatione et corrupta in textu ad hunc diem potuere delitescere.

In interpretatione Simonidei carminis, p. 346 E, bis graviter ab librariis erratum fuit. Refert Socrates cecinisse poetam ne-

ninem mortalium esse ab omni parte perfectum: καὶ οὐ ζητῶ, φη, πανάμωμον ἄνθρωπον, εὑρυεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός· ἔπειθ' ὑμῖν εὑρὼν ἀπαγγελέω· ὥστε τούτου γ' ἕνεκα οὐδέν' παινέσομαι. Itane? Potestne hoc intelligi? *Hanc* igitur *ob causam* neminem laudabo. Quorsum hoc? At tu scribe: ἐπαιάσομαι, nam communi sermone Socrates refert quod Simonidem sua lingua supra dicentem audiveramus: οὐ μὴν ἐγὼ ωμάσομαι· οὐ γὰρ ἐγὼ Φιλόμωμος. *Neminem* reprehenam *quod ad perfectionem non adscenderit*, ἀλλά μοι ἐξαρκεῖ — tenim haec continuo sequuntur apud Platonem — ἂν ᾖ μέσος αὶ μηδὲν κακὸν ποιῇ. Risum autem movet quod offendimus aullo post. Pergit Socrates interpretari Simonidis carmen, qua nterpretatione nihil excogitari potest festivius ad Sophistas deidendos. Dixerat poeta:

πάντας δ' ἐπαίνημι καὶ Φιλέω, ἑκὼν
ὅστις ἔρδῃ μηδὲν αἰσχρόν.

onatur ostendere lepidus εἶρων adiectivum ἑκών non coniungi ebere cum ἔρδῃ, sed cum verbo Φιλέω· tum disputatione abbluta iterum recitat Simonidea verba: πάντας δ' ἐπαίνημι καὶ ιλέω ἑκών, ὅστις ἔρδῃ μηδὲν αἰσχρόν· ἄκων δ' ἔστιν οὓς ἐγὼ ἐπαινῶ αὶ φιλῶ. Videturne credibile etiam hodie adiectivo ἑκὼν adaerere adnotatiunculam: ἐνταῦθα δεῖ ἐν τῷ ἑκὼν διαλαβεῖν λέοντα? Sed diu ante me iam animum advertit Hoenebeekius lissinkius, nec tamen Schanzius admonitus otiosa verba e textu usus est eliminare. Quid enim? Non potuit Plato fingere hoc sum Socratem addidisse, nam iis qui audiebant, satis erat erspicuum utrum ἑκών cum superioribus coniungeret an cum equentibus. Lectoribus autem erat satis provisum tum ipso isputationis tenore quem modo absolvit, tum istis verbis: ἄκων ' ἔστιν οὓς ἐγὼ ἐπαινῶ καὶ φιλῶ, quae Platonem adiecisse putaerim in gratiam lectorum, nam iis qui aderant, ne haec quiem necessaria erant. Si quem Graeca verba fortasse minus dvertunt, videat interpretationem Stallbaumii: *Hic oportet post κών pronuntiando interstinguere.* Itaque teneamus nos deprehenisse scholium eiusdem generis atque illud, quod adscriptum st ad Theaet. p. 172 A: ἐντεῦθεν μέχρι τῶν ἑξῆς σελίδων ιδ' ἐπισκοπίζειν δεῖ, nempe usque ad p. 177 C, quod animadvertenlum, quia inde confici potest quot versus singulae σελίδες com-

prehenderint in eo codice, ex quo adnotatiuncula fluxit: r rum unaquaeque σελὶς capiebat fere dimidiam paginam Teu rianam. Quantum video Birtius *de Re Libraria Veterum* lo non examinavit.

Ibid. 351 A: θάρσος καὶ ἀπὸ τέχνης γίγνεται ἀνθρώποις ἀπὸ θυμοῦ τε ἀπὸ μανίας. Praestat ἀπὸ θυμοῦ γε et Schar adnotavit hoc ipsum Stobaeum exhibere.

Ibid. 357 E. Quid hic displiceat, sic aperiam. Antiquis poribus Sophistae nomen invidiosum non erat, sed honorifi et magnum. Herodotus verbi causa quotquot tota Graecia pientiae fama illustres erant, Solonem, Pythagoram σοφ vocavit; vide de ea re Wesselingium ad Herodt. I 20, laudat Aristidem III 517: οὐχ Ἡρόδοτος Σόλωνα σοφιστὴν κέ κεν; οὐ Πυθαγόραν πάλιν; οὐκ Ἀνδροτίων τοὺς ἑπτὰ σοφιστὰς ἀ εἰρηκε; λέγω δὴ τοὺς σοφούς, ubi requiro: λέγων. Eam consuetudinem tenuerunt Tragici; Euripides ut hoc utar haec habet in Hippolyto vs. 921:

δεινὸν σοφιστὴν εἶπας ὅστις εὖ φρονεῖν
τοὺς μὴ φρονοῦντας δυνατός ἐς' ἀναγκάσαι.,

ubi vide Valckenaerium. Vocabulum erat late patens apud ticos, ut fere cuiusvis paulo exquisitioris artificii aut scien significatio inesse posset, quae verba sunt Cobeti, qui sic scri in libro de Platone Comico p. 187, ubi laudat luculen Clementis Alexandrini locum: οἱ Ἕλληνες — τοὺς περὶ ὀρ πολυπράγμονας σοφοὺς ἅμα καὶ σοφιστὰς παρωνύμως κεκλήκ Tum discimus Clementis testimonio Cratinum poetas sophi vocavisse, Iophonta rhapsodos; addit Cobetus musicos quc interdum sophistas vocari; addo exemplum Sophoclis qu Valckenaerius l.l. haud sine veri specie coniicit sic vocav Thamyrin. Verum sensim paulatimque sophistae apud Athen ses contemni coeperunt et rideri; nomen invidiosum est fac et odiosum, quae res quem exitum habuerit in Socrate soph rum principe nemo nescit. Plato fecit quod potuit ut hanc vium suorum invidiam aleret ac foveret, frustra obnitente crate. Grotus hoc egit ut sophistarum et institutionis sophist apologiam conficeret disertam et elegantem; nos autem qui

agimus ut hanc quaestionem illustremus sed ut emendemus Platonem, expromemus locos nonnullos, e quibus constare poterit quomodo Sophistae nomen apud philosophum usurpetur. Primum describam Proculi testimonium ad Cratyl. 403 E, qui etsi erraverit et aculeos apud philosophum non senserit, tamen illud nos docere poterit, Platonem hac certe in re plebeculae opinionem secutum, sophistas non nominare nisi cum contemptu. Haec igitur verba sunt Proculi: *ὅτι οἶδεν ὁ Πλάτων τὸ ὄνομα τὸν σοφιστὴν ἐπὶ σεμνῷ τάττειν πράγματι· τὸν γὰρ πρὸς ἑαυτὸν τὰ ἄλλα δυνάμενον φρέφειν οὕτω καλεῖ, οἷον τὸν Δία, τὸν Ἅιδην, τὸν Ἔρωτα.* Ne hoc quidem intellexit locos quos respicit, non serio esse accipiendos, sed utilis observatio est ad demonstrandum id quod dixi. Memorabilis locus est in Protagorae exordio p. 312 A. Narrat ibi Socrates se collocutum esse cum Hippocrate adulescenti, qui se tradere vellet Protagorae ut eius institutionis particeps fieret. Rogat: *ὡς τίς γεγενησόμενος ἔρχει παρὰ τὸν Πρωταγόραν; καὶ ὃς εἶπεν ἐρυθριάσας, εἰ μέν τι τοῖς ἔμπροσθεν ἔοικε, δῆλον ὅτι σοφιστὴς γεγενησόμενος. Σὺ δέ, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς θεῶν οὐκ ἂν αἰσχύνοιο εἰς τοὺς Ἕλληνας σαυτὸν σοφιστὴν παρέχων;* Contra *σοφοῦ* nomen apud Platonem honorificum est, sed tenendum Socratem plerumque ironice et praeter animi sensum Sophistas *σοφούς* vocare. Sic Hippias *ὁ σοφός* est Protag. p. 337 C et initio dialogi cognominis: *Ἱππίας ὁ καλός τε καὶ σοφὸς ὡς διὰ χρόνου ἡμῖν κατῆρας εἰς τὰς Ἀθήνας.* Interdum Plato, sicuti in communi vita omnes saepe faciebant, Sophistas proprio nomine appellat sine significatione sive admirationis quae nulla erat sive contemtus, cui plerumque indulgebat, ut in Theaet. 167 C, sed tantum non ubique eos ridet et exagitat. Vide v. c. quid Anytum faciat dicentem in Menone 91 B: *μηδένα τῶν συγγενῶν μηδὲ οἰκείων μηδὲ φίλων, μήτ' ἀστὸν μήτε ξένον τοιαύτῃ μανίᾳ λάβοι, ὥστε παρὰ τούτους ἐλθόντα λωβηθῆναι, ἐπεὶ οὗτοί γε φανερά ἐστι λώβη τε καὶ διαφθορὰ τῶν συγγιγνομένων.* Hinc fit ut nullus Sophista apud Platonem libenter se hoc nomine appellet et in alloquendo omnes probroso nomine tanquam convicio sedulo abstineant. Sic Socrates, ut vidimus, Hippiam compellans vocat eum *καλόν τε καὶ σοφόν·* eleganter et urbane abstinet proprio viri nomine itaque in eodem dialogo p. 281 E: *Ἆρ' οὖν πρὸς Διός, ὥσπερ αἱ ἄλλαι τέχναι ἐπιδεδώκασι καὶ εἰσὶ*

παρὰ τοὺς νῦν δημιουργοὺς οἱ παλαιοὶ Φαῦλοι, οὕτω καὶ τὴν ὑ
τέρχν τὴν τῶν σοφιστῶν ἐπιδεδωκέναι φῶμεν; Nunc fortasse
tinebo non Platonis esse verba: τὴν τῶν σοφιστῶν· acce
quod est gravissimum Socratem dicturum fuisse τὴν τῶν σοφ
sed tali additamento nihil opus est. Et sunt aliae eiusmodi
terpolationes: veluti recte legitur Hipp. Mai. 286 D: ὑμῶν
τῶν σοφῶν, Ion. 532 D: χαίρω ἀκούων ὑμῶν τῶν σοφῶν, ali
sed interpolatus est Ion. 530 B: ἐζήλωσα ὑμᾶς [τοὺς ῥαψῳδο
τῆς τέχνης., nam hoc ad rhapsodos dici totus locus perspi
demonstrat, etiamsi non diserte addatur. Alia res in Eutl
phrone p. 3 E, ubi nemini suaserim ut loco pellat: ὑμῖν τ
μάντεσιν. Recte in Hippia σοφός usurpatur 283 B et 304
contra σοφίζεσθαι cum contemtu p. 283 A. In eodem dialc
itidem corrigemus p. 282B, ubi non fero: Γοργίας οὗτος ὁ Λι
τῖνος σοφιστής· quasi quisquam hoc tempore nesciret quis es
Gorgias, quem praeterea Sophistam appellare qui orator.er
indecorum est. Sed interpolatio eiusdem generis est atque
Euthydemo 305 B: πότερον τῶν ἀγωνίσασθαι δεινῶν ἐν τοῖς
καστηρίοις [ῥήτωρ τις] ἢ τῶν τοὺς τοιούτους εἰσπεμπόντων, ποιη
τῶν λόγων οἷς [οἱ ῥήτορες] ἀγωνίζονται. Cui Crito: ἥκιστα
τὸν Δία [ῥήτωρ]. Nunc etiam eo loco, qui disputationi nit
fortasse prolixae ansam dedit, mihi de interpolatione cr
poterit: σύτε τινὰς ὑμετέρους παῖδας παρὰ τοὺς τούτων διδασκάλ
[τούσδε τοὺς σοφιστάς] πέμπετε. Sed iam tempus est ac
dere ad Gorgiam.

AD GORGIAM.

P. 448 C. Ex Poli quodam libro excerpta illa sunt: πολλ
τέχναι ἐν ἀνθρώποις εἰσὶν ἐκ τῶν ἐμπειριῶν ἐμπείρως ηὑρημέν
κτέ. Quoties hunc locum relego, semper mihi sese offert sus
cio Polum scripsisse: ἐμπείροις. Sed ultro largior hoc nin
esse incertum.

Ibid. 451 C: εἶποιμ' ἂν ὥσπερ οἱ ἐν τῷ δήμῳ συγγραφόμεν
ὅτι τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ ἡ ἀριθμητικὴ [ἡ λογιστικὴ ἔχε
περὶ τὸ αὐτὸ γάρ ἐστιν, [τό τε ἄρτιον καὶ τὸ περιττόν
διαφέρει δὲ τοσοῦτον. Paulo plura quam soleo descripsi, quo n
lius appareret insiticia esse quae uncinis notavi.

Ibid. 456 A: αἵρεσις ὧν δὴ σὺ ἔλεγες. Arridet quod Ficinus correxit νῦν δή, scribatur modo νυνδή. Simile quid est p. 487 E, sed de eo loco etiamnunc ambigo.

Ibid. 457 C: οἶμαι καὶ σὲ ἔμπειρον εἶναι πολλῶν λόγων καὶ καθεωρακέναι ἐν αὐτοῖς τὸ τοιόνδε, κτέ. Dubitatum fuit ac recte quidem dubitatum de illo λόγων, sitne sincere traditum. Hinc quod vere scribit Madvigius *Advers.* I p. 409, hoc dicit Socrates Gorgiam multos homines eius generis de quibus agatur, usu cognovisse, sed minus probo quod commendavit λεγίων, itaque Cobetus *Mnem.* 1874 p. 119, cui itidem Madvigianum λεγίων displicebat, simplicissima correctione reposuit ἀνθρώπων, nec tamen rem acu tetigisse videtur. Schanzius quod haud nimis saepe facit, suam ipsius coniecturam in textum intulit, nempe: φιλολόγων. Mihi quidem Socrates innuere videtur acerbissimas concertationes sophistarum; qui tandem discedunt εἰπόντες τε καὶ ἀκούσαντες περὶ σοφῶν αὐτῶν τοιαῦτα, οἷα καὶ τοὺς παρόντας ἄχθεσθαι ὅτι τοιούτων ἀνθρώπων ἠξίωσαν ἀκροαταὶ γενέσθαι· supra autem cum cura ostendi quo nomine sophistae apud Platonem gaudeant itaque corrigam: ἔμπειρον εἶναι πολλῶν σοφῶν. In iis quae praeterea de hoc loco olim adnotaveram habui qui me sequerentur Hirschigium et Cobetum, sed ea repetere nihil opus est.

Sequitur valde difficilis locus p. 461 B: ἢ οἴει ὅτι Γοργίας ᾐσχύνθη σοι μὴ προσομολογῆσαι τὸν ῥητορικὸν ἄνδρα μὴ οὐχὶ καὶ τὰ δίκαια εἰδέναι; Quam vellem et Stallbaumius et Hirschigius et Schanzius fecissent quod Astius fecit et obsecuti essent iudicio Cornarii, quo nemo Platonem elegantius emendavit! vidit enim is legendum esse ἢ (οὐκ) οἴει, sed nemo paret. Quam me delectat Stallbaumius cum locum sic vertit: „An putas Gorgiam prae pudore negasse virum rhetoricum etiam iusta scire et pulchra et bona oportere", cet. Aut nihil omnino haec significant, aut non sunt huius loci. Affirmavit certe in superioribus Gorgias, p. 460 A, oratorem necessario εἰδέναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα. Scio quidem esse qui negent umquam licere negationes interpolare, esse enim medicinam qua violentior nulla alia sit; sed hos reprehensores ablegandos censeo ad Senecam,

qui in Controv. 7 planissime confirmabit etiam tunc temporis eiusmodi vitia commissa fuisse. Vide Senecae locum a Bentleio tractatum ad Horat. Sat. I 2. 27 et est sane ingens talium corruptelarum numerus: vide eleganter hac de re disputantem Muretum in *Variis Lectionibus* IX. 9. Sed ut statuamus de praestantia emendationis Cornarianae, primum animadvertamus hoc dicere Polum puduisse Gorgiam. Res liquido constat, nam eius verba bis referuntur tum p. 482 C, ubi Callicles de Polo: ἔφη γάρ που αἰσχυνθῆναι αὐτὸν καὶ φάναι διδάξειν .... tum p. 508 C, ubi Socrates de eadem re .... ἃ αὖ Γοργίαν ἔφη Πῶλος δι' αἰσχύνην ὁμολογῆσαι. Addo p. 494 D: Πῶλον μὲν καὶ Γοργίαν καὶ ἐξέπληξα καὶ αἰσχύνεσθαι ἐποίησα, σὺ δ' οὐ μὴ ἐκπλαγῇς οὐδὲ μὴ αἰσχυνθῇς, ubi μὴ fortasse insiticium est, si quidem οὐ μὴ .... οὐδέ negantis est, cf. Cobetus *Mnem.* 1856 p. 409, quamquam nunc quidem, ut nonnemini visum est, minime τέλος ἴκετο μύθων; cf. Leeuwenius ad Arist. Vesp. 394. Illuc redeo: conferat mihi quis vulgatum textum: ἢ οἴει ὅτι Γοργίας ᾐσχύνθη; significat, si quid video: Γοργίας οὐκ ᾐσχύνθη. Contra ἢ οὐκ οἴει ὅτι Γοργίας ᾐσχύνθη idem est atque: Γοργίας ᾐσχύνθη: nonne putas puduisse Gorgiam? Illud huc minime convenit, hoc apprime huius loci est. Gorgias igitur ᾐσχύνθη μὴ προσομολογῆσαι i. e. ὑπ' αἰσχύνης οὐ προσωμολόγησε· i. e., nam hoc quidem recte Stallbaumius: ἀπηρνήθη τὸν ῥητορικὸν ἄνδρα μὴ οὐχὶ καὶ τὰ δίκαια εἰδέναι. Videntur editores in errorem inducti esse, cum conferrent quod continuo additur: τίνα οἴει ἀπαρνήσεσθαι μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν ἐπίστασθαι τὰ δίκαια; Et habet sane Graecus sermo in talibus aliquid ambiguitatis aut certe conduplicatis illis negationibus mea mens turbatur nec rectum videt; sed liquido tamen constat unum inter omnes verum reperisse Cornarium. Ceterum subdubito de vocabulo οἴει· requiro: ἢ οὐκ ἐνθυμεῖ vel simile quid, sed negatio omnimodo necessaria est; nec tamen persuadet Dobraeus qui anacoluthon esse putat. Placebit fortasse: ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι ....

Ibid. 462 B. In colloquio cum Polo Socrates rogat: ἆρ' ἐρωτᾷ ἥντινα τέχνην Φημὶ εἶναι. Ἔγωγε, Polus respondet. Tum Socrates: οὐδεμία ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Πῶλε. Aut fallor, aut Plat scripsit: οὐδεμίαν, ἔμοιγε δοκεῖν. Idem illud ἐμοὶ δοκεῖ

fieri potest ut restitui debeat Menex. 236 B: *ὅτε μοι δοκεῖ συνετίθει τὸν ἐπιτάφιον λόγον.*

Ibid. 462 E: *ταὐτὸν δ' ἐστὶν ὀψοποιία καὶ ῥητορική.* Leve est corrigere *ἐστόν.* Itidem p. 481 B: *ἐγώ τε καὶ σὺ νῦν τυγχάνομεν ταὐτόν τι πεπονθότες,* erit qui malit *πεπονθότε* et p. 464 B: *δυοῖν ὄντοιν τοῖν πραγμάτοιν δύο λέγω τέχνα,* quam *τέχνας.*

Ibid. 464 B: *τῆς δὲ πολιτικῆς ἀντίστροφον μὲν τῇ γυμναστικῇ τὴν νομοθετικήν, ἀντίστροφον δὲ τῇ ἰατρικῇ τὴν δικαιοσύνην.* Res tribus verbis transigi potest, postquam Cobetus, *Mnem.* 1874 p. 278, luculenta disputatione evicit hanc *δικαστικήν* fuisse dicendam, quemadmodum recte legitur 520 B. Ut appareat vetustissimum esse vitium sed tamen vitium, iis quae Cobetus contulit, nunc iuvat addere Clitoph. p. 408 B: *τὴν τῶν ἀνθρώπων κυβερνητικήν, ἣν δὴ σὺ πολιτικὴν ἐπονομάζεις πολλάκις, τὴν αὐτὴν δὴ ταύτην δικαστικήν τε καὶ δικαιοσύνην ὡς ἔστι λέγων.* Contra Sopater in Prolegomenis ad Aristidem: *πάλιν καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς δύο μέρη δίδωσι, τὴν νομοθετικὴν καὶ τὴν δικαστικήν.* Denique prodeat scriptor dialogi de Iusto p. 373 E, qui officium iudicis *δικαστικήν* vocat. Ceterum probe distinguenda est *δικανική,* quae est causarum patroni: tenendum hoc est Rep. III 405 A, sed Cobetus hoc iam attigit. Nihil praeterea ulterius dicam et miror quod Schanzius, qui in talibus valde se accuratum praestare solet, immemor Cobeti fuit septem annis postquam dissertatio in *Mnemosyne* prodiit.

Ibid. 465 B: *ἡ κομμωτικὴ σχήμασιν καὶ χρώμασιν καὶ λειότητι καὶ ἐσθήσει ἀπατῶσα.* Longe melius intelligam *σμήμασιν,* nam haec Attica forma est, non *σμήγμασιν* et quod sincerum erat, sub corruptela tuto delituit. Antiphanes apud Athenaeum IX p. 409 C: *δότω τις δεῦρ' ὕδωρ — καὶ σμῆμα.* Idem apud Clementem Alex. Paed. III 2 p. 218 Sylb.

σμῆται, κτενίζετ', ἐκβεβηκ', ἐντρίβεται,
λοῦται, σκοπεῖται, σέλλεται, μυρίζεται.

Aristophanes apud Polluc. VII 166:

ἀλλ' ἀρτίως κατέλιπον αὐτὴν σμωμένην
ἐν τῷ πυέλῳ.

Τοῖς σμήμασιν odoramenta admiscebantur et σμήματα ἰρινόμικτα ex Philoxeno afferuntur. Etiam χρῶμα et χρῆμα interdum confunduntur, cf. Cornarius p. 24 et 81.

Ibid. 465 C: καὶ γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι ἐπεςάτει.... τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ ἦν — ὁμοῦ ἂν πάντα χρήματα ἐφύρετο ἐν ταὐτῷ, ἀκρίτων ὄντων τῶν τ' ἰατρικῶν καὶ ὑγιεινῶν καὶ ὀψοποικῶν. Primum est solemnis particularum confusio et reponam καὶ γὰρ δή· deinde eiicienda sunt vocabula ἂν πολὺ ἦν· additur illud τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου eodem modo quo crebro interponitur illud τὸ λεγόμενον· nisi eiicias, ea quae subiunguntur ὁμοῦ ἂν πάντα κτἑ. non satis arcte coniunguntur cum praecedentibus et in aere pendent. Denique Dobraeus eiicere voluit καὶ ὑγιεινῶν· ego contra in fine suppleverim: καὶ πονηρῶν, coll. 464 D et 517 E.

Ibid. 467 C. Exclamaverat Polus: Σχέτλιά (γε) λέγεις καὶ ὑπερφυᾶ, ὦ Σώκρατες, nam particula γε ex Stobaeo qui locum laudavit, accedat oportet. Tum Socrates: μὴ κατηγόρει, ὦ λῷςε Πῶλε. Duo hic vitia mihi odorari visus sum. Primum novum est accusationis genus conviciis uti itaque verum esse dixerim μὴ κακηγόρει. Prorsus idem vitium deprehendi in Photii lexico: εὐχγγελεῖν· ὑφ' ἓν λέγουσι καὶ κακαγγελεῖν, ubi codex καταγγέλλειν habet. Sed quid est cur post ὦ λῷςε Πῶλε sequatur ἵνα πρσείπω σε κατὰ σέ? Novimus Polum usum fuisse artificiali et calamistrato dicendi genere, nam diserta Socratis verba sunt Phaedr. p. 267 B: τὰ δὲ Πώλου πῶς φράσομεν αὖ μουσεῖα λόγων, ὃς διπλασιολογίαν καὶ γνωμολογίαν καὶ εἰκονολογίαν, ὀνομάτων τε Λικυμνείων ἃ ἐκείνῳ ἐδωρήσατο πρὸς ποίησιν εὐεπείας; Nec prorsus intelligo illa artis vocabula, nec multum refert, nam quid in Poli dictione Plato improbarit, apparet p. 448 C ubi eum inducit ita disserentem: πολλαὶ τέχναι ἐν ἀνθρώποις εἰσὶν ἐκ τῶν ἐμπείρων ἐμπείροις ηὑρημέναι· ἐμπειρία μὲν γὰρ ποιεῖ τὸν αἰῶνα ἡμῶν πορεύεσθαι κατὰ τέχνην, ἀπειρία δὲ κατὰ τύχην. ἑκάςων δὲ τούτων μεταλαμβάνουσιν ἄλλοι ἄλλων ἄλλως, τῶν δ' ἀρίςων οἱ ἄριστοι. Tale quid igitur latere debet in ὦ λῷςε Πῶλε, quod diserte legimus κατὰ τὸν Πῶλον fuisse dictum Σκόπει, ut scribit scholiasta, τὰ πάριτα τοῦ Πώλου· ἐμπειρία-

ἀπειρία, τέχνη—τύχη, ἄλλοι—ἄλλων—ἄλλως· quin et erant qui contenderent non haec dicere Polum ἐξ αὐτοσχεδίου, προσυγγραψάμενον δέ. Scribit Hirschigius similiter legi Protag. 336 B: οὐ καλῶς λέγεις, ὦ Καλλία et Symp. 185 C: Παυσανίου δὲ παυσαμένου, „qualia", inquit, „ne putes Platonem temere ac forte fortuna ita scripsisse; apparet ex verbis quae sequuntur: διάσκουσι γάρ με ἴσα λέγειν οὕτωσὶ οἱ σοφοί". Verumtamen hisce diligenter expensis, nil quidquam promovimus ad intelligentiam errorum: ὦ λῷστε Πῶλε· quid enim tandem notabile in similibus verbis, etiamsi scholiasta scribat: κατὰ σέ· καὶ γὰρ ὀργίᾳ καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν αἱ παρισώσεις ἐπετηδεύοντο. Non magis hic παρίσωσιν cerno quam in ὦ φίλε Πῶλε p. 465 D. Contuli autem Homericum: μαινόμενε, φρένας ἠλέ, διέφθορας. Quid si Plato scripsit: ὦ ἠλὲ Πῶλε, quod quum per crasin efferendum sit, praeterea lucrabimur pronunciationem: ὦλὲ Πῶλε, etiamsi divisim scribi debeat ὦ ἠλέ. Haec autem conjectura si probabitur, magis etiam id confirmabitur quod posuit Cobetus *Mnem.* 1874 p. 116, Gorgiam dialogum sibi compositum videri haud ita multo post Socratis mortem indeque animadverti in nonnullis iuvenilem quamdam effervescentiam, quae in Platonem aetate et usu hominum maturum non cadat. Illud ἠλὲ Πῶλε modum excedit, sed Plato iuvenis non magis quam Cicero acute dictum restinguere poterat ne proferret.

Ibid. 470 C. Nunc iuvat tribus verbis indicare aliquot interpolationes: veluti in hisce: ἀλλὰ μὴ κάμῃς φίλον ἄνδρα εὐεργετῶν, male adhaeret: ἀλλ' ἔλεγχε, quemadmodum κολαζόμενος insiticium est p. 505 C et ἀναμνησθῆναι Phaed. 73 B. Itidem p. 471 C: τοιγάρτοι νῦν ἀθλιώτατός ἐστιν πάντων Μακεδόνων, frangitur loci vis quum addatur: ἀλλ' οὐκ εὐδαιμονέστατος. Praeterea p. 471 E: ῥητορικῶς γάρ με ἐπιχειρεῖς ἐλέγχειν ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς δικαστηρίοις· satis hoc est et languet quod adscriptum fuit: ἡγούμενοι ἐλέγχειν. Denique p. 473 E: ἄλλο αὖ τοῦτο εἶδος ἐλέγχου ἐστίν, ἐπειδάν τίς τι εἴπῃ, κατα γελᾶν; stulte addidit qui addidit: ἐλέγχειν δὲ μή.

Ibid. 473 E. Laetus vidi post illa: ἐπειδὴ ἔδει με ἐπιψηφίζειν, ἑλώτα παρεῖχον, Cobetum *Mnem.* 1874 p. 126 non tulisse quod

interpolatorem redolet: καὶ οὐκ ἠπιστάμην ἐπιψηφίζειν, quae verba decem annis ante obelo notaram. Ex iis quae tunc disputavi nihil indicabo praeter duos locos ex quibus discimus secundum Platonem philosophum semper vulgo γέλωτα παρέχειν: Theaet. 174C: philosophus ὅταν ἐν δικαστηρίῳ ἤ που ἄλλοθι ἀναγκασθῇ περὶ τῶν παρὰ πόδας διαλέγεσθαι, γέλωτα παρέχει οὐ μόνον Θρᾳττῃς ἀλλὰ καὶ τῷ ἄλλῳ ὄχλῳ. Et in eandem sententiam Rep. VII 517A.

Ibid. 480B: εἴπερ τὰ πρότερον μένει ἡμῖν ὁμολογήματα. Arridet: ὡμολογημένα.

Ibid. 480C: παρέχειν μύσαντα καὶ ἀνδρείως ὥσπερ τέμνειν τε καὶ κάειν ἰατρῷ. Cobetus *Mnem.* 1874 p. 128 luculenter ostendit spuria esse verba: καὶ ἀνδρείως, deinde suscepit probare idoneis aliquot allatis exemplis, tanquam proverbio μύσαι dici, qui obfirmato animo quodlibet perferre ac pati paratus sit. Nec miror neque aegre fero quod non recordatus est eorum quae olim in angulo quodam scripseram ut commendarem meum (μὴ) μύσαντα, quod Hirschigium latuit nec vero Schanzium in laboriosissima adnotatione, ex qua didici ferme triginta annis ante me Bergkium quoque idem suasisse. Quid enim? Novum sane est virtutis genus, si quis ad mala *oculos attollere* non audet neque *rectis oculis* imminens periculum contueri. Aliud certe exemplum Socrates moriens dedit qui ταυρηδὸν βλέπων venenum bibit. Aliter Medea apud Euripidem vs. 92:

ἤδη γὰρ εἶδον ὄμμα νιν ταυρουμένην
τοῖςδ' ὡς τι δρασείουσαν.

Creontis filia contra vs. 1183: ἐξ ἀναύδου καὶ μύσαντος ὄμματος δεινὸν στενάξασ' ἡ τάλαιν' ἠγείρετο. Est sane Menandri γαμικὸν παράγγελμα, quod etiam Cobetus excitavit:

ἢ μὴ γαμεῖν γὰρ, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς φέρειν
μύσαντα πολλὴν προῖκα.,

quod hercle non ἀνδρείας signum est. Non minus luculentus locus est in Dione Cassio LIV 25, referente exemplum insanae crudelitatis in Caio Caesare, qui Capitonem patrem adesse iussérat caedi innocentis filii: πυθομένου δ' αὐτοῦ εἰ μύσαι γε ἐπιτρέπει προστάξε καὶ ἐκεῖνον σφαγῆναι. In Etymologico est

ἀτάρμυκτον· ἄφοβον, θρασύ, κυρίως τὸ μὴ μῦσν. Sed vide rem quam natura suadet et sermonis usus confirmat, egregie explicatam a Bentleio qui docte ornavit emendationem in Horat. Odar. I 3. 18: qui *rectis* oculis monstra natantia .... vidit, cum antea legeretur *siccis*. Nullibi τὸ μύειν signum est ἀνδρείας.

Ibid. 484 A. Foede depravata est sententia eleganter enunciata: πάντα ταῦτα ἀποσεισάμενος καὶ διαρρήξας καὶ διαφυγὼν κατατήσας τὰ ἡμέτερα γράμματα καὶ μαγγανεύματα καὶ ἐπῳδάς. Quis non continuo admonitus intelligit post acre illud ἀποσεισάμενος καὶ διαρρήξας ferri non posse languidum διαφυγών? Repone apud Homerum celebrato loco δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πειθοῖσι — φοβηθείς, et intelliges Platonem non potuisse addere διαφυγών. Sed gravior labes est in vocabulo γράμματα et dissimilis sui fuisset Plato, si hoc vocabulum coniunxisset cum μαγγανεύματα et ἐπῳδάς et deseruisset elegantem metaphoram quam instituerat: ἐκ νέων λαμβάνοντες ὥσπερ λέοντας κατεπᾴδοντές τε καὶ γοητεύοντες καταδουλούμεθα. Itaque mihi plaudebam — fatebor enim — cum correxissem περιάμματα et vocabuli usum — sic enim *amuleta* dicuntur — apud recentiores atque exemplis quibusdam stabilivi, nam veteres Athenienses περιαπτά magis appellant. Deinde aliquot annis post supervenit Hirschigius, qui in editione Gorgiae p. 77 docuit Cobetum in schedis Valckenaerianis ineditis eandem correctionem reperisse eamque correctionem sibi impense probari. Anno post, *Mnem.* 1874 in 133, apparuit Cobetum mutavisse sententiam, cum contenderet non nobis licere formam minus Atticam Platoni obtrudere, cum praesertim importuna nunc fiat *amuletorum* mentio. Itaque perparum abfuit quin locum sanum esse crederet; tandem, quod raro fecit, dubitanter coniecit πλάσματα. Nae ego nimium meorum amator sum, cum praesertim Valckenaerii ipsius auctoritas accesserit et aegre adducor ut illius lectionis περιάμματα patrocinium deseram; certe non postponam Cobetiano πλάσματα. Qui fortasse probabit προστάγματα, ἱερὸν τὸν ὄφιν pronunciabit esse. Periti lectores litem diiudicent.

Ibid. 484 B: τὸ γὰρ ᾄσμα οὐκ ἐπίσαμαι, Lege: ἐξεπίσαμαι. Docuerunt me discrimen duo loci Platonis, quorum alter

in Protagora p. 339 B, ubi Abderita laudato fragmento Simonideo, Socratem rogat: τοῦτο ἐπίσασαι τὸ ᾄσμα ἢ πᾶν σοι διεξέλθω; alter initio Phaedri, ubi Socrates: εἰς περίπατον ἥει ἐξεπισάμενος τὸν λόγον, quocum confer Phaedri verba: τὰ ῥήματα οὐκ ἐξέμαθον, τὴν μέντοι διάνοιαν σχεδὸν ἁπάντων.

Ibid. 486 B: οἶσθ' ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ὅ τι χρήσαιο σαυτῷ. Longe praetulerim imperativum: ἴσθ' ὅ τι.

Ibid. 486 C. Callicles ad praesentem rem accommodat Euripidis verba ex Antiopa: ἐμοὶ πιθοῦ, παῦσαι δ' ἐλέγχων et quae sequuntur, quae Callicles pro suo consilio immutavit. Sed in oratione Zethi ad Amphionem quaesitum fuit quodnam verbum ipse poeta usurpaverit, cui verbo Callicles suum ἐλέγχων supposuerit. Vide varia doctorum virorum tentamina apud Nauckium fr. 188. Commendatum fuit ἀοιδῶν, μολπῶν, μέλπων, παῦσαι μὲν ᾠδῶν· denique ipse Nauckius μελῳδῶν praetulit, quod in textum adeo intulit. Me advertit quod in optimo Veneto Codice adscriptum est: ἐν ἄλλῳ πρόσκειται παῦσαι ματᾴζων. Cf. Oed. Tyr. vs. 891: τῶν ἀθίκτων ἕξεται ματᾴζων. Hoc ipsum fortasse Lucianus legit de Luctu c. 16: παραιτησάμενος τὸν Αἰακὸν, τὸν πατέρα παῦσαι ματαιάζοντα.

Ibid. 487 A: τὸν μέλλοντα βασανιεῖν ἱκανῶς ψυχῆς πέρι ὀρθῶς τε ζώσης καὶ μὴ τρία ἄρα δεῖ ἔχειν. Displicet particula ἄρα et libenter legerim τρί' ἄττα. Componenda sunt Calliclis verba quae prostant p. 489 C: ἢ οἴει με λέγειν, ἐὰν συρφετὸς συλλιγῇ δούλων καὶ παντοδαπῶν ἀνθρώπων μηδενὸς ἀξίων πλὴν ἴσως τῷ σώματι ἰσχυρίσασθαι, καὶ οὗτοι Φῶσιν ἄττα, ταῦτα εἶναι νόμιμα; Ita Schanzius locum edidit Heindorfium secutus, qui ἄττα scripserat, cum in codicibus legeretur αὐτά. Cobetus *Mnem.* 1874 p. 136 in idem incidit idque laudatis duobus idoneis locis commendavit. Illud impense miror, cum septem paginis ante ostendisset Φῶμεν et θῶμεν saepe permutari, eum non animadvertisse hic quoque θῶσιν longe praestare, quin et unice verum esse. Est praeterea sciendum Heusdium Ficinum duce commendasse: ἃ ἂν οὗτοι Φῶσι. Quibus omnibus in unum collatis, verum esse crediderim, reiecta Heindorfii suspicione

ἢ οἴει με λέγειν .... ἃ ἂν οὗτοι θῶσι, αὐτὰ ταῦτα εἶναι νόμιμα. Nempe αὐτὰ ταῦτα significat *eam ipsam ob causam*, sicuti Protag. 310 E: ἀλλ' αὐτὰ ταῦτα καὶ νῦν ἥκω παρὰ σέ. Itidem Euripides eo modo locutus est Or. 665:

ἐρεῖς, ἀδύνατον· αὐτὸ τοῦτο τοὺς φίλους
ἐν τοῖς κακοῖς δεῖ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν.

Ibid. 487 B: τὼ δὲ ξένω τώδε Γοργίας τε καὶ Πῶλος. Eliminanda sunt propria nomina.

Ibid. 487 B: πεπαίδευσαι γὰρ ἱκανῶς. Tenuis ea laus est et audacter reponam καλῶς. Est haec frequentissima confusio. Veluti in Gorgiae verbis p. 453 A: δοκεῖς ἱκανῶς ὁρίζεσθαι, utere eadem correctione, coll. p. 450 D: πάνυ καλῶς ὑπολαμβάνεις et p. 455 D: αὐτὸς γὰρ καλῶς ὑφηγήσω. Eodem modo Hirschigius correxit Criton. p. 47 A. Dittographia est Symp. p. 177 E: ἐὰν οἱ πρόσθεν ἱκανῶς καὶ καλῶς εἴπωσιν. Menex. p. 244 B: ταθέντες κακῶς ἱκανῶς, οὐκ ἐνδεῶς ἠμύναντο, Bekkerus eiecit id quod est ἱκανῶς. Rep. I 354 B: οὐ μέντοι καλῶς γε εἰπίαμαι, rectissime Stallbaumius correxit: ἱκανῶς. Deinde p. 485 E: ἐλεύθερον καὶ μέγα καὶ ἱκανόν, bene Coraes καλὸν correxit. Sed nullibi talium corruptelarum finem invenio.

Ibid. 487 C. Paulo pluris erit accurate considerare verba, ad quae quantum animadverti nemo satis attendit; Groenio certe nihil suboluit. Audiamus Socratem: οἶδα ὑμᾶς ἐγὼ τέτταρας ὄντας κοινωνίας γεγονότας σοφίας, σέ τε καὶ Τεισανδρον τὸν Ἀφιδναῖον καὶ Ἄνδρωνα τὸν Ἀνδροτίωνος καὶ Ναυσικύδην τὸν Χολαργέα· καί ποτε ὑμῶν ἐγὼ ἐπήκουσα βουλευομένων μέχρι ὅτου (sic recte Hirschigius) τὴν σοφίαν ἀσκητέον εἴη καὶ οἶδα ὅτι ἐνίκα ἐν ὑμῖν τοιάδε τις δόξα, μὴ προθυμεῖσθαι εἰς τὴν ἀκρίβειαν φιλοσοφεῖν. Probabant igitur illi id quod est apud Ennium, philosophandum esse paucis, nam omnino haud placere; sed Socrates tali colloquio numquam interfuit et, si interfuisset, numquam tacitus auditor assedisset. Quid igitur? Nempe sicuti supra vidimus Platonem aliquam Poli scriptionem respicere, sic nunc credere licebit Calliclem scriptorem fuisse dialogi, in quo cum tribus amicis Tisandro, Androne et Nausicyde de philosophiae usu ac

pretio colloqueretur. Nondum eius nomen inter Atticos scriptores relatum fuerat. De Nausicyde Cobetum cf. *Prosop. Xen.* p. 86. Ceterum de Lachete conferri poterunt Trubetzkous et Joelius in Herm. 1905 p. 636 sqq. et 1906 p. 310 sqq.

Ibid. 488 C: τὸ κρεῖττον καὶ (τὸ) ἰσχυρὸν καὶ (τὸ) βέλτιον. Bis inserui articulum, sicuti mox recte legitur.

Ibid. 490 C: τῷ μὲν ἄρχειν πάντα ἐκεῖνον δεῖ νέμειν. Infinitivi locum permutanto.

Ibid. 497 E: οἶμαι γάρ σοι οὐδὲ τοῦτο ὁμολογεῖσθαι. Imo praestat: ὠμολογῆσθαι.

Ibid. 499 B: τούτου ἄσμενος ἔχει ὥσπερ τὰ μειράκια. Malo: τὰ σκυλάκια, coll. Rep. VII p. 539 B.

Ibid. 501 B: ἵνα σοι καὶ περανθῇ ὁ λόγος καὶ Γοργίᾳ τῷδε χαρίσωμαι. Scribe: τόδε.

Ibid. 502 A. Dum canebat Cinesias citharoedus, non hoc agebat ut ii qui audirent meliores fierent; non πρὸς τὸ βέλτιστον ἔβλεπεν· olim autem pater eius filio longe peior οὐδὲ πρὸς τὸ ἥδιστον· est hoc perfacile intellectu et, si quis minus assequatur, adhibere poterit quod sequitur: ἡνία γὰρ ᾤδων τοὺς θεατάς· modo scholium relegetur in marginem, unde in textum pessime irrepsit.

Ibid. 505 E: ἵνα μοι τὸ τοῦ Ἐπιχάρμου γέννηται, ἃ πρὸ τοῦ δύ' ἄνδρες ἔλεγον, εἷς ὢν ἱκανὸς γένωμαι. *Mnem.* 1888 p. 98 demonstrare conatus sum, spurium esse vocabulum γέννηται et legendum esse: ἃ πρὸ (ὁ) τοῦ δύ' ἄνδρες ἔλεγον, quam locutionem Epicharmus duxerit ex Homerico versu: σύν τε δύ' ἐρχομένω — πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν. Etiam Symp. 174 D Plato eodem versu usus est; sed taedet longam disputationem verbotenus describere.

Ibid. 507 E: ὅτῳ δὲ μὴ ἔνι κοινωνία, Φιλία οὐκ ἂν εἴη. Scribe: ἐνείη.

Ibid. 511 C: ἣν σὺ κελεύεις ἐμὲ μελετᾶν [τὴν ῥητορικὴν] τὴν ἐν τοῖς δικαστηρίοις διαπωλουσαν. Vides interpolationem.

Unica litera non sine damno sententiae abundat p. 511 E. Si quis ex Aegypto et Ponto Athenas advenit, ars gubernatoria σώσασα ἃ νυνδὴ ἔλεγον καὶ αὐτὸν καὶ παῖδας καὶ χρήματα καὶ γυναῖκας ἀποβιβάσασ' εἰς τὸν λιμένα, δύο δραχμὰς ἐπράξατο. Non fero pluralem numerum γυναῖκας, nam nunc uxor intelligitur, et reponam γυναῖκα. Ficinus legisse videtur καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ χρήματα et hic verborum ordo placet, modo rescribas singularem numerum. Mihi quidem hoc certum videtur et habui Schanzium consentientem. Supra legimus p. 473 C: τοὺς αὐτοῦ ἐπιδὼν παῖδάς τε καὶ γυναῖκα. Legitur in Rep. IX 578 E: ἆρας ἐκ τῆς πόλεως αὐτόν τε καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας, cf. Rep. V 464 D Legg. IV 721 C: ὃς ἂν παίδων καὶ γυναικὸς ἀμελῇ. Eadem medicina utemur in opere de Legibus I p. 650 A: ἐπιτρέποντα αὐτοῦ θυγατέρας τε καὶ υἱεῖς καὶ γυναῖκας, οὕτως ἐν τοῖς φιλτάτοις κινδυνεύειν, nam quid potest esse ineptius quam pluralis in tali re? Contra singularis de pluribus usurpatus nihil habet offensionis. Homerus quidem Iliad. Δ 161: σὺν σφῇσι κεφαλῇσι γυναιξί τε καὶ τεκέεσσιν, sed Odyss. γ 37: Πεισίστρατος ἐγγύθεν ἐλθὼν ἀμφοτέρων ἕλε χεῖρα, Eur. Androm. 944: χρὴ τούς γε νοῦν ἔχοντας οἵς ἔξιν γυνή. Et in Med. 1024:

ἐγὼ δ' ἐς ἄλλην γαῖαν εἶμι δὴ φυγάς,
πρὶν σφῷν ὄνασθαι κἀπιδεῖν εὐδαίμονας,
πρὶν λέκτρα καὶ γυναῖκα καὶ γαμηλίους
εὐνὰς ἀγῆλαι λαμπάδας τ' ἀνασχεθεῖν.

Adnotavit ad hunc locum Porsonus et provocavit ad Arist. Plut. 529: ὁπόταν νύμφην ἀγάγησθον et ubique magna est talium copia. Sic etiam Euripides in Troad. 392:

ἀεὶ κατ' ἦμαρ σὺν δάμαρτι καὶ τέκνοις
ᾤκουν.

Idem vitium quod e Platone sustulimus et e Luciano de Syria Dea 12, *Mnem.* 1901 p. 274, e Menandro sustulit Bentleius *Emendat.* p. 96. Porro vide Dobraeum *Advers.* II p. 283 et solitas Conti copias Ἑρμ. Λογ. p. 88.

Ibid. 512 A: *ἄν τ' ἐκ θαλάττης (τις) ἄν τ' ἐκ δικαστηρίου σώσ*
Necessario supplendum est quod vides.

Ibid. 513 A: *τὰς τὴν σελήνην καθαιρούσας [τὰς Θετταλ*
δας]. Dele glossam.

Ibid. 515 C: *ὡμολογήκαμεν· ἐγὼ (γὰρ) ὑπὲρ σοῦ ἀποκρινοῦμ*
Unusquisque facile sentit quid desit.

Ibid. 516 A: *ὄνων γοῦν ἂν ἐπιμελητὴς καὶ ἵππων καὶ βο*
τοιοῦτος ὢν κακὸς ἂν ἐδόκει εἶναι, εἰ παραλαβὼν μὴ λακτίζοντ
μηδὲ κυρίττοντας μηδὲ δάκνοντας, ἀπέδειξε ταῦθ' ἅπαντα ποιο
τας δι' ἀγριότητα. Iam dixi de hoc loco *Mnem.* 1879 p. 1
Qui enim *λακτίζουσιν*? Equi, opinor. Qui *κυρίττουσιν*? Bov
Qui denique *δάκνουσιν*? Asini. Itaque legendum est: *καὶ βο*
καὶ ἵππων, nam in talibus Plato qui Homerum solet imita
semper verborum antecedentium ordinem *immutat*: A, B,
Γ, B, A. Cf. Protag. 341 B: *οὐδεὶς λέγει δεινοῦ πλούτου ο*
δεινῆς εἰρήνης οὐδὲ δεινῆς ὑγιείας, ἀλλὰ δεινῆς νόσου
δεινοῦ πολέμου καὶ δεινῆς πενίας. Rep. IX 516 B: *λακ*
ζοντες καὶ κυρίττοντες ἀλλήλους σιδηροῖς κέρασί τε
ὁπλαῖς.

Ibid. 519 A: *ἄνευ γὰρ σωφροσύνης Φλυαριῶν ἐμπεπλήκασι*
πόλιν. Etiamsi iam Aristides in suo Codice eam lectionem
venerit, tamen corrigere ausim: *ἀντὶ γὰρ σωφροσύνης*. V
de hoc loco Cobetum *Mnem.* 1874 p. 154.

Ibid. 519 A: *Θεμιστοκλέα δὲ καὶ Κίμωνα καὶ Περικλέα*
κωμιάσουσιν. Propter p. 515 D hic propemodum necessario s
plendum: (*καὶ Μιλτιάδην*) *καὶ Κίμωνα*. Neglexit Schanz
Hirschigium, qui hoc iam observarat p. 136, nec tamen an
advertit Platonem in iisdem nominibus referendis inverti
eorum ordinem.

Ibid. 519 D: *καίτοι τί ἂν ἀλογώτερον εἴη ἀνθρώπους ἀγαθ*
γενομένους .... σχόντας δὲ δικαιοσύνην ἀδικεῖν τούτῳ ὃ
ἔχουσιν; Prorsus necessarium est: *ἔχοντας*.

Ibid. 522 A: Ἴσως· οἴεσθαί γε χρή. Adnotaram spurium mihi videri illud Ἴσως, sed sero veni, nam Hirschigius p. 139 idem iam observarat probavitque Cobetus *Mnem.* 1874 p. 157. Ἴσως apud Platonem semel iterumque interpolatori debetur et de locutione οἴεσθαί γε χρή si plura requires, adire poteris Wyttenbachium ad Phaed. p. 68 A et Stallbaumium ad Criton. 53 D, Protag. 325 C, alibi.

Ibid. 522 B: οἴει ἐν πάσῃ ἀπορίᾳ ἂν αὐτὸν ἔχεσθαι. Praetulerim: ἐνέχεσθαι. Simili modo p. 453 A et 454 E Cobetus sanavit *Mnem.* 1874 p. 117 sq.

Ibid. 522 D: κολακικῆς ῥητορικῆς ἐνδείᾳ. Mirum nondum fuisse qui e textu eiiceret id quod est ῥητορικῆς. Eiusdemmodi interpolationes minime rarae sunt: exempla invenies ab Cobeto collecta *Mnem.* 1874 p. 151.

Ibid. 523 E: γυμνοὺς κριτέον ἀπάντων τούτων· τεθνεῶτας γὰρ δεῖ κρίνεσθαι· haud sane obscura verba sunt; sequitur: καὶ τὸν κριτὴν δεῖ γυμνὸν εἶναι αὐτῇ τῇ ψυχῇ αὐτὴν τὴν ψυχὴν θεωροῦντα· hoc quoque perspicuum; sed quis admonitus aequo animo ferat ante αὐτῇ τῇ ψυχῇ stulte insertum τεθνεῶτα?

Ibid. 527 A: ἐλθὼν παρὰ τὸν τῆς Αἰγίνης υἱόν· inutiliter explicarunt: τὸν δικαστήν.

Ibid. 526 E: ὅταν ἡ δίκη σοι ᾖ καὶ ἡ κρίσις. Parum abest quin verum esse suspicer: ὅταν ἡ δίκη σοι ᾖκῃ.

Ibid. 527 A: ταῦτα μῦθός σοι δοκεῖ λέγεσθαι ὥσπερ γραὸς καὶ καταφρονεῖς αὐτῶν· hoc recte et itidem recte quod sequitur: καὶ οὐδέν γ' ἂν ἦν θαυμαστὸν εἴ τῃ ζητοῦντες εἴχομεν αὐτῶν βελτίω; sed nihil attinet post θαυμαστόν explicationis gratia addere: καταφρονεῖν τούτων. Erit praeterea diligenter videndum, an non praestet γραὸς ὕθλον appellare, quam μῦθον· paroemiographi certe γραὸς ὕθλον enotarunt dixitque verbi causa ipse Plato Theaet. 176 B: ταῦτα γάρ ἐστιν ὁ λεγόμενος γραῶν ὕθλος· vide quoque Rep. I 336 D. Cobetus in *Variis Lectionibus* p. 269

apud Lucianum in Philopseude § 9 γραῶν μύθους immutavit ut ὕθλοι fierent. Nihil impedit quominus adscribam nimis fortasse incertam suspicionem de Euripide. Sunt, Troad. vs. 1185, Hecubae verba de Polyxena:

σὺ δ' οὐκ ἔμ', ἀλλ' ἐγώ σε τὸν νεώτερον
γραῦς ἄπολις ἄτεκνος ἄθλιον θάπτω νεκρόν.
οἴμοι, τὰ πόλλ' ἀσπάσμαθ' αἳ τ' ἐμαὶ τροφαὶ
ὕπνοι τ' ἐκεῖνοι φροῦδά μοι.

Nemo umquam illos ὕπνους concoquere potuit itaque Prinsius cum Weckleinio non minus quam undecim coniecturas collegerunt, quarum pleraeque absurdae sunt, vix autem una et altera haud nimis improbabilis. Ipse quoque non ἀσύμβολος abibo et commendabo: ὕθλοι τ' ἐκεῖνοι.

Denique aliquid excidit p. 327 C: τῇ ῥητορικῇ οὕτω χρησίμη ἐπὶ τὸ δίκαιον ἀεί, (ὡς) καὶ τῇ ἄλλῃ πάσῃ πράξει.

AD MENONEM.

P. 70 A. Huius dialogi initio nunc idem usu venit quod supra quum de Critia videbamus, nempe prorsus non habeo dicere quid de Menonis moribus atque indole iudicandum sit. Idem ille est quem Xenophon loco omnibus noto depinxit tanquam periurum, avarum, subdolum, mortalium pessimum denique. Aegre mihi persuadeo Xenophontem, cuius animi candorem diligimus, de suo promsisse venenum quo nil tale meritum perfunderet. Apud Platonem omnia alia invenies. Ne hominem laudaverit, quod libenter concedo; vere observaverit Groenius sermonem nec Gorgiae magistro honorificum esse nec discipulo Menoni; dixerit Socrates p. 78 D: χρυσίον καὶ ἀργύριον πορίζεσθαι ἀρετή ἐστιν, ὥς φησι Μένων ὁ τοῦ μεγάλου βασιλέως ξένος: quid erat quod Plato Socratem faceret cum profligatissimo scelere disserentem? Cur hoc si facere collibuerit, quantum potest homini parcit? Nam quod ironice p. 76 A ὑβριστής dicitur, nihil ad rem. Certe causam non repetam ab nescio qua simultate quae inter Platonem et Xenophontem intercesserit, qua de re conferre poteris Athenaeum XI p. 505 A et Diogenem Laert. II 50. Equidem identidem delabor ad suspicionem — sed metu-

philosophorum cohors in me invehatur ac plane indignum nunciet qui veteres membranas contrectem, cum livida linea manes τῆς θείας κεφαλῆς violare susceperim — delabor itur ad suspicionem, adeo acrem Platonem τοῦ Δήμου osorem isse, ut, si cum libertatis fautoribus comparaveris, ei Critias Meno excusabiles viderentur. Nec miror eum contemsisse ciae timiditatem, quod ex Lachete existimari potest, cum ιδρὸς ἦν ἐφ' ὅ τι ὁρμήσειε.

Ibid. 71 B. Vocula excidit: πῶς ἂν ὁποῖον γέ τί (ἐστιν) εἰδείην. ntrarium vitium apud Demosthenem notavimus *Mnem.* 1903 42. Itidem aliquid excidit p. 70 C: ἐνθάδε τὸ ἐναντίον περιέκειν· ὥσπερ (γὰρ) αὐχμός τις τῆς σοφίας γέγονεν.

Ibid. 71 E: εἰ δὲ βούλει γυναικὸς ἀρετήν. Non vacat longam riodum describere, sed si inspexeris, videbis male adhaerere rba: χαλεπὸν διελθεῖν.

Ibid. 76 A: κατὰ γὰρ παντὸς σχήματος τοῦτο λέγω εἰς ὃ στερεὸν περαίνει, τοῦτ' εἶναι σχῆμα. Absurde ita scribitur, l lux oborietur si correxeris: κατὰ γὰρ πάντων σχῆμα τοῦτο γω, quo facto sponte excident vocabula: τοῦτ' εἶναι σχῆμα. de illud κατὰ πάντων eodem modo usurpatum p. 73 C et 88 E.

Ibid. 76 C: ἐμοῦ ἴσως κατέγνωκας ὅτι εἰμὶ ἥττων τῶν καλῶν. tis novi quid sit καταγιγνώσκειν τινός, sed significatio huc inus quadrat. Contuli Euthyphr. 2 B: οὐ γὰρ ἐκεῖνό γε καταώσομαι ὡς σὺ ἕτερον· Arist. Eq. vs. 46:

οὗτος καταγνοὺς τοῦ γέροντος τοὺς τρόπους ....
.. ὑποπεσὼν τὸν δεσπότην, et correxi: ἐμὲ ἴσως κατέγνωκας. iquanto plus proderit haec observatio Paulo Apostolo qui in istula ad Galatas II 10 scripsisse creditur: κατὰ πρόσωπον τῷ ἀντέστην, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. Iam *Mnem.* 1878 102 correxi: κατέγνωμεν ὃς ἦν et fuerunt etiam inter eologos qui mihi assentirentur.

Ibid. 76 D. In definitione: ἔστι γὰρ χρόα ἀπορροὴ σχημάτων σύμμετρος [καὶ αἰσθητός], duo postrema vocabula non

ferenda sunt, nam ὄψει σύμμετρος illud ipsum significat: αἰσθητός, quod tamen addi non potest in definitione coloris, nam quaeritur de ipsa natura τοῦ αἰσθάνεσθαι· est autem absonum in definiendo adsumere illud ipsum vocabulum de quo agitur et Socrates Menonem de hoc vitio admonuerat. Itidem interpolatori redde adnotatiunculam p. 79 C: τοῦτο γάρ ἐστι λέγειν ὅταν λέγῃ τις ὅτι πᾶτα ἡ μετὰ δικαιοσύνης πρᾶξις ἀρετή ἐστιν. Schanzii suspicio minus placet. Praeterea me advertit p. 77 A: παῦσαι πολλὰ ποιῶν ἐκ τοῦ ἑνὸς ὅπερ φασὶ τοὺς συντρίβοντάς τι ἑκάστοτε οἱ σκώπτοντες, nam quis dicat quid sit in hac compositione verborum ἑκάστοτε? Non fugit hic locus Erasmi diligentiam, qui bene intellexit latere proverbium. Graeci iocantes *frangere* vocabant πολλὰ ποιεῖν ἐξ ἑνός· hoc si tenes, fortasse non noles mecum scribere: παῦσαι πολλὰ ποιῶν ἐκ τοῦ ἑνὸς ἑκάστοτε: *desine identidem ex uno multa facere.* Supervenit sciolus qui omnia corrupit adnotans quod nemo requirit: ὅπερ φασὶ τοὺς συντρίβοντάς τι οἱ σκώπτοντες, scilicet ποιεῖν. Vide ἑκάστοτε eodem modo usurpatum Hipp. Mai. p. 301 C.

Ibid. 80 A. De torpedine paulo plura describenda erunt: καὶ γὰρ αὕτη τὸν ἀεὶ πλησιάζοντα καὶ ἁπτόμενον ναρκᾶν ποιεῖ· καὶ σὺ δοκεῖς μοι νῦν ἐμὲ τοιοῦτόν τι πεποιηκέναι, ναρκᾶν· ἀληθῶς γὰρ ἔγωγε καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ναρκῶ, καίτοι μυριάκις γε περὶ ἀρετῆς παμπόλλους λόγους εἴρηκα. Alterum illud ναρκᾶν insiticium est uti vidit Dobraeus, et in fine pro εἴρηκα omnino malim participium εἰρηκώς.

Ibid. 90 E. Etsi interpolationes per totum Platonem magno numero sparsae sunt, est tamen alter dialogus altero multo hoc vitiorum genere inquinatior, Apologia omnium maxime, opinor quia in scholis frequenter legebatur. Non dissimilem sortem Meno expertus est, in quo multa menda huius generis iam reperta sunt, alia adhuc latent. Verbi causa eo loco quem modo indicavi: πολλὴ ἄνοιά ἐστιν βουλομένους αὐλητήν τινα ποιῆσαι παρὰ μὲν τοὺς ὑπισχνουμένους διδάξειν τὴν τέχνην καὶ μισθὸν πραττομένους μὴ ἐθέλειν πέμπειν, ἄλλοις δέ τισι πράγματα παρέχειν, ζητοῦντα μανθάνειν παρὰ τούτων, οἳ μὴ προσποιοῦνται διδάσκαλοι εἶναι. Non urgeo ζητοῦντας plurali numero requir

nam talia haud rara sunt apud Platonem, sed neque illi qui discipulum ad magistrum deducunt, recte dicuntur ζητεῖν μανθάνειν, nec loci ratio pati videtur, ut illud ζητοῦντα de discipulo intelligamus. Haud ignoro hanc doctrinam tueri Stallbaumium, sed tales explicationes nimis contortae sunt quam quae mihi placeant, qui facilitatem quandam et aequabile orationis genus in Platone admiror et librariorum vitium odorari mihi videor, quotiescumque lene orationis flumen interrumpatur. Suspicor interpolatori deberi: ζητοῦντα μανθάνειν παρὰ τούτων, nec quisquam negaverit his verbis remotis nihil difficultatis remanere. Vitii originem repeto ex ignoratione locutionis πράγματα παρέχειν, quae hodie omnibus nota est; tirones qui haec legent ablegare satis est ad Cobetum *Mnem.* 1874 p. 139, 1857 p. 300 et 1858 p. 160.

Ibid. 94 B: ἵνα δὲ μὴ ὀλίγους οἴῃ (ᾖ) καὶ τοὺς Φαυλοτάτους Ἀθηναίων ἀδυνάτους γεγονέναι τοῦτο τὸ πρᾶγμα. Schanzius percenset nomina eorum qui corruptum locum sanare conati sunt; nemo vidit simplex remedium, nam ᾖ inserendum est.

Ibid. 94 E: καὶ ἐν ἄλλῃ πόλει ῥᾴδιόν ἐστιν κακῶς ποιεῖν ἀνθρώπους ἢ εὖ, ἐν τῇδε δὲ καὶ πάνυ. Palam est excidisse: εὖ (ἀκούειν), nam modo Anytus dixerat: ῥᾳδίως μοι δοκεῖς κακῶς λέγειν ἀνθρώπους.

Ibid. 100 B: σὺ δὲ ταῦτα, ἅπερ αὐτὸς πέπεισαι, πεῖθε καὶ τὸν ξένον τόνδε. Audacter rescribo: εἴπερ.

AD HIPPIAM MAIOREM.

P. 281 A. Gloriatur Sophista se saepe legatum creatum esse, quod cives se suspicerent tanquam δικαιῆν καὶ ἄγγελον ἱκανώτατον τῶν λόγων οἳ ἂν παρὰ τῶν πόλεων ἐκάστων λέγωνται. Non est hoc boni legati exterorum δικάζειν τοὺς λόγους· nam nihil minus est quam iudex, sed e diligenti rerum hominumque aestimatione intelligere quo consilio et quo animo quidque dicatur, hic labor est. Itaque potius crediderim Hippiam fuisse bonum *aestimatorem*, δοκιμαστήν. Cf. dial. de Iusto p. 378 D:

περὶ τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον εἰσὶν ἡμῖν δοκιμασταί, οἵτινες ὁρῶντες κρίνουσι τό τε βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον. Fortasse idem mendum latet Tim. 51 C: οὔτε οὖν δὴ τὸ παρὸν ἄκριτον καὶ ἀδόκιμον ἀφέντα ἄξιον Φάναι .... ἔχειν οὕτως, nam multum sane praefero: ἀδοκίμαστον. Romanos scriptores attingere vix audet sed tamen apud Velleium Paterculum I 13: Scipio tam elegans liberalium omnisque doctrinae et *auctor* et admirator fuit, suspicor verum esse: *aestimator*.

Ibid. 282 B. εἴωθα μέντοι ἔγωγε τοὺς παλαιούς τε καὶ προτέρους ἡμῶν προτέρους τε καὶ μᾶλλον ἐγκωμιάζειν ἢ τοὺς νῦν. Pro altero προτέρους requiritur adverbium, sed πρότερον non satisfacit. Arridet: προχειρότερον.

Ibid. 286 D. ἀκούσας καὶ μαθὼν καὶ ἐκμελετήσας. Lege ἐκμαθών, quod per se verisimile est et confirmatur quoniam Socrates lepide ridet, quod Hippias modo dixerat p. 285 E ἠνάγκασμαι ἐκμεμαθηκέναι καὶ ἐκμεμελετηκέναι πάντα τὰ τοιαῦτα. Quicumque novit quid intersit inter μαθεῖν et ἐκμαθεῖν, ἐπίστασθαι et ἐξεπίστασθαι, dabit mihi, rescripto demum ἐκμαθών apparere quid sit in Socratis verbis festivum. Confer etiam quae supra disputavimus de Calliclis verbis in Gorgia 484 B. Luculentus imprimis locus est in initio Phaedri ubi Socrates de Lysiae auditore εἰς περίπατον ᾖει ἐξεπισάμενος τὸν λόγον, quocum confer Phaedri ipsius verba: τὰ ῥήματα οὐκ ἐξέμαθον, τὴν μέντοι διάνοιαν σχεδὸν ἁπάντων.

Ibid. 292 A. τοῦτο ποιήσας οὐκ ἀχθέσεται καὶ δίκας ὀφλήσει. Quod correxeram ἀπαχθήσεται, id laetus vidi aliquamdiu post placuisse Cobeto *Mnem.* 1874 p. 251.

Ibid. 292 C. Etiamsi concedam Platonem valde iuvenem conscripsisse Hippiam Maiorem, non enim commendatur dialogi egregiis dotibus quibus opera splendent quae maturior aetas tulit, non credo tamen eum umquam tam sui dissimilem fuisse ut scriberet: διθύραμβον τοσουτονὶ ἅσας οὕτως ἀμούσως πως ἀπῇσας ἀπὸ τοῦ ἐρωτήματος. Magno opere displicet ἅσας .. ἀπῇσας, nam possunt quidem afferri quae specie similia sunt

ed si quis rem accurate exploret, facile comperiet revera ea rorsus esse dissimilia. Equidem requiro verbum quod ἀποπηδᾶν ignificet et lenissimum erit rescribere: ἀπῇξας. Vide verbum ττειν apud Platonem Rep. X 621 B, Theaet. 144 A, Alcib. I 18 B, Legg. IV 709 A et Epist. II 313 B. Quod Axiochi initio gitur διῆξε φωνή, mutari debet in διῆξε, nam ἰῶτα non ebet omitti. Legitur quidem verbum ἀπᾴδειν Hipp. Min. 74 C, sed illud nemo huc trahet.

Ibid. 292 D. Socrates denuo rogat Hippiam quid sit quo mnia pulchra sint pulchra, si accedat καὶ λίθῳ καὶ ξύλῳ καὶ νθρώπῳ καὶ θεῷ καὶ ἀπάσῃ πράξει καὶ παντὶ μαθήματι. uo hisce insunt vitia manifesta: primum scribendum est πάσῃ on ἀπάσῃ, cum praesertim coniungatur cum παντὶ μαθήματι. ed hoc quoque verbum labem contraxit, nam non fit sermo e ulla *disciplina*, sed qua ratione ἄνθρωπος et θεός opponuntur, adem opposita fuerunt πάσῃ πράξει et .... quid putas? παντὶ αθήματι, opinor. Norunt docti viri quam saepe confusa sint αθεῖν et παθεῖν, μάθημα et πάθημα cet. Facit hoc ut memine- im loci in Euthyd. p. 283 C: ὅ τι μαθὼν ἐμοῦ καὶ τῶν ἄλλων ταψεύδει τοιοῦτο πρᾶγμα. Praeter hunc locum ὅ τι μαθὼν bis gitur apud Platonem: in vicinia p. 229 A: ὅ τι μαθὼν σοφοὺς ἰεῖς οὕτω ἔφυσεν et in Apolog. p. 36 B: ὅ τι μαθὼν ἐν τῷ βίῳ ὐχ ἡσυχίαν ἦγον. Dissentiunt viri docti utrum μαθὼν hoc sensu n usu fuerit necne. Sunt qui ubique ὅ τι παθὼν reponere velint; unt qui utrumque promiscue usurpari contendant; sunt qui liquod discrimen comminiscantur. Stallbaumius verbi causa con- endit τί παθὼν τοῦτ' ἔπραξας significare: *quid tibi accidit ut tud feceris*? τί μαθὼν τοῦτ' ἔπραξας; *quid animum tuum induxisti*, *quid tibi in mentem venit ut hoc feceris*? Fateor me illud liscrimen non intelligere: quamquam video in eandem fere sen- entiam disputasse magnum Hermannum ad Vigerum p. 759. Ὅ τι μαθὼν probarunt Reiskius ad Demosth. p. 850. 21 et Fred. Aug. Wolfius ad Leptineam p. 348; improbarunt tum alii multi tum Brunckius, Elmsleius, Dobraeus et Cobetus v. c. *Mnem.* 1859 p. 120. Videtur Hermannus quoque, cum Aristo- phanis Nubes ederet, veterem sententiam deseruisse et unice probasse τί παθών. Nec sane verisimile est τί μαθών in usu

fuisse, cum *οὗτος τί πάσχεις* frequenter legatur, sed *τί μαι νεις* hac potestate inauditum sit. *Quid enim agam* est *τί πάθω* ut p. 302 D; *τί γὰρ μάθω* ne intelligi quidem pot Iam Homerus in Odyssea ω 106 similiter: *τί παθόντες ἐρε γαῖαν ἔδυτε;*

Continuo sequitur in Hippia: *οὐδέν σοι μᾶλλον γεγωνεῖν ναμαι ἢ εἴ μοι παρεκάθησο λίθος καὶ οὗτος μυλίας μήτ' μήτ' ἐγκέφαλον ἔχων.* Lapides molares nec cerebrum ne aures habent; at quid? num ceteri lapides minus carent? Pla tamen molares prae ceteris rationis expertes sunt. Rem ut plices, primum considerandus est locus qui legitur p. 301 *πεπεισμένος δὴ νῦν ἐγὼ ὑπὸ σοῦ ἐνθάδε κάθημαι.* Quid hoc *κάθημαι*, tum demum plene intelliges, si memineris victi in puerorum ludis *βασιλέας* renunciatos fuisse, cum victi cerentur *καθῆσθαι ὄνοι.* Eo respicit illud Socratis *κάθημαι*, vi scilicet in ingenii certamine; sed eodem pertinet alter loc qui clara luce splendebit si scripseris: *εἴ μοι παρεκάθησο ὄ καὶ οὗτος μυλίας μήτ' ὦτα μήτ' ἐγκέφαλον ἔχων.* Ambigua est: asini habent tamen aures et cerebrum, lapis molaris haec quidem habet. Genuinum vocabulum cessit interpretati Plato in ridendo Hippia modum excedit, sed opus iuvenile

Quod olim contendere solebat Hirschigius esse quaedam Platone quorum correctio tota pendeat e Socratica arte dis tandi, ita ut in ipsis poetis metrum haud tutior dux sit qu ipsa argumentorum series in Platone, hoc saepe comprobat vidi et nunc novum exemplum ordine sequitur: p. 293 *ἀδύνατον πᾶσι τοῦτο γενέσθαι καὶ εἶναι καλόν·* supplendum (*ἀεὶ*) *εἶναι καλόν*, nam sic Socrates ubique p. 292 E, 294 alibi in vicinia, et praeterea rei cardo vertitur in isto *ἀεί.*

Ridiculum emblema est p. 295 D: *τὰ ὀχήματα τά τε π καὶ τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ [πλοῖά τε καὶ τριήρεις].* Burge hoc iam vidit. Mox p. 298 B aliquid excidit quod est tan ad sensum pernecessarium: *τὰ ἐπιτηδεύματα τὰ καλὰ καὶ νόμους (τοὺς καλοὺς) δι' ἀκοῆς ἢ δι' ὄψεως φήσομεν ἡδέα καλὰ εἶναι;*

Ibid. 300 D: *ἐνθυμοῦμαι μὴ παίζῃς*. Opus est indicativo *παίζεις*· supra nisi fallor hoc iam attigi. Cf. ad Euthyd. p. 290 E.

Ibid. 301 C: *σὺ ἡμᾶς δνίνῃς ἀεὶ νουθετῶν*. Praestat imperativus *δνίνη*. Cf. Hipp. Min. p. 373 A.

AD HIPPIAM MINOREM.

P. 363 C: *Ὀλυμπίαζε μὲν εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων πανήγυριν, [ὅταν τὰ Ὀλύμπια ᾖ] ἀεὶ ἐπανιὼν οἴκοθεν [ἐξ Ἤλιδος] εἰς τὸ ἱερὸν παρέχω ἐμαυτόν*. Notanda interpolatio: similiter Ion. 530 A: *πόθεν ἐπιδεδήμηκας; ἢ οἴκοθεν [ἐξ Ἐφέσου]*; Librarius nosse poterat cuias Ion esset ex p. 533 C et 541 D.

Itidem interpolatio removenda p. 364 B: *ὤκνουν γὰρ ἐπανερέσθαι μὴ ὄχλος [τε] πολὺς ἔνδον ἦν, [καὶ] μή σοι ἐμποδὼν εἶην ἐρωτῶν τῇ ἐπιδείξει*, quod ita demum referet Atticum colorem, si *τε* et *καί* deleveris. Sed imprimis ridicula est interpolatio p. 365 B. In comparatione Achillis cum Ulysse laudat Socrates aliquot Homeri versiculos ex nono Iliadis libro depromtos: *λέγει αὐτῷ*, inquit, *ὁ Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Ὀδυσσέα*, deinde, postquam sex Homeri versus *αὐτολεξεὶ* recitavit, adiungit quid in iis notabile sibi videatur et concludit his verbis: *ποιεῖ γὰρ τὸν Ἀχιλλέα εἰς τὸν Ὀδυσσέα λέγοντα ταῦτα τὰ ἔπη*, quod modo iam dixerat ac fere plus quam satis erat semel dixisse. Praeterea ne sit hic dialogus genuinum Platonis opus, non tamen crediderim scriptorem quisquis fuerit, scribere potuisse ΕΙΣ *τὸν Ὀδυσσέα λέγοντα*. Scribit Schanzius iam Hissinkium eadem haec verba obelo notavisse, nec tamen quamquam admonitus persuadere sibi potuit ut aurem praeberet.

Ibid 365 D: *σοὶ συνδοκεῖ ταῦτα ὅπερ φὴς Ὅμηρον λέγειν*. Hic verius est *ταὐτά*.

Ibid. 368 C: *ὃ γ' ἔδοξεν σοφίας ἐπίδειγμα, [ἐπειδὴ] τὴν ζώνην ἔφησθα πλέξαι*. Nemini illud *ἐπειδὴ* non molestum erit; expunget qui animadverterit nihil esse nisi praecedentis vocabuli

διττογραφίαν. Diu ante me Astius hoc iam viderat, sed Sch zius quamquam de Platone optime est meritus, tamen interd mirum in modum δυσπειθής.

Ibid. 371 A. Pergit Socrates interpretari Homerum et εἰ νεύεσθαι. Achilles, inquit, ἦν οὕτω γόης καὶ ἐπίβουλος πρὸς ἀλαζονείᾳ, ... ὥστε καί. Nae ineptus homuncio fuit qui int calaret: ὡς πεποίηκεν Ὅμηρος.

Ibid. 371 A. In iis quae continuo sequuntur aliud rema leve mendum: τοῦ Ὀδυσσέως τοσοῦτον φαίνεται φρονεῖν πλέ requiritur participium φρονῶν, sicuti mox recte: οὐδὲν φαίνετ εἰπών.

Ibid. 371 B. Itidem interpolator interstrepit in hisce: ο οἶσθα ὅτι λέγων ὕστερον [ἢ ὡς πρὸς τὸν Ὀδυσσέα ἔφη ἅμ τῇ ἠοῖ ἀποπλευσεῖσθαι] πρὸς τὸν Αἴαντα οὐκ αὖ φη ἀποπλευσεῖσθαι, ἀλλὰ ἄλλα λέγει; verbum non addam.

Est glossa apud Photium, Boethi uti opinor: τροφή· ἀ τοῦ ἀγωγὴ καὶ παιδεία· καὶ τραφὲν ἀντὶ τοῦ ἀχθέν, παιδευθ ἐνίοτε δὲ καὶ ὁμοίως ἡμῖν. Πολιτείας· ἐπιθυμοῦμεν δ' αὖ τί τινὶ τῶν περὶ τὴν τροφὴν καὶ γέννησιν. Τροφὴν μὲν γὰρ βρῶ καὶ πῶμα λέγει, γέννησιν δὲ τὰ Ἀφροδίσια. Ἐν δὲ τρίτῳ Πο τείας· καὶ ὑπὸ τῷ σοφωτάτῳ Χείρωνι τεθραμμένος· ἀντὶ τοῦ π παιδευμένος· ἵνα μὴ ἐναντιῶται Ὁμήρῳ πεπαιδεῦσθαι λέγοντι τ Ἀχιλλέα παρὰ Χείρωνι, οὐχὶ τεθράφθαι. Platonis loci sunt Re IV 436 A et III 391 C, neque quidquam hic remanet diffic tatis. Sed nunc vide in Hippia Minore p. 371 D de Achi dictum: ὑπὸ τοῦ σοφωτάτου Χείρωνος πεπαιδευμένον. Agn cis scriptorem imitatum fuisse locum quem Boethus e Republi excitavit, sed sive suo ipsius errore sive librariorum perii apud eum veram scripturam quae in Republica aetatem tuli ὑπὸ τῷ σοφωτάτῳ Χείρωνι. Vide, si operae pretium vid bitur, Bastium *Epist. Crit.* p. 235 et Cobetum *Mnem.* 18 p. 5. Ad rem ipsam Leeuwenium cf. *Mnem.* 1906 p. 277 sq.

AD IONEM.

P. 530A. Audivit modo Socrates Ionem advenisse Epidauro ibique interfuisse certamini musico; tum rogat: *τί οὖν; ἠγωνίζου τι ἡμῖν; καὶ πῶς τι ἠγωνίσω;* Respondet Ion: *τὰ πρῶτα τῶν ἄθλων ἠνεγκάμεθα, ὦ Σώκρατες.* Palam est non sic scripsisse Platonem; fortasse eius manus sic restitui poterit: *Σω. Τί οὖν; ἠγωνίσω τι ἡμῖν; Ἴων. Πῶς ἠγωνισάμην; τὰ πρῶτα κτἑ.* In his certe nihil est quod reprehendas. *Πῶς ἠγωνισάμην* est gloriosi hominis et magnifice de se sentientis; notum est *πῶς* et *ποῖος* sic usurpari. Praeterea conferre poteris Heindorfium ad Hipp. Mai. p. 166 Edit. 1802.

Etiam in hoc dialogo, quum de facilioribus sit, interpolationes pullulant. Veluti p. 530B: *ἐν Ὁμήρῳ, τῷ ἀρίστῳ καὶ θειοτάτῳ τῶν ποιητῶν,* proprium Homeri nomen libenter expunxerim. Itidem in iis quae proxime sequuntur: *τὴν τούτου διάνοιαν ἐκμανθάνειν* [*μὴ μόνον τὰ ἔπη*]. Et quum rectissime enunciatum sit: *τὸν γὰρ ῥαψῳδὸν ἑρμηνέα δεῖ τοῦ ποιητοῦ τῆς διανοίας γίγνεσθαι τοῖς ἀκούουσι· τοῦτο δὲ καλῶς ποιεῖν μὴ γιγνώσκοντα ὅ τι λέγει ὁ ποιητὴς ἀδύνατον,* pueriliter admodum praemittuntur inutilia verba: *οὐ γὰρ ἂν γένοιτό ποτε ῥαψῳδὸς, εἰ μὴ συνείη τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ.*

Ibid. 530C: *ταῦτα πάντα ἄξια ζῆλοῦσθαι.* Malo hoc de ipso rhapsodo intelligere indeque rescribere: *ἄξιος.*

Rogat Socrates p. 531E *τίς οὗτος;* cui Ion: *ἰατρός.* Ad *τίς οὗτος;* nescio quis adscripsit: *τί ὄνομ' αὐτῷ;* quod ei reddemus neque amplius in textu tolerabimus. Ut defendas, oportet ostendas esse aliquod discrimen quamvis exiguum inter utrumque. Quod sequitur p. 533C: *περὶ Ὀλύμπου ἢ περὶ Θαμύρου ἢ περὶ Ὀρφέως ἢ περὶ Φημίου τοῦ Ἰθακησίου ῥαψῳδοῦ,* non est admodum difficile ad intelligendum unde ultimum vocabulum male huc pedem intulerit. Praeterea non fero p. 533E de magnete: *αὕτη ἡ λίθος οὐ μόνον αὐτοὺς τοὺς δακτυλίους ἄγει τοὺς σιδηροῦς, ἀλλὰ καὶ δύναμιν ἐντίθησι τοῖς δακτυλίοις, ὥς' αὖ δυνασθαι ταὐ-*

τὸν τοῦτο ποιεῖν ὅπερ ἡ λίθος [ἄλλους ἄγειν δακτυλίου]. Apparet tria vocabula servari non debere, quum praesertim sequatur: ὥς' ἐνίοτε ὁρμαθὸς μακρὸς πάνυ σιδηρίων ἐξ ἀλλήλω ἥρτηται. Si putas sciolos hic nihil commisisse, retinenda tibi erunt p. 534 A illa quoque verba οὐκ ἔμφρονες ὄντες in his ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες οὐκ ἔμφρονες ὄντες ὀρχοῦνται, οὕτω καὶ ὁ μελοποιοὶ [οὐκ ἔμφρονες ὄντες] τὰ καλὰ μέλη ταῦτα ποιοῦσιν. Vel κατεχόμεναι ibidem: βακχεύουσι κατεχόμενοι ὥσπερ αἱ βάκχαι ἀρύτονται ἐκ τῶν ποταμῶν μέλι καὶ γάλα [κατεχόμεναι].

Nunc vide quid editores tulerint p. 538 E:: ἃ ὁ τῶν Μελαμποδιδῶν λέγει μάντις πρὸς τοὺς μνηστῆρας Θεοκλύμενος. Hic certe μάντις et Θεοκλύμενος alienis sedibus inserta sunt et sic interpolationem manifestam reddunt. Admodum utile est animadvertere tales locos, quibus interpolatio non tantum ineleganter abundat, nam de ea abundantia alii aliter iudicabunt, sed quibus aut violatur Atticorum dicendi consuetudo aut glossa marginalis a vocabulo suo divulsa est. Tales loci diligenter examinati faciunt nos audentiores ad caetera. Nisi hic liquido constaret de corruptela, dubius haererem p. 538 B: Ἑκαμήδη ἡ Νέστορος παλλακή· nunc fidenter eiici iubeo Hecamedes nomen, quod Ion ceterique omnes cogitatione indubitanter supplere poterant. Si quis mallet removere ἡ Νέστορος παλλακή, erraret: nam nusquam legitur Hecamede Nestoris concubina fuisse. Hic autem memoriae error cadit in Platonem qui Homerum memoriter laudat, minus cadit in grammaticum, qui codicis margines adnotationibus opplebat. Similem errorem aliquando erravit Cicero, ut Gellius refert in Noct. Att. XV. 6. Sed quod dixi, Plato nimis memoriae confidebat. Sic Rep. III p. 405 E Hecamede dicitur potum porrexisse Eurypylo; apud Homerum tamen porrigit Machaoni. Noli hoc tribuere peculiari cuidam Homericorum carminum recensioni, nam eo loco quem supra ex Ione excitavimus, philosophus sequitur vulgatam famam et Machaoni ab Hecamede potum accipit.

Ibid. 542 B: τοῦτο τὸ κάλλιον ὑπάρχει σοι παρ' ἡμῖν. Omnes libri manuscripti. Schanzius scripsit ὑπάρξει· equidem malim ὑπαρχέτω.

AD MENEXENUM.

P. 235 E. De Aspasia fit sermo, ἥπερ καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς πεποίηκε ῥήτορας, ἕνα δὲ καὶ διαφέροντα τῶν Ἑλλήνων. Ipsene Plato fuit qui adscripsit: Περικλέα τὸν Ξανθίππου?

Ibid. 236 E: δεῖ λόγου, ὅσις τοὺς μὲν τετελευτηκότας ἱκανῶς ἐπαινέσεται, κτἑ. Solemne vitium, nam nimis tenuis ea laus est ἱκανῶς ἐπαινεῖν. Corrige καλῶς, sicuti bene p. 239 D.

Ibid. 239 D. Incidit sermo de Persarum regibus, ὧν ὁ μὲν πρῶτος Κῦρος ἐλευθερώσας Πέρσας τοὺς αὐτοῦ πολίτας τῷ αὐτοῦ φρονήματι ἅμα καὶ τοὺς δεσπότας Μήδους ἐδουλώσατο, ... ὁ δ' υἱὸς Αἰγύπτου (scil. ἦρξεν) .... τρίτος δὲ Δαρεῖος μέχρι Σκυθῶν τὴν ἀρχὴν ὡρίσατο. Quatuor propria nomina delenda sunt: haec enim veteribus elegantia esse videbatur: veteribus inquam, immo Graeculi quoque in omittendis propriis nominibus modum excesserunt: Libanium nunc cogito et Symmachum. Me puero sacri quoque concionatores eundem cursum tenebant nec Napoleontem appellabant, sed „saevum illum tyrannum, qui in insula vasti Oceani", cet. Hodie homines sanius iudicant, sed quum tam multa in veterum scriptis merito admiramur, etiam ferre debemus si forte voluerint ineptire. Idem argumentum iam tribus verbis attigi *Mnem.* 1879 p. 70 et apud Isocratem aliquammulta propria nomina delevi et duos locos interpolatos ex Cratylo excitavi p. 396 A et 404 A. Recte autem in Gorgia p. 483 E: Ξέρξης ἢ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, omisso proprio Darii nomine.

Ibid. 241 B: τῶν τε Μαραθῶνι μαχεσαμένων καὶ τῶν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχησάντων· sic fere perpetuo scribitur ἐν Σαλαμῖνι· sic enim librarii loqui solent et paucissimi loci sunt quibus omissa praepositio, veluti statim post p. 245 A: Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι καὶ Πλαταιαῖς. Praeterea idem offendi Demosth. Symmor. § 30 et Lucian. Dem. Encom. § 36, fortasse quoque Aesch. Ctes. § 181 et in vetusta Inscriptione Attica, C. I. A. IV. 1. p. 57. Iam dixi de hoc argumento *Mnem.* 1882 p. 364

et 1901 p. 277. Reliqua paulo saepius recte, veluti Μαραθῶνι legitur in Menexeno et Legg. III. 699 A, sed vitiose editur ἐν Μαραθῶνι Legg. III 698 E, IV 707 C et Gorg. 516 D. Pessime Isocrates Philipp. § 147: τῆς Μαραθῶνι μάχης καὶ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας, recte tamen idem Antid. § 306 et alibi. In Lyside p. 205 C recte: Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ, sed ἐν Πυθοῖ Gorg. 472 A et Alcib. I 129 A. Sed res non est tanti. Vide tamen Ἐλευσῖνι Schol. Gorg. 497 C.

Ibid. 243 A: ὧν οἱ ἐχθροὶ καὶ προσπολεμήσαντες πλείω ἔπαινον ἔχουσι σωφροσύνης καὶ ἀρετῆς ἢ τῶν ἄλλων οἱ φίλοι. Hic haerent interpretes tantum non omnes. Quod Schanzius me docuit, Krebsius pro ἔχουσι commendavit λέγουσι vel ἐροῦσι, Baiterus χέουσι, Madvigius autem λέγουσι vel παρέχουσι. Plurimum autem miror quod Cobetus scripsit *Mnem.* 1874 p. 244: „Hic quoque locus sophistico et affectato scribendi genere conceptus, quod Plato per iocum imitatur ac ridet, homines doctos in fraudem induxit quia opinabantur ἔπαινον ἔχειν pervulgato more dictum esse pro ἐπαινεῖσθαι. Sententia loci haec est: ὧν οἱ ἐχθροὶ τὴν σωφροσύνην καὶ ἀρετὴν μᾶλλον ἐπαινοῦσιν ἢ τῶν ἄλλων οἱ φίλοι, sive οἵτινες ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν μᾶλλον ἐπαινοῦνται εἰς σωφροσύνην καὶ ἀρετὴν ἢ οἱ ἄλλοι ὑπὸ τῶν φίλων". De sententia loci assentior, non agnosco inflatum, tumidum, affectatum dicendi genus, etiamsi non negaverim nunc quidem per iocum Platonem nimis verbose scribere. Lene admodum remedium hic lucem dabit: πλείω ἔπαινον ἔχουσι (λέγειν) σωφροσύνης.

Ibid. 243 B: τὰς τῶν πολεμίων ἑλόντες ναῦς, πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας νικήσαντες. Stulta haec est oppositio: tuto rescribere poteris: τὰς τῶν Λακεδαιμονίων ἑλόντες ναῦς.

Ibid 243 C. De pugna apud Arginusas ita scribitur: νικήσαντες μὲν τοὺς πολεμίους, λυσάμενοι δὲ τοὺς φιλίους, ἀναξίου τύχης τυχόντες, [οὐκ ἀναιρεθέντες ἐκ τῆς θαλάττης] κεῖνται ἐνθάδε. Demiror quod Schanzius Stallbaumio non obsecutus est et assutum pannum uncinis circumvallavit.

Ibid. 244 D: τό γε θειότατον πάντων, τὸ καὶ βασιλέα εἰς

τοῦτο ἀπορίας ἀφικέσθαι, ὥστε κτἑ. Immo: τό γε θαυμασιώτατον.

Ibid. 245 B. Respublica Atheniensium ὑπὲρ Παρίων ἐπολέμει Λακεδαιμονίοις. De Conone hic agitur et de pugna apud Cnidum, nam Plato nihil curat Socratem ea tempora non potuisse videre, sed omnes consentiunt absurdam esse Pariorum mentionem. Itaque deinceps correctum fuit πάντων, Ῥοδίων, Κορινθίων, Ἀργείων, ἑταίρων, sed nihil horum aliquam evidentiam habet. Scribam: ὑπὲρ Ἰώνων et agnosces correctionis lenitatem, nec repugnat illorum temporum historia. Haud dissimiliter Hugius pro Ἰώνων Symp. 220 C reposuit νέων, sed confer Rettigium p. 351.

Ibid. 246 C: ἃ οἱ πατέρες ἡμῖν ἐπέσκηπτον ἀπαγγέλλειν τοῖς λειπομένοις. Inseram: τοῖς (ἀεὶ) λειπομένοις cum Marciano libro et Stobaeo.

Ibid. 247 C: φίλοι παρὰ φίλους ἡμᾶς ἀφίξεσθε, ὅταν ὑμᾶς ἡ προσήκουσα μοῖρα κομίσῃ, reponam: κοιμίσῃ. Non utar multis exemplis ad verbi usum stabiliendum, sed defungar uno loco, ubi olim eadem confusio fuit, nempe Aristoph. Av. 1734: ξυνεκοίμισαν, ubi legebatur ξυνεκόμισαν, quod Dawesius correxit *Miscell.* p. 299.

AD CLITOPHONTEM.

P. 407 A: ἐπιτιμῶν τοῖς ἀνθρώποις ὥσπερ ἐπὶ μηχανῆς τραγικῆς θεός. Requiro: ἀπὸ μηχανῆς. Digni sunt qui conferantur Wyttenb. Bibl. Crit. III. 1. 41 et Ruhnkenius ad Timaeum p. 259.

Ibid. 408 A: τελευτᾷ δὴ καλῶς ὁ λόγος οὗτός σοι. Abundat illud καλῶς.

Ibid. 410 C. Cum crebro legatur ἀμῃγέπῃ et ἀμωσγέπως et ἰμοθενγέποθεν, haud semel Cobetus affirmavit se, cum ad eam rem attenderet animum, numquam incidisse in formam ἀμοσγέποι. Enotatur sane Schol. Sophist. p. 259 D, sed ceterum ego

quoque ἀμοσεγέποι nusquam reperi. Sunt tamen duo loci de quibus ambigere possis num fortasse hoc ipsum lateat. Prior locus est quem modo indicabam: πρὸς Θρασύμαχον πορεύσομαι καὶ ἄλλοσε ὅποι δύναμαι. Alter locus est Crit. 51 D: μετοικεῖν ἄλλοσε ποι ἐλθών, h. e. quod Cicero dixit Catil. I § 20: abire in *aliquas* terras. Utrobique tamen, nisi fallor, praestat vulgata lectio.

AD REIP. LIBRUM PRIMUM.

P. 327 E. Videtur aliquid excidisse. Interpellarat Polemarchus Socratem: ὁρᾷς ἡμεῖς ὅσοι ἐσμέν? Tum Socrates: πῶς γὰρ οὔ; Ἦ τοίνυν τούτων, ἔφη (scil. Πολέμαρχος) κρείττους γένεσθε ἢ μένετ' αὐτοῦ. Suppleverim: τούτων (τοσούτων ὄντων).

Ibid. 328 D: εἰ μὲν ἐγὼ ἔτι ἐν δυνάμει ἦ τοῦ ῥᾳδίως πορεύεσθαι πρὸς τὸ ἄσυ, οὐδὲν ἂν σε ἔδει [δεῦρο ἰέναι], ἀλλ' ἡμεῖς ἂν παρὰ σὲ ἤμεν· νῦν δέ σε χρὴ πυκνότερον δεῦρο ἰέναι. Paulo plura quam soleo describenda fuerunt, ut liquido appareret cur prius δεῦρο ἰέναι e textu eliminandum esse existimarem.

Ibid. 329 A: τότε μὲν εὖ ζῶντες, νῦν δὲ οὐδὲ ζῶντες. Meis utique auribus hoc parum eleganter enunciatum videtur; omnino placet: τότε μὲν εὐθενοῦντες. Ζῆν Graecis *vivere* est, eo sensu quo etiam Galli idem verbum usurpant, cf. *Mnem.* 1858 p. 36.

Ibid. 329 C. Celebratus hic locus est, de quo iam egi *Mnem.* 1897 p. 60, unde quaedam excerpam, paucula quaedam nova additurus. Interrogatur Sophocles: πῶς ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια; nam plane adsentior Hirschigio qui e textu eiecit quod inutiliter et languide adhaeret: ἔτι οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίγνεσθαι, cf. Vernetus Hartmannus p. 10. Respondet poeta: Εὐφήμει, ἔφη, ὦ ἄνθρωπε, ἀσμεναίτατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. Hunc locus laudavit Theon. Progymn. p. 159, sed pro ἀποφυγών habet ἀποδράς. Scribit Stallbaumius se mirari quod ea scriptura Hemsterhusio probari potuerit, quum et gravius sit ἀποφυγών et elegans in

narrationis simplicitate eiusdem verbi repetitio. Equidem gravitatem agnosco neque elegantiam in illo *ἀπέφυγον ἀπο-ν* et dixerim Theonem quum locum memoriter laudaret, dem verbum brevi intervallo recurreret, pro *ἀποφυγών* re-sse *ἀποδράς*. Illud certe apparet, participium non debere tu eliminari, unde consequitur non esse corruptum *ἀπο-ν* sed *ἀπέφυγον*. Quid autem faciunt amatores *ᾄδοντες τὸ κλαυσίθυρον*? *Φοιτῶσιν*, opinor. Quid quum ventitare desinunt? *Φοιτῶσιν*. Sic Aristides I p. 444 de Melete qui Smyrnam nfluit: *καὶ μὴν οὐ πλάνης γε ὁ Μέλης οὐδ' οἷος ἀποφοιτᾶν, ἔοικεν ἐρᾷ τινι τῆς πόλεως οὐ τολμῶντι μακρότερον ἀπο-σθαι*. Studiosi iuvenes qui in scholam itant et olim dice-r *φοιτῆσαι* et nunc quoque nisi fallor dicuntur. Sic Plu-. Moral. p. 408 D: *δεδιότες μὴ τοῦ χρηστηρίου καθάπερ σοφιστοῦ βῆς ἀποφοιτήσωσιν* et Pausaniae adnotationem examinavi in ad Photium p. 144; adde Porsonum ad Eurip. Orest. 81. In Gorgia p. 489 D sunt Socratis verba ad Calliclem: *υμάτιε, πρᾳότερόν με προδίδασκε, ἵνα μὴ ἀποφοιτήσω παρὰ* Quid autem si Sophocles eodem modo locutus est: *ἀσμε-τα μέντοι ἀπεφοίτων ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον την ἀποφυγών*. Huiuscemodi composita nec rara sunt neque dum crebro leguntur. *Ἀποτύπτεσθαι* legitur apud Herodo-II 40, quem locum Lucianus imitatur de Syria Dea c. 6. bi Valckenaerii adnotatio, qui itidem dixit de verbo *ἀπε-ται* ad Herodt. IX 31 et de verbo *ἀποκηδεῖν* ad Adoniaz. 2 A. Enotavi praeterea composita in quibus non dissimilis is praepositionis: *ἀπαλγεῖν, ἀποπνεῖν, ἀποσπουδάζειν, ἀπο-αλᾶν, ἀποκαρτερεῖν, ἀπομερμηρίσαι, ἀπομανθάνειν, ἀποκλάειν, κρύειν* et nomina *ἀπόμουσος, ἀπόσιτος, ἀπηλιαστής, ἀπόμισθος, πος, ἀπεστράτηγος* Demosth. Aristocr. § 149. Alexidis deni-entia est:

πολλή 'ς' ἀνάγκη καὶ τὸν ἄνδρ' ἀποζέσαι
πρώτιστον ἀφυβρίσαι τ', ἀπανθήσαντα δέ
σκληρὸν γενέσθαι.

l. 331 B: *οὐκ ἐλάχιστον ἔγωγε θείην ἂν πλοῦτον χρησιμώ-ν εἶναι*. Non fero copulatos superlativos et longe malo: *ιμον*.

Ibid. 332 A: τοῖς γὰρ φίλοις οἴεται ὀφείλειν τοὺς φίλους ἀγαθὸν μέν τι δρᾶν, κακὸν δὲ μηδέν. Fore suspicor qui dativum τοῖς φίλοις mordicus retineant; equidem non video quomodo constructionem tuear. Facile est rescribere: ἀγαθὸν μέν τι δοῦναι. Causam corruptelae Bastius aperiet in *Comment. Palaeogr.* p. 776.

Ibid. 333 E: ὅσις δεινὸς φυλάξασθαι [καὶ μὴ παθεῖν], οὗτος δεινότατος καὶ ἐμποιῆσαι. Multum dubitatum fuit de tribus vocabulis quibus uncinos circumdedi. Olim legebatur καὶ λαθεῖν, quod Muretus deleri volebat; ex libris deterioris notae accessit negatio, quam editores amplexi sunt; deinde coniectum fuit παθεῖν; videre hoc est apud Stallbaumium. Equidem omnino cum Mureto facio.

Ibid. 335 B. Interrogarat Socrates Thrasymachum: ἔστιν ἄρα δικαίου ἀνδρὸς βλάπτειν καὶ ὀντινοῦν ἀνθρώπων; Tum ille: καὶ πάνυ γε, inquit, τούς γε πονηρούς τε καὶ ἐχθρούς. Satis hoc est perspicuum et nemo requiret quod additum videmus: δεῖ βλάπτειν.

Ibid. 336 A. Recte vidit Vernetus p. 22 quod me quoque adverterat, spuria esse verba: τὸ φάναι δίκαιον εἶναι τοὺς μὲν φίλους ὠφελεῖν, τοὺς δ' ἐχθροὺς βλάπτειν.

Ibid. 337 D: δείξω ἑτέραν ἀπόκρισιν παρὰ πάσας ταύτας. Hoc optime intelligo, sed languet explicatio quae nunc sine suspicione legitur: βελτίω τούτων. Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 333 τούτων abiecit, sed servavit βελτίω.

Ibid. 338 A: προσεποιεῖτο δὲ φιλονικεῖν πρὸς τὸ ἐμὲ εἶναι τὸν ἀποκρινόμενον. Eadem verba habuimus Protag. 360 D; sed, uti equidem arbitror, utrobique legendum est: τὸν ἀποκρινούμενον.

Ibid. 338 C: εἰ Πουλυδάμας ἡμῶν κρείττων [ὁ παγκρατιαστής]. Interpolatio ipsa sede arguitur.

Ibid. 339 D: *οὐ μόνον δίκαιόν ἐϛι τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον ιεῖν ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον.* Quod saepe dixi et saepius obrvavi, est Socrates apud Platonem ubique in disputando accutissimus eademque semper iisdem vocabulis enunciat; vide tem p. 339 D: *ἐνίοτε διαμαρτάνειν τοῦ βελτίϛου*, 340 A: *ἐνίοτε κὰ προστάττειν*, 340 B: *ἐνίοτε ἀξύμφορα κελεύειν*, nec fortasse ɔcum dubitatis inserere: *ἀλλὰ καὶ (ἐνίοτε) τοὐναντίον.*

Ibid. 341 D: *ἐξαρκεῖ ἑκάϛῃ αὐτὴ ἑαυτῇ ὥϛε τελέαν εἶναι.* cessarium est reddere Platoni nominativum *τελέα*, sicuti te editur p. 371 E: *ηὔξηται ἡ πόλις ὥϛ' εἶναι τελέα.* Quod ɔem vix credibile, Rep. VIII 547 E ante Hermannum recte ɔebatur *κεκτημένη*· hic autem pessimo consilio usus maluit ɔτημένην edere. Alia de genere eodem vide apud Madvigium *vers.* I p. 430. Idem mendum obtinet Rep. V p. 457 B: ɔτο *μὲν ἓν ὥϛπερ κῦμα Φῶμεν διαΦεύγειν ὥϛε μὴ παντάπαϛι* ɔακλυσθῆναι *τιθέντας ὡς δεῖ κτέ.* Uniuscuiusque est corrie: *τιθέντες.* Est proclive in paucis vitium.

Ibid. 341 E: *ἐξαρκεῖ σώματι εἶναι σώματι.* Secundum usum ɔm Cobetus nube exemplorum allata stabilivit *Mnem.* 1874 159 et 276, multum praestabit legere *σῶμα.*

Ibid. 342 D: *ἐπεχείρει δὲ περὶ αὐτὰ μάχεσθαι.* Mire dictum; lim: *περιττὰ μάχεσθαι.* Verum enimvero, fatebor enim, ϛtra circumspexi num similes Platonis locos invenire possem.

Ibid. 344 D: *ὥϛπερ βαλανεὺς ὑμῶν καταντλήϛας κατὰ τῶν ɔν ἀθρόον καὶ πολὺν τὸν λόγον*, id Lucianus imitatus est En. Demosth. 16: *διανοεῖ καταχεῖν μου τῶν ὤτων ὥϛπερ βαλαϛ καταντλήϛας τὸν λοιπὸν λόγον*, sed si quis forte propterea ɔaret apud Platonem ante *τῶν ὤτων* praepositionem omitti ɔuisse, erraret, nam dicitur quidem *ΦιλοϛοΦίας γέλωτα καɔντλεῖν* Rep. VII 536 B et *καταυλεῖν καὶ καταχεῖν τῆϛ ψυχῆϛ ɔὶ τῶν ὤτων* et *καταντλεῖν ἡμῶν* Lysid. 204 D et *βλαϛΦημίαν ɔν ἱερῶν καταχέουϛι* Legg. VII 800 D et *δόξαν τοῦ τῶν ἀνθρώɔν γένους κατα*χεῖν Legg. VII 814 B, sed invenio *κατὰ τῶν ɔατίων καταχεόμενοι* Legg. I 637 E et Rep. III p. 398 A:

ἀποπέμποιμεν μεντἂν εἰς ἄλλην πόλιν μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες, modo suppleas: πολὺ μύρον, quod vides cur exciderit. Similiter corrigendum Rep. V 458 D: ἀνάγκαις, αἳ κινδυνεύουσιν ἐκείνων (πολὺ) δριμύτεραι εἶναι πρὸς τὸ πείθειν, coll. Rep. VIII 564 D: πολὺ δέ γε δριμύτερον ἐν ταύτῃ.

Ibid 347 D: πᾶς ἂν ὁ γιγνώσκων τὸ ὠφελεῖσθαι μᾶλλον ἕλοιτο. Deest aliquid ad textus integritatem et supplendum: ὁ (ὀρθῶς) γιγνώσκων.

Ibid. 349 D: τοιοῦτος ἄρα ἐστὶν ἑκάτερος οἷς περ ἔοικεν, corrigam: οἵοις περ, sicuti Euripides dixit: τοιοῦτός ἐσθ' οἵοις περ ἥδεται ξυνών. Iam Madvigius hoc vidit p. 416 et miror quod Vernetus vulgati textus patrocinium suscepit.

Ibid. 350 D: ὡμολόγησε μὲν πάντα ταῦτα, οὐχ ὡς ἐγὼ νῦν ῥᾳδίως λέγω, ἀλλ' ἑλκόμενος καὶ μόγις. Adverbium ῥᾳδίως, nisi fallor, insiticium est. Consensit Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 335. Itidem p. 351 B leve est pro: τόδε περὶ αὐτοῦ σκοπῶ, reponere σκόπει. P. 352 A omnino requiro: ταὐτὰ πάντα, non ταῦτα et alia multa minuta supersunt quae praetereo.

Ibid. 351 E. Supplendum: ἀδυνάτους κοινῇ (τι) μετ' ἀλλήλων πράττειν, quemadmodum recte legitur p. 352 C.

Ibid. p. 353 D: τίθεμεν οὖν καὶ τἆλλα πάντα εἰς τὸν αὐτὸν λόγον. Dubitantis et tanquam secum deliberantis est in tali re coniunctivum ponere: τιθῶμεν; Sic recte scribitur p. 376 C: τιθῶμεν φιλόσοφον αὐτὸν δεῖν εἶναι;

Ibid. 354 B: οὐ μέντοι καλῶς γε εἰρίαμαι δι' ἐμαυτόν. Stallbaumius se vulgati textus tenacem praestare solet; nunc tamen vi veritatis victus ipse quoque ἱκανῶς probavit, etiamsi inventum suum in margine delitescere iusserit; neque audentior Hermannus fuit. Omnes tamen novimus quam crebro καλὸς et ἱκανὸς confundantur, nec tamen umquam optio difficilis potest esse. Redit contrarium vitium quod modo procuravimus Rep. II

p. 362 C: θυσίας ἱκανῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς θύειν, quasi sufficienter simul et magnifice sacrificare possis. Nunc quidem Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 335 non persuasit.

AD REIP. LIBRUM SECUNDUM.

P. 358 B: ἐπιθυμῶ γὰρ ἀκοῦσαι τί τ' ἔχιν ἑκάτερον — τοὺς δὲ μισθοὺς ἐᾶσαι χαίρειν· offensioni est infinitivus ἐᾶσαι et commendo: ἐῶ σοι χαίρειν. Dativum σοι prorsus eodem modo usurpatum videbis p. 409 E, 423 A et saepissime alibi.

Ibid. 360 A. In fabula de Gyge ita legimus: τούτου δὲ γενομένου ἀφανῆ αὐτὸν γενέσθαι τοῖς παρακαθημένοις καὶ διαλέγεσθαι ὡς περὶ οἰχομένου, sed ratio suadet ut suppleamus: καὶ (οὓς) διαλέγεσθαι. Cobetus *Mnem.* 1858 p. 155 eadem medicina sanavit Protag. 320 A, nec mihi persuasit Stallbaumius ad Phaed. 72 B.

Ibid. 360 D, ubi Glauco ex aliena persona disputat, ut Socratem provocet, metuens ne quis forte arbitretur ipsi sibi probari quae tam clara in luce posuerit, interponit: ὥς φησιν ὁ περὶ τοῦ τοιούτου λόγου λέγων. Satis unusquisque sentit quam incommode hoc dictum sit et contuli equidem Theaet. 164 E: εἴτερ ὁ πατὴρ τοῦ ἑτέρου μύθου ἔζη et Symp. 177 D: ἐπειδὴ καὶ πρῶτος κατάκειται καὶ ἔχιν ἅμα πατὴρ τοῦ λόγου et Phaedr. 257 B: Λυσίαν τὸν τοῦ λόγου πατέρα αἰτιώμενος παῦε τῶν τοιούτων λόγων, ἐπὶ φιλοσοφίαν δέ, ὥσπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Πολέμαρχος τέτραπται, τρέψον, modo ibi deleas, quod supra iam observavimus, Lysiae et Polemarchi propria nomina, quae in precibus ad Amorem non tantum abesse possunt, sed debent etiam. Illic autem scribam: ὥς φησιν ὁ πατὴρ τοῦ τοιούτου λόγου λέγων· nimirum Thrasymachus indicatur. Plane contrarium vitium deprehendi apud Achillem Tatium p. 593: τῆς ἑορτῆς διηγοῦνται πατέρα μῦθον, οἷνον οὐκ εἶναί ποτε παρ' ἀνθρώποις, ubi corrigendum: τῆς ἑορτῆς διηγοῦντο πέρι μῦθον, neque fidem habeo Koenio ad Gregor. Corinthium p. 108. Cf. *Mnem.* 1876 p. 334. Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 336 Platonem prorsus eodem modo emendavit.

Ibid. 361 A: *οὕτω καὶ ὁ ἄδικος ἐπιχειρῶν [ὀρθῶς] τοῖς ἀδικήμασι λανθανέτω.* Vides quid velim.

Ibid. 362 B: *ξυμβάλλειν κοινωνεῖν οἷς ἂν ἐθέλῃ*, diu ante me Cobetus *Var. Lect.* p. 527 eiecit verbum *κοινωνεῖν* et emblema in paucis manifestum est. Ostendit Cobetus p. 486 B synonyma esse adiectiva *δυσξύμβολος* et *δυσκοινώνητος* et passim idem idoneis exemplis confirmare poteris. Sic p. 333 A *ξυμβόλαια* et *κοινωνήματα* eadem sunt et vide praeterea p. 425 C, 554 C, 556 B, alibi. Adire itidem poteris Vernetum p. 52.

Ibid. 363 C: *Μουσαῖος δὲ τούτων νεανικώτερα τἀγαθὰ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ παρὰ θεῶν διδόασι τοῖς δικαίοις.* Suppleverim: *τούτων (ἔτι) νεανικώτερα*, sicuti brevi post recte legitur: *οἱ δ' ἔτι τούτων μακροτέρους ἀποτείνουσι μισθοὺς παρὰ θεῶν· παῖδες γὰρ παίδων φασὶ καὶ γένος κατόπισθεν λείπεσθαι τοῦ δσίου*, ubi suspicor fere servavisse Socratem poeticum: *μετόπισθεν*, sed in illo *ἀποτείνουσι* haud satis scio sitne peccatum nec ne: intelligam certe quod secundum hodiernam orthographiam *ἀποτίνουσιν* est. Notus hic usus est; sic supra Musaeus cum filio praemia iustis *tribuunt* et iniustos *εἰς πηλόν τινα κατορύττουσιν ἐν Ἅιδου*. Alibi philosophi *κινοῦσι τὴν γῆν* quam moveri demonstrant. De hoc argumento permulta congessit Hemsterhusius ad Thomam Magistrum p. 187 et post eum idem attigit Bakius ad Cleomedem p. 363. Sed nihil est *μισθοὺς ἀποτεῖναι*, quod Stallbaumius utcumque conatur excusare, quamquam de ea locutione recte egerit ad Theaet. p. 181 A, ubi *οἱ ῥέοντες* sunt *οἱ πάντα ῥεῖν λέγοντες*, cf. Sophist. 246 C, alibi. Ad eandem normam lepide Theophrastus Char. VIII: *οἱ δ' ἐν τῇ ςοφ πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ νικῶντες, ἐρήμους δίκας ὠΦλήκασιν.* Consideranda quoque sunt quae leguntur Sophist. 246 E: *τὴν λεγομένην ὑπ' αὐτῶν ἀλήθειαν κατὰ σμικρὰ διαθραύοντες ἐν τοῖς λόγοις γένεσιν ἀντ' οὐσίας Φερομένην τινὰ προσαγορεύουσιν*, ubi videndum num forte eiicienda illa sint: *ἐν τοῖς λόγοις.*

Ibid. 366 A. Stultum est quod editur: *ἀλλὰ γὰρ ἐν Ἅιδου δίκην δώσομεν ὧν ἂν ἐνθάδε ἀδικήσωμεν ἢ αὐτοὶ ἢ παῖδες*

παίδων et non magno acumine opus est ut verum invenias: καὶ αὐτοὶ καὶ παῖδες παίδων.

Ibid. 367 B. Verbum εἶναι excidit in hisce: οὐ τὸ δίκαιον εἶναι) φήσομεν ἐπαινεῖν σε, ἀλλὰ τὸ δοκεῖν, οὐδὲ τὸ ἄδικον εἶναι ψέγειν, ἀλλὰ τὸ δοκεῖν. Quantum video contrarium vitium obtinet Legg. III 686 A: ἅτε κεκοινωνηκότας .... διακεκοσμημένους .... πολλοῖς μάντεσι κεχρημένους · [εἶναι]. Longior locus est quam qui totus describatur.

Ibid. 368 A: ἀεὶ μὲν δὴ τὴν Φύσιν τοῦ Γλαύκωνος ἠγάμην, ἀτὰρ οὖν καὶ τότε πάνυ γε ἥσθην, nimis tenue est ἥσθην et latet aoristus ἠγάσθην, qua forma Plato itidem usus est p. 329 D. Alibi, pag. est 334 A, ἄγαται in ἀγαπᾷ abiit, quod Steinbruchelius primus vidit, sed Stallbaumius correctionis praestantiam non agnovit, sicuti p. 370 E sero demum intellexit pro κομίσουσιν reponendum esse κομιοῦσιν. Contrarium vitium eius quod modo procuravimus, fortasse inquinat Tim. 37 C: ἠγάσθη τε καὶ εὐφρανθεὶς ἔτι δὴ μᾶλλον ὅμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι, ubi multum praefero ἥσθη.

Ibid. 370 D: τέκτονες δὴ καὶ χαλκῆς συχνὸν αὐτὸ ποιοῦσιν. Planissime futurum requiritur et Platoni reddam: ἀποτελοῦσιν, quae sane lenior correctio est quam ποιήσουσιν.

Ridiculam interpolationem odoratus sum p. 371 A, ubi memorantur οἱ εἰσάξοντες καὶ ἐξάξοντες ἕκαστα, sed nihil necesse est hoc quid sit interpretari et adscribere: οὗτοι δ' εἰσὶν ἔμποροι. Nec magis post breve intervallum ξύμβολον τῆς ἀλλαγῆς ἕνεκα addere νόμισμα, nam ξύμβολον iam per se satis perspicuum est.

Ibid. 371 C: εἰσὶν οἳ τοῦτο ὁρῶντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν διακονίαν ἀττουσι ταύτην. Contextus sponte ducit ad τάττουσι.

Ibid 371 D: ἢ οὐ καπήλους καλοῦμεν τοὺς πρὸς ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν διακονοῦντας ἱδρυμένους ἐν ἀγορᾷ · otiosum est participium διακονοῦντας.

Ibid. 372 B: μάζας γενναίας καὶ ἄρτους. Inserui (ὑπαρούς) ἄρτους *Mnem.* 1877 p. 208. Locis illic laudatis addere poteris Casauboni *Animadv. ad Athenaeum* p. 508.

Ibid. 372 C: ἅλας τε δῆλον ὅτι καὶ ἐλάας καὶ τυρὸν καὶ βολβοὺς καὶ λάχανα, οἷα δὴ ἐν ἀγροῖς ἑψήματα ἑψήσονται. Quod studui ostendere *Mnem.* 1900 p. 334, satis apparet ex Plutarcho Moral. p. 664 A et 668 B, uti et ex Clemente Alexandrino Protr. p. 173 Pott., verosimiliter Platonem scripsisse: ὀψήματα ὀψήσονται. Cum hoc loco coniungenda ea sunt quae brevi post insequuntur p. 373 A: καὶ ὄψα δὴ καὶ μύρα καὶ θυμιάματα καὶ ἑταῖραι καὶ πέμματα καὶ ἕκαστα τούτων παντοδαπά, ubi itidem in *Mnem.* l.l. commendavi: καὶ σίραια. Ad Platonis locum Rep. V 455 C: τὴν τῶν ποπάνων τε καὶ ἐψημάτων θεραπείαν, adnotavit scholiasta: ποπάνων· πλακουντίων πλατέων καὶ λεπτῶν καὶ περιφερῶν· ἔψημα δ' ἐστὶν ὃ ἔνιοι ἕψιον καλοῦσιν, quod emendandum est ut fiat σίψιον. Latine *sapa* vel *defrutum* dicitur et saepe Galenus inculcat in Asia ἔψημα dici, quod Atheniensibus ut plurimum σίραιον est. Sic autem vocatur τὸ ἡψημένον γλεῦκος vel etiam τῶν ἰσχάδων ἀφέψημα. Incurrit in oculos quam facile σίραια in ἑταῖραι potuerit abire. Alia quae huc pertinent, vide in *Mnem.* l.l. Itidem confer Κόντον ἐν τῇ Ἀθηνᾷ XVII p. 342 sqq.

Ibid. 372 D: ἐπὶ κλινῶν κατακεῖσθαι μέλλοντας μὴ ταλαιπωρεῖσθαι. Qui mensae accumbunt, magis, credo, dicuntur κατακλίνεσθαι. Sic certe p. 372 B: κατακλινέντες ἐπὶ στιβάδων.

Evidens interpolatio facillime coargui potest p. 373 E, sed paulo plura describenda esse video. Καὶ μηδέν γε πω λέγωμεν — verba Socratis sunt — μήτ' εἴ τι κακὸν μήτ' εἴ τι ἀγαθὸν ὁ πόλεμος ἐργάζεται, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον ὅτι πολέμου αὖ γένεσιν εὑρήκαμεν. Sed qui tam diserte dixit se nondum quaerere velle quidnam boni malive in bello insit, haudquaquam addere potuit: ἐξ ὧν μάλιστα ταῖς πόλεσι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ κακὰ γίγνεται ὅταν γίγνηται. Est in paucis aperta res et me iam antevertit Herwerdenus.

Ibidem quaedam interpolata sunt p. 374 B: *ἓν ἀπεδίδομεν πρὸς ὃ πεφύκει ἕκαστος καὶ ἐφ' ᾧ ἔμελλε τῶν ἄλλων σχολὴν ἄγων διὰ βίου αὐτὸ ἐργαζόμενος, οὐ παριεὶς τοὺς καιρούς, καλῶς ἀπεργάζεσθαι.* Dicet Stallbaumius cur impedita verba commode explicari nequeant; sed salva res est nec violento remedio utendum: scribe *σχολὴν ἄγειν* et sponte excidet quod interpolatum fuit *καλῶς ἀπεργάζεσθαι.*

Ibid. 376 D: *κατιδεῖν δικαιοσύνην τε καὶ ἀδικίαν τίνα τρόπον ἑκάστῃ πόλει γίγνεται.* Praestabit *γίγνονται* vel fortasse *ἐγγίγνονται.* Cf. p. 372 E: *τάχ' ἂν κατίδοιμεν τήν τε δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν ὅπῃ ποτὲ ταῖς πόλεσιν ἐμφύονται.* Similiter corrige V p. 433 B.

Ibid. 377 A: *οὐ μανθάνεις ὅτι πρῶτον τοῖς παιδίοις μύθους λέγομεν; τοῦτο δέ που, ὡς τὸ ὅλον εἰπεῖν, ψεῦδος, ἔνι δὲ καὶ ἀληθῆ.* Haec quidem recte, sed ex margine adnotatio irrepsit in textum: *πρότερον δὲ μύθοις πρὸς τὰ παιδία ἢ γυμνασίοις χρώμεθα.*

Ibid. 378 A. Contenderat Socrates in bene morata civitate arcendas esse absurdas fabulas de deorum flagitiis. *Καί γάρ,* respondérat Adimantus, *οὗτοί γε οἱ λόγοι χαλεποί.* Tum Socrates: *καὶ οὐ λεκτέοι γε ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πόλει. οὐδὲ λεκτέον νέῳ ἀκούοντι ὡς ἀδικῶν τὰ ἔσχατα οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ποιοίη.* Hic quanto elegantius scribetur: *καὶ οὐ δεκτέοι γε,* ne brevi intervallo idem verbum inutiliter iteretur. Vide *δέχεσθαι* hoc sensu cum compositis p. 378 D, 379 C, 389 A, X p. 595 A, Theaet. 160 C, alibi.

Ibid. 378 C: *οὐδεὶς πώποτε πολίτης ἕτερος ἑτέρῳ ἀπήχθετο·* difficile est hoc credere verum esse, sed aliquid excidisse conicio: *οὐδεὶς πώποτε πολίτης (χρηστὸς πολίτῃ) ἕτερος ἑτέρῳ ἀπήχθετο.*

Ibid. 379 B: *τῶν μὲν εὖ ἐχόντων αἴτιον, τῶν δὲ κακῶν ἀναίτιων.* Imo legendum: *κακῶς.*

Ibid. 380 A: *ἐάν τις ποιῇ τὰ τῆς Νιόβης πάθη*, male adhaeret fragmentum scholii: *ἐν οἷς ταῦτα τὰ ἰαμβεῖα ἔνεστι*. Est Plattii suspicio quam perperam reiicit Vernetus p. 72; non enim videtur animadvertisse laborare constructionem.

Ibid. 380 B. Copula excidit: *εἰ μὲν ὅτι ἐδεήθησαν κολάσεως λέγοιεν* (*καὶ*) *ὡς ἄθλιοι οἱ κακοί, διδόντες δὲ δίκην ὠφελοῦντο ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἐατέον.*

Ibid. 383 C: *εἰ μέλλουσιν ἡμῖν οἱ Φύλακες θεοσεβεῖς τε καὶ θεῖοι γίγνεσθαι, κατ' ὄτον ἀνθρώπῳ ἐπὶ πλεῖστον οἷόν τε*, non difficulter agnoscitur vera lectio *ὅσιοι*. Sic p. 395 C Plato appellat eosdem *ἀνδρείους, σώφρονας, ὁσίους, ἐλευθέρους*. Qui autem pro patria mortem occubuerunt, eos tum demum *δαιμονίους τε καὶ θείους* appellat p. 469 A itidemque p. 500 D: *θείῳ δὴ καὶ κοσμίῳ ὅ γε Φιλόσοφος ὁμιλῶν κόσμιός τε καὶ θεῖος εἰς τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ γίγνεται* itidemque post obitum sacra offerentur manibus, p. 540 C, *ἐὰν καὶ ἡ Πυθία ξυναναιρῇ ὡς δαίμοσιν, εἰ δὲ μή ὡς εὐδαίμοσί τε καὶ θείοις*. Itidem poetae quippe divino instinctu afflati haud raro *θεῖοι* appellantur. Sed *ὅσιοι* sunt p. 615 B: *εἴ τινας εὐεργεσίας εὐηργετηκότες καὶ δίκαιοι καὶ ὅσιοι γεγονότες*. Locos cumulare facile est; si quis hoc curat, conferat Criti. p. 110 C, Legg. VII 817 A, 818 C. Lacedaemonii paulo crebrius *θεῖον ἄνδρα* vel, si id mavis, *σεῖον ἄνδρα* appellabant. Non fugit hoc scriptorem dialogi de Virtute p. 379 D: *λέγουσι δέ που καὶ αἱ γυναῖκες ὅτι θεῖος ἀνὴρ οὗτός ἐστι καὶ Λακεδαιμόνιοι ὅταν τινὰ μεγαλοπρεπῶς ἐπαινῶσι, θεῖον ἄνδρα φασὶν εἶναι*. Cf. Legg. I p. 626 C, 629 B, 642 D et Astium ad Legg. p. 15.

(*Continuabuntur*).

PLUT. DE RECTA RAT. AUDIENDI P. 38 B.

Xenocrates dicebat item ut athletis et pueris *ἀμφωτίδας* esse praebendas, et dicebat hoc

οὐκ ἀνηκοΐαν οὐδὲ κωφότητα προμνώμενος.

Neque *μνηστῆρσιν* Homericis neque *προμνηστρίᾳ* Aristophanicae hic locus est ullus. Lege *προμηχανώμενος*. J. J. H.

QUAESTIONES GRAECAE.

SCRIPSIT

I. M. J. VALETON.

(*Continuantur ex Vol. XVI pag.* 238.)

III.

DE INSCRIPTIONE LYGDAMENSI

Scribere propositum mihi est de inscriptione Halicarnassensi
a celeberrima, quae insignita est nomine Lygdamis tyranni;
ae licet ita sit a viris doctis tractata, ut magis fere idonea
e videri possit in qua demonstres, quantum communis mul-
um labor profecerit ad illustrandam rem initio satis obscuram
am, quam ut ipse aliquid novi eruas, tamen ex una parte
am aliquid habere iampridem mihi visa est, quod nondum
is esset in luce positum. Ne repetam omnia quae cum ab
is tum a viro cl. Dittenberger optime dicta sunt, lectorem
ego ad adnotationes in Sylloge (ed. alt n° 10 pag. 17) ab
) additas. Inscriptionem nostram aliquanto ante a. 454 factam
e verisimile est, quo anno Halicarnassus fuit urbs Athenien-
us tributaria (C. I. A. 1. 226). Lygdamis autem, siquidem
t filius Pisindeli, nepos Artemisiae, ut Suidas tradit, Pisin-
us vero eius pater si a. 480 adolescens etiam fuit, quod ex
rodoti verbis (7. 99) deducere solent viri docti, quot annos
e natus fuerit cum tirannus esse desineret, haud facile dictu
; vix adolescentem eum tum esse potuisse dixeris. Eam dif-
ıltatem variis modis solvere conati sunt viri docti. Fuerunt

qui conicerent, Lygdamin iniuria filium Pisindeli a Suida dictum, revera eius fuisse fratrem; sed id annon sufficiat dubito, Lygdamis ita quoque a. 480 aut nondum aut non multo ante natus fuerit necesse esse mihi videtur, nam si Artemisia a. 480 duos filios iam pueritia egressos habuisset, Herodotus vix dicturus fuisset ei fuisse unum adolescentem. Multa suadent ut credam, Suidam nonnisi in hac re erravisse, quod Pisindelum Artemisiae filium fuisse tradit, cum revera fuerit eius maritus, et fuerit ipse ille *ἀποθανὼν ἀνὴρ αὐτῆς* de quo mentionem facit Herodotus; qua coniectura accepta statuere licet, illum *παῖδα νεηνίην* quem Herodotus a. 480 Artemisiae fuisse dicat, fuisse Lygdamin ipsum, filium Pisindeli illius quem aliquando tirannum fuisse, et patrem Lygdamis fuisse, ceteroquin recte dicat Suidas; ita Lygdamis a. 480 adultus iam fuit, et omnia recte se habent. Sed his missis, iam ex Sylloge transscribo textum restitutum, qui est huiusmodi:

(Pars I, praescriptio:) [1]Τάδε ὁ σύλλογος ἐβουλεύσατο [2]ὁ Ἁλικαρνασσέων καὶ Σαλμακι[3]τέων καὶ Λύγδαμις, ἐν τῇ ἱερῇ [4]ἀγορῇ μηνὸς Ἑρμαιῶνος πέμ[5]πτῃ ἱσταμένου, ἐπὶ Λέοντος πρυ[6]τανεύοντος τοῦ Ὀασσάσσιος, κα[7]ὶ Σαρυσσώλλου τοῦ Θεκυίλω νε[8]ωποιοῦ, πρὸς μνήμονας.

(Pars II, lex:) Μὴ παρα[9]δίδοσθαι μήτε γῆν μήτε οἰκί[10]α τοῖς μνήμοσιν ἐπὶ Ἀπολω[11]νίδεω τοῦ Λυγδάμιος μνημονε[12]ύοντος καὶ Παναμύω τοῦ Κασβώ[13]λλιος, καὶ Σαλμακιτέων μνη[14]μονευόντων Μεγαβάτεω τοῦ Ἀ[15]φυάσιος καὶ Φορμίωνος τοῦ Πα[16]νυάσσις. Ἢν δέ τις θέλῃ δικάζε[17]σθαι περὶ γῆς ἢ οἰκίων, ἐπικαλεί[18]τω ἐν ὀκτὼ καὶ δέκα μησίν, ἀπ' οὗ τ[19]ὸ ἄδος ἐγένετο· νόμῳ δέ, κατάπε[20]ρ νῦν, ὀρκῶσαι τοὺς δικαστάς. Ὅτι [21]ἂν οἱ μνήμονες εἰδέωσιν, τοῦτο [22]κυρτερὸν εἶναι. Ἢν δέ τις ὕστερον [23]ἐπικαλῇ τούτου τοῦ χρόνου τῶν [24]ὀκτὼ καὶ δέκα μηνῶν, ὅρκον εἶναι τ[25]ῷ νεμομένῳ τὴν γῆν ἢ τὰ οἰκ[26]ία, ὀρκοῦν δὲ τοὺς δικαστὰς ἡμί[27]εκτον δεξαμένους· τὸν δὲ ὅρκον εἶ[28]ναι παρεόντος τοῦ ἐνεστηκότος· κ[29]αρτεροὺς δ' εἶναι γῆς καὶ οἰκίων, οἵτινες [30]τότ' εἶχον, ὅτε Ἀπολλωνίδης καὶ Πανα[31]μύης ἐμνημόνευον, εἰ μὴ ὕστερο[32]ν ἀπεπέρασαν.

(Pars III, sanctio de lege non abroganda:) Τὸν νόμον τοῦτον [33]ἤν τις θέλῃ συγχέαι ἢ προθῆτα[34]ι ψῆΦον, ὥστε μὴ εἶναι τὸν νόμο[35]ν τοῦτον, τὰ ἐόντα αὐτοῦ πεπρήσθω [36]καὶ τῶπόλλωνος εἶναι ἱερὰ καὶ α[37]ὐτὸν φεύγειν ἀεί. Ἢν δὲ μὴ ᾖ αὐτ[38]ῷ ἄξια δέκα

ττατήρων, αὐτὸν π[39]επρῆσθαι ἐπ' ἐξαγωγῇ καὶ μηδ[40]αμὰ κάθοδον ἶναι ἐς Ἁλικαρν[41]ησσόν. Ἁλικαρνασσέων δὲ τῶσσ[42]υμπάντων τούτῳ λεύθερον εἶ[43]ναι ὃς ἂν ταῦτα μὴ παραβαίνῃ, κατό[44]περ τὰ ὅρκια ταμον καὶ ὡς γέγραπ[45]ται ἐν τῷ Ἀπολλωνίῳ, ἐπικαλεῖν.

Sunt qui malint partem primam terminare vocabulo νεωποιοῦ., t partis secundae initium ita legere: Τοὺς μνήμονας μὴ παραδόναι μήτε γῆν μήτε κ.τ.λ.

Ad ea igitur quae adnotanda videntur, ordine proferam.

I. Inscriptionem non esse foedus, neque factam sse post exsules revocatos. — Vocabulum ἄδος = δόγμα in. 19), quod, iam recte lectum a viro cl. Newton, postea plicavit Bergk, cum antea, haud agnitum, a quibusdam viris octis in κάθοδος transformatum esset, excitavit apud multos pinionem, mox aliis haud melioribus argumentis specie confirmatam, legem nostram aliquo tempore latam esse, cum paullo ntea pax Halicarnassi esset restituta inter partes contendentes, exsules quidam essent nuper revocati. Vocabula praescriptionis autem (lin. 1—3): τάδε ὁ σύλλογος ἐβουλεύσατο . . . καὶ Λύγαμις, collata cum eis quae leguntur lin. 44, nonnullos viros octos induxerunt ut inscriptionem nostram, quae ipsa lin. 32 gem se esse declarat, haberent pro foedere aut pro supplemento aliquo foederis nuper facti; id alii (Bauer, Sitzungsber. er Wiener Ak. 89. 1878 pag. 391—420) inter duas urbes cinas, alii (Kirchhoff, Studien zur Gesch. d. Gr. Alph.) inter las urbes et Lygdamin fieri putaverunt. Fuerunt etiam qui aic quaestioni immiscerent id quod apud Suidam traditum exat de vitis et rebus gestis Panyasis poetae, quem a Lygdami ecatum esse narrat Suidas, et filii sororis eius Herodoti, qui ropter Lygdamin Samum in exsilium profectus, postea reverus, tirannum expulisse ab eodem dicitur. Kirchhoff eas narationes cum illis coniungere conatus quae ex inscriptione cogovisse sibi visus erat, statuit Herodotum aliquando cum sociis exsilio in patriam reversum, non pepulisse tirannum, sed acem cum eo fecisse, cuius rei monumentum esse volebat inriptionem nostram. Bauer contra inscriptione usus est ad nidam refellendum, cuius narrationem nulla fide dignum esse istimabat. Illis opinionibus egregie obstitit Rühl (Philol. 41. 882 pag. 54—77); is non solum primus demonstravit, de

foedere cogitandum non esse, sed etiam in universum optime monuit, in interpretanda inscriptione abstinendum esse ab opinionibus praesumptis et argumentis extrinsecus allatis. Post eum Swoboda (Arch. Epigr. Mitth. 20. 1897 pag. 115—130) quantum satis est confirmavit illam opinionem, decretum publicum quod in inscriptione legatur esse legem quam fecit concilium quoddam civium Halicarnassensium et Salmacitarum cui auctor factus est Lygdamis tirannus; is multis et gravibus argumentis exemplisque allatis demonstravit, in inscriptione nostra nihil inesse quod obstet quominus credamus, Lygdamin tum cum illa inscriptio fieret fuisse in plena potestatis tirannicae possessione; nequaquam enim ab ea condicione alienum hoc esse, quod urbes quibus imperat ille, habent — et id quidem pro parte separatim, pro parte communiter — suos magistratus urbanos, et habent concilium civium, utrique urbi commune, quod leges dare potest modo tirannus nomine addito se auctorem eis fieri testetur. Id concilium mihi quidem videtur non fuisse universi populi, sed partis cuiusdam civium ex censu constitutae, et quod extra ordinem, si opus esset, ipsius tiranni iussu advocaretur; nomen ipsum ὁ σύλλογος, quod quaesitum et coactum aliquid habet, indicio esse mihi videtur, concilium illud non magis fuisse inter instituta Halicarnassensia ordinaria et perantiqua, quam inter instituta plerisque civitatibus Graecis communia. Ne hoc quidem illi condicioni repugnare ostendit vir cl., quod in decreto nostro a concilio facto anni designantur non per numerum annorum tirannidis, sed per nomina magistratuum. Ea omnia enim vel similia etiam alibi facta esse monuit, ubi quin unus dominus rebus praefuerit non sit dubium. Omnino notum est, tirannos Graecos vetera rerumpublicarum instituta pro magna parte intacta servare solitos fuisse, quod ex. gr. etiam Pisistratus fecit. Itaque hoc tenendum esse ego addo, si quis velit Suidae fide habita credere, Panyasin a Lygdami esse necatum, Herodotum propter Lygdamin in exsilium iisse, postea vero eundem in patriam reversum pepulisse tirannum, et si ad eas res inscriptionem nostram referre placeat, id ita faciendum esse, ut dicamus, inscriptionem factam esse non postquam, sed aliquanto ante quam Herodotus in patriam redierit, eo tempore quo etiam vigeret potentia tiranni. Apollonides autem ille,

us Lygdamis, quem proximo anno mnemonia functurum esse
larat inscriptio, quin ipsius tiranni filius fuerit, nihil habeo
)d dubitem; id nomen, derivatum a nomine dei qui praecipue
licarnassi colebatur, quamquam frequens fuit, tamen filio
nni certe non erat indignum; hoc saltem obstare non credi-
im, quod tirannum ipsum non Halicarnassi, sed Salmaci in
) habitavisse verisimile videtur. Sed illi coniecturae nullum
mentum tribuo.

Quod inprimis asseveravit Rühl, hoc est, nostra lege aliquando
tatum esse ordinem iudiciorum privatorum ad vindicationes
lorum (sive praediorum cum rusticorum tum urbanorum,
)rum et aedium) pertinentium: „es handelt sich ait um eine
ordnung des processverfahrens in grundeigenthumsstreitig-
.en"; quod non prorsus recte se habere mox ostendam. Sed
n, diligenter opera navata ut ex verbis legis legem expli-
)t, nihil aliud ex ea cognosci posse arbitratus est de rebus
ipore Lygdamis Halicarnassi gestis; in inscriptione nullum
icium invenit quod referendum esset ad motus civiles etiam
rantes aut nuper sedatos, bonorum publicationes decretas
remissas, cives in exsilium actos vel exsules revocatos. Ea
autem virum clarissimum egregie fefellisse mihi videtur;
iudice ei accidit, cum optime indicaret qua via incedendum non esset, ut viam quae pateret non videret; itaque non
ipse solum, sed alios etiam a veritate invenienda avertit.
istat quidem, in inscriptione nihil inesse quod pertineat ad
em cum exsulibus revocatis factam, ad publicationes remis-
, ad bona exsulibus reddenda, ut voluerunt quidam (Reinach,
us argumenta vid. in Recueil des Inscr. Iurid. Grecques I
. 2 sq., Hicks A Manual of Gr. Histor. Inscr. 1901 pag. 42,
); sed eo plura inesse, quae pertineant ad victoriam a tiranno
per de adversariis reportatam, ad cives necatos aut in exsi-
m pulsos, ad bona eorum proscripta mox publice vendenda,
de eis rebus clara voce loqui et tantum non clamare lapidem
trum, id ut his paginis demonstrarem mihi proposui.

II. De ordine iudiciorum nostra lege mutato. — In inscriptione lin. 19 sq., ubi describitur vetus ordo iudiciorum privatorum quae fiebant de iure fundorum, haec leguntur: *νόμῳ καθάπερ νῦν, ὀρκῶ⟨ι⟩σαι τοὺς δικαστάς* [lectio *ὀρκῶσαι τοὺς*,

quam Dittenberger dedit pro hoc quod in lapide est: ὁρκωισ.....ς, certa esse mihi videtur]. Quaeritur utrum τοὺς δικαστὰς sit subiectum an obiectum. Ego, quamquam a plerisque viris doctis (Swoboda excepto) in ea re me dissentire video, prorsus dubitari non posse censeo quin δικαστὰς sit subiectum. Est is constans sermonis Graeci usus. De quattuor locis quibus in Sylloge ὀρκῶσαι (imperative) legitur, tribus (n° 17 lin. 16 et 36; n° 122 lin. 19) obiectum, nullo vero subiectum omitti videmus; obiectum additur n° 55 lin. 2. In ipsa nostra inscriptione postea (lin. 26) prorsus eodem modo legimus: ὀρκοῦν δὲ τοὺς δικαστάς, ibi quoque δικαστὰς subiectum est, obiectum non enuntiatur. Nihil attinebat praescribere ut iudices iurarent; ei utique iurati erant, qui dicit δικαστάς, dicit: iudices iuratos. Ubi apud infinitivum ὀρκῶσαι obiectum omittitur, indicatur omnes novisse, vel ex contextu patere, quinam sint qui sacramento sint adigendi; ubi id diserte declarari debet, aliae locutionis formae adhibentur, veluti: ὅρκον εἶναι τῷ δεῖνι (ut in nostra inscr. lin. 24), ὀμνύναι τὸν ὅρκον τὸν δεῖνα, ἐξορκίζεσθαι τὸν δεῖνα (Syll. n° 11 lin. 6), alia eiusmodi. Hoc loco quinam sint qui ad sacramentum sint adigendi, minime dubium est; sunt ipsi mnemones; nam cum deinceps addatur (lin. 21 sq.), litem disceptandam esse secundum testimonium mnemonum qui tunc erunt, consentaneum est eos iuratos testimonium dicere debuisse. Utrumque autem, cum hoc, iudices sacramento adigere debuisse in illis iudiciis, tum illud, mnemones fuisse qui deberent ab eis ad sacramentum adigi, etiam Swoboda vidit, et suis argumentis quae h. l. non repetam confirmavit. Is quidem simul nonnulla affirmavit de officio mnemonum, quae annon vera sint dubito, ut infra prolixius ostendam; non prorsus enim probata mihi sunt quae scripsit de fonte e quo mnemones eo tempore, Halicarnasso in urbe, testimonium dicentes scientiam suam hausisse existimandi sint, quem negat fuisse in ullis perscriptionibus ab eis factis et in tabulario asservatis, quae pertinerent ad negotia privata quorum a privatis conscii facti essent, sed totum constitisse in eorum memoria nullis litteris publicis sublevata. Sed ea quaestio ad rem de qua nunc ago parum facit; hoc saltem apud omnes constat, mnemones initio institutos fuisse μνήμης ἕνεκα καὶ μαρτυρίας (ut verbis utar a Theophrasto

id Stob. 44. 22 in alia re usurpatis), memoriae conservandae testimonii dicendi causa, et eam memoriam quam conserva- t imprimis complexam esse negotia a privatis gesta quae ad dorum iura pertinerent, quae omnia eis cognita esse existi- entur. Ratio et causa autem, cur id testandi munus, mne- nibus proprium, in hac lege commemoretur, non haec est, l novi aliquid illis verbis praescribatur; mnemones semper his litibus in quibus quaeratur de iure alicuius fundi — solum de dominio agri vel aedis, sed etiam de possessione, conductione, de hypotheca et aliis eiusmodi — iuratos testi- nium dicturos esse apparet ex ipsis verbis his quae adduntur: ν, καπάπερ νῦν; sed causa inest in hac re, quod testimonium monum in posterum, inde a die quae erit post duodeviginti ses absolutos, nostra lege eatenus tollitur, quatenus in cio quaerendum erit cuiusnam aliquis fundus fuerit eo anno, Apollonides mnemon fuit; post illud tempus duodeviginti sium, quoties talis quaestio in iudicio tractanda erit, iudi- s non amplius licebit ad iusiurandum et testimonium ad- tere mnemones qui tunc erunt. Ob eam causam id quod ea non amplius liciturum esse dicitur, e contrario et nunc ntra duodeviginti menses proximos etiam licere non solum, fieri debere, diserte affirmatur, ne qua de ea re oriatur itatio.

II. De novo iure hac lege constituto. — Antiqua suetudo, qua mnemonum testimonium exquirebatur in iu- is, quae fiebant de iure alicuius fundi, nostra lege nequa- m aboletur. Immo manet, et vigebit etiam post eam diem e erit post duodeviginti menses expletos. Officium mnemo- n, opera quam mnemones praestant, ut in ceteris rebus, sic iudiciis, intacta servantur. Hoc unum excipitur: si postea, illam diem praestitutam, aliquis de iure alicuius fundi ita re instituerit, ut dicat eum fundum, cuius possessionem serit ante nostram legem rogatam, sibi restituendum esse d iam eo tempore suus fuerit, tum eam causam agi non bit secundum ius antiquum; testimonio mnemonum tum uti poterit petitor; sed valebit novum ius quod nostra lege in- utum est, quo iudices iubentur ad sacramentum admittere m, si is paratus erit, iureiurando παρεόντος τοῦ ἐνεστηκότος

(i. e. coram petitore) interposito, affirmare se anno Apollonidis in possessione fuisse, aut possessionem qua nunc utatur deduci posse ab aliquo, qui anno Apollinidis in possessione fuerit. Praeterea nihil novatur. Non solum antiquum ius valebit in omnibus causis quae intra proximos duodeviginti menses ad iudicem deferentur; sed etiam in eis causis, quae post eam diem de iure alicuius fundi suscipientur, si lis, quae in eis disceptanda erit, versabitur in negotio aliquo post nostram legem rogatam gesto, nec quidquam pertinebit ad quaestionem, quis eum fundum antea possederit. Rem ita se habere, ex toto legis tenore sine ullo dubio efficitur; quod dixi, abunde confirmatur his argumentis: primum, quod lex illa quae nunc est, quae tangitur verbis: *νόμῳ δὲ καπερ νῦν*, nostra lege non abrogatur, sed valet et manet; deinde quod vocabulis *εἰ μὴ ἀπεπέρασαν* (quae significant: nisi si is qui fundum possedit anno Apollonidis, eum postea sive ex iudicato amiserit sive aliquo negotio gesto legitime alienaverit), id quod dixi diserte exprimitur; denique vero, quod manifestum est, actionem quae niteretur negotio aliquo legitimo vel iudicio aliquo quod factum esse diceretur post nostram legem rogatam, non potuisse repelli iureiurando quod respiceret ad possessionem quae fuerit ante id negotium gestum vel id iudicium factum. Itaque, ut rem tribus exemplis comprehendam:

a Si de iure alicuius fundi agetur causa, quae suscepta erit intra duodeviginti proximos menses post hanc legem rogatam, iudicibus utique exquirendum erit testimonium mnemonum, eique testimonio obsequendum; quod aeque valet, sive petitor dixerit se possessionem amisisse ante hanc legem rogatam, sive post legem rogatam.

b Si causa agetur, quae suscepta erit post diem praestitutam duodeviginti mensium, si petitor dicet eum fundum post hanc legem rogatam aut sibi esse adiudicatum in iudicio sed sibi exhibitum non esse, aut aliquo modo suum factum esse post hanc legem rogatam, neque tum sibi traditum aut postea sibi ademptum esse ab eo qui tum possideat, eodemmodo iudicibus ad mnemonum testimonium recurrendum erit.

c Solum si causa agetur, quae suscepta erit post diem illam praestitutam, si petitor dixerit, accidisse sibi ante hanc legem

rogatam ut excideret ex possessione eius fundi quem sibi restitui velit, tum iudicibus non licebit aurem praebere testimonio mnemonum, sed statim debebunt ad iusiurandum admittere reum possessorem, ut is sacramento confirmet se anno Apollonidis fuisse in possessione, utque ita actionem petitoris a se repellat.

Iamvero cum duo causarum exempla quae primis locis posui, ota cadant sub veterem iudiciorum ordinem, qui hac lege non nutatur, cum tertium exemplum solum pertineat ad novum ius uod nostra lege constituitur, patet eam legem ad hos cives olos pertinere, qui fundos suos ante legem rogatam iniuste se misisse dixerint; omnes reliquos cives autem, qui nunc sunt ut qui postea erunt, ea non tangi. Itaque non rectissime se abet quod statuit Rühl: „es handelt sich um eine neuordnung es processverfahrens in grundeigenthumsstreitigkeiten". Lex equaquam pertinet ad omnes futuras de iure fundorum controversias. Deinde vero lex non formam mutat iudiciorum solum, ed mutat et infringit ipsum ius. Hi enim ad quos lex pertinet, i intra certam diem de fundis recuperandis iure agere aut oluerint aut nequiverint, postea non solum nova ratione causam uam agere coguntur, sed ipsum ius suum persequi prohibentur; repellentur enim iureiurando alterius partis, quo aliquid ffirmabitur quod ipsi nequaquam negant (scil.: eam partem in ossessione fuisse anno Apollonidis), sed quod iniuria, aut vi ut clam aut alio modo iniusto, factum esse dicunt; nihilominus copia probandi per mnemonum testimonium id iniuria actum esse, eis non dabitur. Quod nostra lex iubet, ita fere eddi potest: „Omnes fundi, qui ante hanc legem rogatam ex ossessione dominorum suorum exciderunt, si a dominis non ntra duodeviginti menses proximos repetuntur, ab eo tempore, ublato et deleto iure antiquorum dominorum, eorum erunt, a quorum possessione fuerint anno Apollinidis."

Addendum I. Hoc loco de duabus rebus in transitu moendum esse videtur. Altera earum pertinet ad illa verba: *ἦν ις ὕστερον ἐπικαλῇ ὅρκον εἶναι τῷ νεμομένῳ τὴν γῆν · καρτεροὺς ν εἶναι γῆς καὶ οἰκίων, οἵτινες τότ' εἶχον ὅτε Ἀπολλ. καὶ Παν. ἐμνημόνευον, εἰ μὴ ὕστερον ἀπεπέρασαν.* Ea verba docent, in omnibus udiciis de iure fundorum post praestitutam diem initis (supra sub *b*

et *c*), utique reos, qui eidem tum sint possessores fundorum controversorum, fore adigendos iuriiurando illi si iurare parati sint; sed non utique illud iusiurandum satis eis valiturum esse ad causam obtinendam. Condiciones rerum, quibus iusiurandum irritum futurum est possessoribus reis, in lege comprehenduntur hac formula: *εἰ ὕστερον ἀπεπέρασαν*. Quamquam iam indicavi (sub *b*), quaenam fuerint illae condiciones quae iusiurandum possessoribus reis inutile redderent, tamen expedit eas h. l. in conspectu ponere.

a Si actor post diem praestitutam, ad rem iudicatam provocans, dicet se illum fundum quem sibi restitui velit, post nostram legem rogatam in iudicio evicisse ab eodem illo possessore qui nunc quoque reus sit, neque eum fundum tum sibi esse ab eo exhibitum, vel postea sibi esse ab eo iniuste ademptum. Actor enim cum id dixerit, concedet quidem reum in possessione fundi fuisse anno Apollonidis, et eius sacramentum iustum esse, sed contendet eum *ὕστερον ἀποπεράσαι*, i. e., eum postea in iudicio quod de illo fundo factum esset, esse condemnatum. Actor tum quin potuerit provocare ad testimonium mnemonum ut rem nuper iudicatam esse probaret, dubitari nullo modo potest. Quod posui, vocabulum *ἀποπεράσαι*, quamquam id per se nihil aliud est quam alienare, nihilominus in nostra lege etiam comprehendere hunc eventum, ut quis condemnatus sit in iudicio quod de iure fundi a se possessi factum sit in quo ipse reus fuerit, quo factum sit ut ius quod in illo fundo se habere diceret nullum esse apparuisset, hanc ob causam certum est: Quia si in lege nihil exceptum fuisset quod ad eiusmodi iudicia pertineret, futurum esset ut omnia iudicia de iure fundorum quae fierent anno Apollonidis, irrita essent futura si modo eis qui tum condemnati essent, contigisset ut possessionem iniustam retinerent ultra diem illam praestitutam duodeviginti mensium; ita enim futurum esset ut ab eo die contra rem iudicatam possessionem suam iureiurando illo defendere possent et in omne tempus eam retinere. Eandem ob causam autem statuendum est, in vocibus *εἰ μὴ ὕστερον ἀπεπέρασαν* illud *ὕστερον* non esse accipiendum quasi esset: *ὕστερον ἐκείνου τοῦ ἐνιαυτοῦ*; nam si id verum esset, sic quoque futurum esset ut omnia illa iudicia quae de iure fundorum fierent anno Apol-

nidis, irrita essent si modo condemnati possessionem iniustam
tra diem praestitutam producere ausi essent; immo illud
τερον nihil aliud est quam: „postquam eo anno in possessione
erunt", ὕστερον τοῦ ἔχειν, et eodem redit quo „post hanc
gem rogatam".

b Si actor post diem praestitutam, provocans ad emptionem
am fecit aut ad aliud negotium aliquod, dicet eum fundum
it hanc legem rogatam suum factum esse neque tum sibi
ditum aut postea sibi ademptum esse ab eo qui reus nunc
Actor ita quoque concedet quidem, reum possedisse anno
ollonidis, et eius sacramentum iustum esse, sed contendet
n ὕστερον ἀποπεράσαι, eum postquam in possessione eo anno
rit, fundum alienavisse. Quod sub *a* dixi de vocabulo ὕστερον,
loco idem valet. Id probat, errare eos, qui affirment, non
uisse fundos alienare anno Apollonidis, qua de re infra vide-
aus.

Addendum II. Altera res de qua breviter monendum vide-
, est tempus quo Apollonides eiusque collegae magistratu
ctos esse existimandum sit, quod in lege significatur his
ibus: ἐπὶ Ἀπ. μνημονεύοντος καὶ Παν. κ. τ. λ. (lin. 10—16),
ὅτε Ἀπ. καὶ Παν. ἐμνημόνευον (lin. 30). Rühl statuit, eos
emones aut nuper aut nondum magistratum iniisse quo
pore lex nostra rogaretur; „die also ihr Amt damals ent-
er eben angetreten hatten oder, was wahrscheinlicher ist, in
de antreten sollten". Revera illos mnemones fuisse tempore
is etiam designatos constat, quandoquidem fieri non potest,
aliquid ne eo anno fiat interdicatur (lin. 8—16) qui iam aut
is aut pro parte praeterierit. Sed id sufficit. Swoboda v. cl.
t, cum dicat (pag. 120) fieri non posse ut dies illa prae-
uta duodeviginti mensium excessura fuerit tempus quo illi
istratu functuri essent. Eo errore perductus, ad coniecturam
ravit quae non solum prava opinione nititur, sed etiam per
omni probabilitate caret; coniecit enim (pag. 120 adn. 27)
ante legem nostram rogatam accidisse, ut collegio illi
monum designato, cuius Apollonides futurus erat, tempus
endi extra ordinem prorogaretur in sex menses, quo fieret
per annos unum et dimidium essent magistratu functuri.
ionem certissimam cur nostra lege dies illa ita sit constituta,

ut per menses sex paullo minus excederet finem magistratus Apollonidis, infra indicabo; eam non potuerunt enucleare, qui veras legis nostrae rationes non perspexerunt; quamquam etiam sic, illa coniectura eis minime opus erat. Quidquid id est, hoc manet, tempus illud quo dies praestituta excessura est finem magistratus Apollonidis, posse quidem per coniecturam tolli ab eis qui legem non recte intellegunt, sed non posse ab eis explicari. Nobis iam dubium non erit, quin aut statim post legem rogatam aut post paucos dies Apollonides magistratum cum collegis sit initurus.

IV De ratione et causa legis. — Sed v. cl. Rühl, cum de ratione legis quaereret, egregii propositi sui immemor, non ex verbis legis ad eam quaestionem respondere conatus, sed ad levissimas coniecturas delapsus, mirabilia protulit. „Es ist ait pag. 67, eine processordnung in grundbesitzstreitigkeiten, hervorgerufen durch die unzuträglichkeiten, welche das bisherige verfahren beim beweis des eigenthumsrechts an grundstücken hervorgerufen hatte. Es sollte hier ein für allemal eine feste, unverrückbare norm geschaffen werden. .... Wenn z. B. das archiv der mnemonen mangelhaft beaufsichtigt oder z. th. verloren gegangen war, oder wenn .... vielfältig versäumt worden war, die ausschlaggebenden contrakte bei den mnemonen zu hinterlegen, so konnten massenhaft besitzstreitigkeiten und zweifel am eigenthumsrecht entstehen, denen man nunmehr definitiv ein ende machen wollte". Et pag. 62: „wenn die amtszeit des Apollonides wirklich als normaljahr für die zukunft gelten sollte ...." etc. — Non quaeram unde ea omnia noverit v. cl.; ne subsistam quidem in ridendo illo „anno normali", anno videlicet qui est etiam futurus, quo fit ut Halicarnassenses illud „uti possidetis" in „uti possidebitis" convertisse videantur; omittam quaerere, cur is „annus normalis" adeo placuerit viro cl. Swoboda, ut eum (sine iusta causa additamento semenstri etiam auctum) a viro cl. Rühl mutuatus sit, id quod eo magis miror, quandoquidem is tabularium mnemonibus nullum fuisse contendens, eam ingentem perturbationem non in litteris publicis, sed in mnemonum capitibus ortam esse crediderit necesse est; — hoc solum obiciam: Nullo modo fieri posse manifestum est, ut mnemonum sive tabulario sive scientiae et memoriae

ıtopere diffidere coeperint Halicarnassenses, ut propter eam ısam eorum testimonio post duodeviginti menses a iudicibus ım amplius haberi noluerint, quandoquidem eos tantum illis ıuisse lex nostra docet, ut eis etiam per duodeviginti menses ximos uti iudices iuberent in omnibus illis ipsis iudiciis, in bus quaerendum esset de iure fundorum quod fuit ante ım nostram rogatam. — Sed quaerentibus nobis, numqui :int, quibus hac lege, id iubente quod supra (in fine capitis pag. 297 ante Add. I) exposui, noceretur, responderit fortasse ıpiam: „iniuria omnino nemini fit hac lege; nihil aliud ea ıqui voluerunt Halicarnassenses quam hoc, ut paullo celerius, a duodeviginti menses, absolverentur omnes controversiae, e de iure fundorum eo tempore essent. Quod petitoribus, diem praestitutam praetermiserint, postea ius suum perui non amplius permittitur, id sane severum est, sed nen accipi potest; poena est, quam lex minatur, ut ad celeıtem stimulet eos, qui alioquin fortasse actiones suas per :ordiam et cunctationem in nimis longum tempus erant diuri; eam nimis gravem esse iam hanc ob causam negari ortet, quia nemo non facile eam evitare potuerit, parendo ri". — Eam interpretationem legis, quia sola et unica est ae cum aliqua specie veritatis possit meae opponi, argumen- refutabo. 1° Ineptum est credere, fuisse quosdam qui nisi ge ad mature agendum cogerentur, actiones suas per socordiam inertiam fuissent dilaturi; dilationes actionum temerariae lis petitoribus ipsis nocent. 2° Magis ineptum est credere, ritatem Halicarnassensem hoc solo consilio legem facturam isse, ut cunctationi et inertiae petitorum obsisteret, eamque se lvam esse non posse existimavisse, nisi intra annos unum et midium proximos omnes veteres de iure fundorum controverıe disceptarentur. Quid tandem id fieri, civitati prodesse poit? Quid, si non fieret, ei nocere? Quis credat, civitatem lic rei constituturam fuisse poenam tam acerbam et intoleralem, ut qui legi non parerent omne ius quod in fundis conoversis haberent essent perdituri? At Rühl: nimis multae, t, de possessione fundorum controversiae erant; earum ingenm multitudinem iam tolerare non poterat civitas; ad finem erat ıacumque ratione perveniendum. Quis credat? Num ulla est

controversia, quamdiu nondum lege agere coepit petitor? omnes petitores tam socordes erant ut lege ad agendum c deberent, controversiae omnino nullaedum erant. Sunt illa rev vocabula inania, non minus quam ille „annus normalis", qu Halicarnassenses constituturi fuisse dicuntur; cuius utilitatem quam quidem vides esse potuisse eis qui de inscriptione nos quid facerent non haberent, Halicarnassensibus vero pron nullam. 3° Sed quod rem conficit, hoc est. Dominium fun rum, ita iubet lex, quos non tempore repetiverint domi transibit ad alios. Illi alii quinam sint, inprimis attendend est. Si omnino de consilio actionum hac lege accelerandar cogitari posset (quod fieri non posse constat), hoc certe utiq necessarium esset, ut dominium fundorum de quibus intra di praestitutam iudicio disceptatum non esset, ad eos transfe iuberet lex, qui eo tempore cum lex rogaretur, essent in p sessione. Ei enim in controversiis illis de quibus disceptatu nondum est, sunt homines „unde petitur"; inter eos et pe tores illos nimis tardos res agitur; ad eos, si iudicia facta sent, reorum partes agere pertinuisset. Manifestum est, si h cordi fuerit Halicarnassensibus ut mature disceptaretur, si ea ob causam petitores qui diem praetermitterent causa cade voluerint, ei homines causam obtinere iubeantur necesse ess Atenim quid fieri videmus? Dominium tum horum futuru esse iubet lex, qui anno Apollonidis se possedisse iureiuran affirmare poterunt, si neque iudicio neque venditione aut ali natione eos postea amiserint. Fundi igitur dabuntur persor incertis, hominibus qui quinam tum futuri sint hodie etia ignoratur; qui num forte futurum sit ut pessimis artibus, aut dolo, in possessionem pervenerint, obscurum est. Id reve est illud „uti possidetis" convertere in „uti possidebitis", q omnis irridetur constantia iuris. — Explosa igitur et reiec unica interpretatione legis, quae cum aliqua specie cont nostram possit defendi, iam nihil aliud superest quam hoc, credamus, rationem cur lex nostra facta sit hanc esse, ut c cernatur aliquid quod detrimento sit eis fundorum dominis, q neque hoc tempore adsint cum lex feratur, neque adfuturi si intra duodeviginti menses proximos, quia adesse non possi Talem legem autem fieri non posse patet nisi ab eis, qui e

istiment et sciant, esse quosdam fundorum dominos hodie absentes, quos tempore adfuturos non esse constet, et id quidem hanc ob causam (nam ipsa eorum absentia futura eam causam postulat) quod eos retineat et retenturum sit aliquod impedimentum insuperabile, quo futurum sit ut tempore adesse prohibeantur. Apparet igitur, Halicarnassenses novisse, esse quosdam cives, qui in ea condicione versentur.

Addendum. Dicendum hoc loco videtur, me in scribendis capitibus tertio et quarto rationem quidem habuisse opinionis a viro cl. Swoboda prolatae de illa mutatione ordinis iudiciorum privatorum ab Halicarnassensibus instituta, sed consulto me ibi de ea mentionem non fecisse, quandoquidem existimabam eam opinionem, quae manifesto errore nititur, paullo inconsultius me iudice prolatam, melius ibi refutari non posse quam si quis ei opposuisset quod recte se haberet. Sed hoc loco eam brevi attingam. Swoboda igitur in fine commentationis qua de inscriptione nostra egit, haec scripsit: „Leider können wir über den Grund der auffälligen Maszregel, dass für die Feststellung des Besitzstandes in Halikarnass ein Normaljahr (richtiger ein Jahr und ein halbes) bestimmt ward und nach dessen Ablauf als Beweismittel der Eid des im factischen Besitze eines Grundstückes befindlichen an Stelle des Zeugnisses der Mnemonen trat, nichts sicheres vermuthen"; et in adnotatione 80 addidit: „Jedenfalls resultierte daraus eine Herabdrückung des Mnemonats, eine Verminderung seiner Befugnisse". Statuit igitur vir cl., hoc fuisse ab Halicarnassensibus decretum: „(dass nach Ablauf des Jahres des Apollonides) als Beweismittel der Eid des im factischen Besitze eines Grundstückes befindlichen an Stelle des Zeugnisses der Mnemonen trat". Unusquisque monitus intellexerit, verba illa pro exigua parte vera quidem esse, sed eadem etiam pro longe maiore parte falsa; itaque id quod ex eis deducatur de deminuto mnemonum iure, prorsus esse falsum.

Iusiurandum, cui futurum erat ut in causis post diem praestitutam de iure fundorum agendis adigendus esset aut reus (possessor) ipse aut is possessionis eius auctor qui fuerat anno Apollonidis, i. e. is a quo ille possidebat sive primo gradu sive altero sive tertio etc. usque ad annum Apollonidis — nam auctorem illum possessionis suae ad iusiurandum interponendum

excitare debebat reus, si in ea causa de suo iure ideo ambigi videbat, quia ambigebatur de iure illius auctoris possessionis suae qui fuerat anno Apollonidis — illud iusiurandum, dico, tum solum in locum testimonii mnemonum erat venturum, si ei locus erat futurus in iudicio quod agebatur, minime vero tum, si ad eam rem de qua agebatur nihil pertinebat. Iusiurandum rei (vel auctoris possessionis eius qui fuerat anno Apollonidis primus) huiusmodi erat futurum: „Iuro me possedisse hunc fundum anno Apollonidis". Id iusiurandum autem erat valiturum (*καρτερὸν ἦν*) contra intentionem petitoris (lin. 29 et 30), et tantopere quidem ut contra id ne liceret quidem excitare testimonium mnemonum; sed tamen tum solum valiturum erat, si ei locus erat in iudicio illo, si pertinebat ad illam rem de qua agebatur, i. e., si petitor dicebat eum fundum iam ante annum Apollonidis suum fuisse et illam alterius possessionem iniustam fuisse; illud autem quando futurum esset, ut locus ei esset nullus, scil. si petitor dicebat id nihil ad se pertinere cuiusnam ille fundus fuisset anno Apollonidis, sed eum postea demum suum factum esse, id in inscriptione diserte indicatur vocabulis: *εἰ ὕστερον ἀπεπείρασαν*. — Ac primum quidem si quis negat, iusiurandum illud legis nostrae tale fuisse quale dixi, is cuiusmodi id fuisse dicet? Num perhibebit, reum hoc iuravisse: „iuro me hodie in possessione esse"? Id sane ineptum; omnes iam ab initio noverant eum in possessione esse, reus enim erat; sed petitor dicebat eum iniuria possidere. An vero huiusmodi fuit iusiurandum: „iuro me *iure* hunc fundum hodie possidere"? Aliquid eiusmodi credidisse virum cl. Swoboda suspicor. Ego autem, si quis contenderit, aliquid eiusmodi a reis pro forma iurari debuisse Halicarnassi, non multum refragabor, ea res prorsus ignota est; modo ne quis dicat, tale iusiurandum lege nostra esse praescriptum vel introductum, et lege nostra id validum factum esse tamquam instrumentum quo probaretur quid verum esset (als Beweismittel). Id prorsus falsum est; tale iusiurandum, si forte in usu fuit Halicarnassi, certe validum ad probandum ibi non fuisse novimus [1]), et

1) Sic Athenis in iudiciis Areopagiticis utraeque partes, et rei et accusatores, iam ab initio suas intentiones iureiurando confirmabant; sed deinde causam de integro

uperari id potuisse testimonio mnemonum, constat; lex enim iserte dicit (lin. 29 et 30), validum fore id iusiurandum solum, uod pertineat ad possessionem quae fuit anno Apollonidis, et cum a iureiurando ad possessionem quae nunc est pertinente taceat, irte iusiurandum eo pertinens pro valido (*καρτερῷ*) haberi non bet. — Deinde vero, si quis ratione non habita exceptionis ius quae in inscriptione nostra diserte admittitur (*εἰ ὕστερον ἐπέρασαν*), qua iusiurandum illud etiam quod pertineat ad esessionem quae fuit anno Apollonidis, validum tamen *non* se declaratur in causis ad posterum tempus pertinentibus — que si quis eius exceptionis ratione non habita negat id ve- m esse quod dixi, ne illud iusiurandum quidem in eis causis liturum esse, is rem ad absurdum redigit. Finge, legem stram factam esse ineunte a 460 a. C. n.. Finge, post decem nos fundum aliquem possideri a Numerio Negidio cive Hali- rnassensi, eumque Numerium tum in ius vocari ab Aulo gerio, qui dicat sibi *aliquando* accidisse ut a Numerio de pos- ssione illius fundi deiceretur, specie emptionis vel alius negotii icuius, cum Numerius tum praetendisset se illum fundum nisse vel alio modo acquisivisse seque eo iure possessionem ire; quod iure factum esse cum neget Agerius, fundum a umerio repetit. Tum maximi momenti hoc erit, quid sit illud *iquando*. Iam haud facile fieri potuisse statim vides, ut id cabulum pertineret ad ineuntem a. 460, utque iam eo anno se n amplius in possessione fuisse, deinde eodem anno Numerium b specie emptionis in possessionem irrepsisse, a. 450 demum ceret Agerius; causa aliqua mira et singularis subfuerit necesse se vides, si existimare debebimus actionem suam tam diu, r decem annos, distulisse Agerium; sed tamen, si res ita se buerit, Numerius ad iusiurandum nostrae legis admittendus it, et is, mnemonibus silentio imposito, iurando se iam a. 0 in possessione fuisse, actionem petitoris repellet. Contra, id vocabulum pertinet ad ipsum a. 450, vel ad a. 451, vel iam si longius pertinet ad alium aliquem annum qui fuit

---

noscere coeperant iudices, neque ulla probandi vis illis sacramentis tribuebatur. iquid eiusmodi ut Halicarnassi in iudiciis privatis facere moris fuerit, facile fieri test; sed testimonium de ea re omnino nullum exstat.

post ineuntem a. 460, iam de efficientia iurisiurandi alicuius cui Numerius adigatur tamquam instrumenti probandi (als Beweismittel) ne sermo quidem esse poterit ullus; neque si id pertinere voluerit aliquis ad stabiliendum ius quo tum (a. 450) se possidere dicat reus — lex nostra enim, ut modo dixi, eiusmodi iusiurandum omnino non novit, nedum validum (*καρτερὸν*) id esse velit —; neque vero si quis voluerit, Numerium eo affirmare, se iam a. 460 in possessione fuisse, nam Agerius dicit, etiamsi id verum sit, tamen se ipsum postea iure ab eo possedisse et illum *ὕστερον ἀποπεράσαι*; revera nimis stultum id esse quis non videt, existimare, aliquem potuisse a. 450, iurando se anno 460 possessorem fuisse, a se repellere actionem petitoris qui diceret se postea, ab anno ex. gr. 455, possedisse eum fundum, deinde iniuria se esse ea possessione privatum? Itaque, iurisiurandi iam nulla ratione habita, iudices tum causam cognoscere debebunt, et vetere more quidem, mnemonibus ad testimonium vocatis, secundum legem illam quae de mnemonibus viget, quam tangit inscriptio nostra his vocabulis: *νόμῳ δέ, κατάπερ νῦν* (lin. 19 et 20), quae vocabula probant eam legem non esse sublatam sed vigere. Quod qui negat — et negavit id quidem vir cl. Swoboda, in vocabulis supra exscriptis, non diserte quidem, sed tacite et in errorem incidens, quia exceptionis legis ibi rationem non habuit — is contendat necesse est, omnem alienationem fundorum Halicarnassi ab eo tempore quo lex ferretur, in omne aevum fuisse lege nostra prohibitam, omnia negotia futura ad alienandos fundos pertinentia in omne aevum ab ea esse irrita facta, rationem fundorum habendi et possidendi quae fuit eo anno quo lex facta est, in omne aevum esse per eam immutabilem factam et aeternam; quod non solum absurdum est, sed etiam diserte in lege ipsa reicitur vocabulis *εἰ μὴ ὕστερον ἀπεπέρχσαν*. Verum qui nihilominus contendere auderet, rem ita se habuisse, is solus recte de *anno normali* loqui posset hac lege instituto, et suo iure diceret, Halicarnassenses voluisse annum Apollonidis facere normalem ita ut ex statu rerum qui tum fuisset, in posterum omne ius fundos habendi et possidendi penderet Halicarnassi; ea res autem cum sit stultissima et cum satis sit a nobis refutata, etiam totum illum annum normalem ridiculum et molestum

iam pro falso et exploso habitum inventori reddere nobis licebit. Iamvero cum clarum sit, ad causas quae versaturae erant in negotiis post legem rogatam cum eis qui tum in possessione erant gestis nihil pertinere illud iusiurandum legis, etiam clarum est, in eius modi causis nihil deminutum esse de iure vel auctoritate vel officio mnemonum, et falsum esse quod scripsit Swoboda „jedenfalls resultierte daraus eine Herabdrückung des Mnemonats, eine Verminderung seiner Befügnisse". Manifestum autem est, quamquam omnino causas quibus de dominio alicuius fundi directe ageretur apud Graecos creberrimas esse potuisse haud crediderim, tamen longe maiorem partem earum causarum quae post ineuntem a. 460 (si licet etiam paullisper in fictione mea perstare) Halicarnassi de dominio et possessione fundi alicuius fuerint agendae, ad id genus causarum debuisse pertinere quae versarentur in negotiis controversis aut ipso anno 460 aut postea cum possessoribus eius temporis gestis; manifestum quidem id est, sed tamen virum cl. Swoboda id imprimis fugisse suspicor, et ita factum esse ut exceptionem illam legis impune in vocabulis illis neglegi posse putaret. Causae alterius generis vero, quae pertinerent ad statum rerum qui aut tum fuit cum lex nostra rogaretur et per totum annum Apollonidis aut antea, tum solae agendae esse potuerunt eo tempore, si actor èt ipso anno 460 possessione frui iam nequiverat quod peregre abesset — nam si tum adfuisset, postea ipse etiam, non minus quam reus, affirmare posset, se anno Apollonidis in possessione fuisse, et id quidem ante illum, et ea re utique superior tum futurus esset, ut iubet lex nostra lin. 29 sq. (*καρτερούς εἶναι κ.τ.λ.*), èt aliqua causa singulari impeditus fuerat quominus tum statim, cum novum hominem in eam possessionem irrepsisse animadverteret, ius suum persequeretur. Attamen de talibus actionibus solis agit lex nostra, si quae erant dilatae a petitoribus, et tam diu quidem ab eis dilatae erant, ut praetermissa esset dies illa praestituta duodeviginti mensium. Eas actiones solas lex eripit ex manibus mnemonum, et iubet eas disceptari secundum iusiurandum cui adigatur reus; ad eas solas adulterandas et corrumpendas lex mnemonibus remotis adhibet illud iusiurandum, quo veteres domini cum aliqua bona spe ius suum persequi prohibentur. Itaque fieri non potest, ut supra dixi, quin fuerit

tum cum lex nostra fieret certum quoddam civium genus q in ea singulari condicione versaretur, ut èt tum ipsum, q peregre abessent, possessionem suam defendere nequirent, postea gravi aliquo periculo prohiberentur, quominus ad suum persequendum ante diem praestitutam tempore redire ad eos cives bonis spoliandos lex nostra facta sit necesse Revera suspicionem veritatis iam hac re apud viros doctos ul excitari debuisse dixerim, quod lex nostra ex quibusdam cau removeat testimonium mnemonum; nam quemadmodum illor officium sane haud alio consilio institutum esse constat, qu ut ex eo aliquid proficeretur ad ius tuendum, sic legem, q in quibusdam causis silentium eis imponeret, vix alio consi factam esse posse manifestum esse videtur, quam ut victori per eam de iure reportaret iniuria. Itaque si liceat mihi co gere verba illa viri clarissimi supra allata, etiam addere vel quid fere pro eis legi oporteat, siquidem futurum sit ut re se habeant; est id huiusmodi: „Leider können wir den Gru der auffälligen Maszregel, dass für die Feststellung des Besi rechtes an Grundstücke welche im Jahre des Apollonides in ne Hände kommen sollten, als Beweismittel gegen die früher Eigenthümer in etwaigen nach Ablauf des gesetzlich festg stellten Termines noch zu führenden Prozessen, der Eid d damaligen factischen Besitzers oder seines Auktor dass er sch im Jahre des Apollonides im Besitz befindlich gewesen sei, Stelle des Zeugnisses der Mnemonen gestellt wurde, nur deutlich durchschauen; es ist dies eben ein von der Gewalt üb das Recht gefeierter Triumph gewesen.

V De civibus quibus haec lex sit irrogata. — Is intellegimus, fieri non posse quin fundorum domini, quib hanc legem impingi videmus, fuerint cives in turba civili vic in exsilium pulsi, proscripti, et eiusmodi civium, si qui bello civili necati sunt, heredes, cum reliquis exsules facti. soli sunt ad quorum condicionem lex nostra conveniat. Eos hoc statu rerum qui nunc est, intra annos unum et dimidi certe redituros non esse constabat, propter capitis periculi proscriptis in patriam redeuntibus impendens. Ad speciem quitatis aliquod temporis spatium eis permittitur, quo ius sui antiquo more persequi eis licebit; eo temporis spatio insu

ıs erit ad tuenda iura eorum civium, qui cum seditionis
ii non fuerint, sed ex aliis causis fundos suos amiserint,
)eant actiones quas instituere velint ad recuperandos fundos
issos. Eius beneficii exsules illos participes facere, quod dis-
deret nihil erat, quia eos eo usuros non esse certum erat;
n etiam id facere expediebat, quod communitas iuris ita
:ie servaretur, et exsules ita videri possent non a civitate
is privati esse, sed se ipsi quodammodo eis privavisse.
;em revera hoc consilio fieri apparet, ut exsules in perpe-
m bonis exuantur. Nam si umquam accidet, ut illi, hoc
ım statu qui nunc est fortasse aliquando mutato, in patriam
ɔrsi bona sua recuperare conentur, iam obstabit lex nostra,
e iubet tum fore ut eorum actiones repelli possint iure-
ındo eorum, qui interea in possessionem venerint. Iusta pos-
ıio autem datur possessoribus futuris, personis incertis. Id
bat, civitatem Halicarnassensem fundos exsulum nondum
didisse neque dilargitam esse; venditiones etiam instant; eae
.t anno proximo quo Apollonides mnemon erit; homines illi
ɪινες τότ' εἶχον ὅτε Ἀπολλωνίδης ἐμνημόνευε" (lin. 30) sunt
ptores futuri et ei quos civitas largitione fundorum honorabit.
rem recte intellegendam inprimis hoc tenendum est, fundos
ılum non fuisse publicatos tum cum lex nostra fieret, neque
ıquam publicatum iri; decretum de fundis publicandis neque
ıuc fecerunt Halicarnassenses, neque ullum facturi sunt. Sci-
ıt si fundi iam publici iuris facti essent vel postea essent
uri, de eis iure repetendis sermo in nostra lege esse non
plius posset; id tamen quovis tempore veteribus dominis
ɔre, tota hac lege diserte statuitur vel praetenditur saltem.
ndi iacent deserti, indefensi. Civitas eos occupavit vel occu-
ura est, quasi res nullius eos esse crederet; mox iubebit
gistratus suos, eos vendere et partim fortasse dono dare;
ue tamen dicit, eos suos esse. Verum, inquis, putasne Ha-
ırnassi licuisse bona aliena vendere? Non licuit sane; nihilo-
ıus, quodammodo tamen id facere etiam licere dicere possis,
ı Halicarnassi solum, sed ubique; fieri posse saltem, modo
emptores invenire potuerit aliquis, et audebit periculum
ire quod ab actione domini certissima impendet. Civitas
licarnassensis id periculum subibit, postquam nostra lege

paullulum inflexerit ius. Ea lege paullo artius circumscribitur tempus, quo de his fundis qui anno Apollonidis ad novos possessores pervenerint, a dominis ita iure agi possit, ut dubium non esset — si modo adesse possent eo tempore, neque extremo vitae periculo retinerentur — quin futurum esset ut causam obtinerent, scil. per testimonium mnemonum. Dies qua finitur facultas dominorum iure agendi vetere more, fit annorum unius et dimidii. Ratio eius rei haec est: auctionibus faciendis, quae fient anno Apollonidis, satis longum tempus dari oportet; quamquam fieri fortasse potest ut iam principio anni ad finem perventurae sint, lex tamen totum annum eis impertit, quod inest in verbis illis οἵτινες εἶχον ἐπὶ Ἀπολλωνίδεω μνημονεύοντος; quae eadem vero ab altera parte efficiunt, ut post eum annum expletum prorsus fieri non amplius possit ut ullae eorum fundorum auctiones habeantur, quoniam qui post anni finem a civitate emerit, praesidio legis nostrae carebit. Sed facultas iure vetere agendi paullo longius patere debet. Fieri enim potest ut magistratus, aliquo errore inducti, aliquem fundum sint venditurі, cuius dominus Halicarnassi adesse poterit, quia neque seditionis socius fuit neque exsul factus est, aut fundum aliquem in quo aliquod ius habet eiusmodi civis; ei civi facultatem iure agendi cum civitate aliquamdiu etiam post auctiones ad finem perductas patere oportet; sed annum dimidium eis actionibus dedisse satis est. Id est quod supra (Add. II ad cap. III pag. 300) dixi, certam causam fuisse cur lex instituerat ut dies praestituta duodeviginti mensium aliquantulum excederet finem anni Apollonidis, temporis quod auctionibus faciendis destinatum est; id tempus excedens datur civibus qui a seditione alieni fuerunt, quo ius suum adversus civitatem persequi possint si id forte aliquo modo laesum sit in venditionibus; quod nisi eis datum esset, post expletum annum Apollonidis iniuriam a se propellere iam non possent, cum futurum esset ut mnemonum testimonio tum uti nequirent, et ut repellerentur iureiurando eorum qui illos fundos anno Apollonidis a civitate emptos ipsi possedissent, sive ab eis possiderent. Lex specie est iusta, innoxia, aequitatis plena. Ne post illam diem quidem quisquam intercluditur facultate iure agendi de fundo quem ante legem rogatam se amisisse dixerit. Sed tum petitoribus ademptum erit

xilium, quod ceteroquin suppeditare solet e testimonio mne-
)num; curam et operam huius collegii, quod institutum est
esset custos iuris, praesidium aequitatis, iam tum illis iu-
:iis se immiscere non amplius passura est civitas, cum hoc
um agatur, ut infringatur ius; itaque silentio illis imposito,
n eorum testimonium loco cedet iuriiurando illi cui adigentur
vi possessores, quo ei omnes actiones molestas de fundis
enis emptis in omne tempus a se sunt repulsuri.

VI. De venditionibus bonorum quae nostra lege aeparantur. — Illis omnibus igitur per hanc legem prae-
atis, civitas procedet ad vendenda bona aliena, bona a civi-
s seditiosis necatis aut in exsilium pulsis deserta et indefensa
icta. Num deerunt emptores? Noli dubitare quin affluxuri
t; in pretio erunt fundi exsulum. Num nullus emptoribus
tus manet? Unus certe manet; quamvis certa et plena et
rpetua sit securitas quam eis praebeat lex, tamen eiusmodi
, ut prorsus ex lege pendeat. Ea si umquam futurum est ut
rogetur, perierit securitas. Id periculum autem vel minuere
l tollere conati sunt Halicarnassenses addito legi capite tertio
od est de hac lege non abroganda (lin. 32—45). Id caput
ismodi est, ut iam ex eo solo fere diluceat legis natura et
loles; quo magis miror id animos non advertisse viros doctos.
lia capita quibus extremae poenae indicuntur omnibus qui
quid fecerint quod ad hanc legem tollendam pertineat, in-
imis inveniuntur in decretis publicis quibus bona civium
orundam ad alios transferuntur; sive directe et diserte id
itur, per ipsam illam bonorum publicationem, cuius rei
emplum exstat in inscriptione Mylasensi anno 366 a. C. facta
itt. n° 95), in qua ter repetita legitur exsecratio eius qui
rogando decreto aliquam operam dederit (lin. 12—16, 28—31,
—51); sive magis oblique et occulte agitur eadem res, ut
nostra inscriptione. Ratio sanctionis de lege non abroganda,
ae legitur in plebiscito Democlidis de colonis Bream mitten-
(Ditt. n° 19 lin. 20 sqq.), quamquam diversa est a ratione
is nostrae, tamen eatenus convenit, ut ex eo plebiscito quo-
s pendeat omne ius quod coloni in suis fundis habent. —
ivero cum noverimus, eo tempore quo lex nostra lata est,
tisse tirannidem Lygdamis (vid. supr. cap. I), iam dubitari

nequit quin lex facta sit ad voluntatem tiranni eiusque factionis. Is igitur nuper superior discesserat e certamine aliquo, quod adversarii eius contra eum excitaverant, ad potentiam ei adimendam; cives victi, partim necati partim in exsilium pulsi, fundos suos tamquam praedam victoribus optatissimam desertos et indefensos reliquerant. Quod publice sunt occupati et proscripti, id Lygdamis iussu factum esse consentaneum est. Eiusdem iussu etiam esse legem nostram scriptam, concilium ad eam accipiendam advocatum, tempus venditionibus constitutum, ut statuamus sequitur. Nam hercle prorsus supervacaneum mihi videtur eos refutare velle, qui tam stulti sint ut forma quam pro re acceperint se decipi passi, putent verba illa praescriptionis „τάδε ὁ σύλλογος ἐβουλεύσατο καὶ Λύγδαμις" probare legem nostram ortam esse ex voluntate libera concilii civium, quod voluntatem suam Lygdami tiranno obtruderet; quasi in monumentis publicis talia ad litteram sint accipienda! Haud paucos quidem fuisse puto inter cives utriusque urbis a Lygdami in concilium vocatos, quibus violentia legis parum placeret; sed tirannum qui post recentem victoriam omnia teneret, eos facile imperio et metu ad legem accipiendam permovere potuisse manifestum est. Verisimile est, civitatem Halicarnassensem aliquam partem fundorum occupatorum gratificando donaturam esse tiranno ipsi et quibusdam fortasse ex satellitibus eius, quod etiam ita exprimi potest, ut dicamus partem haud spernendam praedae sibi destinavisse victorem; sic in inscr. Mylasensi (Ditt. n° 95) bona quaedam publicata πρόσθετα fiunt Mausolo satrapae. Venditiones fient eo anno quo Apollonides Lygdamis filius erit mnemon; verisimile est eum virum, qui annon filius tiranni fuerit cur dubitemus nihil esse iam supra dixi, hoc ipso consilio mnemonem creatum esse in eum annum, ut „hastam illam cruentam verberaret", venditionibus faciendis praefectus. — Suidas tradit, Panyasin poetam a Lygdami esse necatum; non ignoro quidem fuisse qui conicerent, eum in primo certamine cum tiranno gesto cuius particeps fuerit, non esse necatum, sed cum Herodoto Samum effugisse (vid. Stein Herod. Einl. pag. 10); quae coniectura hac re nititur, quod Duris Samium dixerit Panyasin. Fieri potest ut id verum sit, quamquam non video, Herodotum ob eam causam quod Samum effugerit, a

oquam Samium dictum esse; potius crediderim, rem ita se bere (cfr. Christ Gesch. der Gr. Lit.[4] pag. 110 et 336) ut ris erraverit vel aliam causam eius cognominis habuerit, ut- ɜ Panyasis in eo certamine, quo nostra inscriptio pertinet, licarnassi sit necatus; haud facile enim dixeris quo tempore tea id factum esse potuerit ut a Lygdami necaretur. Utique isimile est, bona Panyasis fuisse inter fundos proscriptos, ue minus bona Herodoti, fortasse etiam bona Lyxis patris Theodori fratris eius. — Quin etiam quod Suidas tradit, rodotum cum postea Halicarnassum reversus et eiectionis ti- ni socius factus, aliquamdiu in patria mansisset, mox displi- ɜe civibus suis, et ob eorum invidiam peregre profectum ɔ, fortasse ad nostram legem quodammodo pertinet. Haud edibile enim videtur, causam eius invidiae hanc fuisse, d exsules reducti, abrogata hac lege de qua agimus, recu- averant fundos e quibus a tiranno antea erant exturbati, et ierant ad pristinam opulentiam — nam cives illi satis il- tres fuisse videntur; sed quod ea re graviter laeserant com- da multorum civium, quo factum esset ut ei, reliquis contra instigatis, tandem effecissent ut illi tolerari non amplius se viderentur in civitate. Sed coniecturis fortasse levioribus endis iam finem impono. Quod certum est, manet, legem tram factam esse ad praeparandas venditiones futuras bono- n proscriptorum, quae erant ab adversariis Lygdamis inde- ɜa relicta.

VII. De tertio capite legis. — In transitu dico, parum ıi placere quod ad lin. 42 adnotavit Hicks (A Manual of Hist. Inscriptions 1901 pag. 42): „τούτῳ" accipiendum esse : τούτῳ τῷ νόμῳ; quod quis umquam mediis ipsis legis ali- ns verbis insertum, et illo uno vocabulo enuntiatum, vidit? ıidem malim, siquidem viro cl. concedendum est ἐλεύθερον ɔ masc. gen., τούτῳ ita referre ad ἐπικαλεῖν ut ab eo voca- ɔ pendeat dativus. — Quid sit, quod lin. 43 legitur, ἐπι- εῖν τινι κατόπερ τὰ ὅρκια ἔταμον καὶ ὡς γέγραπται ἐν τῷ ὀλλωνείῳ, ignoramus; sed cum alia inscriptio (Ditt. n⁰ 23 25) doceat, Halicarnassensibus moris fuisse stelas decretis licis exornatas ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ponere, apparet verbis lectores relegari ad decretum aliquod antea Halicar-

nassi factum, quod continuerit iusiurandum et exsecrationem popularem, et idem declaraverit quid fieri oporteret, si quis iusiurandum violasset; ex. gr. quod definiverit quae poena luenda ei esset qui id fecisset, quomodo et a quibusnam posset in ius vocari, iudices quales futuri essent, quaenam essent praemia accusatoribus proposita, vel alia eiusmodi. Ita fieri potuit ut in nostra lege ad illud decretum sacratum provocaretur, ad indicandas regulas quibus utendum esset in causis ex hac lege proventuris; nam quod illis verbis significatur, hoc est: id quod in decreto illo sacrato constitutum sit ut fieret cum accusarentur ei qui illud iusiurandum violassent, etiam valere in eis qui huic legi abrogandae aliquam operam dedissent. Eius generis decretorum sacratorum autem exemplum habemus quod cum illo egregie comparari possit, decretum dico quod Athenis factum est a. 410, quod dici solet ἡ Δημοφάντου στήλη, sive ἡ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ στήλη (Andoc. Myst. 95 sq.). Quod quamquam spectabat ad confirmandam democratiam, decretum Halicarnassense vero pertinuit ad stabiliendam tiranni potestatem, illud denique quamquam populus liber, et universus quidem, libentissime scivit, hoc vero quin civibus invitis fere, neque eis universis ut verisimile est, sed τῷ συλλόγῳ tantum, imperio et metu expressum sit vix dubitari posse censeo, tamen haec manet similitudo, quod utrumque decretum factum est eo consilio, ut ordo rerum publicarum qui tunc esset cum id sciscerétur, confirmaretur iureiurando civili. Praeterea vero etiam hac re me iudice utrumque decretum simile fuerit necesse est, quod aliquo temporis momento factum sit, quo is ordo reipublicae qui tunc erat esset aut recens constitutus, aut nuperrime a vi et impetu adversariorum defensus et victoria potestatis legitimae conservatus; quemadmodum populiscitum Demophanti factum est post dominationem quadringentorum eversam et democratiam restitutam. Comparari etiam potest iusiurandum publicum, cui Solon adegit populum Atheniensem, postquam legibus datis discordias civiles sedavisse sibi visus est. Eiusmodi decreta sacrata tum praesertim fieri manifestum est, cum vehementi partium certamini victoria alteriusutrius partis finem recens imposuit. Decretum Halicarnassense autem, cum sub tiranno valuerit, etiam a tiranno excitatum esse constat; qui quisnam fuerit, ignoramus

quidem — nam fieri potest ut iam ex Artemisiae temporibus sit repetendum —; sed tamen cum fere certum sit, decretum factum esse post graves turbas civiles nuper finitas, et factum esse quidem hoc consilio ut cives in posterum a redintegrandis certaminibus absterrerentur, cum vero supra ostenderimus regnante Lygdami discordias intestinas gravissimas Halicarnassi fuisse, non prorsus deest quod adducat ut credamus, illud decretum sacratum tum cum lex nostra ferretur fuisse recentissime factum, et pertinuisse ad finem ipsarum illarum discordiarum e quibus nostram legem ortam esse videmus.

VIII. De mnemonibus annuis Halicarnassensibus. – De mnemonibus ante undecim annos egit Swoboda (in Arch. Epigr. Mitth. 20. 1897 pag. 115—130), quem honoris causa nomino; quem virum doctissimum in eis quae infra scripturus sum, quamvis interdum eum verbis oppugnandum mihi fore videam, eo libentius appellabo, quia expertus novi vix umquam aliquid ab eo scribi quin aliquid inde discas, ne tum quidem cum forte erraverit, et quia eum intellegere probe scio, huius certaminis ludicri quod viri litterati inter nos gerere solemus, hoc proprium esse ut eos potissimum oppugnemus ad sententiam propriam commendandam, quos plurimi faciamus. Swoboda igitur obstitit eis viris doctis, inter quos sunt cum alii tum Rühl, qui putarent, Halicarnassi tempore legis nostrae cum negotia privata de iure fundorum fierent, id scripto ita factum esse ut eorum negotiorum tabulae conficerentur nominibus signatae; illa acta autem a privatis apud mnemones in tabulario esse deposita; postea vero, cum iudicium fieret de iure alicuius fundi, mnemones ex tabulario depromptis et prolatis actis quae ad eam causam pertinerent, quid verum esset indicavisse iudicibus. Negat Swoboda, Halicarnassenses tum in rebus privatis iudicandis usos esse ea probandi ratione quae per tabulas fieret (Urkundenbeweis). Qua in re sine ulla dubitatione cum eo faciendum esse censeo. Mnemones Halicarnassenses non hoc consilio ad iudicia advocatos esse constat, ut copiam facerent iudicibus inspiciendi acta quae apud se deposita essent, sed ut ipsi, et iurati quidem, testimonium dicerent, neque acta eos in iudiciis protulisse, sed testatos esse quod ipsi scirent (ὅ τι ἴσασι ἰδίωσι lin. 21); ipsa id docet inscriptio nostra. Bene etiam

idem nos admonuit, „memoriam illam", μνήμην seu publicam seu privatam cui olim cum tabulae de negotiis privatis nondum perscriberentur, tam multum tribuerunt veteres ad confirmanda negotia privata ea inprimis quae ad iura fundorum pertinerent, quae ipsa etiam illis nominibus μνημόνων et γνωμόνων subest, initio ubique asservatam fuisse non per litteras, sed per homines negotiorum gestorum conscios factos; cuius rei aliquot argumenta et exempla attulit haud spernenda. Ne hoc quidem ei concedere nolim, statum rerum quem quarto saeculo a. C. in nonnullis civitatibus fuisse docent loci illi celeberrimi Aristotelis et Theophrasti, nondum prorsus convenire ad condiciones Halicarnassenses quae fuerunt medio saeculo quinto a. C., tempore inscriptionis nostrae. Ei loci, valde triti quidem sed graviores quam quos omittam, huiusmodi sunt. Aristoteles (Polit. 7. 8. p. 1321 *b* 34): ἑτέρα δ' ἀρχὴ ait πρὸς ἣν ἀναγράφεσθαι δεῖ τά τε ἴδια συμβόλαια καὶ τὰς κρίσεις ἐκ τῶν δικαστηρίων· παρὰ δὲ τοῖς αὐτοῖς τούτοις καὶ τὰς γραφὰς τῶν δικῶν γίγνεσθαι δεῖ καὶ τὰς εἰσαγωγάς, ἐνιαχοῦ μὲν οὖν μερίζουσι καὶ ταύτην εἰς πλείους, ἔστι δὲ μία κυρία τούτων πάντων, καλοῦνται δὲ ἱερομνήμονες καὶ ἐπιστάται καὶ μνήμονες καὶ τούτοις ἄλλα ὀνόματα σύνεγγυς. Illae ἀναγραφαὶ apud mnemones factae quam utilitatem attulerint, aptissime docet alter locus qui est Theophrasti (Thalheim Lehrbuch der Gr. Rechtsalt. von Hermann, pag. 148, cfr. pag. 57 adn. 1 et 85 adn. 1) his verbis: παρ' οἷς γὰρ ἀναγραφὴ τῶν κτημάτων ἐστι καὶ τῶν συμβολαίων, ἐξ ἐκείνων (scil. ἐκ τῶν κτημάτων καὶ τῶν συμβολαίων ἀναγεγραμμένων) ἔστι μαθεῖν εἰ ἐλεύθερα καὶ ἀνέπαφα, καὶ τὰ αὐτοῦ, πωλεῖ δικαίως· εὐθὺς γὰρ καὶ μετεγγράφει ἡ ἀρχὴ τὸν ἐωνημένον. Ego equidem acile concedo, Halicarnassi tempore legis nostrae nondum fuisse ἀναγραφὴν τῶν ἰδίων συμβολαίων et τῶν κρίσεων, quae sunt ipsae eae tabulae et ea acta quae iam tum per scripturam ibi confecta esse negavi, neque magis τῶν κτημάτων quae addit Theophrastus. Sed tamen in ea parte nimis longe processisse mihi videtur v. d. Censet enim, memoriam mnemonum Halicarnassensium tum etiam totam fuisse eius generis antiquissimi, quod non per litteras publicas, sed per conscientiam solam eorum qui conscii facti essent asservaretur; mnemonum hoc officium fuisse existimat, ut coram eis negotia privatorum quae ut rata

essent futurum esset, gererentur. Mihi videtur illa antiquissima consuetudo memoriae negotiorum gestorum per conscientiam humanam conservandae, in variis formis valde diu mansisse quidem, sed ea etiam vigente aliquando in quibusdam civitatibus exstitisse novum morem memoriae per litteras adiuvandae. Id quando factum sit, obscurum esse mihi non videtur: tum ipsum enim factum sit necesse esse, cum primum magistratus annui crearentur ad quos ea cura deferretur. Prior ratio enim postulat, ut homines negotiorum conscii, quamdiu in civitate vivi adsint, possint quovis tempore excitari ad testimonium dandum; ei ut ita dicam *μάρτυρες διὰ βίου* fuerint necesse est, et, si conicere licet nomen *μνημόνων* iam ad eos pertinuisse, possis eos dicere *μνήμονας διὰ βίου*. Id mutatum est, cum ad magistratus annuos transirent et nomen *μνημόνων* et officium testimonii dicendi ex conscientia quam haberent de negotiis privatis antea gestis. Magistratus enim, cum quotannis successoribus loco cederent, de negotiis ante annum suum gestis propriam scientiam iam habere non poterant, et tamen instituti erant ut in iudiciis de eis interrogarentur et si possent testimonium de eis dicerent. Itaque fieri non potest, quin simul institutum sit ut mnemones essent magistratus annui, simul vero ut notitia negotiorum gestorum, quae antea servari soleret per nudam conscientiam hominum privatorum, ab eo tempore iam in litteris publicis condita asservaretur. Non obstat certe quod Swoboda demonstravit, cum docte et copiose ageret de fragmentis lapidum quibusdam quae ad nos pervenerunt, in quibus incisa fuerint fundorum cum dominorum nominibus libri vel latercula (grondboeken) vel descriptae fuerint agrorum formae (kadaster), ea omnia esse recentioris aetatis, incipientis a secundo saeculo ante C. n.; nam eas perscriptiones de quibus nos cogitamus in lapide fuisse incisas et ita potuisse nobis servari cui tandem in mentem venerit? Quod tamen nequaquam ita intellegendum est, ac si iam eo tempore quo mnemones magistratus annui facti sunt, negotiorum privatorum acta per tabulas confecta in tabulario reconderentur. Negotiorum per verba gestorum mentionem tantum apud mnemones factam esse credo ab his qui ea gesserant, ut illi possent scripto adnotare, cuiusnam fundus quisque factus esset vel ad quemnam aliquod in eo

pervenisset ius; quod si quis facere supersedebat, damnum s ipsum redibat. Recte igitur rem delineavisse mihi videtur Brus Keil (Hermes 29. 1894 pag. 258) his verbis: „besonderen B amten, den Mnemonen, lag [in Halicarnass] die Aufsicht un Buchung des jeweiligen Besitzstandes ob, das lehrt die Lygd misinschrift ohne jeden Zweifel". Mnemonum perscriptione si tales fuerunt, prorsus satisfaciebant necessitudini conservand memoriae, neque tamen levabant mnemones onere auctoritati quod ipsis ferendum erat; si ad iudicia advocabantur, nihilom nus sacramento primum adigendi erant, antequam fides ei posset haberi; ipsi, si fidem non habebant perscriptionibus praecessoribus sibi relictis, testimonio se abstinere poterant, ve indiciis dubiis quae in perscriptionibus inerant id praeferre po terant quod ipsi melius scire sibi videbantur. Privatis vero qu eos adirent, aurem praebere eosque de omnibus quae scire eo rum intererat certiores facere debebant; quo fiebat ut eam sum mam utilitatem, quam Theophrastus his verbis describit: ἔστι μαθεῖν εἰ ἐλεύθερα καὶ ἀνέπαφα, καὶ τὰ ἑαυτοῦ, πωλεῖ (τις) δικαίως, iam eo tempore quantum satis esset praestare possent.

Addendum. De mnemonibus in inscriptione Iasensi commemoratis. — Inscriptio Iasensis, quae exhibetur apud Dittenberger in Sylloge n° 96, est decretum publicum civitatis Iasensis sub regno Mausoli satrapae factum. Inscriptio tripartita est; prima pars continet venditiones bonorum quae privata fuerunt, primo die factas; secunda pars continet venditiones decem portionum agri (κλήρων) alio mense factas, tertia vero itidem decem portionum, tertio aliquo mense factas. In prima parte decreti, cuius nunc unius rationem habeo, civitas Iasensis iubet bona quaedam publicari quae fuerunt civium in seditione pulsorum aut necatorum (inter quos polemarchi Iasenses fuisse videntur), et statuit cives noxios cum posteris eorum in perpetuo exsilio esse, et declarat fundos publicatos emptos esse ab his quorum nomina exhibentur. Adscribuntur autem primum nomina omnium magistratuum ordinariorum qui tunc Iasi erant (exceptis ut videtur polemarchis) et nomina τῶν ἀπὸ φυλῆς et nomina sacerdotum unius collegii; dicuntur ei magistratus et cives et sacerdotes omnes simul: τὰ κτήματα πωλῆσαι. Sequuntur (lin. 30) ipsae venditiones; adscribuntur ad singulas vend

ıomina emptorum, et designationes fundorum cum no-
civium illorum quorum ante publicationem fuerunt, et
leinde ad singulas semper venditiones (novissima excepta)
r vocabula haec: μνήμονες συνεπώλησαν (vocabulum συνε-
omissum esse videtur lin. 47 in quinta venditione), et
ıes illi nominatim afferuntur. Enumerantur sex venditio-
ima et secunda habent singulos emptores, binos mne-
tertia habet tres emptores, quinque mnemones; quarta
ınum emptorem, duos mnemones; quinta habet unum
m, et ut videtur quattuor mnemones; sexta habet quat-
ıptores, mnemones non habet, sed pro eis habet γνώμο-
ttuor, qui παρέστησαν. Inter mnemones qui nominantur,
ı sunt qui bis funguntur, et hi quidem: Thoas Iatroclis,
itur in prima venditione et in tertia (lin. 33 et 41);
us Samii, is fungitur in secunda et in quarta (lin. 35
Histiaeus Antidoti, is fungitur in secunda et in quarta
et 46). Mnemones igitur fuerunt quindecim, sed no-
ıversa mnemonum sunt numero duodecim tantum.

rentibus autem nobis de illis mnemonibus Iasensibus et
ım officio, facile apparet eos non solum non fuisse ma-
s ordinarios et annuos, sed omnino ne magistratus qui-
ȝ fuisse. Id inprimis his rebus clarum est:

magistratus fuissent, ratio non fuisset cur non enume-
ent cum ceteris magistratibus qui ἐπώλησαν.

Ínus ex mnemonibus, et unus quidem eorum quos bis
nodo dixi, Thoas Iatroclis, eo tempore fuit idem ma-
ıs ordinarius; nominatur enim (lin. 8) inter quaestores
ni.

ım ipse magnus numerus mnemonum, qui manifesto ad
m et gravitatem venditionum accommodatus est, osten-
ȝ non fuisse unius collegii quod eo anno fungeretur, sed
sse administros venditionum publicos, ad id ipsum de-
ȝ.

Maxime vero ipsum officium quo in illis venditionibus
ȝ funguntur, declarat cuiusnam generis fuerint. Nempe
ır una cum civitate vendente singulos fundos vendidisse,
ıῆσαι. Fuerunt igitur συμπρατῆρες sive βεβαιωτῆρες, fideius-
n re vendenda a venditore constituti. Res ceteris Graecis

(sed non item Atheniensibus, cf. Lipsius Bedeutung d. G. Recht pag. 28 adn. 22) valde usitata, qualis fuerit testantur grammatici: Becker Anekd. I pag. 193. 16: *συμπρατήρ· ὁ τὰ πωλούμενα ὑφ' ἑτέρου βεβαιῶν*; Pollux 7. 12 (e Lysia): *τοὺς δὲ σὺν ἄλλοις πιπράσκοντας συμπράτας*. — Συμπρατῆρες et *βεβαιωτῆρες* (*οἱ τὴν ὠνὴν βέβαιον παρέχοντες τῷ ἐωνημένῳ* Dittenb. Syll n° 857—860 et alibi) erant homines qui una cum venditore è se emptori venditione èt emptorem sibi emptione obligari pass erant; specie et nomine magis quam re diversi ab illis qui dicebantur *προπωληταὶ* vel *προπωλοῦντες*, *προπρᾶται* Pollux 7. 11 sq. qui „pro alio" vel „alieno iussu" vendebant, quos etiam *ὑπὲρ δίκους* fuisse *καθάπερ τοὺς ἀποδομένους* testatur Plato legg. 12 pag. 954*a*; cfr. Dittenb. n° 845, ubi *προαποδότης*, deo ementi constitutus a venditore, eundem locum occupat quem alibi (n° 844, 846 et sqq.) *ὁ βεβαιωτὴρ* tenet. Mnemones autem qui in inscr. Iasensi memorantur, fuerunt fideiussores publice constituti. Nulla re nisi nomine videntur differre ab illis fideiussoribus privatis; neque aliam ob causam videntur eo speciosо mnemonum nomine insigniti fuisse, quam quod publicos et publice constitutos eos esse id nomen declarare deberet, et a privatorum fideiussorum munere eorum officium aliqua dignitate distinguere videretur. Utilitas quam in venditionibus publicis praebebant, eadem erat quam in venditionibus privatis *οἱ βεβαιωτῆρες* praestabant; futurum erat ab altera parte, ut emptores cum eis iure agere possent si res empta sibi non traderetur, ab altera parte vero ut ipsi pro civitate si opus esset ab emptoribus pretium rerum emptarum exigere possent nisi tempore solveretur; sed praecipua utilitas quam praestarent haec fuisse videtur, quod quamdiu vivi in civitate adessent quovis tempore, tamquam *μνήμονες διὰ βίου* ut ita dicam, ab emptoribus excitari possent ut in iudiciis si opus esset testarentur, illos a se emisse et illorum possessionem iustam esse; notum est apud Graecos in vindicationibus hoc officium impositum fuisse possessoribus unde petebatur, ut causas possessionis suae aperirent, aut longum tempus possessionis suae demonstrarent aut auctorem possessionis suae indicarent, cfr. Isaeus 10. 24; *συμπράτορες* autem non minus quam ipsi *πρατῆρες* emptoribus praestare esse debebant, cum emptores eo pervenissent ut debere

τὸν πρατῆρα παρέχεσθαι, auctorem possessionis suae indicare.

Officium illorum memonum igitur non longius pertinebat quam ad venditiones illas quarum mandato civitatis participes facti erant tamquam mnemones sive fideiussores publici; ad id ipsum designati erant; eorum officium tempore certe non finiebatur, sed perpetuum erat. Quinam homines fuerint ad quos illa mnemonia extraordinaria deferri soleret, facile suspicari licet; unus ex eis tum ipsum cum mnemon fieret, erat ταμίας publicus; reliquos aut privatos fuisse aut scriptu vel alio aliquo ministerio publico fungentes tum fuisse verisimile est. In sexta venditione cur γνώμονες, arbitri sive testes, adhibiti sint neque mnemones, obscurum est.

Nihil obstat quin suspicemur, etiam Halicarnassi id ius fuisse ut civitas, cum fundos venderet, mnemones extraordinarios constitueret illis Iasensibus similes. — Halicarnassi etiam in venditionibus fundorum quae fierent a privatis vel a deis συμπρατῆρας constitutos esse, sed ad eos non pertinuisse nomen μνημόνων, ostendit alia inscriptio Halicarnassensis Dittenb. n° 11. In ea perscriptae sunt venditiones quae Halicarnassi factae sunt sub finem saeculi quinti; emptores emisse dicuntur παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Ἀθηναίης καὶ Παρθένου; fideiussores deorum fuerunt ipsi sacerdotes, οἱ νεωποῖαι τῶν θεῶν, quod in inscr. his verbis declaratur: βεβαιοῦν τοὺς θεούς ..., συμβεβαιοῦν δὲ τοὺς νεωποίας τῶν θεῶν ... καὶ ἐξορκίζεσθαι κατὰ ταῦτα. Quod νεωποῖαι ibi non dicuntur μνήμονες, probat id nomen reservatum fuisse ab altera parte magistratibus annuis, ab altera fideiussoribus publicis; quod omnino mnemones in ea inscr. non commemorantur, ostendit eos falli qui perhibeant, Halicarnassi in omnibus fundorum venditionibus operam mnemonum (annuorum) fuisse necessariam. Satis apparet, mnemones ordinarios annuos Halicarnassenses qui in nostra lege nominentur, prorsus diversos esse ab illis mnemonibus extraordinariis inscriptionis Iasensi. Itaque non video, quomodo recte se habere possit quod scripsit Swoboda (pag. 119): „in der Inschrift von Iasos heiszt es bei Verkauf von Gütern: μνήμονες συνεπώλησαν, was nicht anders gedeutet werden kann als Dittenberger es thut: legibus Iasensium emtiones venditiones tum demum ratae fuisse videntur, cum a mnemonibus in tabulas relatae erant; oder, wenn wir

die Sache allgemeiner fassen: dass die Mnemonen l
Kauf und Verkauf assistierten und ihm damit rechtl
tigkeit verliehen". Ne prorsus quidem me assequi
velint ea verba, invitus confiteor; *συμπωλεῖν* et *συμ*
quid sit, satis clarum esse mihi videri ostendunt ea q
scripsi; sed quomodo fieri possit ut ea verba signifi
quid in tabulas publicas referre", vel „venditioni ades
sit venditio", non video.

IX. De supplendis et legendis lineis oc
nona. — Lacuna qua incipit linea octava, quin recte
Reinach ita sit suppleta, ut exsisteret vocabulum *ν*
prorsus dubitari non posse censeo. Quae sequuntur: .
μονας μὴ παρ . διδο . . μη . . κ.τ.λ., antea ita suppleri
ut legeretur: *τοὺς μνήμονας μὴ παραδιδόναι μήτε γῆν μ*
τοῖς μνήμοσιν ἐπὶ Ἀπολωνίδεω — μνημονεύοντος κ.τ.λ.
primus graviter interpunxit post *μνήμονας*, et pro *πα*
dedit *παραδίδοσθαι*. Dittenberger deinde *τοὺς* in *πρὸς*
et ante eas voces comma, post eas pro puncto semicolo
iungebat autem eas voces cum vocabulo antecedente
σατο, „ut conexus enuntiati restitueretur". Eam l
recentiorem quam dedit Dittenberger, supra (pag. 290)

Lectio antiquior: *τοὺς μνήμονας μὴ παραδιδόναι κ*
ferri non posset, Rühl conatus est demonstrare. Scilice
(de rebus Halicarnassensium pag. 24, quem librum
eam ita fere verterat: „ut fundi et domus ... iam a
tibus mnemonibus ne tradantur insequentibus Apolloni
damis filio et collegis eius". Ad ea Rühl adnotavit:
wird den verlangten sinn: „die gegenwärtigen mnemon
ihren nachfolgern Apollonides und genossen [etwas] ni
geben" [so] ausdrücken". Dittenberger ei assensus „ac
τοὺς μνήμονας — παραδιδόναι, ut priores legerunt, sa
tentiam non habet". Neuter eorum addit, quid pro
existiment quod ferri non possit. Itaque incertus haereo
quid tantopere eis displicuisse credam; sed id tollere
quod mihi videtur inprimis offensioni eis fuisse. Vi
plerosque viros doctos vocabula *ἐπ' Ἀπολωνίδεω κ.τ.λ*
cum verbo *παραδιδο ...*, quod sine dubio falsum es
iungenda sunt cum vocabulis proxime antecedentibus

μοσιν. Sic sexcenties in inscriptionibus Atticis annus quo homines quidam funguntur aliquo magistratu vel cura, indicatur additis ad nomen illius magistratus vel curationis vocabulis ἐπὶ τοῦ δεῖνα ἄρχοντος, articulo non repetito. Vocabula ἐπ' Ἀπολ. h. l. ad τοῖς μνήμοσιν addita sunt, ad definiendum annum illorum mnemonum quibus illud tradi non debeat. Non quod credam, mnemones Halicarnassi fuisse annorum eponymos; sed id ita hoc loco factum esse et fieri potuisse facile intellegitur, si huius rei ratio habetur, quod annus qui definiendus erat erat etiam futurus, necdum fortasse habebat iustum suum magistratum eponymum. At, inquit, quidni simplicius ea res enuntiatur? Exspectaveris: τοῖς μνήμοσιν Ἀπολλωνίδῃ καὶ τοῖς συνάρχουσι, non: τοῖς μνήμοσιν ἐπ' Ἀπολλωνίδεω. Sed si in ea re offensus est Rühl, res eum fefellit; non deest quo defendi possit locutio. Lex non personas spectat, sed munus; ob eam causam lex segungit munus a personis. Neque inepta est ea diligentia. Si lex nominatim aliquid tradi vetaret Apollonidae et collegis eius, fieri posset ut dubitatio postea oreretur, ex. gr. si forte accidisset ut aliquis eorum ante magistratum initum aut in magistratu mortem obiret, utrum ad eum cum collegis solum an ad successorem suffectum quoque ea res pertineret. Conferri velim quae adnotavit Boekh (Seeurkunden pag. 49 sq.) ad explicandam locutionem quandam a nostra absimilem quidem sed etiam multo magis miram, qua aliquando usi sunt curatores navalium Athenienses ad distinguendas personas a munere, cum scriberent: ἡμεῖς (οἱ νεωρίων ἐπιμεληταὶ ἐπ' Ἀντικλέους ἄρχοντος) παρελάβομεν ὑποζώματα παρὰ ... νεωρίων ἐπιμελητῶν ἐπ' Ἀντικλέους ἄρχοντος, neque dicerent παρ' ἡμῶν αὐτῶν. Ab ea parte prorsus recte se habet illa lectio antiquior. Ea omnia autem quae modo dixi, aeque valent in lectione recentiore.

Praeterea vero illam lectionem antiquiorem difficultatem non praebere, et eum qui dicere velit: „mnemones qui nunc sint non debere aliquid tradere mnemonibus qui futuri sint anno Apollonidis", id aptissime ita dicere posse: τοὺς μνήμονας μὴ παραδιδόναι ... τοῖς μνήμοσιν ἐπ' Ἀπολλ., per se satis clarum est. Inprimis verbum παραδιδόναι proprie usurpatur ubi agitur de magistratibus qui res quas publice custodiendas vel usurandas habuerunt tradunt successoribus suis; de sollemni et

legitima illa rerum παραδόσει (cf. ex. gr. Dittenb. n° 652 *lin.* 11), quae facienda est eis qui aliquo magistratu vel cura publica functi sunt postquam eo magistratu iam abierunt et ὑπεύθυνοι facti sunt, quae eadem est rerum παράληψις (cfr. ex. gr. Dittenb. n° 932 lin· 70—74) quatenus eas res accipiunt novi magistratus, optime egit Boekh (Seeurk. pag. 3) his verbis: „die Rechnung legende Behörde sagt von demjenigen was ihr die Vorgänger überliefert haben παρελάβομεν, von dem was sie übergeben hat, παρέδομεν; welche beide Ausdrücke sich genau entsprechen, so dass, was die vorhergehende Behörde παρέδωκε, die folgende παρέλαβεν. Hat die Behörde während des Amts und Rechnungjares etwas empfangen, was sie also nicht von den Vorgängern empfangen hat, so sagt sie davon ἀπελάβομεν, welchem Wort das ἀποδοῦναι als Handlung des Abliefernden entspricht: letzteres kommt seltner vor ... man findet dafür auch παραδοῦναι". Illud παραλαμβάνειν autem cum inprimis hac re contineatur, ut novi magistratus statuant, res tradendas omnes ita adesse et ita a se accipi quemadmodum in tabulis publicis scriptum est, ipsa παράδοσις etiam ad scriptum (ἐγγράφως vel πρὸς τὸ διάγραμμα) fieri nonnumquam dicitur (cfr. Dittenb. n° 932 lin. 67 sqq.: παραδιδόντας τοῖς μεθ' ἑαυτοὺς ἐγγράφως ὥσπερ παραλαμβάνουσι).

Lectionem antiquiorem Swoboda quoque reiecit. Is autem contendit, eam prorsus profligatam esse ex observatione spatiorum quam in lapide nuper fecerat Hirschfeld, secundum quam lacuna quae in fine verbi παραδιδο... exstat, dicebatur non posse tribus litteris expleri, sed quattuor exigere litteras, neque posse per (παραδιδό)ναι, sed debere per (παραδίδο)σθαι expleri. Sed nimis confidenter de ea re locutus esse mihi videtur Swoboda. Lacunam quidem, quae tribus non amplius litteris spatium offerat, per quattuor litteras expleri non posse, pro certo affirmari potest; lacunam vero quae quattuor litteris spatium praebeat non posse per tres litteras expleri, nequaquam tam certe constat, si agitur de inscriptione in qua spatia inter litteras relicta sunt inaequalia. Scriptura autem lapidis nostri universa, in ea parte parum aequalis est. Adsunt lineae octo 23 litterarum, decem 24 litterarum; octo 25 litterarum; novem 26 litterarum; duo 27 litterarum; una linea habet 28, una 29, una

2 litteras. Lineae septima et tertia decima et quarta decima abent 22 litteras; linea octava habet 23, linea nona (si decedis b ea lacuna de qua agimus) habet 19; linea decima habet 21 tteras. Itaque si lacunae nostrae dantur quattuor litterae, linea na habebit 23 litteras; si tres ei dederis, habebit 22, et nuerus litterarum eius idem erit atque in lineis 7 et 13 et 14, per unam litteram etiam superabit lineam proximam, decim. Spatio lacunae autem respondent in linea proxima non attuor litterae, sed tres. Apparet, spatiis litterarum rem nfici non posse.

Mihi autem lectio recentior hanc ob causam reicienda esse letur, quod ea lectio a priore parte sanam sententiam non aebeat. Quid sit „τοὺς μνήμονας" in medio tenore inscriptionis solute positum, nemo facile dixerit. Sed id quoque quod pro posuit Dittenberger, πρὸς μνήμονας, quod refertur ad antedens ἐβουλεύσατο, quantumvis licet movear auctoritate viri , quidquam esse negare non dubito. Sanam sententiam quam aebere possint vocabula: τάδε ὁ σύλλογος ἐβουλεύσατο πρὸς νήμονας, frustra dispicere conor. Quae etiamsi possent signifire (quod significare nullo modo possunt): concilium hanc gem fecit adversus mnemones, vel: ut ei obsequerentur mneones, ea ipsa significatione repugnatura essent ceteris verbis gis, quae pro maxima parte pertinent non ad officium mneonum, sed ad iura privatorum et officium iudicum. Itaque ofectus ab hoc principio, lectionem recentiorem ferri non sse quod a sana mente et a sermone graeco abhorreat, iam hil nobis superesse statuo quam hoc, ut redeamus ad antiiorem lectionem, utque conemur eam interpretari.

Hoc quoque accedit, quod recentior lectio: „μὴ παραδίδοσθαι ίτε γῆν μήτε οἰκία τοῖς μνήμοσιν ἐπ' Ἀπ. μν." aliquo formae tio videtur laborare. Ea sententia fuisset exprimenda aut ita: ὺς μνήμονας ἐπ' Ἀπ. μν. μὴ παραλαμβάνειν μήτε γῆν μήτε ία, aut ita: τοὺς Ἀλικαρνασσεῖς μὴ παραδιδόναι μήτε γῆν ίτε οἰκία τοῖς μν. ἐπ' Ἀπ. μν.; lex potest vetare mnemones, ndos et domos accipere, vel cives tradere; sed vix recte fun- s et domos mnemonibus tradi vetat. Eo vitio autem altera ctio antiquior libera est, et eatenus quoque recte se habet.

Conabor igitur, primum refutare interpretationem lectionis

recentioris quam temptaverunt viri d. Rühl et Swoboda; deinde, interdictum legis secundum lectionem antiquiorem coniciendo interpretari. Sed moneo, non a probabilitate interpretationis pendere optionem quae inter duas lectiones facienda sit; ea optio iam nulla esse videtur, quia ut modo dixi recentior lectio omnino ferri non potest.

X De interpretatione lectionis recentioris. — Audiamus v. cl. Rühl. Is pag. 62: „Wenn, ait, die Amtszeit des Apollonides wirklich als normaljahr für die zukunft gelten sollte, so muszte in der that dafür gesorgt werden, dass während derselben möglichst wenige oder besser gar keine besitzwechsel stattfanden ... et pag. 63: man könnte παραδιδόναι γῆν ἢ οἰκία (τοῖς μνήμοσι) dahin verstehen, dass es nicht heisze grundstücke oder häuser zur verwahrung, sondern zur aufzeichnung in den büchern der mnemonen übergeben. Man hätte dann, um ein wirkliches normaljahr zu finden, die übertragung von grundeigenthum rechtlich für eine gewisse zeit ausgeschlossen". Ea dubitanter protulit Rühl. Apparet, secundum eam opinionem, παραδιδόναι γῆν ἢ οἰκία τοῖς μνήμοσιν fere id esse quod ab Aristotele et Theophrasto (supr. pag. 316) dicatur: ἀναγράφεσθαι τὰ ἴδια συμβόλαια παρὰ τοῖς μνήμοσι; et illud: παραλαμβάνεσθαι γῆν ἢ οἰκία ὑπὸ τῶν μνημόνων id ipsum esse quod a Theophrasto dicatur: μετεγγράφεσθαι τὸν ἐωνημένον ὑπὸ τῆς ἀρχῆς.

Sed Swoboda pro illa ἀναγραφῇ quae quarto saeculo in nonnullis civitatibus graecis fieret, medio saeculo quinto et Halicarnasso in urbe hoc substituendum esse arbitratus ut venditiones fierent coram mnemonibus et ita ratae fierent, verba παραδιδόναι γῆν τοῖς μνήμοσιν ita interpretatur ut fere idem valeant quod: „adhibere mnemones ad venditionem vel alienationem agri". Praeterea vero fere consentit cum viro cl. Rühl. Sic pag. 119: „dass die Mnemonen, ait, bei jedem Kauf und Verkauf assistierten, und ihm damit rechtliche Gültigkeit verliehen; die Sprache des Gesetzes (quo verbo nostram legem respicit) drückt dies dadurch aus, dass Grundstücke und Häuser ihnen, natürlich zur Perfection des Besitzwechsels, „übergeben" wurden. Die Bestimmung Z. 18 sqq. kann daher keinen anderen Zweck gehabt haben, als dass, wie Rühl (S. 63) meint, für eine ge-

Zeit, diejenige da Apollonides und die zugleich mit ihm führten Mnemonen waren, die Übertragung von Grundthum rechtlich ausgeschlossen blieb, oder wie Hirschfeld ient Greek Inscriptions in the British Museum part IV n 1 n° 886, mit beigegebenem Commentar) S. 51 über-: Neither land nor houses shall be surrendered (for sale) to nnemones of the time when Apollonides .... held office". hi eae opiniones reiciendae esse videntur, non hanc ob m quidem quod novae sint, nam ratio inscriptionis nostrae t, ut utique ad eam interpretandam aliquid comminiscamur se sit, quod novum et ceteroquin incognitum et inauditum ed propter haec argumenta quae nunc ordine proferam.

Opinio qua nititur Swoboda, venditiones fundorum Halissi ita solum ratas fuisse, si coram mnemonibus factae t, est mera coniectura. Quod ipsum non impediret quidem, inus eam admitteremus, si necessaria et probabilis esset. amen, obliviscendum non est, fundamentum quod ei subre conatus sit Swoboda, esse fallax. Id fundamentum ab etitum est ex inscriptione Iasensi de qua supra (Add. ad VIII, pag. 318—322) egimus. „In der Inschrift von Iassos ag. 119, heisst es bei dem Verkauf von Gütern, welche allerdings vom Staate eingezogen wurden: μνήμονες συνεταν, was nicht anders gedeutet werden kann als ...: dass Mnemonen bei jedem Kauf und Verkauf assistierten und damit rechtliche Giltigkeit verliehen". Id prorsus falsum supra ostendi; mnemones saeculi quarti in inscriptione si commemoratos nihil commune habuisse praeter nomen mnemonibus annuis Halicarnassensibus saeculi quinti, eos fideiussores a civitate ad eam ipsam rem constitutos, nstravimus; itaque quod ad nostram legem transiliens inde it v. cl.: „die Sprache des Gesetzes (scil. nostrae legis arnassensis) drückt dies (scil. quod ex decreto Iasensi effesibi visus est) dadurch aus, dass Grundstücke und Häuser , natürlich zur Perfection des Besitzwechsels, „übergeben" en", iam propterea omni probabilitate caret, quod res us dissimiles in ea sententia inter se permiscentur.

Praecise nego, fieri posse ut „παραδιδόναι γῆν τοῖς μνή-" fuerit formula Halicarnassensibus usitata pro eo quod

est „ἀναγράΦεσθαι χωρίον πεπραμένον (vel ἐωνημένον) παρὰ τοῖ μνήμοσιν", „ἀναγράΦεσθαι πρᾶσιν (vel ὠνὴν) παρὰ τοῖς μνήμοσιν" neque minus nego, fieri posse ut ea fuerit apud Halicarnassen ses formula qua significaretur, „mnemones adhibere ad vendi tionem fundi", „fundum coram mnemonibus vendere"; formula autem, quibus eam rem tum germanice tum anglice claran reddere conati sunt viri docti: „Grundstücke und Häuser de Mnemonen zur Perfection des Besitzwechsels übergeben", „t surrender land or houses for sale to the mnemones", vocabuli inanibus contineri iudico, neque cum ipsae sensu careant, quid quam valere ad rem probabilem reddendam.

3. Sed fac, illa omnia ita se habuisse ut volunt illi, παρὰ διδόναι γῆν τοῖς μνήμοσιν revera nihil aliud esse quam „fundun alienare"; fac etiam, nostram legem ita esse interpretandan ut „annum normalem" per eam constituere voluerint Halicar nassenses (sive, ut placuit viro d. Swoboda, annos unum e dimidium normales); verum sit quod supra refutavi, voluiss Halicarnassenses ea lege hoc solum assequi, ut intra duodevi ginti · menses proximos absolverentur omnes controversiae qua de iure fundorum eo tempore essent; ita semper tamen hae quaestio manet: cur tandem in illo temporis spatio norma fundos alienare prohiberi debuerunt cives? Quid proderat, e id prohiberi? Quid suadebat, ut id prohiberentur? Ad ea quaestionem nullum datur responsum, neque dari potest ullur „Es muszte dafür gesorgt werden" ait Rühl; quem etsi miru fortasse non est, cum ipse fuerit anni normalis illius inventc melius quam me novisse quae sint in genere „temporum nc malium" condiciones, eas condiciones tam prorsus obscuras r liquisse vehementer me piget. Sed ego, de utilitate rei ia non amplius quaerens, nego factum; nego lege nostra mnem nes pro tempore prohibitos esse aut alienationes fundorum scriptis suis adnotare aut praesentes eis interesse, quo fieret eo tempore alienationes fundorum iam a privatis perfici n possent; et id quidem has ob causas:

4. Qui statuunt, mnemones illis verbis legis prohiberi al nationes fundorum ratas facere, ei me iudice negare non poteru illa verba etiam referenda esse ad iudicia de iure fundorur τὰς κρίσεις ἐκ τῶν δικαστηρίων, quae etiam ad mnemones defe

debuisse Aristoteles (supr. pag. 316) indicat, ad testamenta — quae apud Graecos inter τὰ ἴδια συμβόλαια numerata esse notum est —, ad hypothecas, ad donationes agrorum, et alia eiusmodi. Sed tamen iudicia de iure fundorum eo tempore haberi non licuisse, nemo salva lege nostra contendere potest; et fuit illud tempus, secundum illos, quam maxime iudiciis habendis et controversiis ad finem perducendis destinatum. Quis autem credat, cetera negotia quae dixi illo tempore praeclusa fuisse civibus; non solum quod sine ulla causa vehementer ita se ipsi vexaturi fuissent Halicarnassenses, sed etiam de iure civium graviter fuissent deminuturi, et acerbum damnum multis fuissent illaturi. Verum quod ad ipsas venditiones emptionesque fundorum pertinet, quomodo fieri potest ut eae fieri lege prohibitae sint, cum ipsa lex tum solum nihil valere voluit iusiurandum eorum qui anno Apollonidis possedissent cum post duodeviginti menses quam lex lata est in ius vocati essent, si apparuisset eos eo tempore quo Apollonides mnemon fuerat (quod ipsum duodeviginti mensium fuisse statuit Swoboda) vel postea eum fundum de quo ageretur alienasse: εἰ ὕστερον ἀπεπίρασαν? Id sane satis probare mihi videtur licuisse eo tempore fundos ἀποπεράσαι (cf. supr. pag. 299 sub *b*).

Itaque iam constare videtur, 1° lectionem illam de qua ago talem esse ut per se ferri non possit; 2° eam id significare nullo modo posse quod eius fautores eam significare volunt; 3° id quod ea significari contendant illi, carere omni utilitate, necessitate, probabilitate; 4° denique id repugnare ipsius legis verbis.

XI. De fundis privatis in custodiam mnemonum traditis. — Iam mihi superest ut quaeram, possitne altera lectio, τοὺς μνήμονας μὴ παραδιδόναι μήτε γῆν μήτε οἰκία τοῖς μνήμοσιν ἐπὶ Ἀπολλωνίδεω τοῦ Λυγδάμιος μνημονεύοντος ex coniectura ita explicari, ut in ea possit acquiesci. Quod ut fiat, nova coniectura opus esse arbitror. Varias enim eius lectionis interpretationes quas a quibusdam viris doctis temptatas esse video, parum mihi placere confiteor, et tam parum quidem, ut vix mirum videatur eas a plerisque reiectas esse. Sic fuerunt qui conicerent, hoc ius fuisse Halicarnassensibus, ut fundi, quorum ius esset controversum, a civitate sequestrarentur et

mnemonibus administrandi committerentur, ut in eorum administratione manerent dum de lite disceptarent iudices. Verum est quod obiecit Rühl, iniquius ita cum possessoribus fundorum controversorum acturam fuisse legem, quam ut id ita se habuisse credere possemus. Alii coniecerunt, aliquo tempore ante legem nostram rogatam accidisse Halicarnassi, ut civitas occupasset et in publicam mnemonum tuitionem dedisset fundos quosdam privatos, qui relicti essent a dominis, adversariis tiranni, in motu civili victis et in exsilium actis; eos fundos autem, cum exsules paullo postea revocati essent, lege nostra dominis reddi. Ei coniecturae inprimis obstat, ut recte animadvertit Rühl, quod nostra lege non agitur de certis quibusdam fundis; id si voluisset lex, ampliore definitione eorum fundorum opus fuisset, neque certe careri potuisset articulo; immo agitur de condicione quadam fundorum, quae eiusmodi est, ut omnes fundi privati possint pro re nata in eam pervenire. Accedit autem, quod de reditu exsulum, et de fundis redditis vel reddendis nihil in inscriptione legitur; ea coniectura in ea parte refutatur omnibus illis quae supra scripsi. — Sed ego habere mihi videor principium certissimum unde proficisci possim, quo caruerint viri docti antiquiores. Iam enim constat, legem hoc consilio factum esse, ut bonis suis in perpetuum exuerentur cives quidam, vel civium quorundam heredes, qui tum cum lex rogaretur peregre abessent. Constat civitatem, cum lex nostra ferretur, in eo fuisse ut venderet bona eorum civium, quamvis essent bona aliena, quasi essent res nullius; constat eo praesertim spectare legem, ut efficiat, eae venditiones instantes ut bene procedant, ut tute licitari possint emptores, omni sublato periculo et metu ne postea fundi cum ulla bona spe obtinendi repetantur a dominis. Necessarium igitur mihi videtur, etiam hunc legis articulum de quo nunc ago, ad idem illud consilium pertinere; eum quoque factum esse ad praeparandas venditiones, id iam ab initio sine ulla dubitatione affirmare possumus. Atqui fuitne Halicarnassi aliqua cura vel custodia publica, a mnemonibus exercenda, in quam recipi possent fundi qui essent aut pupillorum aut civium peregre profectorum? Si qua fuit, ea custodia lege nostra removeatur necesse est ab illis fundis, qui anno Apollonidis ut a civitate veneant et a

ıptoribus possideantur futurum est. Itaque quod conicio huius-
odi est: ius legitimum hoc fuisse Halicarnassensibus, ut fundi
ivati possent partim a dominis ipsis in fidem publicam com-
endari (*ἐν παρακαταθήκῃ δίδοσθαι* vel *παρακατατίθεσθαι τῇ πό-
ι*), si eos aliqua de causa ipsi tueri nequirent illi, quod in-
imis tum factum esse credo cum quis peregre profecturus
set, si absentiam suam diuturniorem fore praevideret; partim
ro ut fundi privati in fide publica esse (*ἐν παρακαταθήκῃ εἶναι
ρὰ τῇ πόλει*) tum ultro inciperent, cum domini eorum mortui
s reliquissent heredibus nondum adultis et tutelae etiam ob-
xiis; fundos autem propter eas causas semel a mnemonibus
fidem receptos, eorum curae et tuitioni subiectas mansisse,
ab uno collegio debuisse *παραδίδοσθαι* proximo et ab eo
ρκλαμβάνεσθαι, ab illo deinde tertio, et ita deinceps, tamdiu,
m eos repeterent domini et redderent (*ἀποδιδοῖεν*) mnemones,
ve quod ab itinere domum rediissent, sive quod a tutela li-
rati administrationem rerum suarum susciperent. Nomen autem
ıs fundorum traditionis quae a privatis fieri posset, non
ράδοσιν sed *παρακαταθήκην* fuisse censeo, quod vocabulum
re convenit ad id quod latine „depositum" dicitur; sed cum
re Romano depositum ad res mobiles solum pertineat, apud
raecos vero *παρακαταθέσθαι τινά τινι* potuisse etiam fundos et
a ex multis mentionibus et exemplis constet (cfr. Herod. 3. 59;
ıuc. 2. 72. 3; Xen. Hell. 6. 1. 2; Isocr. Archid. 19; Paus. 2.
).7; Dittenb. Syll. n° 53 lin. 15 sq.), illud reddere praestat
ocabulo q. e. custodia ubi de rebus immobilibus sermo est.
ıstodia mnemonum autem quam longe pertinuerit, vix conicere
ısim; licet fortasse hoc loco citare verba, quibus in inscr.
ıadam Attica describitur officium ad curatores annuos, *ἐπιμε-
ητάς*, aliquando delatum in tribu Erechtheide ex decreto tri-
ılium (Dittenberger Syll. n° 429 lin. 8—10): *βαδίζειν ἐπὶ τὰ
ήματα δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐπισκοπεῖσθαι τά τε χωρία εἰ γεωργεῖται
τὰ τὰς συνθήκας, καὶ τοὺς ὅρους εἰ ἐφεστήκασι κατὰ τὰ αὐτά.*
iligentius rem persequi non conabor. Sed hoc tenendum esse
detur, tuitionem illam mnemonicam si omnino fuerit, inpri-
ıis pertinuisse ad vindicanda et protegenda iura quae in fundis
ıis haberent cives illi absentes et pupilli, veluti dominium et
ypothecam, ad ipsos defendendos ab omni damno quod fraude

et iniuria eis afferri posset, ex. gr. si quis eorum absentia vel imbecillitate abusus clam in possessionem irreperet, lapides terminales si loco moverentur aut hypothecarii si attrectarentur, cultura agri si neglegeretur ab eis ad quos pertinebat, colonis vel conductoribus vel ipsis tutoribus. Custodia mnemonum hoc valuisse debet, ut possent castigare, in ius vocare, poena ulcisci eos qui eiusmodi aliquid perpetrassent; itaque necessarium videtur id ius eis fuisse, ut agere possent tamquam procuratores quidam publici dominorum, tamquam possessores temporarii fundorum sibi commissorum. Ac ne quis obiecerit, eiusmodi operam, a magistratibus graecis in bona privata impensam, esse rem prorsus inauditam: primum, vocabula legis ita se habent, ut utique aliquid sub eis lateat necesse sit quod nobis novum sit; deinde non desunt res absimiles quidem, sed tamen quae conferri possint. Reputemus curam quam Athenis archontem habuisse novimus pupillorum et orbarum eorumque possessionum, ᾧ ἐπικλήρων καὶ ὀρφανῶν καὶ τῶν τοκέων προστέτακται ἐπιμελεῖσθαι, Demosth. 35. 48 cfr. 43. 75. Quin etiam opera, quam in perscribendis nominibus eorum qui ex negotio privato ius in fundo acquisivissent, mnemonibus Halicarnassensibus ponendam fuisse novimus, nonne ipsa iam tota pertinet ad iura privatorum publice tuenda? Quid autem illi magis consentaneum esse potest quam ut credamus, ius publicum, cum ab altera parte pro eis fundorum dominis qui ipsi satis valerent ad iniuriam a se arcendam, satis se fecisse crederet cum per illas perscriptiones et illa testimonia mnemonum eis opem tulisset et ut ita dicam arma paravisset quibus ipsi ius suum vindicare possent si opus esset, ab altera parte pro his qui se ipsi defendere non possent iam ipsum voluisse pugnare, et instituisse magistratus qui ipsi illis armis uti possent et deberent ad eorum ius defendendum. Iamvero si credimus, talem curam fuisse mnemonibus Halicarnassensibus publice mandatam, iam sequitur ut statuamus, Halicarnassi revera id fieri non potuisse quod supra (pag. 309) tetigi, ut bona aliena venirent. Si statuimus, cives, qui nuper cum Lygdami eiusque factione conflixissent, antequam in exsilium abirent, fundos suos tradidisse in publicam mnemonum custodiam, et bona civium qui necati essent ultro tamquam pupillaria pervenisse in eorum custodiam, iam

ım est id fieri non potuisse, ut ea bona occuparentur
berentur ab adversariis qui victores discesserant; mne-
i iniuriae non obsistere non poterant. Id obstaculum
removeatur, lex nostra providet. Sed ipsam custodiam
in quam tradi possint fundi privati, lex nequaquam
nnes cives in posterum etiam eo instituto frui patitur.
nnemonum, opera quam praestant, ut in ceteris rebus,
c fundorum custodiendi genere, intacta manent. Hoc
vatur: mnemones soli qui nunc sunt, non debent post-
gistratu abierunt et ὑπεύθυνοι facti sunt, successoribus
ere fundos privatos, si quos forte eo anno in custodia
. Lex se continet in uno anno, in uno mnemonum
ex παραδόσει et παραλήψει illa solemni et annua, hoc
m excipiuntur fundi si qui ante legem nostram rogatam
ones custodiendi pervenerunt. Quid ut de eis fiat? Hoc
t custodiae publicae subtracta sint. Ad mnemones qui
t, ei fundi iam nihil pertinebunt ut primum illi ma-
abeuntes privati facti erunt. Novi mnemones eos non
in custodiam. Domini ipsi, quamquam nemo impe-
st quominus denuo in custodiam publicam eos tradant,
n suam dicionem eos recipiant, id facere non poterunt
gre absunt. Fundi igitur erunt deserti, indefensi. Nemo
bsistat, si civitas eos occupatos proscripserit; venditio-
ulla difficultate procedent. — Cum altera illa parte
em, de qua supra egi cap. I—VI, qua domini fundo-
i de fundis suis, ante hanc legem rogatam amissis,
dis intra diem praestitutam iure agere nequiverint,
testimonio mnemonum confirmare prohibiti, iureiu-
rorum possessorum repelli iubentur, artissime cohaerere
iam partem quam hoc capite conatus sum coniciendo
, qua mnemones prohibentur fundos quos in custodia
t successoribus tradere. Fundi qui in utraque legis
piciuntur, eidem sunt; non verbis quidem et specie,
ie summa aequitas observatur in lege, neque quidquam
betur quod non specie pertineat ad universos cives et
omnium fundorum iura — sed consilio et voluntate
. Cura et opera illius collegii, quod erat ut supra dixi
n ut esset custos iuris et praesidium aequitatis, utroque

legis praecepto paullulum cohibetur et praepeditur, eo consilio, ut exsules ea iam frui ne possint, utque ipsa ne possit impedimento esse quominus victor praedam quam sibi destinavit rapiat. Nam ut in altera parte testimonio mnemonum eatenus silentium imponitur, quatenus id possit in posterum exsulibus prodesse, sic in altera legis parte custodia qua fundos privatos relictos et pupillares tueri eos oportet, eatenus tollitur, quatenus ea possit in praesentia eisdem saluti esse. — Lectionem igitur quam defendo, si accipitur coniectura quam proposui, sanam et egregiam sententiam habere iam in propatulo est. Eam coniecturam solam esse credo, quae prorsus ad causas et rationes nostrae legis conveniat. Id magnae commendationi ei esse debere, nemo negaverit.

ADDENDUM.

Cum magno gaudio, neque sine aliquo dolore tamen, post scriptionem meam ad finem perductam et typis expressam, vidi adnotationem, quam in Addendis et Corrigendis adiecit Dittenberger (Syll. vol. II pag. 940), quae est haec: „*Versu* 9 *supplemento* παραδίδοσθαι *spatium non sufficere ideoque ad* παραδιδόναι *redeundum esse ectypo chartaceo examinato asseverat B. Haussoullier Revue Critique* 1899 *pag.* 405". Scilicet vehementer dolebam, quod neglegentia mea factum esset, ut ignarus manssissem opis, quae ex scriptione viri cl. Haussoullier a me peti potuisset; sed magno simul afficiebar gaudio, cum discerem, ea quae supra proprio Marte statuissem de lacunae spatio, confirmari testimonio fide digno viri harum rerum peritissimi qui rem suis oculis exploratam haberet; et ita fieri ut interpretationi meae, quam iam per se et probabilem et necessariam esse quantum potui demonstraveram, fundamentum substrueretur quod solidum et eiusmodi esset, quo tum cum de ea scriberem etiam careret. Eam interpretationem igitur eo magis commendatam et probatam fortasse lectori fore posse existimo.

I. M. J. VALETON.

E EURIPIDEAE FABULAE PIRITHOI FRAGMENTO NUPER REPERTO.

SCRIPSIT

K. KUIPER.

lusei Rhenani volumine huius anni, fasciculo primo, labe publici iuris fecit excerpta quaedam e codice Vati-28 (cod. pap. s. XIV), in quo codice insunt adnotationes διακόνου καὶ λογοθέτου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας εἰς τὸ θόδου δεινότητος Ἑρμογένους.

ribus Euripidis tragoediis hodie deperditis, Pirithoo, pa, Stheneboea Rabii cura traduntur nobis fragmenta va sive maiora quam in Gregorii Corinthii commentariis mogenem nobis servata erant.

pso Iohanne diacono pro certo quidquam affirmari posse Rabius, ne id quidem constare ratus utrum idem sit itque Ἰωάννης ille διάκονος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας cuius laius librum edidit περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι τέλους ις τοῦ θεοῦ εἰς τὸν ἄνθρωπον. Sed hoc saltem affirmat: hannes-Commentar bringt uns vor Gregor, dessen Vorlage ar er nicht. Johannes spricht oft von Vorgängern, ihre nennt er nicht."

menta fabularum apud utrumque commentatorem fere milia — nisi quod codex Vaticanus servavit quaedam i Gregorii codice Mediceo lacera sunt, atque hic illic iem offert corruptelas in Gregorianis sanandi; apparet ex eodem fonte fluxisse quae de Euripidis fabulis disserat . Sed aliquanto breviora sunt apud Gregorium, sive

ipse decurtavit, sive auctor cui sua debebat, fragmenta ip[illegible] quibus argumenta fabularum illustrata erant.

In Pirithoo haec dedit Gregorius (Rhet. ed. Walz. VII. 1312 *ἐν μὲν γὰρ τῷ* Πειριθόῳ *παρεισάγεται* Ἡρακλῆς *ἐν* Ἅιδου *κατελθὼν κατὰ κέλευσιν* Εὐρυσθέως *καὶ ὑπὸ τοῦ* Αἰακοῦ *ἐρωτώμενος ὅστ[illegible] ἐστὶ καὶ ἀποκρινόμενος*

ἐμοὶ πατρὶς μὲν Ἄργος, *ὄνομα δ'* Ἡρακλῆς,
θεῶν δὲ πάντων πατρὸς ἐξέφυν Διός·
ἐμῇ γὰρ ἦλθε μητρὶ κεδνῇ πρὸς λέχος
Ζεύς, *ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο.*
ἦκω δὲ δεῦρο πρὸς βίαν Εὐρυσθέως.

Decurtatum a fine hoc fragmentum esse, non potuit quin [illegible] derint editores, quamquam tacent. Etenim missum in Orcu[illegible] fuisse Heraclem ab Eurystheo ipso constabat, verba autem *πρ[illegible] βίαν* Εὐρυσθέως contrarium significare et omnes alii scriptor[illegible] docere poterant et ipse Euripides, qui *Heraclid.* 97 scripsit:

μήτ' ἐκδοθῆναι μήτε πρὸς βίαν θεῶν
τῶν σῶν ἀποσπασθέντες εἰς Ἄργος *μολεῖν.*

item *Suppl.* 158 Ἀμφιάρεώ *γε πρὸς βίαν* et alibi. Sed Hercule non invito Eurystheo in Orcum descendit verum invitus ipse vi coactus „*πρὸς βίαν*"; ut Menelaus *Andr.* 730 *πρὸς βίαν* venit in Phthiam. Commode lacerum fragmentum supplet Iohannes Diaconus et ita supplet, ut primum appareat iniuria dubitasse olim Dindorfium de fide Gregorii in argumento fabulae enarrando, „Herculis enim verba sapere prologum", deinde, licet ipsa controversia de Pirithoi fabulae auctore parvo versuum lucro vix dirimatur, nobis iterum praebeatur occasio caute disquirendi num indolem Euripideam, „*τὸν Εὐριπίδου τρόπον*", versus recens cogniti habere videantur. Quod disquirere eo minus absurdum videtur, quo magis libri Iohannis, quem ex parte nunc edidit Rabius, ratio universa nos vetat cogitare de fraude quadam sive ab ipso Diacono, sive ab auctore quem sequitur, in antiquorum testimoniis referendis commissa. Colore Euripideo eiusmodi versus inficere, id sanequam potuerat fraudator quispiam, sed causa non est tale quid imputandi Diacono; quatenus nobis licet conferre antiquorum libros cum fragmentis a Iohanne relatis, constans eius est fides. Lauda[illegible] ex Platone, Demosthene, Euripide aliis ea quae conveniunt cur libris nostris, neque unquam de se quidquam addit ficti.

Ecce igitur novum Pirithoi fragmentum:

ἔγεται γοῦν ἐν τούτῳ τῷ δράματι Αἰακὸς πρὸς Ἡρακλέα λέγων·

ἔα, τί χρῆμα; δέρκομαι σπουδῇ τινα
δεῦρ' ἐγκονοῦντα καὶ μάλ' εὐτόλμῳ φρενί.
εἰπεῖν δίκαιον, ὦ ξέν', ὅστις ὢν τόπους
εἰς τούσδε χρίμπτῃ καὶ καθ' ἥντιν' αἰτίαν.

Ἡρακλῆς πρὸς αὐτόν·

οὐδεὶς ὄκνος πάντ' ἐκκαλύψασθαι λόγον·
ἐμοὶ πατρὶς μὲν Ἄργος, ὄνομα δ' Ἡρακλῆς,
θεῶν ⟨δὲ⟩ πάντων πατρὸς ἐξέφυν Διός.
ἐμῇ γὰρ ἦλθε μητρὶ κεδνῇ πρὸς λέχος
Ζεύς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο.
ἥκω δὲ δεῦρο πρὸς βίαν, Εὐρυσθέως
ἀρχαῖς ὑπείκων, ὅς μ' ἔπεμψ' Ἄιδου κύνα
ἄγειν κελεύων ζῶντα πρὸς Μυκηνίδας
πύλας, ἰδεῖν μὲν οὐ θέλων, ἄθλον δέ μοι
ἀνήνυστον τὸν δῶκεν ἐξηνυκέναι.
τοιόνδ' ἰχνεύων πρᾶγος Εὐρώπης κύκλῳ
Ἀσίας τε πάσης ἐς μυχοὺς ἐλήλυθα.

Hi atque integri hi versus videntur praeter versum 14. Vitium tri quo versus illius initium laborat iam sustulit Rabius ήνυστον δ' ἔδωκεν in ἀνήνυτον δέδωκεν corrigens, quamquam bito rectene se habeat perfectum, pro quo malim ἀνήνυτον σιν. Sed vix ferendus videtur versus exitu ἐξηνυκέναι. Perti quidem infinitivus post verba iubendi, mandandi, constindi haud prorsus insolitus est; sufficit enim in memoriam ocare notum illud ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι. l frustra quaeres in Euripidis fabulis exemplum litterae υ verbo ἀνύειν, sive in aoristi sive in perfecti formis productae. sus finem frequenter apud Euripidem efficiunt huius verbi mae: ἔργον ἤνυσα, οὐδὲν ἤνυτον similia, semper correpta vo-i. Sequiores in eiusmodi formis nonnumquam neglegentiores it. Quapropter probabile dixerim librarii cuiusdam culpa, non ius Iohannis Diaconi, pravam formam huc irrepsisse. — id d eo facilius factum est quod cum substantivis ἄθλος, πόνος, v nonnumquam verbum ἀνύσαι coniungunt poetae tragici, — im vero Euripidem hunc in modum scripsisse suspicor:

ἀνήνυτον δίδωσιν ἐξηντληκέναι.

Operae pretium mihi videtur in novis hisce versibus ex
rithoo servatis iterum experiri quod in ceteris huius fabu
versibus conatus sum (cf. Mnem. XXXV p. 367 sqq.). Non en
puerile negotium suscipere equidem putaverim eum qui
monstratum ierit Pirithoï poetam in hoc quoque fragmento
Euripideos recurrere numeros, dictionique hic quoque eundem
esse colorem qui Euripidem prodat auctorem. Ceterum molest
fuit fortasse labor conquirendi exempla quam erit legendi,
tori itaque si cui taedium movebo, breve sanequam hoc
taedium.

Singulos percurram versus recens repertos, exemplisque
ripideis quantum attinet illustrabo.

Vs. 1. *ἔα, τί χρῆμα; δέρκομαι σπουδῇ τινα*
δεῦρ' ἐγκονοῦντα, καὶ μάλ' εὐτόλμῳ Φρενί.

Qui in scena Euripidea peregrini cuiusdam adventum ad
rantur vel factum inexpectatum nuntiant sic solent exclam
ἔα, τί χρῆμα, ὁρῶ ... sive *δέδορκα*, sive *δέρκομαι*. Locos, qu
sunt *Andr.* 897, *Hipp.* 905, *Or.* 1573, *Suppl.* 92, *Herc.* 5
fr. 125 non exscribam, chartae enim parcere decet; sed prae
eos versus, omnes ab exclamatione *ἔα* sive a verbis *ἔα τί χρῆ*
incipientes, conferri velim *Andr.* 545

καὶ μὴν δέδορκα τόνδε Πηλέα πέλας
σπουδῇ τιθέντα δεῦρο γηραιὸν πόδα.

Sic semper eadem in rebus eisdem redeunt apud poetam nostr
Quam frequens ei est dativus ille *σπουδῇ*, sive quis *σπουδῇ*
θρωπὸς πρὸς δόμους ὁρμώμενος describitur (*Hipp.* 1161) sive
ut *Hec.* 216 — *ἔρχεται σπουδῇ ποδός*, sive — ut *Bacch.* 21
πρὸς οἴκους ὅδε διὰ σπουδῆς περᾷ (vide quoque *Phoen.* 8
Etenim amat Euripides vocem *σπουδῇ* in quinta sede versus
δεῦρο in prima, id quod vix illustrare exemplis vellem nisi u
ex Phoenissis versus in memoria mihi haereret propter son
similitudinem memorabilis, versus 853 *δεῦρ' ἐκκομισθείς* (cf.
862, *Io* 1258).

Verbum *ἐγκονεῖν* nihil habet quod nos detineat. Cum cet
Euripides id adhibet, veluti *Hec.* 507 *σπεύδωμεν, ἐγκονῶ*
Sed *Herc.* 520 sq. exscribi non absonum:

δεῦρ' ὦ τέκν', ἐκκρίμνασθε πατρῴων πέπλων·
ἴτ' ἐγκονεῖτε.

Exitu versus secundi, καὶ μάλ' εὐτόλμῳ Φρενί memoriam, ut saepius, Aeschyli colit poeta. Is enim *Ag.* 1302 dixerat ἀπ' εὐτόλμου Φρενός. Nec displicet Euripidi haec dicendi ratio. Frequens eiusmodi ei est versus exitus, ut *Med.* 1373 ἀπόπτυστον φρένα, *Iph.* 327 ἀναισχύντου Φρενός, *Alc.* 778 εὐπροσηγόρῳ Φρενί. Sed nolo in ea re nunc morari, quoniam posthac accuratius disquirere in animo est, qualis vocabulorum ψυχή, Φρήν, θυμός, ἦθος, τρόπος in fabulis Euripideis usus fuisse videatur.

Sequitur versu 3

εἰπεῖν δίκαιον, ὦ ξέν', ὅστις ὢν τόπους
εἰς τούσδε χρίμπτῃ, καὶ καθ' ἥντιν' αἰτίαν.

In quibus vocabula sunt fere qualia quivis adhibere potuerit in dialogo, sive scriptor sive poeta. Verbum χρίμπτομαι cum compositis Euripidi valde acceptum fuisse, docent *Ion.* 156, *Phoen.* 99, *Cycl.* 406, *Iph. T.* 815. Veram autem, ni fallor, Euripideam originem et numeri et dictionis ordo, sedesque a singulis vocibus in versu occupatae ostendunt. Quod ad numeros attinet, cum versus tertii initio confero *Ion.* 1017 στυγεῖν δίκαιον, *Hipp.* 914 κρύπτειν δίκαιον, fr. 240 μοχθεῖν δίκαιον, fr. 354 τιμᾶν δίκαιον (*Suppl.* 1052 τί δ' οὐ δίκαιον, *Hipp.* 1600 ἦ γὰρ δίκαιον, *Phoen.* 369 *Troad.* 962); cum fine eiusdem versus *El.* 622 ἐν τοίοις τόποις, *Bacch.* 1290. Structura participii ὅστις ὤν (quod sua in versu sede revocat *Andr.* 883 ἀτὰρ δὴ πυνθάνῃ τίς ὢν τάδε) comparari potest cum *Phoen.* 285 σὺ δ' ἀντάμειψαι ὅστις ὢν ἐλήλυθας (cf. *Hel.* 79), versus vero finis per substantivum αἰτίαν haud insolitus recurrit *Ion.* 1525 προστιθεὶς τὴν αἰτίαν, *Iph. T.* 64 ἀλλ' ἐξ αἰτίας, *Andr.* 1126 ποίας ὄλυμαι πρὸς αἰτίας. Minus autem solita est dictio κατ' αἰτίαν (quacum conferatur Aesch. *Prom.* 226 Herod. II. 91) non causam (ut *Andr.* 387 αἰτίας πέρι, *Hec.* 1203 τίν' αἰτίαν ἔχων) sed consilium propositum significans, id quod saepius redit apud Aristophanem in dictione ἦλθες δὲ κατὰ τί et similibus (cf. *Nubb.* 239). Universe autem hanc Aeaci interrogationem, responsumque quod sequitur Herculis cum nullo loco Euripideo aptius compares quam *Heraclid.* 132:

ΔΗ. σὸν δὴ τὸ φράζειν ἔστι μὴ μέλλειν ἐμοὶ
ποίας ἀφῖξαι δεῦρο γῆς ὅρους λιπών;
ΚΟ. Ἀργεῖός εἰμι· τοῦτο γὰρ θέλεις μαθεῖν·

ἐφ' οἵσι δ' ἥκω καὶ παρ' οὐ λέγειν θέλω.
πέμπει Μυκηνῶν δεῦρό μ' Εὐρυσθεὺς ἄναξ
ἄξοντα τούσδε.

Vs. 5 sqq. De primo tantum versu quo Hercules respondet pau addam; versus enim 6—10 antea iam tractavi. Prorsus eod modo numquam quantum novi versus initium instituit Euripid Accedit proxime *Bacch.* 461, ubi Pentheo interroganti „λέ ὅστις εἶ γένος; sic respondet Dionysus:

οὐ κόμπος οὐδείς, ῥᾴδιον δ' εἰπεῖν τόδε,

comparari autem cum versus initio potest *Bacch.* 780 ἀλλ' ὀ ὀκνεῖν δεῖ, et *Suppl.* 295 qui numeris et sonitu nostrum versu revocat, licet significet contrarium: „ἀλλ' εἰς ὄκνον μοι μῦθος κεύθω φέρει". Tandem cum exitu versus confero *Iph. A.* 11 ἄκουε δὴ νῦν, ἀνακαλύψομεν λόγον (cf. *ibid.* 872). Opponi pot *Med.* 282 παραμπέχειν λόγον.

Haud minus versus illi, qui post 6—10 ex Gregorii co mentario iampridem cognitos sequuntur, persuadere possu lectori ex Euripidis officina Pirithoum fabulam provenisse.

Vs. 11 ἀρχαῖς imperium indicatur ratione non dissimili *Iph. A.* 343, *Andr.* 699, *Or.* 857. Alibi distinctius iussa E rysthei circumscribit Euripides: „Εὐρυσθέως πομπαῖσι" (*Herc.* 5 sive „ἐντολαῖς" *ibid.* 1275. — Participium ὑπείκων more Euripi inprimis proprio partem versus priorem claudens, collocatu habemus ea sede qua est fr. 390 ἔπτησσ' ὑπείκων (cf. 431 Ζε ἀλλ' ὑπείκει).

Vs. 11 ὅς μ' ἔπεμψ' Ἅιδου κύνα | ἄγειν κελεύων. Apte, q buscum haec comparentur sunt *Herc.* vs. 22:

βέβηκ' εἰς Ἅιδου τὸν τρισώματον κύνα
εἰς φῶς ἀνάξων.

Finis autem versus in Μυκηνίδας exiens in memoriam revo versus *El.* 761 παρθένοι Μυκηνίδες et *Phoen.* 865 in Μυκηνί desinentes, quam formam alibi quoque pro adiectivo usitati Μυκηναῖος Euripides adhibuit (vide *Or.* 1246. 1470).

Extremi versus non multa singularia habent dictionis Euri deae insignia. Nempe ἰχνεύειν scenicis commune est, πρᾶ vox magis fortasse a Sophocle quam ab Euripide usitata, n tamen ab eius sermone est aliena, κυκλῷ in fine versus hab omnes: Euripides *Hel.* 1557. Sed impense gaudet idem si

antivo μυχός, quod vario sensu adhibet. Sic *Hec.* 1040 habemus δόμων μυχούς. *Iph. A.* 660 Αὐλίδος μυχοῖς, *Troad.* 84 οἶλον Εὐβοίας μυχόν (cf. *Hel.* 820). Tandem moneo non tantum *Bacch.* 17 prorsus simile versui nostro extremo habere initium Ἀσίας τε πάσης — dictione autem convenire quoque *Ion.* 1355 ἅσάν γ' ἐπελθὼν Ἀσίαν Εὐρώπης θ' ὅρους et *Ion.* 1586 Ἀσιάδος ἐ γῆς | Εὐρωπίας τε — sed etiam exitum versus Euripideum olorem habere. Versus sic in ἐλήλυθα exeuntes habes multos; emplo sint *Bacch.* 1201 ἦν φέρουσ' ἐλήλυθα, *Iph. A.* 1270 υλόμενον ἐλήλυθα, *Hipp.* 946 ἐς μίασμ' ἐλήλυθα, *Phoen.* 384 ἐ πόθου δ' ἐλήλυθα.

Sed nolo pergere στάθμῃ καὶ ταλάντῳ poësin exigere. Sufficiunt ec, eis quidem qui tali ratione opuscula poetae cuidam vindari posse non negent. Nec tamen aliam rationem video qua versibus tam paucis tamque simplicibus disceptando efficias Euripidine debeantur an Critiae. Et mihi quidem haud inus quam antea, repertis hisce versibus verisimile videtur rithoi poetam Euripidem fuisse.

Scr. Amstelodami mense Martio exeunte.

PLUT. DE CAP. EX INIM. UTIL. 92 B.

Bonus hortulanus rosis violisque porrum et caepe apponit, ae quidquid humus acre habeat et male olens ad se trahant. amicis te leniorem et in eorum re secunda minus invidum iet ὁ ἐχθρὸς ἀναλαμβάνων καὶ περιέπων τὸ κακόηθες καὶ βάσνον.

Nullus hic locus verbo q. e. περιέπειν, sed quid requiratur totus mat contextus: vitia illa inimicus non solum in se recipit l etiam (nam sic demum prodest) *retinet*. Lege ergo περιστέλλειν et cf. de Virtute et vitio p. 100 C: ἦν ὁ ἄνθρωπος ἀναδίδωσιν ἐξ ἑαυτοῦ θερμότητα ταύτην ἡ ἐσθὴς τῷ σώματι προσπεσοῦσα συνέχει καὶ περιστέλλει.

J. J. H.

NOVAE CONIECTURAE IN FRAGMENTA MENANDREA REPERTA A LEFEBURIO.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Novas dico has suspiciones respiciens eas quas iam vulgavi antehac in Berliner Phil. Woch. 1908 Ian. 18 et 25.

Nunc vero uti mihi licuit Leeuwenii editione multo emendatiore quam curare potuit codicis primus lector et editor. — Nullus vero dubito quin compluribus locis, ubi non nisi dispersas quasdam litteras notavit Lefebvre, codex denuo inspectus viro oculatiori et tam palaeographiae quam sermonis et numerorum peritiori plura certiora oblaturus sit, quae firmiora praebeant emendaturis subsidia. Leeuwenianae editionis laudandae alia mihi dabitur occasio: nunc eximio libro gratus utar sequens tantum non ubique eius verborum personarumque dispositionem et versuum numerationem.

Ad Discreptantes (Ἐπιτρέποντας).

Vs. 25. *ἐν τῷ δάσει τῷ πλησίον τῶν χωρίων τούτων ἐποίμαινον κτἑ.*

Substantivum δάσος pro δασύτης quamquam legitime formatum ut *βάθος*, *πάχος*, *τάχος*, alia multa, non nisi a recentibus scriptoribus usurpari videtur neque igitur iniuria damnari a veteribus Atticistis. Quia autem Menandri codex caret accentibus, nihil nos vetat ΔΑCϴΙ habere pro dativo neutro adiectivi δασύς et rescribere δασεῖ. Δασὺ χωρίον saepius legitur apud Thucydidem et Xenophontem.

Vs. 103. *βλέψον δὲ κἀκεῖ, πάτερ· ἴσως ἴσθ' οὑτοσὶ*
ὁ παῖς ὑπὲρ ἡμᾶς, κτἑ.

κεῖ pro *ἐκεῖσε* procul dubio non est aetatis Menandreae et βλέψον *ἐκεῖ* aeque soloecum ac Latine foret *specta hic* pro *huc*. ecte igitur iam antehac suasisse mihi videor:

βλέψον δέ, πάτερ, κἀκεῖσ'· ἴσως κτἑ.

: usitatissimum comicis *βλέπε δεῦρο*.

Vs. 170. *ὑπόχρυσος δακτύλιός τις οὑτοσί.*

ulgo quidem *ἐπίχρυσος* et *ὑπόχρυσος* ad similium compositorum alogiam sic distinguuntur ut illud significet *cui superest aurum*, itaque *deauratus*, hoc vero *cui subest*, quapropter antehac adebam *ἐπίχρυσος*, quod recepit vLeeuwen. Mox vero coepi bitare num recte fecerim. Minus me movet ter eodem sensu ὑχρυσος lectum apud Philostratum minorem, qui plurima habet vulgari usu remota, *vit. Apollonii* 48, 3; *Imag.* 304, 15 et 9, 12, quam titulus ap. Dittenberg. *Syll.* n° 588, I 61 *δακτύλι ὑπάργυροι* et III *χονδύλιον ὑπόχρυσον*. Atticum tamen ıae aetatis exemplum desiderans ampliandum censeo. Repudum fortasse Menandri et aequalium sermonem iam a puro icismo descivisse visum esse grammaticis antiquis.

Fieri potest ut huc pertineat etiam mirus usus verbi *καταμεῖν* vs. 198, ubi Syriscus Onesimo, qui dixerat opportunum videri eo die domino suo epulanti cum amicis tradere anu-ı, sed postridie, respondet

καταμενῶ
αὔριον κτἑ.

-αμένειν antiquis est *manere in loco*, quae notio hic aperte convenit, sed seriores dicere coeperunt *καταμένειν ἐπί τινος*, ristere *in aliqua re* et fortasse interpretandum: *non mutabo positum*. Non potuit saltem ita dici pro *ἀναμενῶ τὴν αὔν, expectabo diem crastinum*, qualem sententiam hic expectaveris.

Vs. 218 *Habrotonon*

οὐκ ἔτι μ' ἐᾷ γὰρ οὐδὲ κατάκεισθαι, τάλαν,
παρ' αὐτόν, ἀλλὰ χωρίς.

cum spiritu leni uterque editor, sed requiri arbitror pro-

nomen reflexivum *αὐτόν*. Pro *οὐκ ἔτι* autem uno vocabul scribendum esse *οὐκέτι* sequi mihi videtur ex *μηκέτι*.

Vs. 280 *Onesimus*

πρότερον ἐκείνην ἥτις ἔστιν, Ἀβρότονον,
εὕρωμεν, ΘΠΙΤΟΤΤΩΔΕΜΟΙΟΤΝΤΝ[.]ϵ̣Λ̣[.

Presse quidem litterarum vestigiis insistens Lefebvre edidit *εὕρωμεν, ἐπὶ τούτῳ δ' ἔμοι⟨γ'⟩ οὐ νῦν* [*μ*]*έλ*[*ει*., sed *ἐπὶ τούτ*. — *μέλει* pro *τούτου* — *μέλει* Graecum non est. Nec tamen opu est ad iusto audaciorem Leeuwenii (fatetur ipse) coniecturam (*ἐκ τοῦτον δ' ἴωμεν ὕστερον*) confugere, quoniam scribi posse videtu

εὕρωμεν, ἐπεὶ τούτου γ' ἔμοιγ' οὐ νῦν μέλει

quandoquidem hunc ego sane in praesentia non curo.

Vs. 340. *Onesimus* secum:

τοπαστικὸν τὸ γύναιον ὡς ΘΡΠΘΘ *ὅτι*
κατὰ τὸν ἔρωτ' οὐκ ἔστ' ἐλευθερίας τυχεῖν,
ἄλλως δ' ἀλύει, τὴν ἑτέραν πορεύεται
ὁδόν.

De coniectura vLeeuwen edidit

τοπαστικὸν τὸ γύναιον! ὡς ᾔσθηθ' ὅτι κτἑ.

Aptissime sane et vellem ita scripsisset Menander. At vix cr dibile HICΘHΘ abire potuisse in litteras praeter ultimam dis millimas. Fac vero in archetypo vitiose exaratum fuisse OPAC pro OPAΘ, fortasse locus concedetur leniori coniecturae:

τοπαστικὸν τὸ γύναιον, ὡς ὁρᾶθ'! ὅτι κτἑ.

uti videtis (dicta at spectatores, ut saepius *ἄνδρες* in comoed antiqua et nova). *Propterea quod via amoris non est parabilis bertas itaque* (hanc ingressa) *frustra errat, alteram viam ingredi* Attamen ita nescio an legendum sit potius vs. 3:

ἄλλως δ' (sc. *ἔστιν*) *ἀλύει⟨ν⟩.*

Vs. 360. *Onesimus* *οὐτοσὶ*

τίς ἐσθ' ὁ προσιών; Σμικρίνης ἀναστρέφει
ἐξ ἄστεως πάλιν TAP . . . .ΩCϵ . ΩN
αὖθις· πέπυσται τὰς ΑΛ IC
παρά τινος οὗτος; ἐκποδὼν δὲ βούλομαι
ποεῖν ἐμαυτὸν . . .

Diu et multum me hic locus eiusque sententia exercue

Smicrines, Charisii socer, Onesimo servo eiusdem occurrit rediens ex urbe rus, ubi eum habitasse iam suspicari poteramus ex prima scena, in qua arbitrio inter pastores fungitur. Quid vero iam audivisse eum in urbe Onesimus suspicatur? Vix aliud, opinor, quam quod utriusque, tam servi quam soceri referat, scil. dissidia inter coniuges, filiam suam et Charisium; quod si ita est, non miramur Onesimum, fortasse e minaci personati Smicrinae aspectu aut gestibus turbidum animi statum efficientem, nolle cum eo congredi, ne de dominorum suorum inimicitiis interrogetur.

Talia mecum reputans (nec tamen sine dubitatione) conieci:

οὗτοσὶ
τίς ἐσθ' ὁ προσιών; Σμικρίνης. — ἀναστρέφει
ἐξ ἄστεως πάλιν, ταρ[ακτικ]ῶς ἔ[χ]ων
αὖθις. πέπυσται τὰς ἀμ[ηχάνους στάσε]ις
παρά τινος οὗτος; ἐκποδὼν δὲ βούλομαι
ποεῖν ἐμαυτὸν ...

Verba ταρακτικῶς ἔχων significant *praeceps ad turbandum*, itaque convenire videntur Smicrinae indoli, qualem novimus ex vss. 464—533. Gallice de eiusmodi homine dixeris *c'est un tapageur!* aut *il est d'humeur tapageuse.*

Vs. 399. *Onesimus*

ὑπομαίνεθ' οὗτος! νὴ τὸν Ἀπόλλω, μαίνεται·
ἐμάνη γ'(?) ἀληθῶς· μαίνεται, νὴ τοὺς θεούς,
τὸν δεσπότην λέγω Χαρίσιον. χολὴ
μέλαινα προσπέπτωκεν ἢ τοιουτονὶ
...αγαντ.....αλλογεγον[.

Confidenter expleverim sic verba ultima:

ἢ τοιουτονὶ
[μέγ'] ἄγαν τ[ι αὐτῷ δὴ κακὸν] ἄλλο γέγον[έ πως.]

Vs. 415. ἀλιτήριος.

Utpote ductum ab ἀλειτής, hoc adiectivum ubique per diphthongum ἀλειτήριος scribendum arbitror, quod confirmatur secundae syllabae longitudine. Cf. etiam Blass in opere *De eloquentia Attica*, vol. III², 1, 107, 3.

Vs. 418. „— οὐκ ἔσχον οὐδ' ἔδωκα συγγνώμης μέρος

οὐθὲν ἀτυχούσῃ ταῦτ' ἐκείνῃ, βάρβαρος
ἀνηλεής τε!" λοιδορεῖ τ' ἐρρωμένως
αὐτῷ βλέπει θ' ὕφαιμον ἠρεθισμένος.

Sic vLeeuwen Wilamowitzium secutus edidit pro ΤΘΛΟΙΔ et ..CΩ, sed soloece, quia λοιδορεῖν cum quarto, λοιδορ cum tertio casu iungi iubet constans lex sermonis, itaqu αὐτὸν requiritur aut ἀσυνδέτως scribendum λοιδορεῖτ(αι

Vs. 445. χ.....τ' ἠδετο μετὰ τ[
οπ... μενεισων Χαρισίῳ[
οἱ..περ οἶσθα πιστός· οὐ γάρ ἐστι δὴ
ἑταιρίδιον τοῦτ' οὐδὲ τὸ τυχ[
υἱοΥ δηδε καὶ παιδάριον...[
ἐλεύθερος. πάξ. μὴ βλέπ[
καὶ πρῶτον αὐτὸν κατὰ μόν[ας
τὸν φίλτατον καὶ τὸν γλυκύτατ[ον

Initio vs. 2 sq. agi videtur de Onesimo fideli Charisii s nec dubito quin recte Lefebvre dederit οἷόνπερ; deinde de puerulo, Syrisci pastoris alumno, quem iam Onesimi mini sui anulum agnoscentis, praesertim ope (adiuvar Habrotono et Sophrona) Pamphilae filium esse apparuit, c nunc, ni fallor, matri suae nondum huius inventi cons nutrice?) affertur. Nempe vss. 447 sqq. leniter refictos i fere modum expleverim:

οὐ γάρ ἐστι δὴ
ἑταιριδίοΥ τοῦτ' οὐδὲ τὸ τυχ[ὸν παιδίον,
υἱὸς δὲ δὴ (sic iam antehac et ego) τὸ παιδά
ἐλεύθερος. πάξ! μὴ βλέπ'[ἄλλοσ', ὦ φίλη,
καὶ πρῶτον αὐτὸν κατὰ μόν[ας λάβ' ὠλέναις
τὸν φίλτατον καὶ τὸν γλυκύτατ[ον, οὐχ ὁρᾷ

Quibus si quid veri inest, ut inesse credo, Sn vLeeuwen tribuit), qui usque ad finem veram pu ignoravit, haec verba esse nequeunt, sed Pamph aut ab Habrotono aut, quod veri similius, a Sophro Allatum sibi infantem nondum ut suum agnoscens vultum. Sic igitur praeparari scenam τῆς ἀναγνω

Vs. 518. Pro πεντάμηνα potius Attice scripse Vid. Lobeck. Phryn. 413. Cf. tamen dicta ad

Ad Circumtonsam (Περικειρομένην).

Vs. 15. Recipienda fuerat certa Croenertii (et mea) emendatio ἰδοῦσ' pro δίδωσ', quod sententiam pessumdat.

Vs. 115.

Davus. Μοσχίων, ἡ μὲν (Glycera) λέλουται καὶ κάθηται.
Moschion. φιλτάτη!
Davus. ἡ δὲ μητήρ σου διοικεῖ περιπατοῦσ' οὐκ οἶδ' ὅ τι.
εὐτρεπὲς δ' ἄριστόν ἐστιν, ἐκ δὲ τῶν ποουμένων
περιμένειν δοκοῦσί μοί σε Π . ΛΟΥ . . . [

Vitiosam esse syllabam ΛΟΥ numeri demonstrant. Suadet sententia:

περιμένειν δοκοῦσί μοί σε π[ο]λὺν ἄγαν [ἤδη χρόνον.]

Cf. *Samia* 330, ubi de coenantibus σὲ γὰρ δὴ περιμένουσ' οὗτοι τάλαι.

Scena est propter verniles Davi iocos lepidissima, quo magis dolendum eam scatere lacunis non explebilibus. Glycera ob falsam adulterii suspicionem a Polemone circumtonsa confugerat ad vicinam suam Myrrhinam, quam educatus ab illa Moschion pro matre sua habebat, et comiter ab ea fuerat recepta, Moschion vero, qui Glyceram quam amabat sororem suam esse nesciebat, a militia redux non poterat dubitare, quin mater adoptiva ipsum quoque domi suae libenter esset admissura et fautura amori suo. Sed res aliter cecidit; nam illam, procul dubio a Glycera de sua cum Moschione consanguinitate edoctam, filium adoptivum domo exclusisse non est quod miremur. Quam rem mox Davus, qui ipse ut domini sui nuntius facile introductus cibis se ingurgitaverat (cf. 279 sqq.), confiteri coactus est vs. 129 sq. dicendo:

ὡς γὰρ ἐλθὼν εἶπα πρὸς τὴν μητέρα
ὅτι πάρει „μή μοί τι τούτων!" φησίν, οὐδ' ἀκήκοεν.

Vs. 154. Eiusdem dialogi haec sunt:

(*Davus*) ἀνεκοινοῦτό μοι
ταῦτ' ἀκοῦσαι π α ρ' ε . . . νυν.
Moschion. π ο ῦ πεδήσας κατα . . .

..ε περιπατεῖν ποεῖς με περίπατον πολ..
ἀρτίως μενου...ηθεσ ...δ.λ.....ας πάλιν.

Suspicor: *D.* ἀνεκοινοῦτό μοι
ταῦτ' ἀκοῦσαι παρά γ' ἐ[κεί]νων.
M. ποῖ πεδήσας κατὰ [μόνας]
οὕτω(?) περιπατεῖν ποεῖς με περίπατον πολύν τινα;
ἀρτίως μὲν οὐ[κ ἔπ]ηρες, [νῦν] δ[ὲ] [λελύπηκ]ας πάλι

i. e. *quo consilio invitum (vinctum) solum ita iubes me diu deambulare? nonne modo quidem* (spe) *me erigebas* (excitabas), *nunc vero* (dolore) *afflixisti denuo?* Verbo πεδᾶν, quod proprie usurpatur de dominis vincientibus servos, de industria Moschus utitur de Davo tractante ipsum ut servum suum.

Vs. 176 sq. Ita explendi videntur verba Polemonis ad mancipia sua, quae ipse domum relinquens Glyceram custodire iussisse videtur:

ὑμεῖς δ' ἀΦήκαθ', ἱερόσυλα θηρία,
ἀΦήκατ' ἔξω τῆς θύρας [τὴν] ἀ[θλίαν];

Mox (179) secuntur haec:

ἦ δ' οἴχεθ' ὡς τὸν γείτον' εὐθὺς δηλαδὴ
τὸν μοιχόν! οἰμώζειν, ὁρᾷς, α.ημ..μ..α.
καὶ μεγάλα.

Verbum οἰμώζειν non habet unde pendeat, nec ὁρᾷς commode hic praebet interpretationem.

Conieci:

οἰμώζειν ἐρᾶτ(ε)', [ο]ἶμ]αι], μ[ακρ]ὰ
καὶ μεγάλα!

i. e. *plorare cupitis, opinor, diu multumque!*

Vs. 189. Polemon cum suis vi intrare volens aedes Myrrhinae, ut Glyceram petat, sic ad Davum ianuam defendentem:

πότερα νομίζετ' οὐκ ἐκείνη[ν
οὐδ' ἄνδρας εἶναι;
Davus. μὴ μὰ Δία τὸ[
ὅταν δὲ τετράδραχμον τοιου[

Locum sic fere expleverim:

P. πότερα νομίζετ' οὐκ ἐκείνη[ν ἐξολεῖν,]
οὐδ' ἄνδρας εἶναι; *D.* μὴ μὰ Δία το[υτὶ λέγε·]
ὅταν δὲ τετράδραχμον τοιοῦ[τον ὁρῶ, πάνυ.]

P. *Num putatis non illam* (Glyceram) *me perditurum, nec viros esse?* D. *Noli per Iovem istud dicere! .. sed, quando talem* (qualis tu es) *video mercennarium, omnino* (ita existimo, vos viros non esse)! *God beware, dat ik in 't algemeen aan 't bestaan van mannen zou twijfelen! Maar, zie ik een laarzegepoetst zooals gij zijt, dan geloof ik zeer zeker dat gij geen mannen zijt!*

Vs. 197.

Polemon. ὑμῶν .....ας πρὸς τίν' οἴεσθ', εἰπέ μοι,
παίζειν .....ρος; κατὰ κράτος τὸ δυστυχὲς
οἰκίδιον τοῦτ' αὐτίκ' ἐξαιρήσομεν.
ὄπλιζε τὸν μοιχόν!
Davus. πονηρόν, ἄθλιε,
ὥσπερ παρ' ἡμῖν οὖσαν Ε....Νεις πάλαι.

Ultima sic redintegranda esse conicio:

D. πονηρόν, ἄθλιε (sc. ἐξαιρεῖν τὴν οἰκίαν),
ὥσπερ παρ' ἡμῖν οὖσαν Ἥν ζητεῖς πάλαι,

quasi apud nos sit quam dudum quaeris (Glycera).

Nam hoc postulare videtur sententia, quamquam ita sumendum litteras Ε et Ν in codice male lectas esse aut corruptas. — In vs. 198 expectabam παίζειν [ἀκαί]ρΩς, sed denuo refragatur lacuna sex litterarum capax et traditum Ο.

Vs. 263. *Moschion* ad oppugnatores aedium Myrrhinae:

οὐκ ἐκφθερεῖσθε θᾶττον ὑμεῖς ἐκποδών; —
λόγχας ἔχοντες ἐκπεπηδήκασί μοι,
οὐκ ἂν δύναιντο δ' ἐξελεῖν νεοττιὰν
χελιδόνων, οἷοι πάρεισ' οἱ βάσκανοι. —
ἀλλὰ ξένους, φήσ', εἶχον. εἰσὶ δ' οἱ ξένοι
οἱ περιβόητοι Σωσίας εἷς οὑτοσὶ κτέ.

Primum pro ΕΚπεπηδήκασι requiro ΕΙCπεπηδήκασί sc. εἰς τὴν οἰκίαν, nam μοι videtur esse dat. ethicus (cur non praeferam ἐμπεπηδήκασί μοι mox dicam), deinde vero haereo in φήσ' vs. 267, nam si recte Sosias a Leeuwenio pro Moschionis ministro armato habetur, procul dubio requiritur φήμ', ut sit sententia, famosos illos mercennarios, quos olim duceret Moschion, nunc ipsum deficere et unum superesse Sosiam; neque aliter locum possum interpretari, nam neque φησί intellegi potest de Pole-

mone, neque εἶχον esse tertia persona numeri pluralis, licet haud diffitear mirum videri posse, Moschionem, quem paullo ante solum ambulantem offendimus, hic repente apparere cum stipatore. Nisi adeo lacunosa forent antegressa, procul dubio non haereremus. Si autem recte loci compositionem rationemque perspicio, Moschion haec dicit *e longinquo* clamans minitabundus et ferox, germanus Pyrgopolinices, mox vero vs. 267 sqq., intellegens cum unico suo ministro nihil se profecturum dimicando cum pluribus, a pugna abstinet, deplorando miseram suam sortem contentus.

Vs. 278. *Moschion.* ἀλλ' εἰς οἶκον ἐλθὼν ἐκποδὼν
ἐνταῦθα κατεκείμην συνεστηκὼς πάνυ.

Difficile dictu est, quid h. l. significet συνεστηκώς. Lubens verterim *compositus*, i. e. tranquillus, quamquam nullum novi locum, ubi hoc sensu vox usurpatur, quod idem valet de Lefebvrii interpretatione *absorbé dans mes pensées*.

Vs. 301. Frustra quaero quid sibi velint verba [οὐ γὰρ ἴσ]λοιον τὸ κακόν sic expleta et Pataeco tributa a Leeuwenio. Nec vero lacunam *tredecim* litterarum capacem *octo* sarcire possunt.

Vs. 317. Glycera orationem suam (nondum ab omni parte expeditam), qua adulterii crimen indignabunda repellit, finit his verbis:

Πάταικε, καὶ σὺ ταῦτα συμπεπεισμένος
ἦλθες τοιαύτην θ' ὑπέλαβές μ' εἶναι κόρην;

Quibus Pataecus respondet:

μὴ δὴ γένοιτ' ὦ Ζεῦ πολυ[τίμητ'
δείξαις ἀληθῶς ὄντ'· ἐγὼ [
ἀλλ' ἄπιθι, μηδὲν ἧττον
ὑβριζέτω τὸ λοιπόν.

Sed verba ἀλλ' ἄπιθι haec omnia Pataeco tribui vetant. Venit in mentem locum partim fortasse sic posse redintegrari:

μὴ δὴ γένοιτ', ὦ Ζεῦ πολυ[τίμητ'! — εἶθ' ἃ Φὴς
δείξαις ἀληθῶς ὄντ'· ἐγὼ [δ' ἀπέρχομαι (aut δ' ἄπειμι δή).
Glycera. ἀλλ' ἄπιθι, κτἑ.

Ad verba μὴ — πολυτίμητ' mente supplendum ex antecedentibus:

talem te esse ducam. Tum verte: *utinam demonstres quae ais vera ita se habere!*

Vs. 329. Obiter corrigantur typorum vitia ἀκακῶς et in *Samiae* vs. 165 φαυλῶς pro ἀκάκως et φαύλως.]

Ad Samiam.

Vs. 117. ἢν ἂν ἐπὶ τῆς αὐτῆς διανο[ίας ὡς τὸ πρίν.]
Apte quidem ita hunc versum explevit Croiset, sed nescio an pro ὡς magis Attice scribendum sit ἧς. Platonem Phaed. p. 86 A non τῷ αὐτῷ λόγῳ ὥσπερ, quod traditur, sed ᾧπερ σύ scripsisse existimo. Similiter Latine *idem qui* dicitur, non *idem ut*, et *idem ac*, ut Graece ὁ αὐτὸς καί.

Vs. 125. πολλὰ δ' ἔργ' ἐργάζεται
καὶ δεῖν' ἄκρατος καὶ νεότης, ὅταν λάβῃ
καιρὸν ἐπιβουλεύσαντά τοι τοῖς πλησίον.
Ide ne particula affirmativa τοι, quam hic additam non exactes, dittographia nata sit e sequenti articulo. Longe certe alim, quod etiam suavius sonat, τοῖσ⟨ι⟩ πλησίον.

Vs. 185. Quamquam τυθέν ex vulgari scribendi norma forsse recte pro tradito θυθέν dedit vLeeuwen, notandum tamen sos veteres haud raro hanc grammaticorum legem migrasse, vel in hoc ipso vocabulo saepius peccari docent tituli. Sic Deli inscriptione a. 250 a. C. BCH VII p. 65 legitur θυνητος, item in Magnesiae ad Maeandrum saec. II a. C. titulo idem p. 99, 7; ἀπεθύθη in Smyrnae tit. Rev. des ét. Gr. IV, 300, n. 11, 3. Cf. Nachmanson, *Laute und Forme der Magn. Inschr.* p. 79.

Vs. 208. *Demeas.* Ἡράκλεις,
ἡλίκον κέκραγε (Niceratus)! τοῦτ' ἦν· πῦρ βοᾷ· τὸ παιδίον
φησι . . . ει . . . εμπρησειννυιωδουν οπτωμενον
. . ρ . . . . . πέπληχε τὴν θύραν.
ta codex, unde vLeeuwen
φησὶν ἐμπρήσειν, ἐκείνην (Chrysidem) υἱὸν οὖν ὠπτημένον
ὄψον ἔξειν. ἦν, πέπληχε τ. θ. [

ingeniose sane et partim vere; nam ὀπτώμενον servari po terit, modo deinde scribamus:

ὄψον ὄψεσθαι. πέπληχε τὴν θύραν

cum assonantia triplice.

Vs. 239. Obiter castigo turpem errorem meum haerentis antehac in optima huius versus mensura.

Vs. 325. *Demeas* (ad *Moschionem* aversatum)

ὑστερίζειν μοι δοκεῖς σύ· παντελῶς ἀπαλλαγεὶς
πραγμάτων, εἰδὼς δ' ἀκριβῶς οὐδὲν οὐδ' ἀκηκοώς,
διακενῆς σαυτὸν ταράττεις ἐξιών· τί δῆτ' ἔχεις;

Moschion, qui patri iratus Parmenonem servum miserat domum, ut sibi afferret paenulam et gladium abituro peregre militatum, nisi pater ipsum (quod sperabat Plangonis quam amabat causa) obsecrasset ut domi maneret, nunc vero simulat se Demeam habere pro Parmenone, qui nondum redierat; Moschion igitur creditur respondere:

οὐ φέρεις; ..... αρ σοι τοὺς γάμους .... CK...ν

post quae *Demeae* dantur sola verba:

ουμια . γ ..... αναπτεται Ἡφαίστου ...

Ut vero probat iterata quasi ad servum quaestio οὗτος σὺ φέρεις; omnia quae secuntur usque ad finem vs. 329 sunt Demeae, continuantis, ut arbitror, querelas, quod filius ad nuptiale convivium ipsi et sponsae paratum non venerit. Nimirum legendum suspicor:

Mosch. οὐ φέρεις; *Dem.* [ἄλλως] ἄρ' ⟨—⟩ σοι τοὺς γάμους
· [παρέ]σχ[ομεν,
θυμιᾶ[ται τ' ἠδ'] ἀνάπτει θύμαθ' Ἡφαίστου [βία]!

Frustra ergo nuptias tibi praebuimus, frustraque tus suffitur et accendit hostiam Volcani vis; quae si recte sic restitui, compluris sermonis tragici indicia produnt versum alterum esse parodiam aut paratragoediam. In priore versu fortasse post ἄρ' nihil aliud supplendum quam ἄ, *eheu!*; ἄρ' οὖν recentis admodum est graecitatis.

ANNOTATIONES AD STATII THEBAIDEM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Singulari studio atque mira industria viri docti his proximis annis Statii carminibus pervestigandis ac melius cognoscendis impenderunt operam: Klotz, Kohlmann, Vollmer, Wilkins, Garrod, Phillimore — quot nomina surgunt! His ipsis diebus libellus ad me perlatus est, quo M. Schamberger de P. Papinio Statio verborum novatore plenam doctamque inquisitionem instituit [1]). Minime mirum id quidem, tot virorum curas nostrae Statianorum operum notitiae permultum profuisse, at tamen etiamnunc multas restare dubitationes et controversias in auctore tam difficili nemo mirabitur. Postquam igitur de locis compluribus, qui in Thebaide et in Achilleide sunt, antea egi [2]), nunc locos e Thebaide tota petitos deinceps pertractabo, quos aut male suspectos interpretatione allata explicare aut corruptos exigua adhibita mutatione restituere posse mihi videor. Editionibus usus sum, quas Kohlmann, Wilkins, Garrod curaverunt, e quibus illam minime mihi placuisse plane confiteor: tot coniecturas minime necessarias, Lachmanni et Baehrensii imprimis, editor Germanus poetae obtrudere, tot propositis omnino improbabilibus apparatum suum onerare atque commaculare non est veritus. Quid mirum, identidem cantilenam illam de nostra-

1) In dissertationibus philologicis Halensibus Vol. XVII pars 3, Halis Saxonum MCMVII.

2) In Mnemos. Vol. XXXV p. 130—142, XXXVI p. 61 et 182 et in albo gratulatorio S. A. Naberi p. 79—84.

tium coniectandi levitate iam decantatam mihi venisse in mentem? Nempe disquisitio de codicibus mss. diligentissime instituta iam comprobavit, Thebaidos recensionem ad hanc normam utique dirigendam esse: ubicumque codices consentium textus est qualis saeculo V. vel VI. iam legebatur, quandoquidem iam antiquis temporibus stirpes codicum nostrorum discesserunt. Ergo corruptelas ibi tantum latere credibile est ubi codices dissentiant aut eas esse quae paucis singulisve litteris mutatis tolli possint. In universum igitur hoc probe tenendum est, in Thebaide enucleanda et extundenda interpretatione magis quam emendatione elaborandum esse.

E trimestri Teubneri libello modo cognovi, Alfredum Klotzium, virum de ceteris Statii poematis optime iam meritum, editionem alteram recensionis Kohlmannianae iamiam emissurum esse. Qua re audita primum meas observationes ad tempus supprimere decreveram, sed reputans eas maximam partem ad carminis interpretationem pertinere atque emendationes, si forte cum summi viri lectionibus consentirent, eo futuras probabiliores, denique consilium mutavi atque iudici illi idoneo iustoque eas iam nunc submitto. Siquando vir doctus exsistat qui commentario in Thebaidem nos ditare velit ad eius exemplar quo Vollmer Silvas adornavit, ex hisce annotationibus aliquantulum fructus forsitan ei redundare possit.

Liber Primus.

limes mihi carminis esto
Oedipodae confusa domus, quando Itala nondum
18 signa nec Arctoos ausim sperare triumphos.

N. Heinsius pro *sperare* legendum censuit *spirare*; assensi sunt Bentleius et Marklandus (ad Silv. I. 4. 9), Kohlmann et Wilkins coniecturam etiam receperunt — Garrod non item. Multa me adducunt ut summos viros poetae non suum restituisse credam sed potius eum scripsisse: superare, quae quidem haec sunt. Primum in Silv. IV. 4. 94 sqq. idem argumentum poeta his verbis exposuit:

Troia quidem magnusque mihi temptatur Achilles,
sed vocat arcitenens alio pater armaque monstrat

Ausonii maiora ducis. trahit impetus illo
iam pridem retrahitque timor. stabuntne sub illa
mole umeri an magno vincetur pondere cervix?

Ach. I. 189 est:

quae tumidae superarit iussa novercae
Amphitryoniades.

inde scholiasta ad locum nostrum observavit: „ideo Graeca
la scribo, quia Latina non possum", denique verbi audendi
io apud Statium saepe prope ad verbi *posse* vim accedit, cf.
ı. I 544:

non mihi quis vatum dubiis in casibus ausit
fata videre prior,

quo loco in Mnem. Vol. XXXV p. 139 egi, et Theb. II. 217:

tantum ausae perferre manus!

superare nimirum post *carminis* facile intellegitur: canendo;
ta igitur dicit se non posse „Martem aequare canendo", ut
r. V. 3. 11 legitur.

n precibus ad Furias datis Oedipus et alia dicit et haec:

mox avidus poenae digitis caedentibus ultro
72 incubui miseraque oculos in matre reliqui.

: versus multis criticis scrupulum iam iniecit. Bentleius *in*
ıte — Peyraredus *in morte* scripsit, Garrod vero *miserosque*
dit servata scriptura tradita *in matre*.

Aperire liceat quomodo olim locus explicari posse mihi vi-
ı sit.

Oedipus verba facturus „vacuos orbis — ostentat caelo mani-
ɜque cruentis pulsat inane solum" (vs. 55). Haec verba a
ıoliasta bene illustrantur versu Vergiliano (Aen. VI. 269):
ɜrque domos Ditis vacuas et inania regna", nam solum vi-
icet terra est neque vacui oculorum loci, ut nonnulli voluerunt.
ıre autem Oedipus humum pulsat? Quia compellare vult
s inferos, Furias, Tisiphonen praecipue. Cf. Macrob. III. 9. 12,
ibi carmen devotionis tradit quod finitur verbis: „Tellus
er teque Iuppiter obtestor"; deinde addit: „cum Tellurem
t, manibus terram tangit: cum Iovem dicit, manus
ɔaelum tollit", e. q. s. Cum vero Acheron pater, Terra mater
ɑenidum haberetur, verba *in matre reliqui* significare posse

credidi: *humi reliqui*, cum praesertim legantur I. 238: at na[illegible] — cadentis calcavere oculos, XI. 620: oculique cadentes. Quod [illegible] verum esset, pro *miseraque* scilicet scribi oportebat *vestraque*.

At nunc quidem locum integrum esse atque interpretatione[illegible], quam Duebnerus (Statii opera Lipsiae a. 1837 edidit) praebu[illegible]t, a Statii mente minime alienam esse arbitror. Quae cum vir[illegible]os doctos fortasse fugerit utpote in libro notae deterioris evulgat[illegible], eius verba describo: „Dicit se, simul ac matrem agnovisse[illegible]t, oculos sibi eruisse et nihil post eam conspexisse: ergo *in ma[illegible]re oculos reliquit*".

Imprecationis in filios Oedipus hunc facit finem:

da, Tartarei regina barathri,
quod cupiam vidisse nefas, nec tarda sequetur
87 mens iuvenum; modo digna veni: mea pignora nosce[illegible]s.

Hic locus multimodis temptatus est. Kohlmann et Wilk[illegible]ins Lachmanni propositum receperunt: *modo, dira, veni*; O. Mue[illegible]ller *modo, diva, veni* coniecit, Baehrens *mea digna* (*veni modo*) *p.* [illegible]*n.*; Garrod, qui lectionem traditam retinuit, proponit *mens iuven[illegible]um, me digna: veni, mea*. At tamen nil mutandum esse puto. Oedipus Tisiphonen rogat ut filios suos discordia dividat: 'i m*e*dia in fratres, generis consortia ferro dissiliant'. Quonam modo ornata? Id quoque modo dixit vs. 82:

indue quod madidum tabo diadema cruentis
unguibus abripui.

Hunc autem locum Lactantius non intellexit interpretatus: „indue liberis meis diadema, quod ego Laio abripui cruore pollutum", nam hoc poeta voluit: diadema, quod sanguine meo etiamnunc madet, tuo capiti impone itaque stimulum etiam adde furori, quem ipsa filiis meis iam inicies. Apte igitur continuat: Filii mei illico te sequentur, ad quodvis scelus parati, dummodo digna venias ad eos i. e. induta diademate illo, quod toto pectore ambo cupiunt. Statius saepe adiectivo absolute usus est, e. g. I. 73: exaudi si digna precor, VI. 37: dignis vultibus, XII. 80: quae digna tibi sollemnia quasve largiar exsequias? 122: digno plangore, 799: dignis conatibus.

Homo e plebe Thebana, Thersites alter, Eteoclem regem maledictis carpit.

186 cernis, ut erectum torva sub fronte minetur
saevior assurgens dempto consorte potestas?

ohlmann Baehrensii coniecturam recepit: *erecta torvum*, commorans O. Muellerum proposuisse: *ut e rictu*. Editores Brinni lectionem traditam retinuerunt. Baehrensii scriptura omnino icienda est, nam verba *torva sub fronte* non tangenda esse monstrant loci Statiani qui sunt II. 716: cui torva genis rrore decoro cassis, XII. 189: sub casside torva, Silv. 2. 179: torvaque induceret ora casside. Neque tamen los ab omnibus numeris sanus est.

Quamquam Statius neutrum adiectivorum sive singulari sive rali numero frequentissime pro adverbio ponere solet, nusam *erectum* adverbialiter scripsit; *erecte* sane legitur Silv. V. 205: ille etiam erecte rupisset tempora vitae, ubi Vollmer servavit: „*erecte* mutig, wie oft", sed vocabuli usus adiectivus ud nostrum creberrimus est, ut nonnullis exemplis ostendam: 412: tum vero erectus uterque, II. 470: erectus saetis et luncae fulmine malae, 506: pallentis erecta genas, V. 95: c erecta genas, X. 415: natos erecta superstat (lea), XI. 28: ego erectum subigam et servire docebo, Ach. I. 235 Silv. I. 2. 217: erecto prospectat equo (Chiron), Ach. I. 64: erectumque genas, II. 34: quem — erectumque mat Bellum; cf. etiam Ach. I. 412: fervet amor belli concussque erigit urbes, et Theb. X. 575 armatas erexit apes astor). At vero sive *erectum* retinemus sive forma adiectiva ocabuli restituenda est, nemo umquam mihi persuadebit, vom *potestas* subiectum intellegendum esse verbi *minetur*, cum aesertim sequantur haec:

quas gerit ore minas! quanto premit omnia fastu!
hicne umquam privatus erit?

ud dubie Eteocles pro subiecto habendus. Versu autem altero am ex sententiis illis contineri dico, quae apud Statium non ucae inveniuntur. Itaque locum sic constituo:

cernis, ut erectus torva sub fronte minetur?
saevior assurgens dempto consorte potestas! (sc. est)

I. 627: saevior Delius insurgit, atque e versibus supra datis XI. 728: ego erectum subigam et servire docebo, o quae sit verbi *erectus* vis clare patet.

In oratione qua Iuno Iovem precatur ut, si mortales emendare placeat, parcat Argivis suis atque a maleficiis vetustioribus potius faciat initium, haec sunt:

Arcades hic tua (nec pudor est) delubra nefastis
imposuere locis, illic Mavortius axis
Oenomai Geticoque pecus stabulare sub Haemo
276 dignius, abruptis etiamnum inhumata procorum
reliquiis trunca ora rigent. tamen hic tibi templi
gratus honos.

Locus intricatus sic explicandus est: hic i. e. ubi Lycaon hominem in ara tua mactavit, Arcades templum tibi posuerunt — illic Oenomai currus et equi (sc. sunt), digniores qui cum Diomedis Thracis equis stabulent, ET rigent trunca ora procorum, etiamnum inhumata, abruptis reliquiis: at tamen templum hoc loco nefasto dedicatum tibi acceptum est. Corrigendum igitur: abruptisQUE. Innumeri sunt loci in codibus mss. Statii quibus *que* a librariis omissum est vel in codice optimo, vid. II. 612, X. 240, sed plerique sunt in codice N.

Polynices iam exsul nocturno itinere Argos petit.
ille tamen, modo saxa iugis fugientia ruptis
miratus, modo nubigenas e montibus amnis
366 aure pavens passimque insano turbine raptas
pastorum pecorumque domos — vastum
haurit iter.

Lachmannum, cum pro *aure* coniceret *ire*, iniuria hunc locum sollicitasse loci qui sequuntur satis comprobant, Theb. XII. 222: nil corde nec aure pavescens, Ach. I. 794: vigilque haec aure trahentem, cum paveant aliae; insuper cf. Silv. I. 4. 119: nunc aure vigil nunc lumine cuncta aucupor, III. 5. 35: aure rapis vigili, Theb. XI. 252: mugitum hostilem summa tulit aure iuvencus.

Est igitur nihil quod in lectione offendat. Quo mirum videtur, editores in versu e libro XII modo laudato Lachmannum secutos esse atque pro codicum mss. scriptura *aure* edidisse: *ore*, magis mirum etiam, Garrodum iis se adiunxisse quippe qui Ach. I. 753 in incerta codicum scriptura ipse *aure* restituerit idque quidem collato loco qui est Theb. I. 366.

Quamquam recte eum Ach. I. 753: 'aure pavent aliae' re-
ısuisse credo, nam quoniam nil certi traditum est atque e
niectura locus restituendus, *aure* praestare puto coniecturis
: (Schraderi), *cuncta* (Kochii), *inde* (Baehrensii), neque *iure*
tisfacit, quod e litterarum reliquiis in duobus codicibus refic-
m est, nam defensio a Klotzio adscripta: 'at puellae iure
vent' poetae ingenio mihi quidem indigna videtur. Accedit
od in codice E fuit *Aurea*, quod in *Lurea* depravatum est
ıte Garrodo.

Adrastus Polynicem et Tydea ante ostium domus suae dimi-
ıtes occupat.

Quae causa furoris,
externi iuvenes (neque enim meus audeat istas
440 civis in usque manus), quisnam implacabilis ardor e. q. s.
c locus a multis olim temptatus est. Burmannum *audeat ire*,
ındium *audeat istic* vel *istac*, Menkium *audeat ista civis et*
achius coniecisse video, verum nunc traditam lectionem edi-
res servant, Garrod coniecturas illas ne commemorat quidem,
ohlmann infra paginam enumerat sed idem ad locutionem
dere in manus conferri iubet Verg. Aen. II. 347, ubi legitur:
quos ubi confertos audere in proelia vidi.
se addo Theb. I. 185, ubi *ad usque nepotes* legitur, et scholiastae
raphrasin: „externi estis, o iuvenes, nam civis meus num-
am usque adeo finem litis suae audeat extendere ut transferat
manus furorem".
Quamquam igitur de loci integritate non est dubitandum,
tea me coniecisse *civis* inisse *manus* nunc refero propterea
od locum afferre velim, quem olim coniecturam meam con-
nare existimabam, nunc vero traditam lectionem stabilire
do. Primum tamen versus citare liceat, ubi forma contracta
: ubique legitur: I. 475, III. 340, 354, VI. 596, nec non
I. 107: Argolicas acies — non ignarus ini, X. 9: ineuntibus
ıa — populis, XI. 124: impia bella unus init, unde me haud
ıis audacter ita coniecisse patet. Verum versus quem volo
XI. 258: ille autem fractis huc audeat usque viribus?
Viden quam mire hic versus nostrum tueatur? Atqui olim
n verba *in usque* corrupta esse mihi persuasissem, versum e

libro XI pro me pugnare aliquamdiu credidi, quia Lactanti ibi legit: *huc audeat* ire *viribus*, quod editores commemora neglexerunt omnes, fortasse quia eius lectio in annotatione versum antecedentem occurrit.

Tydeus rixae quam Polynices secum inierit causam Adrast aperit et queritur

pariter stabulare bimembris
Centauros unaque ferunt Cyclopas in Aetna
compositos (sunt et rabidis iura insita monstris
fasque suum, ut nobis) sociare cubilia terrae.
sed quid ego.

Ecce Garrodi recensio, qui *ut nobis* de suo dedit pro codicum scriptura *nobis* et Housmanni interpunctionem recepit. Kohlmanni duce Baehrensio sic locum constituerat:

compositos. Sunt et rabidis iura insita monstris
fasque suum: norunt sociare cubilia terrae.

Wilkins Postgatio obsecutus recensuit:

compositos (sunt et rabidis iura insita monstris
fasque suum) sociae novisse cubilia terrae.

Denique Lachmann coniecit *fasque suum*: *et non vis*, Housman: *binos sociare cubilia terrae.*

At nihil mutandum est, quod iam Barthium perspexisse in Duebneri editione video, qui quidem annotavit: „Recte vidit Barthius sermonem hic artificiose esse interruptum, ut in notissimo Vergilii: *Hos ego -- sed motos*, etc. Statiana exempla idem dedit, e. c. VIII. 60: *Me quoque* —: *sed durae melior violentia legis*". Ego addo III. 87: 'Te superis fratrique —' et Lactantii notam: „eclipsis figura. deest enim 'relinquo puniendum'. quasi festinus in vulnere orationem implere non potuit. ut Virgilius ⟨Aen. IV. 76⟩: 'incipit effari mediaque in voce resistit'." Addo etiam VIII. 506: 'genus huic — sed mitto agnoscere', ubi Lactantius: „subaudis: genus huic magnum nobileque. sed ἀποσιώπησιν fecit. ut Virgilius ⟨Aen. I. 135⟩: 'quos ego —! sed motos praestat componere fluctus'." Quae cum ita sint, ita locum distingue:

pariter stabulare bimembris
Centauros, unaque ferunt Cyclopas in Aetna

compositos, sunt et rabidis iura insita monstris
fasque suum: nobis sociare cubilia terrae —
sed quid ego?

Quid quod Lactantius iam ita legit, sed misere eius scholion Jahnke corrupit, quod sic constituit:

SOCIARE CUBILIA TERRAE 'et' deest. non licuit per iracundiam. [iratis enim sermo deficit. Virgilius ⟨Aen. I. 135⟩: 'quos ego'.]

et in apparatu critico nos docet, verba inclusa in uno codice omissa esse, in alio *et* (ante *deest*) omissum.

Quis, si scholia quae supra ad III. 87 et VIII. 506 descripsi comparaverit, mecum scribere dubitabit:

SOCIARE CUBILIA TERRAE. deest: 'non licuit per iracundiam'. ratis enim sermo deficit. ut Virgilius ⟨Aen. I. 135⟩: 'quos ego'.

Sunt nimirum verba 'non licuit per iracundiam' ipsa illa, quae per reticentiae figuram Tydeus omisit: ad 'iracundiam' intellegendum esse 'Polynicis', ad 'iratis' vero 'hominibus ut h. l. Tydeo', vix opus est ut moneam.

Nota etiam, verba *iratis — ego*, quae librario codicis M et Jahnkio delenda videbantur cum tantum *et* Tydea reticuisse putarent, quam opportune dicta iam sint. Neque tamen *et* temere ab aliquo insertum puto, sed primum *ut* e versu sequenti in superiorem irrepsisse, deinde in *et* abiisse. Scholiasta enim exempla quae e Vergilio fere sumit, semper et ubique inducere solet addito *ut*.

517 pars ostro tenuis auroque sonantis .
emunire toros alteque inferre tapetas, e. q. s.

Kohlmann vocabulum *tenuis* asteriscis saepsit corruptumque declaravit, Wilkins Burium secutus *ardentes* scripsit, Mueller *tinctos* proposuit. Nullum tamen loco inest vitium.

Viros doctos sibi persuasum habuisse suspicor, verba *ostro tenuis* iungenda esse, ostro vero, cum aurum continuo sequeretur, significari ipsam purpurae materiam: at dici non posse aliquid ostro. s. purpura esse tenue.

Etiamsi ita verba coniungenda sint, locus optime explicari potest, dummodo ostro denotari accipiamus vestes purpura perfusas, ut est VI. 62:

summa crepant auro, Tyrioque attollitur ostro
molle supercilium,

et Silv. V. 1. 225: Sidonio velatam molliter ostro.

Sic *ostro tenues tori* possunt esse tori e purpureis vestimentis molliter facti. Sed a Statii dicendi genere alienum non est ita construere: pars tenues toros emunire, ostro auroque sonantes. Quod èt assimilatio (*t*enuis — *t*oros) suadere videtur èt zeugma sic noster imitatus erit quod apud Verg. Aen. XI. 72 legitur:

vestes auroque ostroque rigentes.

Accuratius scilicet est quod Aen. I. 648 est:

pallam signis auroque rigentem.

Phoebus ut infantem a Psamathe expositum ulcisceretur monstrum misit quod Argivorum infantes recens natos devoraret. Quod cum descripsit poeta, sequitur:

601 haec tum dira lues nocturno squalida passu
inlabi thalamis.

Verba *nocturno squalida passu* quomodo recte explicari possint, non video; quae utique cohaerere necesse est, nam si verba *nocturno passu* ad *inlabi* pertinere velis, mirum oriatur asyndeton *haec dira squalida lues* neque ordo verborum tale quid commendat. Itaque verba *nocturno squalida passu* appositionem esse oportet ad *lues* atque *nocturno passu* ablativum causae qui dicitur. At vero mire dictum videtur, monstrum squalidum fuisse eo quod noctu incederet, credo, quod loca lutosa evitare non satis potuisset. Nisi me fallunt omnia, legendum est: *nocturno squalida pastu*, sicut vs. 618 de eodem monstro iam occiso dicitur:

iuvat ire et visere iuxta
liventis in morte oculos uterique nefandam
proluviem et crasso squalentia pectora tabo,
qua nostrae cecidere animae.

Cf. X. 290 (de tigride): ubi — rabies — crasso sordida tabo confudit maculas, Ach. I. 556: e pastu referuntur aves, et Mayor ad Iuven. 8. 130.

Polynices ubi originem suam Adrasto aperuit, hic respondet:

scimus' ait 'nec sic aversum fama Mycenis

684 volvit iter. regnum et furias oculosque p u d e n t i s
novit et Arctois si quis de solibus horret
quique bibit Gangen e. q. s.

arrod verbum corruptum *pudentis* crucibus cinxit neque tamen achmanni *parentis* vel *pudendos* recipere sustinuit, ipse vero scripsit, legendum fortasse esse *cruentos*. Ceteri editores recentiores, cum Lachmanni coniecturas memoratu dignas iudicarint, lectionem traditam retinuerunt verbo non addito. Mutatione exigua manum poetae restituo: c a d e n t i s, cl.

I. 72: miseraque oculos in matre reliqui.

I. 238: at nati — c a d e n t i s calcavere o c u l o s.

I. 620: et pater et genetrix et regna o c u l i q u e c a d e n t e s.

Liber Secundus.

Sit mihi versus 71 huius libri locus unde brevis exordiatur xpositio eorum quae de adiectivi 'totus' usu apud Statium eprehendisse mihi videor. Eo enim quod viri docti, qui eius rminibus epicis operam dederunt, hucusque in usum solito equentiorem huius adiectivi animum non satis attenderunt, ictum credo ut locos complures, ubi id vocabulum nunc legir, iniuria coniecturis sollicitarint ipsi aut, ubi librarii, eadem ve ignoratione sive neglegentia ducti, adiectivum 'totus' in liud quoddam immutarunt, id non perspexerint nequedum oetae suum reddiderint. Dabo exempla.

Menoecus moriturus pro patria deos precatur

X. 762 Armorum superi tuque o qui funere tanto
indulges mihi, Phoebe, mori, date gaudia Thebis
quae pepigi et t o t o quae s a n g u i n e prodigus emi.

uod Valckenaer proposuit *voto* ab editoribus recentioribus omnis in apparatu critico commemoratur — immerito, nam locum entur Silv. I. 2. 170: hic tibi s a n g u i n e t o t o deditus, Theb. 561: dein t o t o s a n g u i n e nixus; cf. Ach. I. 642: t o t o ctore veros admovet amplexus, 857: t o t o q u e i n p e c t o r e oia est, Silv. II. 2. 70: quos t o t o p e c t o r e sentis.

Eteocles, a Creonte conviciis laesus, comparatur cum serpente

310 ictus ut incerto pastoris vulnere serpens

erigitur gyro longumque e corpore toto
virus in ora legit.

Garrod scripturam codicis A affert addens: 'fortasse recte'. Minime, nam cf.

II. 411 iacto velut aspera saxo
comminus erigitur serpens, cui subter inanis
longa sitis latebras totumque agitata per artus
convocat in fauces et squamea colla venenum.

Praeterea cf. IV. 90: totoque exstantem corpore, XII. 318: corpore toto sternitur in vultus, Ach. I. 228: toto resolutum corpore Achillem, Silv. V. 4. 13: vigilabat corpore toto.

Oedipus post filiorum interitum e latebris prodiens cum Charonte comparatur ad superos aliquando exeunte

XI. 591 interea longum cessante magistro
crescat opus, totisque exspectent saecula ripis.

Pro *totis* alii alia coniecerunt, Heinsius *tostis*, Imhof *tota atque*, Garrod scribere non veritus est *solis*. Locum sanum credo: absente Charonte turba umbrarum ita accrevit ut ripam omnem Stygos fluminis iam implerent exspectantes dum traicerentur. Cf. II. 209: (Fama) totis perfundit moenia pennis, Ach. I. 303: totisque novum bibit ossibus ignem, 446: totos consumunt carbasa ventos, 745: totosque penatis obit.

Usum huius adiectivi creberrimum apud Statium cum considero, confiteor ne persuasum quidem mihi esse, duos locos, qui plerumque corrupti existimantur, manu emendatrice vere egere: dico Theb. III. 217: iuxta illi finis et aetas tota retro, ubi editores *torta* scribere solent cl. Ach. II. 110, Baehrens etiam *mota* proposuit, et Silv. IV. 4. 85: proavitaque toto rura abiisse mari, de quo versu cf. H. T. Karsten in Mnem. Vol. XXVII p. 368.

Iam duos locos afferam, ubi adiectivum, ab imprudenti librario olim male immutatum, poetae restituendum esse arbitror.

Prior est ubi de amicis sermo est qui amicos navi proficiscentes quam diutissime oculis persequuntur

IV. 31 stant tamen et nota puppim de rupe salutant.

Versus, in codice P omissus, a plerisque editoribus spurius iudicatus est — iniuria, ut credo. Si pro *nota* scripseris *tota*, versus non modo contextui aptissimus evadet sed etiam vir

derari poterit. Illi qui remanent primum amicos abituros
lectuntur osculanturque (vs. 27), deinde iam relicti 'stant
rupe tamen' et navem recedentem usquedum oculis sequun-
(vs. 30), denique cum navigantes ipsi non amplius discerni
unt oculis, at navem salutant tota rupe dense stipati.
V. 295: et e cunctis prospectem collibus undas, VII.
: toto planxisse Palaemona ponto, Silv. I. 2. 74:
hunc egomet tota — quondam tibi dulce — pharetra
improbus et densa trepidantem cuspide fixi.
um toto loco conferre utile est Ov. Met. XI. 465 sqq.
lter locus ille est unde profectus de hoc adiectivo disputare
i, sc.
71 Et tunc forte dies noto signata Tonantis
fulmine, praerupti cum te, tener Euhie, partus
transmisere patri.
bi Lachmann *torto*, Baehrens *moto* voluerunt, legendum vero
toto me docuerunt:
I. 228: tota perfusum pectora belli tempestate.
X. 72: tota Mars impulit hasta.
X. 904: totis in me conitere flammis.
927: talia dicentem toto Iove fulmen adactum corripuit.
. I. 2. 74: hunc egomet tota — pharetra — fixi.
5. 45: radiis ubi culmina totis perforat — sol.
rum apud nostrum et alibi adiectivum totus legitur et
b. II. 288, 341, III. 309, IV. 165, V. 368, 400, VI. 480,
IX. 57, 346, XI. 94, 515, 573, 600, 631, XII. 10, 339,
I. 7, 231, 316, 620, 692, Silv. I. 1. 42, 56, 3. 41, II.
33, 3. 33, 5. 15, III. 2. 12, 3. 85, 3. 148, IV. 3. 99, 4. 83,
. 16.

qualis ubi audito venantum murmure tigris
29 horruit in maculas somnosque excussit inertis,
bella cupit laxatque genas e. q. s.
nquam haud ita facile est, quid verbis *horruit in maculas*
a voluerit subtiliter definire, quin sana sint neque coniectu-
sollicitanda equidem dubitavi numquam, qua de causa non
o quid Kohlmann Baehrensii illud *in stabulis* dignum pu-
rit quod ad paginae calcem commemoraret. Prior scholiastae

interpretatio recta videtur: „quasi saevitiam feritatis macularum praemonstret horrore", sed non cum eo cogitandum esse puto de pilis se erigentibus, ut versu ex Aeneide laudato significare videtur: „comasque arrexit et haeret visceribus incumbens", verum de horrore totius corporis, velut terrae tremor dicitur 'horror soli' apud Florum. Melius igitur scholiasta attulisset e Vergilio: „mihi frigidus horror membra quatit" et e nostro Theb. I. 494: „per artus horror iit". Statius in dicendi ratione, quae a Vergilio frequentatur (Gossrau ad Aen. XII. 71 exempla collegit) nimius fuit.

Moneo alteram Lactantii qualemcumque explicationem (nam satis obscura est) omnino reiciendam esse: „aut certe maculas, quae in retibus texuntur, explicuit de reticulo variis minutis maculis pleno in horrorem". Locus alter, ubi vocabulum apud Statium legitur, est

> Caspia non aliter magnorum in strage iuvencum
> tigris, ubi immenso rabies placata cruore
> lassavitque genas et crasso sordida tabo
> X. 291 confudit maculas, spectat sua facta doletque
> defecisse famem.

Ad hunc versum Garrod rogat num forte *malas* sit legendum. Minime! Recte enim scholiasta: „pulchritudinem macularum cruore perfusa turbavit". His duobus locis et VII. 571, ubi de tigride ubique sermo est, vocabulum *maculas* idem significare statuere licet, sc. virgas quibus tigridum cutis distincta est, quod peculiare tigridum est ornamentum. Porro legitur VI. 336, 786 et XI. 121.

> Et iam Mygdoniis elata cubilibus alto
> 135 impulerat caelo gelidas Aurora tenebras.

Kohlmann et Wilkins Lachmanni coniecturas *dispulerat* vel *depulerat* commemorant, Garrod illam in textum recepit. Iniuria. Mirum in modum Statius verbum impellendi adamavit atque ibi etiam eo usus est ubi dispellere vel expellere exspectaveris. Cf. huius libri vs. 617:

> dumque trahit prensis taurum tibi cornibus, Euhan,
> procidit impulsus nimiis conatibus infans,

ubi sine dubio *expulsus* magis in loco fuisset, quo verbo sch-o-

etiam in loco illustrando usus est: „dicit ergo hunc non di ordine procreatum, sed conatu nimio utero matris lsum". Porro cf. III. 35:

ubi primum maxima Tethys
impulit Eoo cunctantem Hyperiona ponto.

m et alibi invenitur et II. 80, 250, 468, IV. 3, 310, 802, 0, 555, 657, VII. 83, XII. 733, Ach. I. 434.

cribitur quomodo Vulcanus monile Harmoniae fecerit

haec circum spumis lunaribus ungit
callidus atque hilari perfundit cuncta veneno.

yali cum Jortinio corrigendum puto, sed *hilaris*. Vulcanus monile fecit ut illa puniretur quae ex adulterio Martis et is nata erat; cf.

l: vidi hominum divumque metus hilaremque Megaeram et Lachesin putri vacuantem saecula penso.

)l: hilares acuunt fera tela Sorores.

ım cf. VIII. 191: anne sedes hilaris iuxta tua numina ? 257: (Phineus) hilaris mensasque torosque nec turferis tractavit pocula pinnis, IX. 698: interdum cristas is iactare comantis, X. 316: hilarisque sub umbras ıgit, Silv. II. 1. 56: quis tua colloquiis hilaris mulcenatis pectora? III. 1. 103: et talis hilaris tamen intro s.

ıuinquaginta viris, quos Eteocles misit ut Tydeum legainfecta re Thebis Argos redeuntem noctu interficerent, ıis unus est qui

9 pinea nodosam quassabat robora clavam
increpitans: „Unusne, viri, tot caedibus unus
ibit ovans Argos? vix credet fama reverso!
2 heu socii, nullaene manus, nulla arma valebunt?
haec regi promissa, Cydon, haec, Lampe, dabamus?"

ım moneo, editores Jortinii lectionem *nodosae — clavae* recepisse: *pinea robora* optime apposita sunt verbis *nodo- clavam*, ut in codice optimo legitur; in deterioribus est: — *clava*. Sic alibi quoque poeta scribere amat, e. g. VI. 80:

cultusque insignia regni purpureos sceptrumque.

Deinde in vs. 622 omnes pro tradito *heu* cum Muellero scripserunt *heus*. Lege:

h u n c, socii, nullaene manus, nulla arma valebunt?

De eclipseos figura, cui saepius Statius indulsit, iam egi ad I. 460 atque addo III. 201: illa tamen superi, V. 471: inde fugam Minyae.

Victoria reportata Tydeus tropaeum statuit et Palladem deam salutat

huic adnue sacro,
seu Pandionio nostras invisere noctes
721 monte venis, sive Aonia d e v e r t i s Itone
laeta choris, seu tu Libyco Tritone e. q. s.

Iure Garrod palmariam emendationem Postgatii *noctes* pro codicum *voces* et *caedes* recepit (cf. II. 650, VII. 543, VIII. 109, XII. 367), sed offendit in verbo *devertis*, quod hoc sensu apud neminem poetam usurpari videri ascripsit, rogans num forte *Aoniae de vertice Itones* legendum sit. Equidem locum corruptum esse non credo. Scholiasta iam ad VII. 330 ad voc. *Itonaeos* illustrandum versum nostrum laudat qualis nunc legitur, sed praeterea duos locos inveni quibus fretus quam maxime loci nostri integritatem defendere ausim; sunt autem III. 45: haud aliter saltu d e v e r t i t u r orbus pastor, et VI. 328: dum Scythici d e v e r s u s ad ostia ponti Castor Amyclaeas remo permutat habenas (sic enim legendum est — codices et editores *diversus* exhibent; similiter loco nostro *divertis* in nonnullis legitur codicibus). Significatio igitur, quam verbum iam apud Varronem habet (R.R. II. 11. 12, III. 3. 9), apud nostrum non deest, sed formis activa et passiva hic eodem sensu iuxta usus est.

LIBER TERTIUS.

Iusta cum solverentur Thebanis quos Tydeus occiderat, Aletes iam grandior aevo vehementer Eteoclem incusavit

unde ea libertas? iuxta illi finis et aetas
217 tota retro, s e r a e q u e decus velit addere morti.

Nonne *certaeque* h. e. instanti Statium scripsisse putandum est? Cf. I. 640:

non tu pia degener arma
occulis aut certae trepidas occurrere morti,

neque scio an Lactantius quoque ita legerit, qui haec: „videt enim sibi et vitae finem propinquum et omne incolumitatis spatium esse translatum. et propter hoc, ne moriatur inglorius, quasi liber et constans, ut hoc de illo populus post loquatur, optat occidi."

Iuppiter ubi Martem deum iussit Argivos quam maxime belli cupidos reddere, his denique verbis: „rape cunctantis et foedera turba!" addit:

234 cui dedimus, tibi fas ipsos incendere bello
caelicolas pacemque meam. iam semina pugnae
ipse dedi e. q. s.

Codices duo (PD) *cui* — ceteri *quae* praebent itemque scholiasta, quod nimirum nihili est neque interpretatione eius quidquam adiuvamur: „concessimus tibi longa otia subito bello turbare". Sub litteris, quae in codice optimo servatae sunt, veram lectionem latere verisimile est, hanc vero esse credo:

sic dedimus: tibi fas ipsos incendere bello e. q. s.

quam loci qui sequuntur vel maxime comprobant:

III. 482: mirum unde, sed olim est
hic honor alitibus, superae seu conditor aulae
sic dedit effusum chaos in nova semina texens
seu quia e. q. s.

Ach. II. 102:

haec mihi prima Ceres, haec laeti munera Bacchi,
sic dabat ille pater.

Veneri Thebanos commiseranti propter bellum imminens Mars respondet, nunc quidem sibi non licere id mutare, sed cum uterque exercitus sub Thebarum moenibus certarent, tunc se adfuturum atque arma socia adiuturum.

314 tunc me sanguineo late defervere campo
res super Argolicas haud sic deiecta videbis.

Garrod unus hoc verbo offendisse videtur, qui ascripsit: „*defervere* vix ferri potest: fortasse *bellantem fervere*". Quin restituendum sit *decernere*, equidem vix dubito his praesertim locis comparatis:

VI. 474: hic anceps Fortuna diu decernere primum
ausa venit.

VI. 646: emisso si quis decernere disco — velit.

VII. 174: quid si ille tuos Curetas in arma | ducat et innocuis iubeat decernere peltis?

Quam facile hoc verbum propter litterarum similitudinem in illud transire potuerit quivis videt. Verbum igitur defervĕre ex indice vocabulorum, quibus Statius solus usus est, apud Schambergerum iam eximendum est, quod idem de verbo undare in Mnemos. Vol. XXXVI p. 61 demonstravi.

Tydeus legatus Thebas missus cum male mulcatus inde rediisset atque in eo iam esset ut Argivi Thebanis bellum inferre vellent, Polynices unum se ad fratrem profecturum promittit.

ibo libens certusque mori, licet optima coniunx
379 auditusque iterum revocet socer.

Haec verba multimodis sollicitata sunt. Bury *augustusque*, Slater *ambitusque* vel *grandaevusque*, Baehrens *cunctatusque*, Koeslin *Argivusque* proposuerunt. Alii vocabulum *iterum* quoque suspectum habuerunt, Lachmann *largitusque torum*, Garrod *suadeat usque torum*, temptarunt. Nihil tamen ex illis editoribus satis placuit, quandoquidem omnes verba suspecta munierunt crucibus. Attamen vereor ne hoc loco rursus factum sit, quod saepius factum videmus cum e multis multorum medelis nulla umquam omnibus omnino probata sit, scilicet ut locus sanus sit sed poetae mens hucusque interpretatores latuerit omnes. Credo enim scholiastae, hoc loco referri ad legationem priorem, quam Tydeus suscepit, Polynices vero suscipere voluerat ipse; tunc Argia coniunx et Adrastus socer eum retinuerunt, cf. II. 373 sq. Nunc igitur dicit, se utique iturum, et iamsi coniunx et socer, quem tunc audiisset, iterum se revocent. Iam scholiastam audiamus, qui ita disserit:

„AUDITUS a me scilicet. ut obtemperans primum non isse. sic hoc dicit, ut intellegamus Polynicem ad Thebas ante ire voluisse, sed prohibitum se ab Adrasto queritur, ut prius legatio mitteretur."

Sic enim distinguendum est neque cum Jahnkio, qui da-

obtemperans primum non isse sic. hoc dicit" e. q. s. atque apparatu critico rogat num forte pro *sic* legendum sit: *ıificetur*. Moneo igitur voc. *iterum* cum verbo *revocet* iungen- n esse.

447 hinc pacis tranquilla movent, atque inde pudori
foeda quies, flectique nova dulcedine pugnae
difficiles populi.

rrigas: ast inde pudori, collatis his locis: VI. 119 hanc ıtibus umbris, ast illam superis, VIII. 611 haec matris das, oculos ast illa paternos — gemit. Ceterum cf. V. 383 alii pugnant, VI. 278 ast illam melior Phariis erexerat arvis ıpiter, VII. 215 ast ego non proprio diros impendo dolori lipodionidas, 438 ast ubi ductor taurus init, VIII. 61 ast), X. 780 ast illum.

Altercatio inter Amphiaraum et Capaneum hoc versu clauditur:
677 haec alterna ducum nox interfusa diremit.
Coniecerunt *dicta* Barthius, *sic* Kostlin, *aeque* Baehrens, quod hlmann recepit. Scribendum est *hic*, quo adverbio ad tempus nificandum Statius saepe utitur, cf.
495: si prohibes, hic necte moras dextrisque profundum
alitibus praetexe diem!
616: iamque hic timida cum fraude sacerdos exeat!

In huius libri fine Argia a patre suo flagitat ut bellum in- rat Thebanis atque Polynicem, maritum suum, reducat in triam. Ultima eius verba sunt:

et nunc maesta quidem grave et inlaetabile munus,
ut timeam doleamque, rogo; sed cum oscula rumpet
maesta dies, cum rauca dabunt abeuntibus armis
signa tubae saevoque genas fulgebitis auro,
710 ei mihi! care parens, iterum fortasse rogabo!

dices hac tantum re discrepant quod unus optimus *parens* aebet — ceteri omnes *pater*. Ex editoribus unus Garrod loco ndisse videtur, qui vocabulo *iterum* asteriscis saepto ascripsit, tasse legendum esse: *pater, pacem fortasse rogabo*: verbum *m* propter similitudinem verbi *pater* excidisse et librarium

aliquem *iterum* inserto versum explevisse. Idem suspicatur in codice P *parens* scriptum esse metri gratia propter sequens *iterum*.

Equidem viro docto versum corruptum esse assentior sed de corruptelae origine atque medela non item. Primum lectionem codicis eius, quem Garrod totiens tuetur adversus ceterorum codicum auctoritatem, hic quoque servandam esse censeo; nam versu sequenti voc. *pater* redit et vs. 686 Argia patrem iamiam allocutura „magno — adfusa parenti est". Ergo causa nulla est propter quam lectio *parens* in suspicionem vocanda sit. Iam de vocabulo *iterum* videamus. Hoc autem apud Statium significat: alterum, ut III. 379: auditusque iterum revocet socer, VII. 559: nempe iterum reddes? aut positum est pro: rursus, ut Ach. 1. 930: adspiciamne iterum? X. 247: quam si Aeolus portam iterum saxo premat. Neutra vero significatio huic loco apta est.

Ego sic rem mihi fingo, poetam scripsisse:

ei mihi! care parens, retro fortasse rogabo!

deinde interpretatorem aliquem supra voc. *retro* scripsisse *iterum*, quod veram lectionem postea detruserit. Nam *retro rogare* h. e. revocare id est quod hoc loco requiratur. Quod Deidamea in Ach. I. 940 se non audere dicit: „neque enim tantos ausim revocare paratus", id Argia fortasse se ausuram exclamat cum maritus iamiam ad bellum profecturus sit. Exempla notionis, quae adverbio inesse hic debet, apud nostrum abundant, cf. I. 269: saecula retro emendare, II. 14: tellus miratur patuisse retro, 467: in limine retro vociferans, VIII. 690: retroque datum Thebana tegebant arma ducem, IX. 7: retro torsisse iugales, XI. 328: oblatam retro dedit armiger hastam, Silv. I. 4. 68: permissaque retro nobilitas, Val. Fl. Arg. I. 782: iamiam exorabile retro carmen agens.

Liber Quartus.

22 illi, quis ferrum modo, quis mors ipsa placebat,
dant gemitus fractaque labant singultibus ira.

Pro voc. *ferrum* forsitan praetuleris *bellum*, ut Wilkins ad vs. 145

Quis numerum ferri gentisque et robora dictu
aequarit mortale sonans?

ɣat num *belli* forte legendum sit. Verum nihil mutandum , cum utriusque vocabuli usus apud Statium mire permistus atque solito liberior, cuius rei haec alia documenta sunt: VII. 22: at si ipsi rabies ferrique insana voluptas, 640: tat opus ferri.
luxta posita sunt VI. 730: haec bellis et ferro proxima tus.
Ea de causa Heinsius ad V. 348: nos Thracia visu bella ae (sc. navem Argonautarum) immerito coniecit *vela*, memor tasse vs. 130: adverso nituerunt vela profundo: Lemnia clas- erat.
Ceterum cf. IV. 153: vulgus innumerum bello, quae verba tantius optime illustrat: „expositio, quid sit ter centum tora, vulgus innumerum: quia tam fortes erant, ut multo- n facta fortia sua virtute pensarent".

inter adhortantis vix sponte incedit Adrastus,
41 contentus ferro cingi latus: arma manipli
pone ferunt.

rkland ad Silv. V. 2. 154 pro *manipli* scribendum esse monet *istri*. At lectionem traditam sollicitandam non esse mihi dem satis comprobant loci qui sunt IV. 65: non unus nam- maniplis mos neque sanguis, IV. 804: levibus tollens illa maniplis, VII. 485: trepidi visam expavere manipli, I. 134: hortanti diversa in parte maniplos, XII. 399: tem vexilla maniplis (triumphos A) vidisti, XII. 754: ic diversa bellorum in fronte maniplos hortantem.
Apparet Statium hoc vocabulum adamasse. Alio sensu est d Iuven. 8. 153: maniplos solvet.

Proxima longaevo profert Dircaeus Adrasto
75 signa gener, cui bella favent, cui commodat iras
cuncta cohors.

rod ascripsit: „*favent* corruptum: *gerit* Bentley e cod. qui *nt* († *favent*) praebebat: cf. 115. fort. *bella movens accommodat*." una litterula mutata mecum scribe: *cui bella fovent*, h. e. s gratia Argivi bella Thebanis inferunt. Et Lactantii inter- atio et multi loci tam apud nostrum quam apud alios me

adduxerunt ut hanc veram lectionem esse crederem; ille enim ita interpretatus est: „Polynicem ergo Dircaeum appellat, propter quem ab omnibus populis prodiebatur ad bellum", et cf. VI. 916:

tuque o, quem propter avita
iugera, dilectas cui desolavimus urbes.

VIII. 507: quando tu diversa foves, XII. 348: parvoque torum Polynice fovebo, Silv. II. 6. 94: quid damna foves et pectore iniquo vulnus amas? Porro Verg. Aen. X. 93: Aut ego tela dedi fovive cupidine bella? Iuven. 8. 165: nec ultra fovisti errorem.

huic et patria de sede volentes
77 advenere viri, seu quos movet exsul et haesit
tristibus aucta fides, seu quis mutare potentis
praecipuum.

Muellerum ante me perspexisse video, Statium scripsisse *et actis*, quod Garrod ne commemorat quidem. Cf. II. 650: sine tristi a Thebis nuntius acta feram, VIII 556: nec tristibus actis aversatus erat, Lact. ad l.l.: „in quibus est fides aucta calamitatibus, quia misericordia commoti sunt, sive quibus praecipuum erat potentes mutare."

Nominis *acta* usum creberrimum docent II. 104, 175, 431, 706, III. 175, 572, IV. 827, V. 120, 503, IX. 422, Ach. I. 3, 175.

(Achelous) adhuc imis vix truncam attollere frontem
ausus aquis glaucoque caput submersus in antro
109 maeret, anhelantes aegrescunt pulvere ripae.

Coniecturam Menkii et Hauptii *arescunt*, quam editores recentiores commemorant, recte Kohlmann reicit cl. XII. 712 sq. dirisque vaporibus aegrum aëra pulverea penitus sub casside ducens ingemit. Addo II. 18: insultare malis rebusque aegre cere laetis, XII. 194: aegrescit furiis. Nec non Lactantii lectionem traditam tuetur verissimeque explicat.

Hippomedon armatus describitur

capiti tremit aerea cassis

130 ter niveum scandente iuba, latus omne sub armis
ferrea suta terunt, e. q. s.

Garrod verba *ter n. sc. iuba* inter cruces collocavit, corruptionem latere iudicans, neque aliter Heinsius censuit cum pro *scandente* proposuerit *candente*.

Medendi viam ostendit Schol. D, qui versui ascripsit: 'triplici ordine', et locus Vergilii, quem totiens noster imitatur et hoc loco imitatus esse videtur: legitur enim Aen. VII. 785:

cui triplici crinita iuba galea alta Chimaeram | sustinet.

Quae cum ita sint et Statius crebro neutrum adiectivi pro adverbio ponere soleat, e. g. IX. 239: turpe latent, XII. 128: horvum lacrimans, eum scripsisse credo:

tergeminum scandente iuba.

Ceterum cf. IV. 175: galeaeque corusca prominet arce gigas, VIII. 166: nec cassidis altam compsit adornavitque iubam, 706: nusquam ardua coni gloria, IX. 107: Lycus excelso terrore comantem perstringit galeam.

Adiectivum *tergeminus* apud Statium est II. 31: tergemino somno, VI. 289: tergemina — luna, IX. 750: tergeminis — uncis, X. 366: si te tergeminis perhibent variare figuris numen, Silv. I. 1. 92: Iovis ignem tergeminum, II. 1. 10 tergeminum — carmen.

Neutrum huius adiectivi adverbialiter positum equidem non inveni; quodsi ideo *tergemina* malueris, non est quod obloquar: in cod. N est *nivea*.

Ad *ferrea suta* in vs. 131 cf. III. 85: aerea suta thoracum, Verg. Aen. X. 313: aerea suta.

In descriptione clipei Capanei legitur

squalet triplici ramosa corona
Hydra recens obitu: pars anguibus aspera vivis
170 argento caelata micat, pars arte reperta
conditur et fulvo moriens nigrescit in auro.

Apud Kohlmannum et Wilkinsium voc. *reperta* — apud Garroum vocc. *arte reperta* crucibus saepta sunt. Praesto sunt coniecturae Barthii: *torre repressa*, Lachmanni: *arte recurva*, Muelleri: *retorta* (vel *repressa*), Baehrensii: *resecta*, denique Garrod addidit, fortasse legendum esse: *pars altera reptans*.

Ad locum emendandum exigua modo mutatione opus esse credo, scilicet legendum: *arte repressā*, ita ut sit loci significatio haec: pars Hydrae, quae ex anguibus quasi vivis consistens exsculpta est, micat, pars vero altera, in qua fingenda artifex artem suam repressit, h. e. arti non indulsit, non usus est manu artifice, conditur. E centum enim anguibus pars illa vivere videbatur, haec autem, desecta cum esset ab Hercule, artificis manu non indigebat, cf. Sil. It. II. 158:

centum angues idem Lernaeaque monstra gerebat
in clipeo et sectis geminam serpentibus hydram.

Cf. II. 355: lacrimasque repressit, III. 29: arte relicta ingemit (rector navis), V. 522: fontisque repressos, VI. 453: victam proiecit casibus artem, X. 398: gressumque repressit, 661: dextramque repressit, XI. 309: ensem — repressit.

Argia dum monile exitiale libens Eriphylae concedit, marito et alia dicit et haec:

'non haec apta mihi nitidis ornatibus' inquit
'tempora nec miserae placeant insignia formae
te sine: sat dubium coetu solante timorem
fallere et incultos aris adverrere crinis.

Schol. D *coetu* explicat: *matronarum*, sed iam pridem editores rem moribus heroicis plane contrariam esse perspexerunt, unde factum est ut coniectura Lipsii: *calatho solante* nonnullis placuerit. Lactantii interpretatione non multum proficimus: „sufficit ad solatium feminae tali tempore ornatibus carere, ordo talis est: sat mihi timorem dubium coetu solante fallere hoc est dissimulare."

Unam litteram excidisse credo et emendandum: coept[u] solante.

Cf. XII. 644: dignas insumite mentes coeptibus, IX. 14[4]: non ibi Sidoniae valuissent pellere coepto Hippomedonta manu [s]

Ceterum cf. V. 84: solantia miscent conloquia, 500: long[o] solatur damna querela, 710: quis superum tanto solatus funer[e] voto, IX. 569: alterni praebent solacia luctus. Ad vs. 203 c[f.] IX. 638: gelidas verrentem crinibus aras.

partiatarum indolem poeta edocet

deus ipse viros in pulvere crudo
Arcas alit nudaeque modos virtutis et iras
ingenerat; vigor inde animis et mortis honorae
dulce sacrum. gaudent natorum fata parentes
32 hortanturque mori, deflent iamque omnis ephebum
turba, coronato contenta est funere mater.

igendum est: *namque*. Optime locum interpretatus est Lac-
ius: „omnis quidem turba ephebi lamentatur interitum,
er sola neglegit luctus, quia filius coronatur exstinctus."

talante ubi cognovit Parthenopaeum, filium suum, puerum
odum Thebas proficisci velle, eum iamiam iturum occupat
ut stetit adversisque impegit pectora frenis
18 (ille ad humum pallens): 'Unde haec furibunda cupido, e.q.s.
Kohlmann et Wilkins locum conclamatum interpunxerunt
memorata Peyraredi coniectura *illa ad eum*, Garrod aliquid
lisse putat. Sic mihi quoque visum est. Qualis vero versus
lisse putandus sit, docet me locus in libro III, ubi Martem
iussu bellum incitaturum Venus consequitur:
iamque iter extremum caelique abrupta tenebat,
cum Venus ante ipsos nulla formidine gressum
figit equos; cessere retro iam iamque rigentis
5 suppliciter posuere iubas. tunc pectora summo
acclinata iugo vultumque obliqua madentem
incipit; interea dominae vestigia iuxta
spumantem proni mandunt adamanta iugales:
'Bella etiam in Thebas e. q. s.
m igitur nostrum in hunc fere modum refingendum esse
ɔr:
ut stetit adversisque impegit pectora frenis,
⟨incipit; interea iuvenilia deicit ora⟩
ille ad humum pallens: 'Unde haec e. q. s.

resias ab Eteocle consultatur de somnio et

ille deos non larga caede iuvencum
0 non alacri pinna aut verum salientibus extis —
tam penitus, durae quam mortis limine manis
elicitos, patuisse refert.

Sic legitur in cod. P — codices ceteri *spirantibus* praebent. Explicat schol. Gud.: 'spirantibus aut salientibus i. e. saliendo monstrantibus verum'.

Ego *verum* suspectum habeo, nam *verum sal.* vel *spir.* etiamsi bene a scholiasta Gudiano explicetur, huic loco minime aptum videtur. Poetam hoc tantum dicere voluisse credo, rationibus sollemnibus a Tiresia institutis voluntatem deorum non tam penitus patuisse quam manes ex inferis elicitos. Cf. VIII. 178:

quis mihi sidereos lapsus mentemque sinistri
fulguris, aut caesis saliat quod numen in extis.

Quapropter collato loco in Silv. IV. 8. 2: „pecudum fibris spirantibus" suspicor Statium scripsisse: aut pecudum salientibus extis, vel *ovium*, sed illud alliteratio commendat. Postquam vocabulum corruptum est in *verum*, verbum quoque *salientibus* mutatum est in *spirantibus*, quod id obiectum quodammodo regere posse videbatur.

(Cadmus) durus qui vomere primo
ausus humum versare et putria sanguine prata
eruit; ingentis infelix terra tumultus
lucis adhuc medio solaque in nocte per umbras
exspirat, nigri cum vana in proelia surgunt
terrigenae.

Pro *eruit* nescio an scripserit poeta: *eruere*. Verba *lucis adhuc medio*, quae iam Heinsio suspicionem moverunt *media* conicienti, proponere velim: *luce sub occidua*. Cf. I. 403: sub nocte sopor[i], II. 102: nocte sub alta, 272: sub luce iugali, 318: per nocte[m] ac luce sub omni, III. 2: nocte sub ancipiti, 33: sub [no]ciduas versae iam noctis habenas, IV. 85 et Ach. I. 705: hiber[no] sub nocte, V. 82: sub nocte dieque, 265: sub nocte, 47[1]: occidui Phoebi, VII. 455: horrore sub illo, VIII. 272: sub lu[ce] parata, 310: mundi — inoccidui, 647: morte sub ipsa, 69[1]: nocte sub atra, IX. 605: rore sub Eoo, IX. 793 et X. 202 [e] Silv. I. 1. 94: sub nocte silenti, X. 84: occiduae noctis, X[1]: 282: nocte sub infesta, Silv. I. 3. 71: nocte sub arcana.

Tiresias cum sacrificat inferis et alia facit et
principio largos noviens tellure cavata

452 inclinat Bacchi latices et munera verni
lactis et Actaeos imbris suadumque cruorem
manibus.

Lectio haud dubie corrupta facile emendari potest. Lege:
inclinat Bacchi latices et, munera Averni,
lactis et e. q. s.

Causam propter quam *munera Averni* ad *lactis latices* praecipue ppositum sit exponam. Apud Vergilium manibus libatur Aen. II. 66 lacte et sanguine (tepido lacte), V. 78 lacte, vino, anguine (lacte novo), Ecl. 5. 67 lacte, vino, oleo (novo lacte), pud Tibull. III. 2. 19 vino et lacte (niveo lacte), apud nostrum I. 210 sqq. melle, vino, sanguine, lacte (rapti lactis) ut co nostro. Cum igitur in eiusmodi sacrificiis licuisse videatur rtes ceteras variare, de lacte non ita: semper et ubique lac crificii est pars, unde mirum non est, epitheton *munera Averni* hanc muneris partem prae ceteris esse additum.

Ne quis forte dubitet num de lacte nomen *latex* dici possit, ero Gossravii observationem ad Aen. I. 686: „est enim quod- s udum et fluidum; inde de aqua IV. 512, VI. 715, etiam oleo et lacte", quamquam nil obstat quominus *lactis* ad *imbris* pertineat, cl. V. 618 sq.:

cui nunc venit inritus orbae
lactis et infelix in vulnera liquitur imber.

Oppositio similiter inclusa est apud nostrum VI. 80: cultusque, signia regni, purpureos, VIII. 300: innumerosque deae, sua unera, flores — addit et intacto spargens altaria lacte. Cf. iam VI. 608: Triviae — munus.

Nomen *Avernus* occurrit VII. 98, 823, VIII. 34, 193, XI. e. a.

isque ubi pulverea Nemeen effervere nube
665 conspicit et solem radiis ignescere ferri, e. q. s.

codices ad unum omnes. Editores omnes locum corruptum buere, Kohlmann *solem* inter asteriscos posuit, Garrod etiam abula sequentia. Coniecit Madvig: *solis — ferrum*, Koestlin am — *ferri* cll. V. 9 sq. et IX. 592, Baehrens: *solem radiis* nescere *ferri*, Slater: *frondem — ferri*, Garrod denique ripsit, fortasse legendum: *solem radiis* pallescere *ferri*,

cum *pallescere* et *ignescere* item ad IV. 171 confusa sint. Wilkins rogat: An *atque solum*?

Frustra tot viros in hoc loco desudasse, locis ex ipso carmine allatis ostendam. Capaneus (X. 843) per scalas moenia Thebarum ascendit longeque timendus

multifidam quercum flagranti lumine vibrat;
arma rubent una clipeoque incenditur ignis.

Recte Lactantius haec verba explicat: „splendore clipei repercussus splendidior fit". Ut igitur h. l. facis lumen augeri dicitur radiis clipei, ita loco nostro lux solis poetice sed optime ferri radiis augeri fertur. Amat enim poeta armis, clipeo praecipue, suam quasi insitam assignare lucem, quae non a sole originem ducat sed etiam eum aemuletur atque interdum superare possit, cf. III. 225: clipeique cruenta

lux rubet, et solem longe ferit aemulus orbis.

et rursus VI. 665:

qualis Bistoniis clipeus Mavortis in arvis
luce mala Pangaea ferit solemque refulgens
territat.

Cf. etiam IV. 132: umeros ac pectora late flammeus orbis habet, 170: pars anguibus aspera vivis argento caelata micat, V. 557: ad armorum radios, IX. 229: claraque armorum incenditur umbra (unda sc.), ubi reicienda est Kochii coni. *claroque* a. i. *auro*, XII. 658: nec pulvere crasso armorum lux victa perit sed in aethera longum frangitur et mediis ardent in nubibus hastae, 732: campumque trucem lux cuspidis implet.

Adrastus Hypsipylen orat ut copiis siti vexatis succurrat

da fessis in rebus opem, seu turbidus amnis
seu tibi foeda palus; nihil hac in sorte pudendum,
nil humile est; tu nunc ventis pluvioque rogaris
pro Iove, e. q. s.

Pro *foeda* malim *fida*: certe verba quae sequuntur illud non requirunt, quippe quae ipso vocabulo *palus* satis iam confirmentur, et cf. IX. 321: Crenaeus, cui prima dies in gurgite fido et natale vadum et virides cunabula ripae, XII. 183: quo semet ab agmine fido segreget, VII. 592, VIII. 571 et 616, Ach. I. 751: virginibus qua fida domus.

In versu sequenti Garrodum *ventis* iniuria in *undis* mutasse, Baehrensium sine causa *venis* coniecisse testantur:
IX. 405: unde aurae nubesque bibunt atque imbrifer arcus.
IV. 836: gravidive indulgent nubila Cori.

787 at puer in gremio vernae telluris et alto
gramine nunc facilis sternit procursibus herbas e.q.s.
Garrod quod non vernum tempus esset, adiectivum cinxit crucibus rogans: An *tenerae*? Immo *variae*, cl. V. 502: languentiaque ora comanti mergit humo — prensa manus haeret in herba, VII. 570: variisque ornare corymbis.

Ubi denique iam agmen sitiens aquas invenit, „incubuere vadis passim discrimine nullo turba simul primique" (vs. 810), atque vss. 810—824 poeta res, quae in tali tempore fieri solent, vividis coloribus depinxit, in quibus et alia et haec sunt:
hos turbo rapax, hos lubrica fallunt
saxa, nec implicitos fluvio reverentia reges
816 proterere aut mersisse vado clamantis amici
ora.
Corrigas quaeso: *incumbentis*, cl. vs. 810, IV. 559: nec tristi incumbere sulco cura (sc. manibus est), V. 595: ingeminat misera oscula tantum incumbens, VI. 576: tunc Palladios non inscius haustus incubuit, XII. 290: corpora prona supinat incumbens, Ach. II. 151: ferus ille minari desuper incumbens.

Liber Quintus.

Hypsipyle narrationem de viris a Lemniadibus interfectis incipit:
Immania vulnera, rector,
30 integrare iubes, Furias et Lemnon et artis
arma inserta toris debellatosque pudendo
ense mares.
Hoc loco, qui versum Vergilianum (Aen. II. 1) in mentem vocat: „Infandum, regina, iubes renovare dolorem", adiectivum *artis* absolute positum est, aliter atque XI. 273: 'urbem — modo

civibus artam'. Ne tamen cum Muellero *atris* scribas moneo, nam epitheton *atris* huic loco minime idoneum est, *artis* vero cum verbo *inserta* optime convenit. Ut vs. 139 Venus Polyxoni in somno visa ferrum stratis imposuit, ita h. l. mulieres ferrum ut id viros celarent inseruerunt toris artis h. e. ad occultandum accommodatis.

Polyxo furiis exagitata per urbem bacchatur, domos pulsat, concilium mulierum convocat,

99 atque illae non segnius omnes
erumpunt tectis, summasque ad Pallados arces
impetus.

Sine causa ulla Kohlmann coniecturam Baehrensii *illa*, quam Wilkins et Garrod in apparatu commemorant, in textum recepit. Lemniades alibi quoque in narratione eo pronomine denotantur, cf. vs. 81: illae autem tristes — solantia miscent conloquia.

Polyxo Lemniades et alia multa et haec adhortatur:

105 firmate animos et pellite sexum!

Lactantius recte: „pulsa feminea imbecillitate viriles ad facinus arripite animos", et facere non possum quin quantum hoc nomen poetae in deliciis fuerit, exemplis ostendam. Sunt autem V. 397: rediit in pectora sexus, IX. 118: sexusque oblita minoris, 609: sexum indignata, XII. 178: sexuque relicto, 529: sexumve fatentur, Ach. I. 356: tu frange regendo indocilem sexuque tene, Silv. III. 4. 71: de sexu transire.

Ad verba *mihi noscere detur* in vs. 111 cf. vs. 343: post nosse datum est, et vs. 465: nec quae fortuna relictis nosse datur.

rore madens Stygio morituram amplectitur urbem
199 Somnus et inplacido fundit gravia otia cornu
secernitque viros.

Haec est codicis optimi scriptura et nonnullorum aliorum: in uno e deterioribus voc. *inplacido* correctum est ex *inplacito*. Heinsius cum codd. duobus *implicito* legit. Lectionem veram esse credo *impleto*; cum somnus primum homines obrepit, eius cornu etiam plenum est, ubi vero nox ad finem properat,

nane, cf. II. 144: illos — cornu perfuderat omni Somnus, VI. 27: (Lunae habenas) cornu fugiebat Somnus inani. Cf. etiam VIII. 481: inexpleto rapitur per milia ferro, IX. 729: caelestibus implet coryton telis, X. 111: haec (manus Somni sc.) cornu oblita remisit.

Lycaste Cydimon fratrem dormientem necare veretur,
cum saeva parens iam coniuge fuso
230 astitit impellitque minis atque inserit ensem.

Dubites utra Cydimon tandem interfecerit, Lycaste an mater. Comparatio quae mox sequitur Lycastem fecisse comprobat a matre compulsam; ad *inserit* igitur mente supplendum est: *manibus Lycastes*, cl. vs. 31: artis arma inserta toris, ut ad *impellit* nimirum obiectum intellegitur: *Lycasten*. An vero credibile est, Statium tam ambigue rem descripsisse ut legentibus in medio relinqueret atque demum imagine quae sequitur quasi adumbraret, matrem Lycastes ensem in manus filiae, non in illii corpus inseruisse, ut ap. Liv. legitur: inserere ex propinquo telum. Cui difficultati ut obviam iret, nescio quem in codicis optimi margine ascripsisse opinor: *ingerit*. At dubito an pro *minis* noster posuisse putandus sit: *manus*, qua voce recepta sane omnis loci asperitas iam tolleretur. Cf. XI. 694:

ultricem crudelis in ora retorsi
non ullo cogente manum.

Verg. Aen. XII. 423: secuta manum nullo cogente sagitta.

Ceterum impellendi usum cum accusativo iuncti ap. Statium creberrimum esse, hi loci demonstrent: II. 80 impulerat matres, 250 impulsae mentes, 468 impulsa per agmina, III. 35 Tethys impulit Hyperiona, IV. 3 impulsa fatis consilia, 310 totam impellere natum Arcadiam, 802 impulit auris murmur, V. 264 impulsis mensis, 555 Argolicas ululatus auris impulit, 657 impellite raptam, VII. 83 Mars impellit equos, VIII. 683: telum ingens avide impulit, Ach. I. 89 impelletque manu nostros muros, 430 (ferrum) quod conspirante veneno impellat mortis.

Quodsi quis in numero plurali *manus* offendat, ne obliviscatur nonneo sermonem esse de puella, cuius imbecillitati vix conveniret virilem in modum dextra una gladium dirigere, atque

verbis quae sequuntur: 'sic illa iacenti incidit' adducor ut credam, illam gladio utraque manu directo extentoque in corpus fratris dormientis se immisisse. Cf. etiam vs. 282, ubi Bacchus Venerem dicens rogat: Unde manus, unde haec Mavortia divae pectora?

Hypsipyle quomodo Thoanti patri pepercerit narrat atque cum eo fugerit ex oppido,

ferimur per devia vastae
urbis et ingentem nocturnae caedis acervum
passim, ut quosque sacris crudelis vespera lucis
251 straverat, occulta speculamur nube latentes.

Legendum est: *nocte*, cf. vs. 265: sub nocte. Nempe nox ita fuit obscura ut non conspicerentur, quod e sequentibus patet; ergo opus non fuit nube qua deus aliquis eos involveret. Vs. 265 Bacchus sese iis ostendit, qui cum multis eos adhortatus est, abit et

285 nostrum, visus arcentibus umbris,
mitis iter longae claravit limite flammae,

quae verba Gronovius optime illustravit: „visus aliorum, umbris impedientibus ne nos conspiceremur." Bacchus igitur non modo non nubem iis offundendam duxit, sed etiam lumen aliquod praebendum ut viam invenirent. Cf. X. 18: dux noctis opertae.

Simulat Hypsipyle se patris corpus mortuum comburere
316 ac prope maesta rogum confusis ignibus asto
ense cruentato, e. q. s.

Kohlmann glossam e cod. Gud. eandemque Lachmanni coniecturam *crinibus* recepit, Ellis *contusis unguibus* proposuit. Cum vero alibi quoque ignes pro oculis poeta usurparit, e. g. XI. 146: tantum fleverat atque manu tacitos averterat ignis, XII. 186: hortantur pietas ignesque pudici, et multis locis participium *confusus* eodem sensu apud nostrum occurrat, nullam causam video propter quam tradita lectio displiceat. Cf. II. 234: primae modestia culpae confundit vultus, I. 17, V. 421, VII. 419.

Hypsipyle enim omnia signa filiae patrem plangentis quam maxime imitatur, „metu, si forte premant", ut vs. 318 legitur.

Iam paenitet Lemniades factae caedis
iam meminisse nefas, iam ponere manibus aras
329 concessum et multum cineres iurare sepultos.

Saepius quidem isto modo verbum iurandi apud Statium legitur e. g. VII. 103, ubi Adrastus ad manes Archemori: captivis etiam iurabere Thebis, VII. 160: nec Styge iurata nec paelicis arte rogatus, VIII. 100: quid enim hic iurandus Apollo? sed loco nostro verbum minime accommodatum esse iudico, immo vix dubito quin poeta scripserit: *curare* i. e. *θεραπεύειν*.

Ad *multum curare* cf. I. 58: multumque mihi consueta vocari, XII. 478: Creonta multum et ubique fremunt, 811: o mihi bissenos multum vigilata per annos Thebai, Ach. I. 449: litora multum montivagae dilecta deae.

Lemniades navem Argonautarum appropinquantem conspiciunt, Thraces hostiles esse credunt, arma virilia sumunt.

quin et squalentia texta
355 thoracum et vultu galeas intrare soluto
non pudet.

Quid verbis *vultu soluto* poeta voluerit, vix quemquam fugere opinor, at tamen fugit Lactantium, cuius interpretatio haec est: 'SOLVTO molli aut muliebri'. Est nimirum vultus galeae (vizier) atque manifestum est, Statium non galeas vere Romanas ante oculos habuisse quippe quae mobili oris tegumento carerent, sed Graecas vel eas quibus certa gladiatorum genera uterentur, cf.

VIII. 163: qui fletus galeis cecidere solutis.
IX. 700: ast ubi pugna | cassis anhela calet, resoluto vertice nudus | exoritur.

Eodem tempore Argonautae subita tempestate iactantur et Lemniades tela in eorum navem immittunt.

376 nos quoque per rupes murorumque aggere ab omni,
dum labor ille viris fretaque indignantur et Austros,
desuper invalidis fluitantia tela lacertis
(quid non ausa manus?) Telamona et Pelea contra
spargimus, et nostro petitur Tirynthius arcu.

Saeptum illud *per rupes* emendandum est: per turres. Nempe mulieres, ut vs. 350 sqq. Hypsipyle narravit,

portus amplexaque litus
moenia, qua longe pelago despectus aperto,
scandimus et celsas turris,

neque, hercle! credibile, eas deinde ex oppido egressas per rupes stationes iniisse quae comminus cum hostibus certarent, neque ita factum e vs. 409 sqq. apparet, ubi Argonautae et undis et Lemniadum telis petiti dicuntur:

quatiunt impulsibus illi
nunc freta, nunc muros, sed nec spumantia cedunt
aequora et incussae redeunt a turribus hastae.

Ad praepositionis *per* usum cf. III. 229, 573, V. 404, 595, 638, VIII. 218.

Hypsipyle de filiis suis Lemni relictis dicit,

nec quae fortuna relictis
nosse datur, iam plena quater quinquennia pergunt
si modo fata sinunt aluitque rogata Lycaste.

Kohlmann et Wilkins lectionem traditam retinuerunt, Garrod Lachmanni coniecturam *vergunt* recepit, at scribendum esse *degunt* hi loci docebunt:

I. 63: possem cum degere falso contentus Polybo.
V. 752: Phrygiis aut degere longius annis.
VI. 831: sic otia Martis degere — assueverat.

Iam rumor incessit, Hypsipylam patrem non interfecisse, iam taedet Lemniades eius imperii.

quin etiam occultae vulgo increbrescere voces:
Solane fida suis, nos autem in funera laetae?
non deus haec fatumque? quid imperat urbe nefanda?

Kohlmann pro *laetae* recepit Baehrensii coniecturam *latae* — pro *non* scripturam codicis Gud. *num*; Wilkins *laetae* retinuit, sed recepit *num*; Garrod cum lectionem traditam servarit, ad vs. 491 ascripsit, fortasse legendum esse: *nostra autem in funera laeta est?* et versum sequentem tamquam corruptum intra cruces posuit.

At nihil mutandum esse puto nisi interpunctionem vel potius enuntiatorum divisionem: ut Lactantii verbis utar, quae ad XI. 257 ascripsit, membratim ista quae vs. 491 sq. continentur

da sunt ut videantur a multis dici, atque sic distinguenda:
'Solane fida suis, nos autem in funera laetae?'
'non deus haec fatumque? 'Quid imperat urbe nefanda?'
rerba *non deus haec fatumque* nimirum mente supplendum
vident atque ulciscuntur? Cum loco bene comparaveris
458 sq., ubi Antigone et Argia sibi quaeque culpam vin-
t corporis Polynicis combusti:

Ego corpus, ego ignis,
me pietas, me duxit amor.

:um nihil esse quod in verbis *nos autem in funera* (sc. ficta
ntis) *laetae* offendamus, exempla quae infra ad vs. 593 al-
sunt, satis ostendent.

ıpaneus ora monstri, quod Archemorum occiderat, hasta
eiusque caput figit solo.

14 longus vix tota peregit
membra dolor, rapido celer ille volumine telum
circuit avulsumque ferens in opaca refugit
templa dei.

ierito Garrod Lachmanni coniecturam *peredit* commemorat
e suo *peragrat* proponit, quandoquidem *peregit* ipsum ver-
est quo Statius eo sensu uti soleat, ut probat VI. 109:

non grassante Noto citius nocturna peregit
flamma nemus,

uem locum iure Duebner: „multi codices *peredit*, sed amat
verbum Statius". Alia exemplа haec sunt V. 543: qualis
totas peragunt insomnia voces, VIII. 208: peragunt
mnia, XI. 56: carmen tuba sola peregit, Ach. I 136:
axe peracto, 314: cui nondum toto peraguntur cor-
gyro.

ıbita infantis morte detecta, cuius cura ei mandata erat,
sipyle

agnoscitque nefas, terraeque inlisa nocenti
)3 fulminis in morem non verba in funere primo
non lacrimas habet.

on cum Bentleio corrigendum esse *in vulnere*, sed scriben-
in funera censeo atque *primo* adverbium esse moneo. Per-
ıt ad hunc locum vs. 605 sq.:

ut laceros artus gremio miseranda recepit
intexitque comis, tandem laxata dolori
vox invenit iter gemitusque in verba soluti.

Similiter est in libro XII: primo (vs. 9) — mox (vs. 19) — tandem (vs. 20).

Voc. *funera* plurali numero a Statio saepius pro uno homine mortuo positum esse demonstrant V. 491: nos autem in funera laetae? 647: prima, Lycurge, dabis Dircaeo funera bello, VIII. 225: nunc funera rident auguris, IX. 96: haec infamantia bellum funera (Tydei sc.), 365: miseri funera nati, 539: ingentiaque horrent funera (Hippomedontis sc.), XII. 383: mea membra tenes, mea funera plangis.

Usus autem liberioris praepositionis *in* cum accusativo iunctae haec exempla affero II. 514: strictosque in vulnera dentis, III. 584: gladios in saeva recurant vulnera, IV. 574: canes in vulnus hiantis, VI. 79: in nomen credula, 269: miris in vultum animata figuris, 271: (Hercules) sua frangit in ossa leonem, 290: iungunt discordis inimica in foedera dextras, 458: is furor in laudes, VII. 198: veteres seraeque in proelia causae, X. 294: optat nunc bracchia centum centenasque in bella manus, XII. 632: ipse quoque in pugnas vacuatur collis.

Lycurgus Hypsipylen supplicio affecturus a ducibus Argivis prohibetur: oritur altercatio atque ille deum invocat testem et arces respicit

atque illic alio certamine belli
tecta fremunt; volucris equitum praeverterat alas
692 fama recens, geminos alis amplexa tumultus:
illi ad fata rapi atque illi iam occumbere leto
sic meritam Hypsipylen iterant.

Hanc codicum omnium lectionem, quamvis a compluribus sollicitatam, servandam esse arbitror; Lachmann *agilis complexa*, Burmannus e codice ut videtur aliquo *geminosque suis* (sc. alis!) *amplexa* proposuit, Garrod *aulis* scripsit interpunctione ita mutata:

tecta fremunt (volucris equitum praeverterat alas
fama recens), geminos aulis amplexa tumultus:

Hi omnes nimirum offenderunt in vocabulo *alis* post *alas* repe-

to, sed nescio an propter significationes vocabuli prorsus diersas ista repetitio poetam aut fugerit aut non offenderit, nam eteros locos conferas ubi de Fama sermo est: primum III. 425 ıse eius volatus describitur:

at vigil omni
Fama sono vanos rerum succincta tumultus
ante volat currum (Martis sc.), e. q. s.

einde X. 626: iam fama sacratam vocem amplexa volat.
Similiter de Somno Ach. I. 620:

totis ubi Somnus inertior alis
defluit in terras mutumque amplectitur orbem.

sic meritam retinendum est neque cum Peyraredo corrigenım: *immeritam*, ironice scilicet est intellegendum neve cum ohlmanno virgulam post *leto* ponas moneo: item legitur VI. 38, ubi mater pueri occisi de eadem Hypsipyle:

sed miserae mihi nec punire potestas
sic meritam!

st *immeritas* VII. 23, X. 4, *immeritam* XII. 296, *emerito* III. 91, *emeritis* XII. 522, *emeritas* XII. 638.

Hypsipyle cum natos, de quibus vs. 464 sqq. locuta est, ;noscit, cessit dolor de Archemoro sua neglegentia interfecto.

ut vero et vultus et signa Argoa relictis
726 ensibus atque umeris amborum intextus Iason,
cesserunt luctus.

militer umeri pro toto corpore positi sunt ut h. l. pro tota veste:
I. 835: terrificos umeris Aetolus amictus exuitur.
. 648: (Herculem) perdere Sidonios umeris ridebat amictus (Lydia coniunx).

gna vestibus intexta etiam commemorantur:
II. 255: cui nivea arma tridentem atque auro rude fulmen habent.
I. 352: armaque vel Tityon vel Delon habentia.

Liber Sextus.

25 Clara laboriferos caelo Tithonia currus
extulerat e. q. s.

Kohlmann et Wilkins coniecturam Lachmanni *clara ubi roriferos* commemorant, Garrod item sed addit, se vereri ut Latinum sit *ubi extulerat* pro *ubi extulit* vel *ut extulerat*. Lachmannum ita coniecisse suspicor propterea quod I. 338 sunt:

Titanis late, mundo subvecta silenti,
rorifera gelidum tenuaverat aëra biga,

verum sine causa locum nostrum vexavit. Statius enim epitheto *laborifer*, quod apud Ovidium et in Silv. IV. 6. 26 idem est quod 'laborem perferens', novam vim subiecit ut Vergilianum illud novaret (Aen. XI. 183):

extulerat lucem referens opera atque labores,

postquam ipse de Somno iam cecinit (I. 340):

grata laboratae referens oblivia vitae,

quem secutus est postea Ausonius 322, 7 *h.*:

Graio schola nomine dicta est,
iusta laboriferis tribuantur ut otia musis.

Cf. Schamberger ll. p. 286 sq. de adiectivis compositis in *—fer* cadentibus.

ille quoque adfatus non mollius audit amicos,
quam trucis Ionii rabies clamantia ponto
53 vota virum aut tenuis curant vaga flumina nimbos.

Haec versuum trias in codice P omissa est et alia manu post ascriptum: *deficiunt tres*, neque a Lactantio agnoscitur: exstat in ceteris codicibus, ab editoribus Kohlmanno et Garrodo uncinis est inclusa, a Wilkinsio non item. Codices variant in *flumina — fulmina*, *nimbos — cultu* cod. Bodl. Can. 77. Garrod temptavit: *flumina — lembos*. Scribendum est:

aut tenuis curant vaga flumina cumbas.

Cf. Silv. I. 4. 120: immensae veluti conexa carinae cumba minor.
II. 1. 186: ipse avidae trux navita cumbae.
III. 3. 84: inque omni felix tua cumba profundo.
V. 1. 252: manes placidus locat hospite cumba, ubi sine causa Markland *ripa* scripsit.

Versus 79—83 in codice P omissi sunt atque alia manus addidit: *deficiunt* V, in codice B ascripti sunt in margine, ex-

stant in codd. DKNS, apud Lactantium non explicantur. Kohlmann eos eiecit, Wilkins et Garrod uncinis incluserunt atque hic totam versuum seriem 72—89 Statio omnino indignos iudicat.

Varias virorum doctorum coniecturas, quibus singula vocabula temptarunt quo totum loci contextum ad liquidum perducerent, nunc non afferam, quoniam ista ratione hic progrediendum non esse persuasum habeo: alia corruptelae est origo, alia utendum medela. Credo post vs. 66:

oderat atque oculos flectebat ab omine mater

traiciendos esse versus 79—81 (spes avidae — minus) et finem versus 77 ita:

spes avidae! quas non in nomen credula vestis
urgebat studio cultusque insignia regni
purpureos sceptrumque minus cinctusque sonantes.

Versus autem 78:

armaque maiores exspectatura lacertos

excidit post versum 73, quo cum rursus eum traieceris, videbis quam apte verba *namque illi* (74) — *equos* (77) iam sequantur: venuste iis narratur, patrem iam tunc nato suo, cum vix loqui atque incedere posset, equos destinasse et arma exigua facienda curasse, quae vel sic parvuli viribus graviora essent.

Quid tandem factum videmus? Post versum 66 tres versus — post versum 73 unum versum olim excidisse, quos omnes una confertos sed mutato ordine scriba posterior inter verba *equos* in vs. 77 et *cuncta* in vs. 81 inseruit, deinde scriba codicis P vel huius codicis exemplaris, cum iure offendisset in conturbato loci contextu, versus 79—83 omisit. Locum igitur sic constituo:

65 opus admirabile semper
oderat atque oculos flectebat ab omine mater.
(79) spes avidae! quas non in nomen credula vestis
urgebat studio cultusque insignia regni
purpureos sceptrumque minus (77) cinctusque sonantes.
67 arma etiam e. q. s.

Deinde:

73 mumeraque in cineres annis graviora feruntur
(78) armaque maiores exspectatura lacertos.
74 namque illi et pharetras brevioraque tela dicarat
75 festinus voti pater insontisque sagittas

76 iam tunc et nota stabuli de gente probatos
77 in nomen pascebat equos: (81) cuncta ignibus atris
82 damnat atrox suaque ipse parens gestamina ferri,
83 si damnis rabidum queat exsaturare dolorem.

Versibus ita mecum collocatis nullum corruptelae vestigium iam restare videbis, quamquam fuit cum pro *damnat* (vs. 82): *donat* scribendum esse putarem fretus locis qui sunt VI. 168: quid dona, duces, quid inania fertis iusta rogis? 206: ditantur flammae, 728: at tibi — hunc — ferre damus — ensem, 822: mittamque informe sepulcro corpus et Oebalio donem lugere magistro? VIII. 209: ceu flammas ac dona rogo tristisque rependant exsequias.

Iam face subiecta primis in frondibus ignis
203 exclamat; labor insanos arcere parentes.

Lactantius ad l.: „EXCLAMAT crepitu sonat. omnis enim clamor sonus est", quem falli Gronovius dicens ipse explicat: „ignis incipiens renovat complorationem et facit ut conclament dolentes: sic qui iubent rem et causam aut quamcumque occasionem dant eius, facere eam dicuntur". Kohlmann Baehrensio obsecutus est legenti: *ignis: exclamant* (*labor insanos arcere*) *parentes*. Mihi vero Lactantium verum vidisse constat cl.

X. 94: licet omnia clament litora.
XI. 116: clamant amnes, freta, nubila, silvae.
Silv. II. 2. 50: pelagi clamore.

De nova vi verbo clamandi a Statio subiecta, sc. clamore implendi, cf. Schamberger l.l. pg. 319, qui duo affert exempla Th. V. 462 et Silv. IV. 8. 16.

iam prior Oeclides et iam non tertius ibat
446 Admetus, laxo cum tandem ab orbe reductus
aequoreus sonipes premit evaditque parumper
gavisos.

Ita in codicibus fere omnibus legitur, cum *et ab* vel *et ex* in nonnullis deterioribus traditum sit, quorum illud Kohlmann — hoc Wilkins recepit. Garrod vocabula *tandem ab orbe* crucibus circumdedit, altius latere corruptelam ratus. At recte Lactantium locum interpretari existimo: „LAXO OVM TANDEM AB ORBE id est ab exteriore gyro". Nempe modo de equo nostro poeta dixit:

dum non cohibente magistro
spargitur in gyros dexterque exerrat Arion,

et cf. vs. 479:

mox Chromis Hippodamum metae interioris ad orbem
viribus Herculeis et toto robore patris
axe tenet prenso.

Apollo Amphiarao palmam in equestri certamine redditurus, ut equos aemulos terreat, monstri effigiem subito tollit.

anguicomam monstri effigiem, saevissima visu
496 ora, movet sive ille Erebo seu finxit in artus
temporis, innumera certe formidine cultum
tollit in astra nefas.

Ita cod. P — ceteri *in acta*. Coniecit Barthius: *seu finxerat aestu*, R. Unger: *in ictu*, Mueller: *in astus*, anon. Heidelb. *in actu* cl. XII. 187: omni manifestus in actu, quod editores recentiores recipiunt.

Nescio an scripserit poeta: *in arta* temporis.

Statium saepissime neutrum plurale adiectivorum cum genetivo casu substantivi posuisse notum est, cuius rei exempla sunt I 376: opaca nemorum, III 262: caeli abrupta, 548: cuncta rerum, XI. 5: concussa plagarum. Adiectivum autem *artus* hoc sensu et alibi fortasse legitur et X. 590: quodque unum rebus solamen in artis, XI. 156: sera quidem — consulta, pater, iam rebus in artis adgredior.

De praepositionis *in* usu cum accusativo apud Statium iam egi ad V. 593.

Verba igitur *in arta temporis* significant: urgente tempore.

In chlamyde, quae Admeto ex equestri certamine praemium assignatur, Leander acu pictus est.

544 in latus ire manus mutaturusque videtur
bracchia, nec siccum speres in stamine crinem;
contra autem frustra sedet anxia turre suprema
Sestias in speculis, moritur prope conscius ignis.

Varie hic locus temptatus iam est. Primum vocabulum *manus*, quod Kohlmann et Wilkins retinuerunt, Markland (ad Silv. I. 2. 82) in *manu* mutavit, quod Garrod recepit quamvis de suo

proponens: *dilatare manus*. Deinde verbum *mutaturusque* dis criticis, e quibus Peyraredus *lentaturusque* — Baehrens : *rusque* maluit. Quod Garrod observavit, verbum sollicit non esse, cum in latere, non prono pectore nare solere mani: propter id pro *nare* eos dicere *alternare* (Ov IV. 353) seu *mutare bracchia*, fallitur, nam sunt duo aenea Lutetiae Parisiorum et Florentiae hominum prono natantium, quod mecum communicavit C. Gul. Vollgraf Ceterum sive prono pectore nabant sive corpore obliquo, alternabant sive mutabant bracchia, h. e. modo dextrum laevum emittebant bracchium (cf. III. 595, ubi En temptat mutare latus), ut etiamnunc apud multas mos est. Verbum igitur sanum esse Garrodo assentior, d non item.

Locutio autem *in latus ire* mihi optime convenire homini, qui natans in tela acu pictus est, cum in ei opere vix et ne vix quidem effici possit ut quaedam eminere, quaedam recessisse videantur: ita fit ut Leande male dicatur in latus ire, ut aliquis qui desuper ca caput effunditur, quod legitur VI. 803 sq. Sed constat neque *manus* retineri posse, cum verbi *videtur*, quod et *latus ire* et ad *mutaturus* pertinet, Leander haud dubie s iectum, neque *manu* cum Marklando scribendum, quando non *manu*, sed bracchiis in latus ire dici potest. Legendum

in latus ire omnis mutaturusque videtur
bracchia.

Totum enim Leandri corpus transversum cum sit quasi br ambulare videtur, quod deinde accuratius describitur mutaturus videtur bracchia. Saepe *omnis* apud Statium pr est, ut VI. 571, 767, VII. 359: vultumque per om 450: sol montibus omnis erepsit, IX. 528: Hippo omnis patet leto, Ach. I. 4: nos ire per omnem — velis.

Ad verba *moritur prope conscius ignis* (cf. XII. 252: e lis moriens intermicet ignis) moneo, Statium saepe pulch nem rerum acu vel caelo expressarum augere ut quasi eas dicat e. g. I. 547, ubi in patera Perseus Gorgonis tenens describitur, haec autem

gravis oculos languentiaque ora
paene movet vivoque etiam pallescit in auro.

Deinde in templi descriptione, quod in Archemori memoriam exstructum est, tota mortis eius historia redditur et serpens in eo exsculptus est, de quo VI. 247 sq.:

exspectes morientis ab ore cruenta
sibila, marmorea sic volvitur anguis in hasta.

Denique in l. IX. 337, ubi clipeus Crenaei describitur in quo Europa in tauri sedens tergis caelata est:

ire putes clipeo fluctusque secare iuvencum,

ad quae recte Lact. „ad picturae laudem poeta mobilitatem immobilibus dedit" et affert Verg. Aen. VIII. 691 sqq.: 'pelago credas innare revulsas Cycladas aut montes concurrere montibus altos'.

Inter cursus pedestris aemulos Idas est, cui
iam tenuem pingues florem induxere palaestrae
586 deserpitque genis nec se lanugo fatetur
intonsae sub nube comae.

Garrod ascripsit, fortasse legendum esse *inserpitque*, at obloquitur locus alter quem Georges s. v. dat, sc. Apul. Apol. 63: „ut decenter utrimque lanugo malis deserpat."

Complures primo disci certamine certaturi erant; cum vero Hippomedon discum immani pondere in medios tulisset, uni Phlegyas et Menestheus restabant

concessit cetera pubes
664 sponte et adorato rediit ingloria disco.

Participium *adoratus* apud Statium loco haud uno legitur, sed semper et ubique vulgari significatione, quam hic minime accommodatam esse censeo, cf. X. 254: adoratas, Phoebea insignia, frondes, 790: corpus adoratum. Verbum igitur corruptum puto atque coalitum ex *ab aerato*, cf. II. 532: aeratis — in armis, IV. 110: omnibus aeratae propugnant pectora crates, V. 335: aerata — prora.

Sic et Aloidae, cum iam calcaret Olympum
720 desuper Ossa rigens, ipsa glaciale ferebant

Pelion et trepido sperabant iungere caelo.

Hi versus tres in nonnullis codicibus deterioris notae leguntur atque ab editoribus aut omitti aut uncinis includi solent, quo non obstare oportet quominus emendentur. Quod varie codices exhibent *ipsa — ipsam* corrigendum est: *supra*, cf. VI. 886 animisque et pectore supra est, VIII. 125: ire supra sati est, IX. 859: cum supra respexit olor, Ach. II. 118: ire supra.

Eadem comparatio redit X. 850 sqq.

PLUTARCHUS.

Quom. adol. 19 F. Sunt quaedam Homeri narrationes quae lascivae videantur sed revera utilissimae esse possint legentibus. At omnem earum utilitatem pessumdant nonnulli ineptis suis allegoriis. Sic:

ἔνιοι μοιχευομένην φασὶν Ἀφροδίτην ὑπ' Ἄρεος μηνύειν Ἥλιον, ὅτι τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀστέρι συνελθὼν ὁ τοῦ Ἄρεος μοιχικὰς ἀποτελεῖ γενέσεις, Ἡλίου δ' ἐπαναφερομένου καὶ καταλαμβάνοντος οὐ λανθάνουσιν.

Paulo rarior, nec tamen insolitus, verbi *μηνύειν* usus fecit sciolo intempestive in mentem veniret Solis adulterium *prodenti* Vulcano. Eiecto Ἥλιον omnia optime procedunt et *μηνύειν* 'significandi' vim habet. Cf. Plat. Phaedr. 277 C *ὡς ὁ ἔμπροσθεν τὰ μεμήνυκεν ἡμῖν λόγος* et saepe alibi.

Pseudo-Plut. de Liberis educ. 10 F. „Ideo proavi nostri mysteria instituerunt ut in illis silere assuefacti":

ἐπὶ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων μυστηρίων πίστιν τὸν ἀπὸ τῶν θεῶν μεταφέρωμεν φόβον.

Immo vero *θείων*: opponuntur inter se humana et *divina* mysteria.

J. J. H.

AD SCHOLIA BOBIENSIA.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN I. F.

nno ante Paulus Hildebrandt apud Teubnerum in lucem it novam editionem Scholiorum in Ciceronis Orationes Bo-ium. Huius scholiastae recentissimum textum quamquam e concedo praestare Orelliano [1]), tamen hic illic puto me gere posse. Maior autem pars coniecturarum, quas prola-s sum, supplementa sunt Graeca neque vero desunt emen-nes Latinae; perpaucos denique locos similes adieci.

nnes novimus Ciceronem magistratus Sicyonii cruciatum ıre hisce verbis (In Verr. Act. II Lib. I § 44): Ignem ex s viridibus atque humidis in loco angusto fieri iussit: ibi nem ingenuum, domi nobilem ... semivivum reliquit.
nius orationis brevitatem laudans scholiasta qui dicitur ıovianus cum alia adnotat tum haec:
1, 7 O 402, 29 *Ignem* parum erat dixisse: subiecit *ex lignis ibus*, quod est intolerabilius, addidit etiam *umidis*, quo *us* magis magisque auferri solet: superposuit *in loco angusto*, densior fumus *animas haurientes urget.*
ım his ultimis verbis apte composueris senarium, quem o e Sophoclis Trachiniis sic expressit Latine (Tuscul. II § 20):

Urguensque graviter pulmonum *haurit spiritus.*

militer dixit Apuleius Met. X 28 (ed. Helm. 259, 7) pul-

M. Tullii Ciceronis Scholiastae. Ediderunt I. C. Orellius et I. G. Baiterus 1833. Infra numeris usus sum editionum Hildebrandtianae et Orellianae.

mones eius pererrat tempestas detestabilis potionis, primum suspicata, quod res erat, mox *urgente spiritu* iam certo certior e. q. s.

H 4, 23 O 404, 20 Ciceronis verbis (In Verr. Act. II Lib. § 54) neque in suburbana amicorum subiungitur hoc scholion: Hortensium praecipue videtur significare, qui huiusmodi signis et tabulis pictis familiariter delectabatur. Id manifestius in Hortensio ostendit dialogo: Cum i villa Luculli *bellum* esset omni apparatu venustatis ornatum.

Plerique *bellum* tamquam corruptum sollicitaverunt, at mihi videtur sincera lectio fuisse: Cum in villa Luculli bellum ⟨*tabulinum*⟩ esset omni apparatu venustatis ornatum.

Tabulinum (i. e. πιναχοθήκη), quod ipsa sententia enixe flagitatur, post *Luculli bellum* facile intercidere potuit praesertim scriptura continua, cuius multa vestigia in textu Scholiastae Gronoviani deprehenduntur [1]). Vocem a me insertam tuetur Apul. Florid. XXIII (ed. v. d. Vliet. 189, 15) sed et medici cum intraverint ad aegrum, uti uisent, nemo eorum, quod *tabulis picta* perpulchra in aedibus cernant et lacunaria auro oblita ... aegrum iubet, uti sit animo bono e. q. s.

Initium commentarii ab interprete, quem Scholiastam Bobiensem vocare solemus, scripti ad orationem, quam Cicero habuit pro Sulla, nobiis periit. Primum vero scholium, quod quamquam integrum non est, aetatem tulit, sic se habet:

H 7, 1 O 359, 16 videatur adsciscere, ait se non periculum communicare, sed laudem, nec ut plures periclitentur, sed ut multi aequaliter glorientur.

Haec manifesto spectant ad oratoris verba (Pro Sull. § 9): Neque ego hoc partiendae invidiae, sed communicandae laudis causa loquor; oneris mei partem nemini impertio, gloriae bonis omnibus. Itaque ut unum saltem versiculum vel 16 fere litteras recuperemus, edendum censeo: ⟨*gloriam ne sibi uni*⟩ videatur adsciscere, ait se non periculum communicare, sed laudem e. q. s. *Sibi uni* ipse scholiasta adhibet infra (H 8, 16): Non contentus

1) Cf. Stangl Der sogenannte Gronovscholiast. Pag. 72. Nachweis 27.

sibi uni vindicare testis auctoritatem e. q. s. Cicero autem scribit (H 27, 13): *cui uni* absoluto lites aestimatae sunt.

H 9, 18 O 361, 21 Hic contra ita quievit, ut eo tempore omni Neapoli fuerit.

Quoniam videri poterat P. Sylla damnatus conscientia detecti criminis sui ab oculis omnium secessisse et urbem Romam reliquisse, trahit orator ad verecundiae argumentum dicens eapropter sub oculis esse civium noluisse, quod erubesceret in *aliquo vitae suae* honorem defloratum dignitatemque mutilatam.

Maio placuit legere: in aliquo vitae suae ⟨*articulo*⟩ [1]), at Leo maluit addere *fastigio* [2]), equidem longe praetulerim: in aliquo vitae suae ⟨*cardine*⟩. Certe eiusmodi exempla offendimus Sil. Pun. IX 140

Sat magnum hoc miserae fuerit mihi *cardine uitae*
Solamen, caruisse meis.

Stat. Silv. II 6, 70

uitae modo *cardine* adultae
nectere temptabat iuuenum pulcherrimus ille
cum tribus Eleis unam trieterida lustris; cet.

Hic laudentur Vollmeri [3]) verba: gewöhnlich heiszt *cardo uitae* Lebensende, doch zeigt der Zusatz *extremus* Sen. Troad. 52 [4]) Luc. VII 381 [5]), dasz man auch andere *cardines* denken konnte, vgl. *cardo anni* Plin. N. H. XVIII 264, auch 220.

Praeterea legentes relegamus ad Thesaurum.

H 17, 17 O 367, 30 (Pro Sull. § 29) Sed ego in quae-

---

1) *Articulus* plerumque breve temporis spatium significare videtur, velut Amm. Marc. XVI 12, 37 in ipso proeliorum *articulo*; ibid. XVI 12, 45 extremae necessitatis *articulo*; ibid. XVIII 6, 1 cet.

2) Cum *fastigio* malis coniungere *maiestatis* (Iustin. I 1, 1 = Amm. Marc. XX 5, 6); *fortunae* (Curt. III 12, 25 = Amm, Marc. XIV 11, 29); *rerum* (Verg. Aen. I 342); *populi Romani* (Tac. A. III 73) sim.

Interpres noster Velleium Paterculum imitatus infra scribit (H. 139, 6) *fastigium* consulare.

3) P. Papinii Statii Silvarum Libri. Herausgegeben von F. Vollmer. Teubner 1898. Pag. 370.

4) mortalis *aevi cardinem extremum* premens.

5) deprecor, ac turpes *extremi cardinis* annos.

stionibus et indiciis non hoc quaerendum arbitror, num purgetur aliqui, sed num arguatur.

... et perquam exercitata respondendi facultate propositioni accusatoris occurrit non illud spectandum in indiciis, an defensus sit aliqui, sed an nominatus, quoniam videri possit etiam stulta defensio id quod non accusetur velle purgare.

In fronte scholii restituo *δικανικῶς*, quod lacuna capit quodque in sententiam quadrat.

H 24, 1 O 333, 10 (In Clod. et Cur. Frgm. XV) Hanc loquacem Siciliam non despexit.

Loquacem videtur *Siciliam* dicere, quod plerosque de pecuniis repetundis accusaverant, *sed* ut scimus ipsum C. Verrem.

Illud *sed* corruptum est, nisi mecum legeris: sed ⟨*Cicerone accusante*⟩ ut scimus ipsum C. Verrem. Meo supplemento favent (H 20, 15) accusante P. Lentulo; (H 34, 18) M. Caelio Rufo accusante; (H 73, 27) accusante Cn. Minucio; (H. 122, 19) accusante C. Licinio cet.

H. 25, 16 O 334, 29 (In Clod. et Cur. Frgm. XX) Ita fuit caecus, ut facile appareret vidisse eum, quod fas non fuisset.

... de Appi enim Caeci familia genus trahebat. Et praecipitem volens significare atque temerarium resculpit infamiam illius incesti, quod fecisse in operto Bonae Deae videbatur, quo viris ingredi non liceret, quasi poenam criminis sui luere iam coeperit nihil providendo quod dicat.

A quibus Graecis verbis scholium nostrum incipere oporteat, magna ex parte, nisi fallor, discimus ex alio loco eundem P. Clodium respiciente quem deprehendimus infra

H 102, 22 O 307, 15 (Pro Sest. § 126) Itaque illa via latebrosior, qua spectatum ille veniebat.

Εὐσήμως κατὰ ... opportunissime fingit ipse Tullius illas partes itineris, qua soleret Appius commeare ⟨Appiam viam vocatas. Re⟩ autem vera scimus viam, quae per Campaniam ducit, sub hoc nomine celebrari, quod Appius eam Claudius munierit.

Nonne et hic et illic necessarium est *εὐσήμως κατὰ ὑπόνοιαν*?

H 26, 3 O 336, 5 (In Clod. et Cur. Frgm. XIII) Tu qui dutus muliebri veste fueris.

Videtur enim Clodius habitu muliebri sexum mentitus pene- isse domum C. Caesaris, ut incestum sub hac fraude com- itteret. Id describitur ..... ut omnia liniamenta turpitudinis tegantur.

Hic in versiculi spatio, si quid video, requiritur *κατὰ λεπτο- γίαν*. Confirmat me quod lego apud Halmium: [1]) *Λεπτολογία* st, qua in descriptionibus tenuissimis utimur, ut apud Cicero- em (In Verr. V § 27): Reticulumque sibi ad nares admovebat enuissimo lino, minutissimis maculis, plenum rosae.

Statim subiciam:

H 86, 16 O 295, 7 (Pro Sest. § 18) Alter unguentis fluens.

.... Summa cum stomachi acerbitate proscindit mores Ga- inii *χλευασμῷ* quodam, ut liniamentis omnibus inpudicitiae lenotetur.

Hic quoque subtiliter vitium describitur a Cicerone, id quod cholíasta indicat, sicut fere supra, locutione *liniamentis omnibus*, quapropter h. l. in lacuna 6 ferme litterarum revoco adverbium *λεπτῶς*.

H 26, 8 O 336, 12 (In Clod. et Cur. Frgm. XXIV) Cum calautica capiti accommodaretur.

.... genus, quo feminae capita velabant, hoc nomine fere- atur. Et Afranius meminit in Consobrinis ita dicens: *Cum mi- hris, calauticis.*

Haec ultima verba suadent, ut putem primam vocem huius cholii olim fuisse *μίτρας* [2]).

H 27, 12 O 337, 19 (In Clod. et Cur. Frgm. XXVI) „At um", inquit, „absolutus!" Novo quidem hercle ore, cui uni absoluto lites aestimatae sunt.

.... Victoriam quoque iudicii orator convertit in dedecus opinata inlata huiusmodi responsione.

---

1) Rhetores Latini Minores. Emendabat C. Halm. 1863. Pag. 73.

2) Ziegler proposuit *κόσμου*, Maius *ornamenti*.

In lacuna 9 litterarum, quae intercedit inter lemma et scholion, reponendum videtur Παράδοξον.

At vero in continuo sequenti scholio, ubi spatium 14 ferme litterarum vacuum exstat, scribere velim (H 28, 6 O 338, 20): Et hic subest ⟨παραπροσδόκημα·⟩ [1]) postulasse iudices ab senatu praesidium, non ut fortiter et libere iudicarent, sed ne illam sibi pecuniam reus absolutus eriperet.

H 34, 25 O 229, 28 (Pro Flacc. § 5) Cur sibi confidat is, qui ea proferenda et patefacienda curavit?

.... haec ad semet ipsum refert periculi etiam sui gradu quodammodo adiecto, ut omnes, ⟨qui⟩ coniuratos obnixe persecuti sint, poenae videantur quodammodo destinati, dum singulis crimen aliquod et invidia conflatur.

In proxime praecedenti scholio legimus C. Antonium collegam Ciceronis „ob hanc coniurationem" damnatum esse. Hic autem concludit interpres nihil fuisse causae cur liberaretur alter consul, qui consilia Catilinae ex urbe pulsi patefecisset. Tali ratiocinationi convenire videtur εἰκότως quod spatium (8 litt.) vacuum explet. Comparare possumus Demosth. VIII § 41 καὶ τοῦτ' εἰκότως τρόπον τινὰ πράττει [2]).

H 41, 10 O 236, 17 (Pro Flacc. § 15) Non iure iurando constricta, sed porrigenda manu.

Hanc Graeci ⟨χειροτονίαν⟩ dicunt. Itaque ⟨τῇ χειροτονίᾳ⟩ morem nationis plurimum dissentire a fide et religione testium confirmat ex hoc, quod non iurare soleant in aliquam rem, sed tantum porrecta manu consentire, ex quo praeceps temeritas colligi potest.

Maio priorem Graecam vocem debemus, alteram ipse supplevi, nam veri simile est quondam in codice exaratum fuisse

XEIPOTONIANDICUNT
ITAQ.THIXEIPOTONIAI

Hodie omnes litteras Graecas evanuisse vix opus est dicere.

---

1) Cf. Halmii l.l. pg. 76, 23.

2) Blass adnotat εἰκότως „folgerecht (logisch)", was § 42 heisst οὐ κακῶς ταῦτα λογιζόμενος.

H 42, 15 O 237, 13 (Pro Flacc. § 17) Quod se velle lixit, id sutores et zonarii conclamarunt. Hoc tes-imonium est civitatis?

Ἐνεργῶς in clausula pronuntiandum est ⟨τῆς πολιτείας⟩ quid it testimonium. Ad quod destruendum ἀνασκευὴ ab oratore praemissa est dicendo sutores et zonarios, ut volgaribus et sordidis artificiis appareat humilitas personarum nec ullum genus publicae maiestatis obtineat.

Ἐνεργῶς e vestigiis scripturae restituit Hildebrandt, at Ziegleri est supplementum ἀνασκευή, ipse autem in secunda lacuna de-idero τῆς πολιτείας, cum in lemmate iusta emphasis cadat in *civitatis*.

H 44, 19 O 238, 30 (Pro Flacc. § 34) Procedit unus Asclepiades.

.... satis, quoniam praeco legatos Acmonenses excitaverat et de Acmonensibus unus Asclepiades prodierat, arripuit accu-aturus malitiosam criminationem Graecorum, qui uni homini auctoritatem quandam multitudinis darent.

In codice lemma scholio excipitur sic DES.....SATIS, quocirca in spatio vacuo 8 fere litterarum videtur scribendum esse γελοίως.

Idem adverbium revoco infra:

H 47, 8 O 240, 18 (Pro Flacc. § 41) Homini enim Frygi, qui arborem numquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti.

Γελοίως valde. Summa cum festivitate discussit inridens ve-eni criminationem, quod hic videretur unus de numero accu-atorum Flacci repentina morte defunctus. ⟨Καταμήνυσις⟩ [1]) nterposita est aviditatis et intemperantiae barbari hominis, quem poma inusitata distenderint. Notemus igitur quasdam cri-ninationes non pugnaci argumentatione, sed etiam festiva ur-anitate dissolvi.

Hic cui non venit in mentem proverbii Francogalli, quod est le ridicule tue"? Neque sine fructu legeris Quintil. περὶ γελοίου I 3, 25 cet.

---

1) Hoc vocabulum in lacuna 12 fere litterarum supplevi.

H 46, 5 O 239, 29 Instrumentum igitur laudationis creta obsignatum proferebatur; tabulae vero, quibus illi ad criminandum utebantur, signa habebant cerae ⟨*inpressa*⟩. Quod ergo secundum morem factum sit, id vult esse veritatis; illud contra falsum, quod dissenserit a perpetua consuetudine.

Verbo huc a Leone inserto in lacunula 6 litterarum substituo ⟨*illita*⟩, cui vestigia respondent. Interdum et vocabula et constructionem interpres a poetis mutuatus est, ergo laudare licet Hor. Sat. I 4, 36

Et quodcumque semel chartis *illeverit* e. q. s.

nec non et Hor. Ep. I 7, 10

Quodsi bruma nivis Albanis *inlinet* agris.

Ipse scholiasta, qui *imprimendi* verbum non agnoscit, scribit infra (H 147, 27) alba creta *oblinire* cervicem.

H 53, 28 O 245, 19 (Pro Flacc. § 91) Nunc denique materculae suae festivus filius, aniculae minime suspiciosae, purgat se per epistulam.

.... fidem Falcidio, qui per luxuriam consumto patrimonio litteras calumniose compositas de avaritia Flacci ad matrem suam miserit, ut prodigos mores huiusmodi mendacio coloraret. Facit ergo *μετάθεσιν* [1]), qua illi ostendat egestatis causam vitio suo accidisse, non huius iniquitate praetoris.

Initium scholii paene periit, nam duo versiculi, qui continent ultimam vocem lemmatis et priora scholii verba, sic fere se habent in codice:

?
EPISTULAM . . . . . O .
T . . . . . FIDEFAL

Quibus e reliquiis efficio: ⟨*Cicero ita deprimit*⟩ fidem Falcidio e. q. s. Conferre possumus (H 45, 26): Sic et *deprimitur fides* accusantium et veritas laudationis aggeratur. *Ita* denique sic usurpatum offendimus (H 85, 16): *Ita* et dicendo studiosum victoriae Antonium pepercit et dubitando laceravit.

H 68, 5 O 280, 30 (Pro Mil. § 13) Cur igitur incen-

1) Sic supplendum esse olim demonstravi (cf. Bobiens. Traiecti ad Rhenum. Apud Kemink. 1904; pg. 8).

ium curiae, oppugnationem aedium M. Lepidi, aedem senatus contra remp. factam esse decreerit?

.... utebatur accusator ex eo videlicet adseverans vere hanc senatu caedem praedamnatam, cum decreverit contra rem p. ommissum videri, quod exarsisset curia quodque domus M. epidi oppugnata esset.

Requiri videtur in fronte scholii, ubi decem undecimve litrae Graecae evanuerunt: Δεδογμένῳ.

Cum hoc scholio coniungendum est:

H 103, 6 O 307, 26 (Pro Sest. § 129) Ne quis de caelo ervaret.

Undiqueversum .... hoc est iudicia publicae voluntatis de e habita congregat et inlustrat. Inter quae ponit et hoc esse lecretum, ne de caelo servaretur, quoniam solebant actiones mpediri, si fulgur nuntiaretur vel ostentu aliquo dirimerentur a, quae ad populum ferebantur.

In spatio 9 litterarum vacuo reponendum est, nisi omnia me allunt, δεδογμένα, quod commendatur utique verbis conceptis Atheniensium populi scitorum: ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ.

H 78, 10 O 281, 27 (Pro Mil. § 14) Itaque ego ipse ecrevi.

.... retinenda hic pronuntiatio est, ut illud sapiat: ego ipse, ui P. Clodio inimicus fui, qui Miloni praeter ceteros faveo.

Interpres igitur dicere vult verba *ego ipse* de industria voce se premenda. Exspectaveris ergo Στουδῇ retinenda hic e. q. s.

H 75, 7 O 285, 29 (Pro Mil. § 29) Hora fere undecima ut non multo secus.

.... *ov* fecit addubitatione, quod non undecimam horam uasi pro certo dixit adseveranter; nam hoc additamentum *aut on multo secus* verisimilitudini plurimum dedit.

Olim in fronte scholii scripsi πίστιν, quod licet sententiae fficiat, parum vestigiis respondet. Itaque voci revocatae subtuo εὔπιστον, quod optime quadrat in spatium vacuum, ut les ex imagine subiecta

MULTOSECUSETΠIC
TONFECITIPSAADDU

H 78, 10 O 287, 2 (Pro Mil. § 38) Quem si interficere voluisset, quotiens et quantae occasiones, quam praeclarae fuerunt!

.... καιρ... opportuniorum temporum prosequitur enumerationem, quibus Miloni facile factu esse potuerit interimere P. Clodium, cum et occasiones opportunas et causas honestas haberet. Quod tamen ipsum cum facere noluerit, procul dubio verisimile non sit, ut hoc *inportune* adgressus sit.

Quoniam legitur infra in scholio (H 104, 4): Et *opportune* κατὰ τὴν εὐκαιρίαν hunc diem significat et reversionis suae fuisse in coloniam Brindisinam et natalem filiae, etiam ipsius coloniae e. q. s., censeo contra nostro loco restituendum esse: ἀνασκευὴ ἀπὸ τῆς ἀκαιρίας (cf. *inportune* in fine scholii).

H 81, 20 O 290, 13 (Pro Mil. § 103) Quid me reducem esse voluistis?

.... exilium quoddam sibi praerogatum videri vult, cum relegatio Milonis immineat, a quo separari nihil aliud sibi quam poenam contestatur esse graviorem.

Si re vera spatium vacuum 8 litteras capit, propono Τραγικῶς i. e. miserabilem in modum; comparari vero potest (H 55, 10): Οἰκτιρμός. ⟨Ut⟩ magis moveret, addidit conservandos bene de re p. meritos viros, ut ceteri huius devotionis imitentur exemplum. Hic etiam iuvat legentes admonere Platonis verborum (Apol. XXIII): τοῦτ' αὖτ' ἐνδείκνυσθαι, ὅτι πολὺ μᾶλλον κατεφηφιεῖσθε τοῦ τὰ ἐλεινὰ ταῦτα δράματ' εἰσάγοντος καὶ καταγέλαστον τὴν πόλιν ποιοῦντος ἢ τοῦ ἡσυχίαν ἄγοντος.

H 85, 9 O 294, 11 (Pro Sest. § 12) Quos stimulos admoverit homini studioso fortasse victoriae.

Notissimum est in historiis C. Antonium exercitui praepositum, qui contra Catilinam duceretur. Et eleganter hic omne victoriae meritum derivat in P. Sestium quaestorem, quasi eius incitamento factum sit, ut Antonius .... parceret, subdidit μετὰ κολακίας: homini studioso fortasse victoriae; nam *fortasse* dubitativum est. Ita et dicendo studiosum victoriae Antonium pepercit et dubitando laceravit.

Ciceronis verba, quae hoc lemma antecedunt (Pro Sest. § 12):

„Hic ego quid praedicem, quibus hic rebus consulem quaestor *ad rem gerendam* excitarit" — mihi videntur suadere, ut supra versiculo inserto edamus: ut Antonius ⟨*rem gereret, cui ut*⟩ parceret, subdidit e. q. s.

H 87, 12 O 295, 29 (Pro Sest. § 24) Ut, si gladium parvo puero.

.... inperitos administrandi consulatus omne hoc officium suae potestatis in rei p. perniciem convertisse, quamvis nihil ipsos habentes virtutis, tamen ad nocendum praecipue iure subnixos.

Hic Cicero simili usus Gabinium et Pisonem arguit rempublicam perdidisse. Itaque in lacuna 20 fere litterarum repono: κατηγορία μετὰ εἰκόνος. Saepius de εἰκόνι agitur in Epistulis Frontonianis (Ad M. Caes. et invic. Lib. III 7—11; ed. Nab. pg. 45, 46, 47 cet.).

H 88, 25 O 296, 32 (Pro Sest. § 39) Non verebar, ne uis aut vim vi depulsam reprehenderet aut peritorum civium mortem maereret.

Mire sub commemoratione temporis sui defendit etiam causam Sesti, qui videtur similia fecisse, et proficit .... ut licuisse deatur vim vi repellere.

Halmii supplementum ἐν παρέργῳ spatium vacuum (15 fere it.) non explet, lege ergo ἐν παρέργου χώρᾳ vel ἐν παρέργου μέρει.

H 89, 16 O 297, 14 (Pro Sest. § 40) Me vero non illius ratio, sed eorum taciturnitas movebat, in quos illa oratio conferebatur.

.... quid de Pompeio et Crasso et Caesare sentiat; nam si haec P. Clodi adseverationem non refutarunt, sine dubio auctores ei fuisse ad exterminandum patria Ciceronem vel ipsa taciturnitate confessi sunt.

In codice scriptum est TUR.....N QUID. Quapropter haudscio an in fronte scholii scribendum sit Δῆλόν ἐστιν.

H 90, 3 O 297, 28 (Pro Sest. § 42) Intenta signa legi ⊂ num existimari cervicibus vestris falso, sed p ⊔ tari tamen.

Consultissimo temperamento et C. Caesarem perstringit invidia et tamen nihil accusat exerte. Hac enim ⟨μεθόδῳ⟩ qua dicit multos sic opinatos, ostendit verum fuisse, et medetur sibi, ne offendat, dum adicit falso quosdam locutos. Sic nec omittit acerbitatem et honorem personae debitum servat.

In congruo spatio addidi μεθόδῳ, quod supplementum fortasse altero quoque loco desideratur, ubi de simili ratione argumentandi scholiasta verba facit, nempe (H. 115, 22): Consultissime facit locuturus de tribunatu eius, in quo omnia pro C. Caesaris potentatu Vatinium gessisse manifestum est. Hac ... temperat acerbitatem insectationis, ut salvo honore illius et citra offensam viri huius privatim persona laedatur. Sed quia spatium illud Graecum vocabulum non admittit, ante quattuor annos conieci δδῷ [1]).

H 100, 24 O 306, 1 (Pro Sest. § 122) O immunes Grai! Et haec verba sunt de tragoedia, in qua verbum istud *immunes* ingratos significat, quemadmodum ..... *munificos* dicebant eos, qui grati et liberales exstitissent. Ergo versus omnes tragici ad ipsum Ciceronem ..... convertuntur, ut aliud quidem in opere poetico fuerit, aliud vero in ipsius actoris significationibus.

In priore lacuna, quae unum versiculum capit, nunc suppleo ποιηταὶ καὶ ἰδιῶται, notum enim est apud Platonem ἰδιώτης non ita raro legi sensu prosae orationis scriptoris. Exempli causa proferatur Sympos. VI (178 B) γονῆς γὰρ Ἔρωτος οὔτ' εἰσὶν οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὔτε ἰδιώτου οὔτε ποιητοῦ κτέ.

In altera lacuna 6 fere litterarum scripserim ἀληθῶς.

H 107, 9 O 310, 29 (Pro Sest. § 138) Sed mihi oratio est cum virtute, non cum desidia, cum dignitate, non cum voluptate.

---

1) Qui diligenter hos duos locos contulerit, negare non poterit olim post *Hæ* (p. 115, 24) Graecam vocem exaratam fuisse.

.... implet exhortationem bonae sectae ad conservationem
ip. pertinentis.
Leo in fronte scholii requirebat *μάλα παθητικῶς*, equidem
aetulerim *Προτρεπτικῶς*, nam nihil est quod sermonis abun-
ntia nos moveat.

H 111, 17 O 312, 31 Poenus Hannibal, cum multos per
ios Italiam gravissimis cladibus adfecisset, ad extremum in
icam decreto Karthaginiensium revocatus congressione aput
nam facta superatus a P. Scipione, cum vereretur, *ne merces*
is ipse [1]) populo R. dederetur a suis civibus, aufugit et ab-
s damnatus est.
ocutionem *merces pacis* interpres fortasse petivit e Sallust.
gm. Epist. Mithr. § 8 Eumenem, cuius amicitiam gloriose
ntant, initio prodidere Antiocho *pacis mercedem*. Alterum
m dignum quem conferas habes Liv. IX 41, 7 stipendium
rcitu Romano ab hoste in eum annum pensum et binae
icae in militem exactae: ea *merces indutiarum* fuit.

[116, 2 O 317, 4 Etiam simul decore .... locutioni orna-
ta quaesita sunt, cum ita dicat (In Vatin. § 13): Omnia
mea tela sic in te coicientur, ut nemo per tuum
us, quod soles dicere, saucietur.
ic in lacuna 10 litterarum verum puto *καταχρήσει*, sicut
demonstravi scribendum esse supra (H 67, 3): Et plane
χρηστικῶς quod sequitur: Intermortuae contiones.

119, 15 O 320, 4 (In Vatin. § 24) Fuerisne tanta
delitate, ut delectos viros, principes civitatis,
ere tua rogatione, conarere.
e hoc tempore locuti sumus in oratione, quae hanc prae-
t, L. Vettium, perditae ⟨*nequitiae*⟩ hominem, instinctu
ni professum esse aput senatum se indicaturum plerosque
ilissimos viros de interficiendo Pompeio inisse coniurationem
ie negotium sibi mandasse e. q. s.

Kellermann quoque probante Stanglio (cf. Berl. Phil. Woch. 1904 N°. 51 pg.
) addidit *ipse*, quod eruit e cod. scriptura SCIPIO. Quae tamen scriptura, *pacis*
ipto in *capis*, ante *populi* nata videtur ex dittographia quadam.

Inserui *nequitiae*, cuius extremum simile est litteris posterioribus verbi praecedentis *perditae*, permotus Cic. Pro Cluent. § 36 fuit Avilius quidem Larino *perdita nequitia* et summa egestate, arte quadam praeditus ad libidines adulescentulorum excitandas adcommodata e. q. s.

H 121, 30 O 322, 12 Igitur ne Vatinio hoc prodesset ..... idcirco se atratum fuisse, ne supplicationes nomine C. Pomptini ratas habuisse et festa facie religiosas probasse videretur occurrit e diverso Tullius non oportuisse etiam illo convivii tempore a ceterorum habitu dissentire, ne coetus epulantium unius veste lugubri contaminaretur.

Recentissimus editor lacuna significata ante *idcirco* scribere vult ⟨*ut diceret*⟩, mihi sufficeret inserere *dicere*.

H 123, 13 O 323, 20 (In Vatin. § 35) Ut non nuntios pacis ac belli, non oratores, non interpretes.

Haec et reliqua usque ad finem copiosissimam habent ..... varie describto legationis officio, ut hoc idem munus in omnibus recognoscas.

Huc in lacuna 10 litterarum optime mea quidem sententia quadrat ἐπεξήγησιν.

H 127, 23 O 254, 28 (Pro Planc. § 20) At si in aliquem Arpinatem incideris, erit tibi fortasse etiam de nobis aliquid, sed certe de C. Mario audiendum.

.... sed de C. Mario multo liberius et erectius. Ex quo etiam suo honori plurimum dedit, de quo aliquanto demissius et verecundius dixerat.

In fronte scholii Mai supplevit *modeste de se*, quod sententiae convenit, sed opus est versiculo Graeco vel 16 fere litteris. Quare Mai supplementum vertamus aut per μετρίως περὶ αὐτοῦ (ut respondeat *verecundius*) aut per ταπεινῶς περὶ αὐτοῦ (ut respondeat *demissius*).

H 128, 8 O 255, 7 (Pro Planc. § 21) Quam quidem nunc multitudinem videtis, iudices, in squalore et luctu supplicem vobis.

Miscuit .... non tantum quo doceretur iudex, verum etiam quo moveretur. Adfectus enim coloravit ad misericordiam secundum Plancium permovendam ex habitu civium luctuoso, quasi ipsi sollicitudinem ⟨et⟩ molestiam pro suo cive succeperint.

Ut versiculum incipientem a MISCUIT suppleam, edere velim: Miscuit ⟨πειθὼ πάθει⟩ non tantum quo doceretur e. q. s. Quamquam de re ipsa Cicero dissentit a Socrate, tamen conducit huius verba laudare, quae legimus Plat. Apol. XXIV Χωρὶς δὲ τῆς δόξης, ὦ ἄνδρες, οὐδὲ δικαιόν μοι δοκεῖ εἶναι δεῖσθαι τοῦ δικαστοῦ οὐδὲ δεόμενον ἀποφεύγειν, ἀλλὰ διδάσκειν καὶ πείθειν.

H 129, 6 O 256, 6 Feriarum Latinarum sacrificio solebat hoc observari, ut hostia ..... civitates adiacentes portiunculas carnis acciperent ex Albano monte secundum veterem superstitionem.

Orellium audio statuentem post *hostia* aliquid excidisse. Equidem sumo unum versiculum a librario praetermissum esse atque genuinam lectionem fortasse fuisse: ut hostia ⟨*mactata universae*⟩ civitates adiacentes portiunculas carnis acciperent e. q. s.

H 134, 17 O 260, 6 (Pro Planc. § 33) Idem tribuno plebi potentissimo, M. Druso.

Et haec dicacitas praeconis istius non minus urbanitatis habuisse videtur quam asperitatis. Nam M. Livius Drusus, cum multa seditiose in tribunatu suo contra quam esset rei p. utile moliretur, adventantem Granium sic compellavit: „Grani, quid agis?" Ad hoc ille ... isdem verbis, sed cum magna asperitate respondit: „Immo tu, Druse, quid agis?" hoc est: quae et quam periculosa et quam patriae metuenda conaris?

Persuasum mihi est non temere spatium vacuum 3 fere litterarum post *ille* exstare. Ibi verisimile est olim exaratum fuisse *v.* Conferatur Horat. A. P. vs. 427

nolito ad versus tibi factos ducere plenum
laetitiae; clamabit enim „pulchre, bene, recte".

ec non et ib. vs. 327

si de quincunce remotast
uncia, quid superat? poteras dixisse." „triens". „eu".

H 141, 10 O 265, 7 (Pro Planc. § 64). Non vereor, ne mihi aliquid, iudices, videar adrogare, si de quaestura mea dixero.

Scholii, quod huic lemmati subiectum est, haec tantum verba describo: Persuadere vult namque omnia illa, quae foris gesserit, aput conscientiam populi R. latere potuisse. Ac ne acerbius animum laederet audientis ⟨ἀλαζονείᾳ⟩ de quaestura sua egit non sine figura ⟨χαριεντισμοῦ⟩ [1]), quod cum Lilybaeo decedens Puteolos adventasset, omnes eum ignoraverint primo ex provincia, tunc deinde ex Sicilia, ad extremum ex Lilybitana venire.

Cum meo supplemento ἀλαζονείᾳ compone quaeso (H 154, 20): Quoniam erat aliquid cum sua laude dicturus, eiciendus est, inquit, ex urbe civis, auctor et custos salutis, otii, dignitatis, fidei! Haec quoniam ⟨ἀλαζονικὰ⟩ erant e. q. s. sicut e Halmii coniectura edi oportet.

H 145, 4 O 268, 1 (Pro Planc. § 76) Sic enim dixisti: „Vidi ego tuam lacrimulam".

.... Laterensis in Tullium dixerat epilogos eius inridens, quos eum constat nimium flebiles et miserationis plenos in iudiciis semper habuisse.

Sex septemve litterae Graecae inter lemma et scholion evanuerunt. Aptum autem obiectum verbi *dixerat*, quod revocandum est, erit σκῶμμα, de qua figura Iulius Rufinianus [2]) nos docet: Χαριεντισμὸς sive σκῶμμα. Hac figura fit festiva dictio, cum amoenitate mordax e. q. s.

H 146, 7 O 269, 4 (Pro Planc. § 78) Quo quidem etiam magis sum non dicam miser — nam hoc quidem abhorret a virtute verbum — sed certe exercitus.

.... Hanc sententiam secundum illos filosophos intulit, qui existimaverunt semper beatos esse sapientes, numquam [non] miseros existimandos ac, si quid adversi prudentibus eveniret, non poenam magis et calamitatem quam exercitationem esse fortunae.

---

1) Nuper addidi cf. Rev. de l'Instr. Publ. en Belgique 1908 (pg. 36).
2) Cf. Halmii l.l. pg. 39.

Vix dubito quin ante Latina scholii verba scribendum sit ὄγμα. Sic legitur in codice (H 87, 9): Eos autem, qui dirent dignitati serviendum. Δόγμα hoc Stoicorum est Platonicorum dissentiens ab Epicuri auctoritate.
Halm autem inter lemma (H 95, 11): Quae et in tem- state saeva quieta est et lucet in tenebris et olion: quoniam de Catone loquitur, Stoicae sectae viro e. q. s. congruo spatio inseruit Δόγμα Στωικόν.

I 152, 9 O 342, 11 Erat alia praeterea interrogatio testium, ıt ipse M. Tullius P. Vatinium .... testem interrogavit; prie namque interrogatio dicebatur, qua testes redarguebantur. nter PUTATINIM (sic cod.) et TESTEM spatium 4 litterarum unm est. Non facio cum editore novissimo scribente: emenionis causa hoc spatium vacuum esse videtur. Ibi ego sup- ɔ νόμῳ.

I 155, 1 O 343, 11 (de aer. al. Mil. Frgm. X) qui populi imperium non terrarum regionibus, sed caeli rtibus terminavit.
Hoc enim ita .... superiectum est, ut et Pompeio blandiur et Clodium quasi hostem publicum denotaret, qui virum ı necessarium rei p. ipsi eripere conatus sit.
Suppleverim in lacuna 14 fere litterarum κατὰ ὑπερβολήν.

H 156, 16 O 346, 12 (de aere al. Mil. Frgm. XVIII) Nec ro illam nefariam libertatem.
.... legis mentio fit in oratione quae habita est pro Milone]. s.
Cubant in lacuna 10 fere litterae Latinae. Ziegler excogitavit sdem, cui ipse addo *sane*.

H 157, 16 O 347, 6 (de aere al. Mil. Frgm. XXII) Tum buisti quasdam formidines, ⟨quae⟩ quasi cornua aedam exciderunt impleta.
⟨Ἀλληγορία⟩ qua P. Clodium ad ferae alicuius et beluae ıilitudinem describsit. Etiam hoc ⟨παραβολικῶς⟩, in exitu ῖς ἀλληγορίας⟩ posuit cornua illi, quae habuisse quondam

videbatur, nunc esse delapsa, ut nimirum sensus ille sit, magis iam contemni Clodium quam timeri.

De primo meo supplemento repetere quae alio loco [1]) disserui supervacaneum est. Quae hodie adieci verborum contextus flagitare videtur. Hae voces Graecae praeterea omnes congruunt cum spatiis vacuis, cum suo quaeque.

H 162, 5 O 356, 13 (Pro Arch. § 6) Et Catonem et tam Hortensiorum domum.

De posteriore tantum huius scholii parte nunc agendum est, nempe de his verbis: Densitas igitur haec exemplorum, quae ad personas *nobilitas* fertur, multum praesenti negotio patrocinatur, ut Archias tot amicis et tam inlustribus nixus perquam facile ⟨ad⟩ honorem civitatis Romanae potuerit pervenire.

In *nobilitas* librarius per haplographiam leviter videtur erravisse. Integram lectionem fortasse habebimus, si reposuerimus: quae ad personas *nobilitatas* fertur e. q. s.

H 165, 9 O 359, 8 (Pro Arch. § 31) Qui vos, qui vestros imperatores, qui p. R. res gestas semper ornavit.

Epilogus valde conveniens personae rei, quo devotionem Licinii Archiae commendat in rebus p. R. ⟨*celebrandis spectata*⟩ tam omnesque ingenii vires ⟨*in eis extollendis*⟩ occupatas.

Haec mea supplementa utinam ne nimis longe a vero absint, non deteriora esse aliorum coniecturis confido.

1) Cf. Sertum Nabericum. Lugduni Batavorum Brill 1908. Pg. 53.

PLUTARCHUS.

Arist. et Men. Comp. 853 D.

Ἡ δὲ Μενάνδρου φράσις οὕτω συνέξεσται καὶ συμπέπνευκε κεκραμένη πρὸς ἑαυτήν κτἑ.

Nihili est compositum *συγξεῖν*, cuius praepositio nata est contagio vicini verbi q. e. *συμπέπνευκε*. Lege *οὕτως ἕξεσται*. Poliendo sermone Menander effecit ut semper secum concineret.

J. J. H.

NOTULAE AD ALTERAM LEEUWENII EDITIONEM FRAGMENTORUM MENANDREORUM RECENS DETECTORUM.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Heros vss. 44 sqq. ἀλλὰ νῦν
τί μιαρὸς ἀποδημεῖ; τριταῖος ἐπί τινα
πρᾶξιν ἰδίαν εἰς Λῆμ[νον
ἐχόμεθα τῆς αὐτῆς [
σώζοιτο κτέ.

Versuum 46 sq. nulla quidem certa reperiri possunt supplementa, sed tamen sententiam, ni fallor, satis probabilem nanciscimur suspicando:

πρᾶξιν ἰδίαν εἰς Λῆμ[νον ἀπο(vel ἐκ)πέπλευκε γάρ.
ἐχόμεθα τῆς αὐτῆς δ' ὑπὸ Φροντίδος· μόνον
σώζοιτο!

Tenemur autem eadem qua ante cura. Modo redeat sospes!

Discept. 173. Φέρε, δεῖξον.

Ales est perexegui momenti, verum quia hic Φέρε, ut passim etiam ἄγε et ἴθι, adverbii vice fungitur, virgula melius aberit.

Vs. 193. ἤ μοι δὸς ἔστ' ἄν σοι παρέχω σῶν.

Doc editor pro ....νι.. At nullum particulae ἔστε = ἕως in Palaemoedia exemplum mihi innotuit, quare praefero ὡς ἄν σοι, quod etiam sententiae magis convenit.

Vs. 340. *τοπαστικὸν τὸ γύναιον, ὡς ἐρπέθ' ὅτι κτἑ.*
Improbabilem admodum videri Leeuwenii quam et nunc tuetur mutationem *ἥσθη θ'*, iam dixi in Mnem. h. a. p. 340, ubi ipse vix melius proposui *δρᾶθ'*. Nimirum hodie persuasum habeo sanissimam esse codicis lectionem, memor loci evang. Matthaei X 16 *γίνεσθε οὖν Φρόνιμοι ὡς οἱ ὄΦιες*. Nec sane mirandum veteres anguibus, qui vel a vulgo pro geniis haberentur, tribuisse ingenium, suggerente huiusmodi sententiam cum fulgore oculorum tum latitante insidiosoque horum animalium incessu.

Vs. 362. *πέπυσται τὰς ἀλ . . . . . ις.*
Quaerit editor *ἀληθεῖς αἰτίας*?

Hoc ipsum et ego prius conieceram, sed abieceram propter ultimas litteras IC (non AC), quae admittunt supplementum sive verum sive falsum ΑΛ[*Ληχάνους στάσε*]*ις*, quod proposui Mnem. p. 345.

Vs. 367. *ποικίλον*
ἄριστον ἀρι . . . . νω τρισάθλιος
ἐγὼ καταπα . . . νῦν μὲν οὖν οὐκ οἶδ' ὅπως
δύσκολον . . . . κτἑ.
Satis certa mihi quidem videtur haec restitutio:
ποικίλον
ἄριστον ἀρι[στῶμε]ν. Ὦ τρισάθλιος
ἐγὼ κατὰ πά[ντα]! νῦν μὲν οὖν κτἑ.
Quae verba potius Charisio, quem in opiparis conviviis turpis sui facinoris poeniteat, quam cum Leeuwenio Onesimo aut coquo tribuerim. Altera Leonis de Menandreis commentatio (inserta actis Soc. R. scient. Göttingensis 19 Aug. 1908) hanc plagulam corrigentem me docet non me solum locum ita explere, sed Kōrtium codicem denuo explorantem in lacuna agnovisse literam T et in versu sequenti *καταπολλ*; unde Leo suspicatur fuisse *καταπτολλ[ύς]*, de forma conferens *καταπολαύειν*.

Vs. 427. In editoris nota de forma *πέπληχα* desidero comparationem formarum *πέπληχα* (trans.) et *πέπληγα* (intrans. apud seriores) cum *πέπραχα* (trans.) et *πέπρᾶγα* (intrans. apud omnes).

ile autem duco iam Menandri aetate πέπληγα intransi-
induisse notionem, et hanc causam fuisse cur ad simili-
n τοῦ πέπραχα formari coeptum sit πέπληχα. Apud Xe-
tem Anab. V 9, 5 in codd. est v. l. πεπληχέναι.

mi. 77.

Δᾶε, πολλάκις μὲν ἤδη πρός μ' ἀπήγγελκας ..α..
οὐκ ἀληθές, κτὲ.

cis relliquiis etiam minus respondet aptior Leeuwenii
ura σαφῶς quam Leonis πολύ. Equidem cogitavi de re-
o [λ/]α[ν] οὐκ ἀληθές = ψευδές. Parvum mendacium mi-
ırare se autumat Moschio, sed Parmenonis mendacia
ı modum excedere!

83.

καὶ πέπεικ' ἐ.....μεν..ε.. δεῦρ' ἀναλώσας λόγους
μυρίους τὴν ἐμ.....εσθαι καὶ ποεῖν
πάνθ' ἃ σοι δοκεῖ. τίς ἔσομ..... βίος μάλισθ' [
)icor:

καὶ πέπεικ' ἐ[ᾶν μὲν ἥκ]ε[ιν] δεῦρ', ἀναλώσας λόγους
μυρίους, τὴν ἐμ [πόνοισί σέ τε δέχ]εσθαι καὶ ποεῖν κτὲ.

ultima non intellego, sed post μάλισθ' vix aliud periit
ὁ σός. Si βίος bene lectum aut traditum sit, nihil sani
am, sin vero minus, ut arbitror, versum duce sententia
)lere liceat:

πάνθ' ἃ σοι δοκεῖ. τίς ἔσομ'; [οὐκ οὖν] Φίλος μάλισθ' [ὁ σός;

Quis ero (si nempe res successerit)? *Nonne summus tuus
?* In quibus οὐκ οὖν divisim scribo propter caesuram.
ım enimvero Moschio, perspecta servi fallacia, *summum*
ı in pistrinum se coniecturum affirmat respondens:

Δᾶε, τῶν πάντων ..ε..κ.. βλε.ο.
ἆρα τὸ μυλωθρεῖν κράτιστον σοί ἐστιν;

)rioris versus exitu quin fuerit βλέ[π]ο[ς], *frons, impudentia*
'. Nub. 1174) punctum temporis non dubito, sed paucio-
ae huic voci tanquam e codice notatae praecedunt litterae
e aut omissae, procul dubio neutiquam sufficiunt ad ex-
m versum octonarium, neque igitur haec vestigia arte
'e possumus. Audacius conicere liceat:

Δᾶε, τῶν πάντων κάκιστε κύντατόν τ' ἔχων βλέπο
Similiter Eubulo comico grammaticus BA tribuit κυντερώτε
et Aristophani κυντότατος, neque igitur video cur Menand
denegemus libertatem usurpandi ipsam formam Homericam u
tatam etiam poetis Alexandrinis.

Meliore sorte dignum se ratus Davus requirit a domino vs. 1
procurationem rerum herilium:

βούλομαι δὲ προστάτην σε πραγμάτ[ων τῶν σῶν ποεῖν]
scil. με, quod pronomen fuerit in antegressis aut sequentib
Sic enim confidenter hunc versum redintegro.

Vs. 121 expleatur hunc in modum:

ἡμέναις [εἰ χρὴ παρ]εῖ[ναί μ', εἰσί]ωμεν δηλαδή.

Verba sunt Moschionis, cui nihilominus Davi vafrities persu
serat, ut haberet sibi fidem. Notandus usus novicius in sermon
communi verbi simplicis ἧσθαι pro καθῆσθαι de mulieribus se
dentibus (in prandio).

Vs. 158 sq. Fortasse:

οὐκ ἐᾷς Φρονεῖν με θορυβῶν. [αἰμύ]λ[ως] τρόπον τινὰ
κοσμίως τ' εἴσω πάρελθε.

Αἰμύλος saepe de blanda persuasione usurpari constat.

Vs. 296. [τῶν τις] θεραπαινῶν οἵδε ταῦθ' ὅπου ἐστί σοι;
Obstat huic Leeuwenii supplemento, quod nusquam neque
comoedia neque in prosa Attica apparet haec Ionica et He
tea constructio pro τις τῶν, qua seri demum scriptores
Pausanias aliique, passim utuntur. Praeferenda igitur J
correctio τίς τῶν.

Samiae vs. 210. Iniuria editor leniori meae coniecturae
mihi videtur articuli absentiam, quippe quae ipsa omi
gica augeat, ni fallor, vim tragocomicam huius loci. (
datur praeterea triplici, quod dixi, assonantia.

DE VOCABULI ΤΡΟΠΟΣ VI ATQUE USU PER SAECULA VI ET V.

SCRIPSIT

K. KUIPER.

Nuper cum in GLOTTAE suae volumine primo (p. 339) PAULUS KRETSCHMER diserte exposuit quantum, vel potius quantillum, hucusque progressum sit in Thesauro Linguae Graecae, qualem hodie studia nostra postulent, praeparando, hoc saltem docuit vir egregius, etiamnunc longe abesse diem quo desideratissimi operis prima fundamenta condi possint. Simul autem apta fuerunt Kretschmeri verba quibus incitentur omnes ut promere ne desistant siquid fortasse ad semasiologiam Graecam pertinens *ἐν τοῖς ταμιείοις* apud se servent. Me saltem Kretschmeri commentatio permovit ut de voce *τρόπῳ* quaedam in medium proferrem quae in meum usum notata habebam.

Causa adnotandi praebuerat mihi monitum quoddam WILAMOWITZII. Is enim in commentatione de Menandri fragmentis Lefebrianis (*Neue Jahrbücher* 1908 XXI 34) ex poetae verbis „*ἑκάστῳ τὸν τρόπον συνήρμοσαν Φρούραρχον*" occasionem nanctus disserendi de substantivi *τρόπος* notione per aetatem mutata, haec — breviter sane concepta — pro sententia edidit: „*τρόπος* sagt Menander nach dem schwerlich viel älteren Epicharm, wo Heraklit *ἦθος* sagte. Es ist eigentlich seltsam von der Wendung eines Menschen zu reden, und das Ältere ist auch der Gebrauch des Pluralis, der nichts Besonderes an sich hat. *τρόπος* hat im V Jahrhundert das ältere Ionische *ῥυθμὸς* (Wendung statt Fluss) in Ausdrücken wie *τίνα τρόπον, ἀρχαῖον τρόπον, Κρητικὸν* (in der

Musik) ersetzt. Für ἦθος is es gar nicht so sehr verbreitet, wenigstens in alter Zeit; das spätere stoïsche οἷος ὁ τρόπος τοιοῦτος ὁ λόγος lässt sich noch gut in seiner Relativität verstehen." — Quibus verbis adnotationis loco haec subicit vir sagacissimus: „Es steht im Peirithoos 597, 6 τρόπος δὲ χρηστὸς ἀσφαλέστερος νόμου. Ein neuer Beleg, dass die Tragödie von Kritias, nicht von Euripides ist, oder wo verwendet er τρόπος so?"

Equidem si de Pirithoi fabulae auctore propter hanc Wilamowitzii sententiam iterum disputare instituerem, et lectoribus taedium moverem et Wilamowitzio et mihimet ipsi. Sed quoniam mihi quidem vocis τρόπος usus qualis fit in Pirithoo neque ab Euripide alienus neque ab Atticorum illius aetatis sermone abhorrens videtur, utile censui, raptim percurrere denuo scripta Pindari, Aeschyli, Sophoclis, Euripidis ceterorum, ut accuratius quam Stephano duce fieri potest huius vocabuli historiam constituerem a Pindari aetate usque ad tempora Aristophanis; Platonem autem Isocratemque, recentiorum temporum testes, adhibere in hac re aequum non iudicabam. Brevitati quantum potui consului, sed quamvis breviter ea quae invenisse mihi visus sum, etiamsi haud nova atque incognita sint, litteris mandare eo magis utile ducebam quo magis a sententia Wilamowitzii discrepant. Est enim in tali discrepantia utilitas quaedam certantibus ipsis communis.

Abesse substantivum τρόπος tam ab homerica poesi quam a carminibus hesiodeis res est notissima. Tamen haud temere conicias τρόπον, tum cum primum appareret in sermone Graecorum statim, ut postea, indicasse neque τοῦτο ὅ τι τρέπει τινα — licet id sane siverit forma vocis — neque τοῦτο ὅ τι τρέπεται, sed *directionem viamque* ὅπῃ τις τρέπεται. Sumpta in hac re imago est illinc unde abundans imaginum copia in dictionem Graecorum fluxit, ex verbis nempe et notionibus movendi, sicuti ὁδὸς κέλευθος πλοῦς translata significatione a poetis usurpantur. Nec quisquam id mirabitur, modo meminerit quam saepe quaevis mutatio status sortis coloris voluntatis animi verbo τρέπεσθαι iam ab Homero Hesiodoque indicari solita sit.

Substantivum τρόπος, quantum ex testibus superstitibus ap-

ret, a primo initio statim eandem notionum habuit varieta-
n, qua postea, frequentiore sane usu et notionis finibus quo-
mmodo dilatatis, gaudebat. Vix cautum videtur pro certo
ıstituere velle, quanam praecipue ex variis illis significationi-
s τρόπος primum cognitum fuerit. Nemo hoc discernere potest,
·um ab artis musices usu speciali ad notionem moralem trans-
um sit an ab universa viae atque rationis indicatione ad animi
tum musicesque modos diversos devenerit. Hucusque unum
ıtum sapimus omnes: in quavis persona arte re actione τρό-
· indicare ὁδὸν ἣν ἂν τραπῇ.

In vocabuli autem historia describenda utile videtur Aeschylum
ıdarumque coniunctos spectare, ut ex paucis exemplis quae
›peditet uterque constituamus, qualis universus fuerit initio
:is τρόπου adspectus. Quo adspectu delineato leves quae deinde
›natae sint notionum immutationes exemplis Euripideïs Lysiacis
ucydideïs aliis illustrabo.

1. τρόπος *modus*. Raro in Pindaricis τρόπος rationem universam
a quid fit indicat, neque multum habent pauca exempla quod
s detineat. Monendum tamen est affinitatem cum verbo τρα-
ναι adhuc servari, nam ὁδὸν fere τρόπος Pindaro valet cum
hm. 6. 59 dicit τὸν Ἀργεῖον τρόπον εἰρήσεται, itemque *Nem.*
14 ἔργοις δὲ καλοῖς ἔσοπτρον ἴσαμεν ἐνὶ σὺν τρόπῳ. Con-
nit extrema haec dictio cum Aeschylea. Aeschylus enim *Sept.*
9 haec habet:

ἐγὼ δ' ἐπάρχους ἓξ ἐμοὶ σὺν ἑβδόμῳ
ἀντηρέτας ἐχθροῖσι τὸν μέγαν τρόπον
ἐς ἑπτατειχεῖς ἐξόδους τάξω μολών,

l aliquanto saepius Aeschylus quam Pindarus voce τρόπος
ionem agendi indicat. Variat hic pro rei necessitate singularis
merus cum plurali, prorsus eadem ratione qua fit ut animi sta-
s modo per singularem τρόπον modo per pluralem τρόπους signi-
ətur. Ita *Ag.* 911: καὶ τἄλλα μὴ γυναικὸς ἐν τρόποις ἐμὲ
ρυνε, variae luxuriae rationes spectantur quae sequentibus
umerantur versibus; *Cho.* 478: πατὴρ τρόποισιν οὐ τυραν-
κοῖς θανών, varia contumeliae genera spectat pluralis; *Eum.*
1: ἐν τρόποις Ἰξίονος, simul supplicandi rationem ac habitum
›plicis Ixionis denotat. — Addendum est, iam apud Aeschylum
prorsus adverbiali occurrere illud παντὶ τρόπῳ (*Sept.* 289)

ita cum prece vel iusso coniunctum ut postera aetate (vide e. g. Lys. XIII. 25) solitissimum fuit.

a[2]. *Cantus musicesque rationes diversas* vocabulo τρόπῳ tam Pindarus quam ceteri scriptores musici indicaverunt. Quem usum per technicorum opera nunc persequi inutile est. Usitatissima enim ratione ac certis finibus circumscripta musices εἴδη hac voce indicantur, quod e. g. fecit Pindarus *Ol.* 14. 16 Λυδῷ ἐν τρόπῳ *Ol.* 10. 76 ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον, adiecta ut adamat, primariae notionis memor, praepositione. Idoneus autem ad hanc notionem illustrandum est versus *Ol.* 3. 4. Etenim non potest, quin quaeramus, quid moverit musicos, ut τὸ Λυδικὸν εἶδος sive τὴν Φρυγίαν ἁρμονίαν nomine τρόπῳ indicarent. Quod si respondeas eum qui dicatur cantus tibiarumve τρόπους mutare, „ἄλλην μέλους ἐδὸν τετράφθαι", vel, ut Pindari verbis utaris, „ἄλλην βαίνειν κέλευθον ὕμνων" (fr. 191) ipsum fortasse poetam assentientem habebis, qui *viae* imaginem ante oculos habuit nec verbi τρέπεσθαι immemor fuit, cum *Ol.* III. 4 harmoniae numerique (τρόπου καὶ ῥυθμοῦ) notiones duplices duplici ornans imagine haec dixit: Μοῦσα δ' οὕτω μοι παρεσταίη (Naberi enim sequor venustissimam emendationem) νεοσίγαλον εὑρόντι τρόπον Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξας πεδίλῳ.

b. τρόπος *de animi vitaeve institutione dictum*. Iam indicavi meo iudicio fieri non posse, ut efficiamus, quanam hunc musices τρόπον et ἀνθρώπου τρόπον affinitate coniunxerint poetae.

Recentioribus antiquiora illustrari cauta vetat interpretatio. Nihil affert utilitatis si quis monet nobis quoque consuetudinem esse transferendi ad animi conditionem depingendam vocabula qualia sunt *stemming*, *toon*. Nec vero ad originem usus explorandam prodesse nobis quidquam poterit, si forte recentior poeta per imaginem ex musica re petitam statum animi depingat, quod fecit Euripides et alibi saepe et *Hipp.* 161 memorans γυναικῶν δύστροπον ἁρμονίαν. Antiquiores certe vix imaginem adhibere sibi videbantur, cum ita de hominis animo dicerent ut Archilochus fr. 66. 7 iubens dignoscere

οἷος ῥυσμὸς ἀνθρώπους ἔχει

vel Theognis, vs. 963 ita amicum dehortans:

μή ποτ' ἐπαινήσῃς πρὶν ἂν εἰδῇς ἄνδρα σαφηνέως
ὀργὴν καὶ ῥυθμὸν καὶ τρόπον ὄντιν' ἔχει.

Putaverim equidem antiquos illos poetas, cum τρόπον hominis memorarent nihil revera cogitasse nisi ὁδὸν ἥντινα ψυχὴ vel ἦθός τινος τέτραπται, et recte vocis notionem perspexisse videtur Antisthenes, quamvis in ceteris vera falsaque misceat, cum de Ulixe πολυτρόπῳ disserens (fr. 26 Mull.) ita docuit: εὔτροπος γὰρ ὁ τὸ ἦθος ἔχων εὖ τετραμμένον. Convenit haec explicatio cum usu Pindarico. Nonne cum is de insula Aegina dicit (*Isthm.* IV. 22) εἰ δὲ τέτραπται θεοδότων ἔργων κέλευθον ἀν καθαράν, iure contendimus eum laudare τὸν Αἰγίνης τρόπον, *vitae* sanctam *institutionem*? Substantivum saltem modo, definite, de certa dimicandi ratione *Ol.* 8. 63 adhibuit (τίς τρόπος ἄνδρα προβάσει) modo de cuncta vitae institutione (*Nem.* 1. 29) Ἀγησιδάμου παῖ, σέο δ' ἀμφὶ τρόπῳ τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες. Quibus exemplis si addimus *Pyth.* X. 37 (de Hyperboreis) Μοῖσα δ' οὐκ ἀποδαμεῖ τρόποις ἐπὶ σφετέροις, apparebit ab initio hoc in pluralis singularisque usu fuisse discrimen, quod singularis modo certum quoddam animi institutum indicat, modo totam ψυχῆς διάθεσιν complectitur, plurali contra *varios* cuiusdam *mores* distinguit. Hoc autem si tenemus, nihil mirabimur quod Prometheus Aeschyleus *Prom.* 11 et 28 monetur παύσασθαι τοῦ φιλανθρώπου τρόπου, contra vs. 309 μεθαρμόσασθαι τρόπους νέους, nec quod Clytaemestra coram civibus praedicat τοὺς φιλάνορας τρόπους (*Ag.* 855). Singulari enim ὁ Προμηθέως φιλάνθρωπος τρόπος, haud sine contemtu, indicatur, quia non cogitatur de moribus Promethei sed de certa quadam eius proclivitate (ὡς ἂν διδαχθῇ τὴν Διὸς τυραννίδα στέργειν, φιλανθρώπου δὲ παύεσθαι τρόπου). Contra qui, ut Prometheus vs. 309, monetur, ut ad νέους τρόπους indolem informet, ei varietas spectanda est et imitanda morum; et si quis, ut Clytaemestra, memorat τοὺς φιλάνορας τρόπους, varios cogitat rationes quibus τὴν φιλανδρίαν testata esse videatur. Quare autem *Eum.* 192 de habitu externo Furiarum locutus singulari numero τρόπον μορφῆς poeta dixit? Quoniam totum formae adspectum habitumque complectitur, prorsus eodem modo ut *Ag.* 1063 de Cassandra chorus dicit: „τρόπος δὲ θηρὸς ὡς ἐξαιρέτου", silentium ferox totamque rationem gerendi sic indicans. Vides quantum sit discrimen, si hoc loco τρόπος in pluralem mutes!

Paucis absolvi possunt ea quae hisce addidit tragoedia So-

phoclis; nam Aesch. *Choeph.* 753 τρόπος φρενός, ut manifeste corruptum, et Soph. fr. 858, incertissima Brunckii coniectura demptum Diphilo ut traderetur Sophocli, silentio praeterire praestat. Sophoclis autem sermone antiquiorem colorem servari quam dictione Euripidis et aequalium, ex vocis τρόπου usu quoque apparebit.

a. Ratio modusque rei bis in Sophoclis tragoediis singulari τρόπῳ indicatur. Rogat Oedipus (*O. R.* 99) τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς; „quaenam calamitatis *ratio* ac *natura* est?" Haud aliter Deïanira *Trach.* 21 dicit „καὶ τρόπον μὲν ἂν πόνων οὐκ ἂν διείποιμι," i. e. *singularem* certaminis *rationem* exponere non meum est.

b. Animi conditionem non nisi plurali indicatam apud Sophoclem invenimus, id quod casui tribuendum esse videtur. *El.* 397 (σὺ ταῦτα θώπευ'· οὐκ ἐμοὺς τρόπους λέγεις), pluralis adhibetur ut congruat cum θωπεύμασι, „non flectitur animus meus in istiusmodi adulationes", quod optime reddidit Anglice Jebbius vertens „those are not *my ways*." Sic saepius, cum aut improbatur agendi dicendive ratio, aut incerta quaedam eius rationis natura indicanda est, plurali proprius est usus. Quapropter *El.* 1051 Chrysothemis sororem increpans recte dicit

ἄπειμι τοίνυν· οὔτε γὰρ σὺ τἄμ' ἔπῃ
τολμᾷς ἐπαινεῖν, οὔτ' ἐγὼ τοὺς σοὺς τρόπους.

Non enim indolem sororis carpere se significat sed miram eam et parum a se perspectam animi conditionem qua nunc agit. Eiusdem autem generis videtur locus in *Aiace* (735) ubi chorus de Aiace

Φροῦδος ἀρτίως, νέας
βουλὰς νέοισιν ἐγκαταζεύξας τρόποις,

hoc enim loco — in quo non neglegendus est aptus verbi ζεῦξαι usus — eadem causa quae postulabat pluralem βουλάς, poetae suasit ut τρόπους, non τρόπον, scriberet. Sed *Ai.* 1245 revera varii τρόποι cogitantur, nam qui dicit

ἐκ τῶνδε μέντοι τῶν τρόπων οὐκ ἄν ποτε
κατάστασις γένοιτ' ἂν οὐδενὸς νόμου

hoc fere vult: „ἐὰν τοιάσδε ὁδοὺς τὰ τῶν ἀνθρώπων ἤθη τρέπηται i. e. si οἱ πλατεῖς οἵ τ' εὐρύνωτοι Φῶτες ἀσφαλέστατοι iudicabuntur."

Restat unus locus quem apte cum *Eum.* 192 (τρόπος μορφῆς) conferas, ut videas quantillum interdum sit discrimen inter plu-

)t singularem numerum: *Philoct.* 127 *ναυκλήρου τρόποις* δολώσας. Hic profecto habitum nauclericum singulari ; significare poeta. Maluit opinor *varia* indicia *τοῦ σχή*- nemorare plurali.

at igitur inde a Pindari aetate rei actionisve rationem ue *τρόπον* dici, hominis sive institutionem sive habitum gulari *τρόπῳ* quam plurali *τρόποις* indicari. Apparebit notionis fines tempore dilatatos esse, quo simul factum discrimen inter singularem ac pluralem saepe tantum nesceret. Ut cursum rei planefaciam ordine recensebo He-. Democritum Euripidem Antiphontem Andociden Lysian dem Aristophanem. Rem non exigam cum pulvisculo, vocabulo tritissimo nihil affert commodi. Dicam autem de notione *τρόπου* quae est *ratio*, tum de ea notione imum spectat. Utramque notionem saepius confluere um est.

όπος ratio. Commodum affert quoddam vocis notioni ndae Herodotus, eo quod nonnumquam in vocabulo *τρόπῳ* lo memor fuit verbi *τρέπεσθαι*. I. 189 memorantur *διώ*-*άντα τρόπον τετραμμέναι* (quocum conferatur II. 8) sunt *σχοινοτενέες διέξοδοι πάντα τρόπον ὁδῶν ἔχουσαι διὰ* et II. 118 *διώρυχες παντοίους τρόπους ἔχουσαι*. Omnibus s *τρόπος directionem ἤ τι τέτραπται* indicat. Modum ra-ue rei plurali numero significat Herodotus IV. 28 *κεχώ*-*ὲ οὗτος ὁ χειμὼν τοὺς τρόπους πᾶσι τοῖσι ἐν ἄλλοισι χω-σμένοισι χειμῶσι*, ubi plurali causa est indiciorum varietas inde enumerantur.

ides, qui bis *τρόπον* cum adiectivo infinito coniunxit 10 *αὐτοχειρὶ θνῄσκ' ὅτῳ βούλῃ τρόπῳ*, et *Rhes.* 800 *τρόπῳ εθνᾶσιν*) exquisito quodam usu et proprio idem substan-xornat adiectivo finito ut *Rhes.* 599 *μολόντα Ῥῆσον οὐ τρόπῳ*, *Med.* 750 *μεθιέναι ἑκουσίῳ τρόπῳ*, *Hel.* 1547 *ιν δάκρυα ποιητῷ τρόπῳ*. Insignis haec veteris usus est o. Nam vix credo Aeschyli Pindarive aetate „*τρόπον* vel „*τρόπον ἑκούσιον*" ita dictum fuisse; aliquantum listant hae dictiones ab Aeschyleis illis (*Sept.* 270) „*τὸν τρόπον*." Excogitata esse talia ab Euripide quis demon-

strabit? Amat is peculiariter et exquisite hic illic adhibere vocem *τρόπον*, sicuti non civium suorum sed Ionum dictionem imitatus *El.* 772 scripsit:

ποίῳ τρόπῳ δὲ καὶ τίνι ῥυθμῷ Φόνου
κτείνει Θυέστου παῖδα;

plerumque autem talem vocis usum observat quo magis refertur ad indolem naturamque rei personaeve quam actionis. Equidem profecto *Phoen.* 390 *τίς ὁ τρόπος αὐτοῦ* (sc. *τοῦ στέρεσθαι τῆς πατρίδος*) non vertam „quisnam exilii *modus* est" i. e. „qui fit?" sed „quaenam *propria est exilii ratio ac natura*," sequitur enim „*τί Φυγάσιν τὸ δυστυχές;*." Idem fortasse valet de fragmento 271 *τῆς τύχης οὐχ εἷς τρόπος*. Sed in brevi versiculo hoc dubium; saltem certum est aliter accipiendos esse versus ex *Troad.* 1204

τοῖς τρόποις γὰρ αἱ τύχαι
ἔμπληκτος ὡς ἄνθρωπος ἄλλοτ' ἄλλοσε
πηδῶσι,

hic enim verbum *πηδᾶν* me monet, ut *τρόπους* accipiam de variis rationibus quibus in homines insiliant infortunia. Quamquam tenendum est non ipsum pluralem per se tale quid postulare, ut ostendunt loci ex Herodoto allati, quibus apte coniungi poterit Diogenes Apolloniates (Muel. I. 255) „*πολλοὶ τρόποι καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀεροὺς καὶ τῆς νοήσιός εἰσι.*"

Iam frequentius multo hac aetate, licet desint fere in Euripidis Sophoclisque sermone tragico, usu venerunt dictiones adverbiales quales sunt *ἑνὶ τρόπῳ*, *παντὶ τρόπῳ*, *τρόπεν* etc., ut Antiphon 5. 66 *ὅτῳ τρόπῳ ἀφανὴς ἐστι*, 5. 70 *τῷ τρόπῳ ἀπολώλει*, 5. 71 *ὅτῳ τρόπῳ τέθνηκεν*, 6. 20 *οἵῳ τρόπῳ ἔρχονται ἐπὶ τὰ πράγματα*; itidem 6. 24 cum verbo *βασανίζειν*. Persaepe Lysias *τὸν αὐτὸν τρόπον* (1. 20. 37; 7. 20; 10. 10; vel *τῷ αὐτῷ τρόπῳ* (12. 77; 13. 3. 7. 8. 51. 81. 82 alibi); exquisitius quoque *ἐξ ἑνὸς τρόπου* et talia quae ne memorare quidem utile esset, nisi necesse videretur propter parvum discrimen unum conferre locum ex Andocida *Myst.* 73 *εἰ δὲ ἄτιμοι τίνες ἦσαν, καὶ τίνα τρόπον ἕκαστοι*; quibus adiungenda § 74 *εἷς μὲν τρόπος οὗτος ἀτιμίας.*

Thucydideos mittimus ut qui nihil novi praebeant locos ubi *παντὶ τρόπῳ* vel tale quid occurrit, memorabo tamen VIII. 62. 2 *ἐκ τρόπου τινὸς ἐπιτηδείου ἐτεθνήκει*. Ceterum scriptor accura-

imus in hac voce utenda propriam curam dicendi non deseruit. vero τρόπον et τρόπους is saepe adhibet ut ad eam notionem humani ingenii conditio indicatur — de qua infra dicetur — s prope haec prior quae nunc illustratur notio accedat. *Agendi* est, ἔθος, quem significat Thucydides cum 1. 130 de Pausania bit „οὐκέτ' ἐν τῷ καθεστηκότι τρόπῳ ἐδύνατο βιοτεύειν," itidem vix aliud nisi ἔθος indicat illud „μετρίᾳ δ' αὖ ἐσθῆτι καὶ τὸν νῦν τρόπον πρῶτοι Λακεδαιμόνιοι ἐχρήσαντο." Is quoque nisce verbi τρέπεσθαι memoriam non neglexit; sic I. 5 post- m tempora descripsit quibus homines ἐτράποντο πρὸς λῃστείαν git ἐλῄζοντο δὲ κατ' ἤπειρον ἀλλήλους. καὶ μέχρι τοῦδε πολλὰ Ἑλλάδος τῷ παλαίῳ τρόπῳ νέμονται. Tandem pertinet huc pter pluralis usum iterativum notandum) IV. 98 τρόποις πευόμενα οἷς ἂν πρὸ τοῦ εἰωθόσι καὶ δύνωνται.

ed saepe ἔθος τι per vocem τρόπον ita significat, ut haud multum it ab ἤθους τρόπου. Haud sine iure ad hanc alteram τρόπου ionem referas exempla duo quae iam hic tractabo. I. 132 ' οὐδὲ ὥς οὐδὲ τῶν Εἱλωτῶν μηνυταῖς τισι πιστεύσαντες ἠξίω- νεώτερόν τι ποιεῖν ἐς αὐτὸν χρώμενοι τῷ τρόπῳ ᾧπερ εἰώθασιν τφᾶς αὐτοὺς μὴ ταχεῖς εἶναι περὶ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου. Consue- inem dicit, sed consuetudinem ingenio Spartiatarum debitam. sic quoque cum VII. 67 mos quidam, ratio proelii instituendi τος dicitur „τά τε ἀντιμιμήσεως αὐτῶν τῆς παρασκευῆς ἡμῶν μὲν ἡμετέρῳ τρόπῳ ξυνήθη ἐστί," magis persona quam actio ctatur, eodem modo ac VIII. 95 διάφοροι γὰρ ὄντες τὸν τρό- οἱ μὲν ὀξεῖς, οἱ δὲ βραδεῖς, καὶ οἱ μὲν ἐπιχειρηταί, οἱ δὲ λμοι, ἄλλως τε καὶ ἐν ἀρχῇ ναυτικῇ πλεῖστα ὠφέλουν.

Non multum referet utrum haec priori an alteri exemplorum ini tribuamus. Res ipsa in aperto est: usu frequentiore iam nescit hac aetate discrimen inter τρόπον quod ἔργου ὁδὸν et τον quod βουλευμάτων, ψυχῆς ὁδὸν indicat. Cetera huiuscemodi mpla Thucydidea tractanda ergo differo, nunc iam monens, il attinere quaerere, num Thucydides sicubi carpat κακοτροπίαν homines dicat ὁμοιοτρόπους, τρόπους an τρόπον cogitaverit. lli vero obscurum erit, quid sibi velit ὁ ἀνθρωπεῖος τρόπος quem moravit I. 76 scriptor qui paullo ante (c. 71) ἀρχαιότροπα ηδεύματα memoravit; eodem redit utrum Φύσιν an ἐπιτή- ιν intellegas.

Pauca sufficient ut demonstrem, antequam alteram *τρόπου* illam significationem exemplis illustrem, idem quod in Thucydide apparuit usu venire in Aristophanis sermone minus elato. Profecto is quoque *παντὶ τρόπῳ*, *ἐξ ἑνός γε τοῦ τρόπου* et similia cum ceteris mortalibus dixit, dixit quoque *ἁπλῷ τρόπῳ Eccl.* 231, nec quisquam dubitabit, utrum *modus* significetur necne cum in *Thesm.* 961 *χορομανὴς τρόπος* et in *Ranis καλλιχορώτατος τρόπος* memoretur, aut dimicabit de vi vocis in versu *Pac.* 54 *ὁ δεσπότης μου μαίνεται καινὸν τρόπον*. Item ut Thucydides *τὸν ἀρχαῖον τρόπον* memoraverat, ita Aristophanes in *Pluto* (47) *τὸν ἐπιχώριον τρόπον* (*ἀσκεῖν τὸν υἱὸν τὸν ἐπιχώριον τρόπον*). Sed cum non modum sed *rei rationem*, vel *agendi modum* indicat poeta, iterum videmus quam facile inter se confluant vocis notiones diversae. In *Lysistrata* vs. 25 *οὐχ οὗτος ὁ τρόπος* significat „non ea est *rei* ratio", sed cum *Ran.* 563 Xanthias de Dionyso affirmat *τούτου πάνυ τοὔργον· οὗτος ὁ τρόπος πανταχοῦ* minus recte vertes, opinor, „haec eius *ratio agendi* est", quam si dicas „eiusmodi eius *mos* est", i. e. convenit ingenii moribus, *ἐστὶν ἐκ τοῦ τούτου τρόπου* vel quod plane idem est *„ὁμοῖόν ἐστι τοῖς τρόποις αὐτοῦ"*. Ad alteram vocis notionem haec et similia referre equidem malo, cuius historiam nunc ordine exponam.

b. τρόπος (*τρόποι*) *animi conditio.* Quoniam constat apud omnes inde ab initio *τρόπους* plurali numero frequentissime et ab omnibus scriptoribus adhibitum esse quo hominis mores significarent, non anxie exemplorum copiam ex Herodoto Lysia Thucydide ita congeram ut nihil desit. Ex uno Euripide afferam locos quotquot notavi, — nec multos me fugisse credo, — ex ceteris dabo quantum opus videbitur; praesertim autem attendam ad *singularis τρόπου* usum per temporum lapsum et dilatatum et aliquatenus mutatum. Exempla quibus numerus singularis illustratur praemitto.

Animi *διάθεσιν*, totumque hominis habitum Herodotus bis tantum sed diserte admodum substantivo *τρόπος* indicavit. Primum VI. 128, quo loco quin versus Theognidei quem supra attuli memor fuerit Herodotus dubitare vix possum, licet incertam ipsius Theognidis esse auctoritatem ut in ceteris ita in hoc versu necesse sit fateri. Hic accurate Herodotus *τρόπου* significationem illustrat. „Clisthenes Sicyonius" — ita narrat — „procos un-

que arcessitos apud se *κατέχων ἐνιαυτὸν διεπειρᾶτο αὐτῶν τῆς ἀνδραγαθίης καὶ τῆς ὀργῆς καὶ παιδεύσιος τε καὶ τρόπου.* minem fugit quam arcte *παίδευσιν* atque *τρόπον* coniunxerit rodotus. Illam opinor *ἤθους καὶ ψυχῆς διάθεσιν* cogitavit quae ucatione informatur. Eandem autem animi directionem haud nus diserte indicat altero loco qui est I. 107: *τὸν εὕρισκε ίης μὲν ἐόντα ἀγαθῆς, τρόπου δὲ ἡσυχίου.*

Non prorsus his locis idem valere *τρόπον* ac si scriptum esset ς facile est videre. Quid vero — et quam parvo discrimine — tent, docebit unum alterumque fragmentum ex Democrito. (*περὶ παιδείας* fr. 127 Muell.) monet: *κτηνέων μὲν εὐγενείη τοῦ σκήνεος εὐσθενείη, ἀνθρώπου δὲ ἤθεος εὐτροπίη*, i. e. animi titutio bona; censet enim Democritus animum flecti (*τρέπεσθαι*) posse *διὰ τῆς παιδείας* quippe quae *μεταρρυσμοῖ τὸν ἄνθρωπον* (fr. 133). Quapropter haud absurdum est in memoriam rocare eiusdem sententiam fr. 135 editam: *κρέσσων ἐπ' ἀρετὴν ινέεται προτροπῇ χρεώμενος καὶ λόγου πειθοῖ ἥπερ νόμῳ καὶ ἀνάγκῃ.* Nam *προτροπῇ* sive ad bonum sive ad malum *τρέπεται ἦθος*, et informatur *ὁ τρόπος.* — Ceterum difficile est, nec ıtae videtur interpretationis, ex paucis et disiectis fragmentis) certo efficere velle quatenus iam Democritus sustulerit dismen quod inter *ἦθος* et *τρόπον* accuratior saltem usus antiorum servaverat; me quidem ut caveam admonet verborum us, cui — si fides est Stobaeo — indulsit Democritus ita ens (fr. 133): *ἡ Φύσις καὶ ἡ διδαχὴ παραπλήσιόν ἐστι· καὶ γὰρ διδαχὴ μεταρρυσμοῖ τὸν ἄνθρωπον, μεταρρυσμοῦσα δὲ Φυσιοποιέει.* l duo extant loci ubi varie hoc discrimen servatur; accuratius lepida sententia de parentum parsimonia quadam (fr. 69) *ἡ νοισι ἄγαν χρημάτων ξυναγωγὴ πρόφασίς ἐστι Φιλαργυρίης τον ἴδιον ἐλέγχουσα*, i. e. „arguens animum ad avaritiam inıatum, *τρόπον* (*ἤθους*) *Φιλάργυρον*"; minus accurate fr. 45 *ἴσι ὁ τρόπος ἐστὶ εὔτακτος, τούτοισι ὁ βίος ξυντέτακται*", in rum verborum breviloquentia, placito apta, iam vix dignosdiscrimen. Etenim proprie ipse tantum animus, non animi lεσις vel *τρόπος* dici potest *εὔτακτος.*

ıpparet itaque Euripidis aetate iam eo perventum esse, ut ı certa quaedam animi inclinatio nomine *τρόπῳ* significaretur, ıctivo circumscribi posset (*Φιλάργυρος τρόπος, Φιλάνθρωπος*

τρόπος); itidem autem *tota* hominis διάθεσις singulari τρόπῳ indicabatur, addito si res ferebat adiectivo (ἡσύχιος τρόπος, εὐτακτος τρόπος). Neque apud Euripidem neque apud oratores huius usus exempla desunt. Quod autem temporis lapsu crevit in hac re neglegentia, ita ut magis magisque ipse animus, ipsa indoles nomine τρόπῳ indicari posse videretur, haud minima culpa fuit tragicorum, praesertim Euripidis quo nemo magis vocabulorum φρὴν (φρένες) ἦθος (ἦθη) ψυχὴ θυμὸς καρδία τρόπος notiones conturbavit. Sed de hac re alias; nunc subsistendum in voce τρόπος, quae Euripidis aetate talem viam absolvisse fere videtur qualem diu post vox χαρακτήρ, cuius vocabuli notionem nativam propemodum servatam videmus in Euripide (cf. *Hec.* 379; *El.* 558, 576; *Med.* 518; *Herc.* 658).

Ut iam diu antea factum erat, hac aetate pergunt homines mores hominis plurali τρόποις indicare. Brevissime locos qui nihil novi afferant recensebo. Apud Euripidem dicuntur τρόποι ἐλεύθεροι (fr. 413) et δοῦλοι (*Suppl.* 884); ἀνδρὸς οὐ κακοῦ τρόποι (*Iph. A.* 502); κακῶν μητέρων τρόποι (*Andr.* 230); μητρὸς τρόποι (*Bacch.* 1252); παρθένου τρόποι (fr. 603); νυμφῶν (fr. 404); τρόποι πατρὸς δικαίου (*Hel.* 940); ἐμοὶ, σοὶ τρόποι (*Suppl.* 338 *Troad.* 700); dicitur quoque (*Ion.* 237) mulieris σχῆμα esse „γενναιότητος καὶ τρόπων τεκμήριον." Non solum possunt homines πηδᾶν ἄλλοσ' εἰς ἄλλους τρόπους (*Troad.* 67), vel πεποικίλθαι τρόπους (*Suppl.* 187), possunt μεταβάλλειν vel μεθιστάναι τοὺς τρόπους (*Iph. A.* 343. 502) vel ἀγρίων τρόπων χωρὶς ναίειν (fr. 847), sed possunt quoque χρῆσθαι τρόποις τινὸς (*Or.* 769), quin συντακῆναι τρόπως τινὸς (*Or.* 805), id quod facilius de animo quam de moribus accipi potest, sic ut quoque si quid τρόποισιν ἔμφυτον dicitur (fr. 1022) ad mores refertur id quod de animo tantum recte dicitur. Saepe autem vix quidquam differt, utrum quis τρόπους an τρόπον dicat: *Suppl.* 187 (Σπάρτη μὲν ὠμὴ καὶ πεποίκιλται τρόπους) plurali indicantur varii civium mores, *Bacch.* 400 (μαινομένων οἵδε τρόποι) variae spectantur stultorum hominum rationes. Sed *El.* 1116 τρόποι τοιοῦτοι quam parum differat a *Ranarum* versu οὗτος ὁ τρόπος πανταχοῦ nemo non videt; tandem *Iph. A.* 558 (διάφοροι δὲ φύσεις βροτῶν, διάφοροι δὲ τρόποι) singulorum hominum φύσιν et τρόπον, non τρόπους spectat. Hoc vero manifestum est, tam ab Euripide quam ab aequalibus hominis mores plurali τρό-

τοις plerumque significari, nonnumquam autem ita pluralem illum adhiberi ut non ἤθη, sed ψυχὴν rectius substituas.

Huius usus si exempla ex oratoribus vel comicis poetis congerere velim, risum vel taedium moveam. Sed in Thucydide paulisper subsistere necesse est, qui dicendi quadam subtilitate optime docere posse videtur, quam levi discrimine pluralis et singularis vocabuli τρόπος tum, cum animi conditio spectatur, adhiberi possint. Insignis est locus in oratione funebri II. 39. 4, eo ipso nobis notabilis quoniam ibidem eadem inter leges moresque oppositio illustratur, quam et a Democrito factam esse vidimus et ab Euripide in eo Pirithoi fragmento a quo tota nostra profecta est disputatio: II. 39. 4 „εἰ ῥᾳθυμίᾳ μᾶλλον ἢ πόνων μελέτῃ καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον ἢ τρόπων ἀνδρείας ἠθέλομεν κινδυνεύειν." Postulatur hic numerus pluralis. Opponuntur enim inter se νόμων ἀνδρεία et τρόπων ἀνδρεία, virtus ad quam cogunt variae leges atque illa virtus quae ex singulorum hominum habitu ac ratione vitae nascitur. Pro genetivo νόμων si Thucydides universam legis notionem voce νόμου indicasset (quod potuit), procul dubio scripsisset quoque τρόπου. Prorsus idem valet de duobus aliis locis in eadem oratione, II. 36. 4: ἀπὸ δὲ οἵας ἐπιτηδεύσεως ἤλθομεν ἐπ' αὐτὰ καὶ μεθ' οἵας πολιτείας καὶ τρόπων ἐξ οἵων μεγάλα ἐγένετο, et 41. 2 δύναμις ἣν ἀπὸ τῶνδε τῶν τρόπων ἐκτησάμεθα, variarum enim aetatum τρόπος est quem spectat orator; et eodem referri oportere videtur id quod Nicias V. 9. 3 coram civibus verba faciens dicit πρὸς τοὺς τρόπους τοὺς ὑμετέρους ἀσθενὴς ἂν μου ὁ λόγος εἴη εἰ τά τε ὑπάρχοντα σῴζειν παραινοίην καὶ μὴ τοῖς ἑτοίμοις περὶ τῶν ἀφανῶν καὶ μελλόντων κινδυνεύειν. Spectat enim orator non totam animi Atheniensium διάθεσιν sed certas quasdam in rebus gerendis animi inclinationes. Discrimen enim in eiusmodi sententiis a Thucydide observatum esse quod singularem a plurali separet, apte docet locus VI. 87. 3: καθ' ὅσον δέ τι ὑμῖν τῆς ἡμετέρας πολυπραγμοσύνης καὶ τρόπου τὸ αὐτὸ ξυμφέρει, ubi egregie Steupius „Die Begriffe πολυπραγμοσύνη und τρόπος stehen im Verhältniss von Species und Genus zu einander". Nam hic profecto τρόπος universam animi διάθεσιν indicat.

Ab hoc loco profectus demonstrare conabor, tam apud Euripidem, quam apud Lysiam atque Aristophanem singulari τρόπῳ

indicari ingenii διάθεσιν, qua inter se homines distinguuntur. Nam idem est in moralibus ut in re musica διάθεσις et τρόπος, quae vocabula rem musicam attingens Eupolis quoque notissimo fragmento iuxta posuit (πότερα βούλεσθε τήνδε τὴν διάθεσιν ᾠδῆς ἀκούειν ἢ τὸν ἀρχαῖον τρόπον;).

Apud Euripidem rara quidem exempla sed ni fallor diserta. Medea (*Med.* 808) se praedicat

μηδ' ἡσυχαίαν ἀλλὰ θατέρου τρόπου,
βαρεῖαν ἐχθροῖς καὶ φίλοισιν εὐμενῆ.

Electra (*El.* 948) exoptat ut sibi sit maritus

μὴ παρθενωπὸς ἀλλὰ τἀνδρείου τρόπου.

Differt haec dicendi ratio a loco Herodoteo (I. 107) quod articulus additus accuratius τὸν τρόπον circumscribit, sed ipsam vocabuli notionem non mutat articulus; non enim is qui τοῦ ἀνδρείου τρόπου est pertinere ad quendam τρόπον (= τυπόν) i. e. ad genus eiusmodi dicitur (quae fortasse explicandi ratio valebit cum dicitur quis τοῦ πονηροῦ κόμματος εἶναι), sed ut qui τῆς αὐτῆς γνώμης ἐστί, τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχει, ita qui τἀνδρείου τρόπου ἐστὶ dici poterit τὸν ἀνδρεῖον ἔχειν τρόπον. Ita enim recipiendum esse docet aequalium usus, ut Eupolidis fr. 103 βλιτχητὰ τέκνα κοὐδαμοῦ τοῦ σοῦ τρόπου, Aristophanis *Thesm.* 92 τὸ πρᾶγμα κομψὸν καὶ σφόδρ' ἐκ τοῦ σοῦ τρόπου, *Thesm.* 574 φίλαι γυναῖκες ξυγγενεῖς τοὐμοῦ τρόπου *Vesp.* 1002 ἄκων γὰρ αὖτ' ἔδρασα κοὐ τοὐμοῦ τρόπου. *Plut.* 245 ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πῶς εἰμ' ἀεί, et tandem *Plut.* 630 ἄλλοις θ' ὅσοις μέτεστι τοῦ χρηστοῦ τρόπου.

Videmus in his omnibus hoc constanter observatum quod proxime quidem τρόπου et ἤθους notiones conveniant nec tamen prorsus coalescant. Valet idem in eo Pirithoi versu qui post verba ex Pluto allata haud male sequitur, τρόπος δὲ χρηστὸς ἀσφαλέστερος νόμου; non enim Φύσιν, ἦθος, ψυχὴν anteponenda esse legibus hic praedicat poeta philosophus, sed cum Democrito perhibet firmius adminiculum vitae bene constituendae praeberi *animi inclinatione* bene instituta quam vi legis. Ad certae autem cuiusdam personae institutionem alio loco refert singularem τρόπον:

fr. 739: φεῦ φεῦ, τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο
ὅσην ἔχει φρόνησιν ἀξίωμά τε.

κἂν γὰρ πένης ὢν τυγχάνῃ, χρηστὸς γεγὼς
τιμὴν ἔχει τιν', ἀναμετρούμενος δέ πως
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον ὠφελεῖ τρόπῳ.

Quamvis placitum referant hi versus in Euripidea philosophia saepe versatum (e. g. *Hec.* 397. 597), suspecti tamen primi versus esse possunt propter *Φρονήσεως* substantivi usum, quod dubitum est quo sensu solet adhiberi *Φρόνημα*. Equidem tamen planum abstinere malim quam sive *ὄνησιν* scribere cum Schmidtio, sive *δόκησιν ἀξίωματος* cum Meinekio. Sed quidquid id est, extremi versus corruptela vacant, quibus versibus hoc docet poeta, filium probum paternam nobilitatem *vitae suae ratione* sustentare atque in memoriam revocare.

Hic igitur *ἀνδρὸς χρηστοῦ τρόπος* laudatur sicuti in fragmento Pirithoi *χρηστὸς τρόπος*. Restat ut exemplis ex Lysiae Aristophanisque scriptis hunc vocis usum illustrem. In singulis quamillo discrimine *τρόπος* et *ἦθος* distent indicare non necesse erit. Lysiaca exempla sufficient tria. XII. 19 *εἰς τοσαύτην ἀπληστίαν καὶ αἰσχροκέρδειαν ἀφίκοντο καὶ τοῦ τρόπου τοῦ αὐτῶν ἀπόδειξιν ποιήσαντο* (quo inclinaret animus eorum). — XXVI. 5 *τοῦ μὲν γὰρ νῦν μηδὲν ἐξαμαρτάνειν οἱ κωλύσαντες αἴτιοι, τῶν δὲ τότε γενομένων ὁ τούτου τρόπος*. Et tandem, quo eximie vis vocis illustratur, XIX. 60 *ἐνθυμεῖσθε δὲ ὅτι ὀλίγον μὲν χρόνον δύναιτ' ἄν τις πλάσασθαι τὸν τρόπον τὸν αὐτοῦ, ἐν ἑβδομήκοντα δ' ἔτεσιν οὐδ' ἂν εἷς λάθοι πονηρὸς ὤν*. Adici hisce licebit quamvis excerpto delebitum, non ex ipsius Lysiae oratione desumptum, IX. 1.: *τοῦ μὲν πράγματος παρημελήκασι, τὸν δὲ τρόπον μου ἐπεχείρησαν διαβάλλειν*. Coniungenda cum hisce Aristophanea, quippe quae sermonis simplicis et cottidiani exemplum reddant. Transitum ex notione *rationis*, ut vidimus, versus praebent qualis est *Vesp.* 434

ἵν' εἰδῇτ' οἷός ἐστ' ἀνδρῶν τρόπος
ὀξυθύμων καὶ δικαίων καὶ βλεπόντων κἀρδαμα.

Arctius cum *ἤθους* notione coniunctum est *Pac.* 607

τὰς Φύσεις ὑμῶν δεδοικὼς καὶ τὸν αὐτόδαξ τρόπον,

sed *Nubb.* 478 idem poeta qui *Nubb.* 88 Strepsiadem filii mores, *τὴν ἱπποτροφίαν* et quidquid cum ea arte cohaerebat, aversatum a supplicantem fecerat „*ἔκστρεψον* (tamquam vestem) *τοὺς αὐτοῦ τρόπους*", Socratem ad Strepsiadem dicentem facit (vs. 478)

ἄγε δὴ κατεῖπέ μοί συ τὸν σαυτοῦ τρόπον,
ἵν' αὐτὸν εἰδὼς ὅστις ἐστὶ, μηχανὰς
ἤδη ἐπὶ τούτοις πρὸς σὲ καινὰς προφέρω,

hic enim non mores quosdam, non certas quaerit consuetudin sed totum mentis animique habitum, fere τὴν Φύσιν (cf. 4 ἔνεστι δῆτά σοι λέγειν ἐν τῇ Φύσει;).

Ea aetate igitur qua floruit ars Euripidis non magis qua aut antea aut brevi post ita τρόπος adhibebatur ut plane ac nih usu differret ab ἦθους, attamen iam Pindari aetate eam inier viam ῥῆμα πολύτροπον, ut sensim propius ad ἦθους notione perveniret. Ea identidem progressum est, et cum nondum s eo usu qui communis fuit Euripidi Herodoto Lysiae Aristopha deflexisset Antiphanes cum Euripidem, opinor, sectatus ita dix (Stob. 37. 13):

τρόπος δίκαιος κτῆμα τιμιώτατον,

longe aliam rationem inierunt aequales Menandri, cui placu dicere ἑκάστῳ τὸν τρόπον συνήρμοσαν Φρούραρχον. Cui versui tan quam Epicharmeum exemplum apponere tritum illud „ὁ τρόπος ἀνθρώποισι δαίμων ἀγαθός, οἷς δὲ καὶ κακός" (Stob. 31. 16) vi cautum videtur.

PLUTARCHUS.

Praec. reip. ger. 820 A.

„Aurum argentumque contemnamus politici viri, semperqu nosmet ipsos admoneamus in nobis ipsis nos habere:"

χρυσὸν ἀδιάφθορον καὶ ἀκήρατον καὶ ἄχραντον ὑπὸ Φθόνου κ μώμου τιμὴν ἅμα λογισμῷ καὶ παραθεωρήσει τῶν πεπραγμέν ἡμῖν καὶ πεπολιτευμένων αὐξανόμενον.

Parum huic loco profuit Madvigius τιμήν delendo, nam restat quod non minus molestum, ἅμα. E duobus unum fac vocabulum τίμημα, habebis id quod solum in hunc locum quadret: censum rem familiarem, opulentiam.

J. J. H.

PLATONICA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(*Continuantur ex pag.* 288).

AD REIP. LIBRUM TERTIUM.

P. 387 C. Vetat Socrates ne quis terriculamenta ex inferis excitet atque civium ingenia corrumpat: etenim ὅσα τούτου τοῦ τύπου ὀνομαζόμενα Φρίττειν ποιεῖ τοὺς ἀκούοντας· ἡμεῖς δὲ, inquit, ὑπὲρ τῶν Φυλάκων Φοβούμεθα μὴ ἐκ τῆς τοιαύτης Φρίκης θερμότεροι καὶ μαλακώτεροι τοῦ δέοντος γένωνται. Haec lectio plerisque interpretibus displicuit itaque primum Stephanus ἀθερμότεροι coniecit, Astius autem ἀθυμότεροι, quae non nimis felices coniecturae sunt. Vernetus p. 78 vulgatum textum defendit et apposite laudavit Phaedr. 251 A: ὁ δ' ἀρχιτελής .... ὅταν θεοειδὲς πρόσωπον ἴδῃ .... πρῶτον μὲν ἔΦριξε .... ἰδόντα δ' αὐτὸν, οἷον ἐκ τῆς Φρίκης, μεταβολή τε καὶ ἱδρὼς καὶ θερμότης λαμβάνει, θερμανθέντος δ' ἐτάκη τὰ περὶ τὴν ἔκΦυσιν κτλ. „Horrore" — ita enim Vernetus pergit — „illo mens perturbatur et aestuat, quo fit ut animi robur sicut ferrum candefactum molliatur. Recte Campbellius vertit: *too heated* i. e. nervous, excitable, not cool enough". Mihi haec ratio probari non potuit nec, credo, ex Phaedro metaphora continuo transferenda est in alterum locum, nam plane diversa ratio est. Nec sane custodes illi, dum animi incaluerunt, remissiores fiunt et μαλακώτεροι. Commendare ausim: ἡμερώτεροι καὶ μαλακώτεροι. Pariter vide coniunctam μαλακίας τε καὶ ἡμερότητος mentionem p. 410 D.

Ibid. p. 388 A. Hic describere iuvat quae olim disputavi *Mnem.* 1891 p. 311: Plato Homerum respicit, Ω 12, his verbis: *πάλιν δὴ Ὁμήρου τε δεησόμεθα καὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν μὴ ποιεῖν Ἀχιλλέα θεᾶς παῖδα ἄλλοτε ἐπὶ πλευρᾶς κατακείμενον, ἄλλοτε δ' αὖτε ὕπτιον, ἄλλοτε δὲ πρηνῆ, τότε δ' ὀρθὸν ἀναστάντα πλωΐζοντα.* Absurdum est *πλωΐζοντα*· quid reponendum? Nemo certe Astium sequetur et corriget *πρὸς ἰόντα*, nec melius est Liebholdi *πρὸς ἰύζοντα*. Legitur apud Homerum: *δινεύεσκ' ἀλύων παρὰ θῖν' ἁλός*, sed nemo videtur observasse Platonem Homeri verba nunc quidem ita immutare, ut tamen immutata verba versiculi cuiusdam speciem habeant; unde consequitur pro *πλωΐζοντα* participium requiri, quod a vocali litera incipiat. Quid igitur latet? Opinor:

ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρᾶς κατακείμενον, ἄλλοτε δ' αὖτε
ὕπτιον, ἄλλοτε δὲ πρηνῆ, τότε δ' ὀρθὸν ἀναστάντ'
αἰάζοντ' ἀλύοντ' ἐπὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο.

Ibid. p. 389 A: *Οὐκοῦν Ὁμήρου οὐδὲ τὰ τοιαῦτα [ἀποδεξόμεθα περὶ θεῶν],*

ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν,
[ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα].

οὐκ ἀποδεκτέον κατὰ τὸν σὸν λόγον. Iamdudum est ex quo ostendi spuria ea esse quae notavi; verbum non addam.

Ibid. p. 390 C. De Iove legimus: *οὕτως ἐκπλαγέντα ἰδόντα τὴν Ἥραν, ὥστε μηδ' εἰς τὸ δωμάτιον ἐθέλειν ἐλθεῖν, ἀλλ' αὐτοῦ βουλόμενον χαμαὶ ξυγγίγνεσθαι.* Delebo illud *ἐθέλειν*, quod certe coniungi non potest cum participio *βουλόμενον*. Componam Plutarchum *πῶς ἄν τις διακρ.* p. 67 C, ubi Plato rogat ut Dionysium convenire liceat; tyrannus autem concedit, *οἰόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἔχειν μέμψασθαι τὸν Πλάτωνα καὶ διελθεῖν*· inseram autem *διελθεῖν* (*ἐθέλειν*). Altera correctio alteram confirmat.

Ibid. p. 391 B: *καὶ αὖ τὰς τοῦ ἑτέρου ποταμοῦ Σπερχειοῦ ἱερὰς τρίχας*, satius est expungere proprium Sperchei nomen, quod et per se speciem habet, nec negligendum est etiam in superioribus non esse additum Scamandri nomen. Non multum dissimile est p. 391 C, ubi Achilles dicitur *θεᾶς παῖς καὶ Πη-*

λέως σωφρονεςάτου τε καὶ τρίτου ἀπὸ Διός, ubi itidem expuncto proprio nomine praeferam: θεᾶς παῖς καὶ ἀνδρὸς σωφρονεςάτου.

Ibid. p. 392 B: κακῶς λέγουσι περὶ ἀνθρώπων τὰ μέγιςα, ὅτι εἰσὶν ἄδικοι μέν, εὐδαίμονες δὲ πολλοί, δίκαιοι δ' ἄθλιοι, iustam demum habebimus oppositionem si correxerimus: ἄδικοι μὲν εὐδαίμονες δέ, πολλοὶ δὲ δίκαιοι ἄθλιοι δέ.

Ibid. p. 392 D: γελοῖος ἔοικα διδάσκαλος εἶναι καὶ ἀσαφής, duo postrema vocabula parum eleganter abundant. Philosophus perpetuo γέλωτα παρέχει imperitae multitudini, cf. Rep. VII 517 A et Theaet. 174 C. Hinc, quem locum supra tractavimus, Socrates noto loco Gorg. p. 474 A: καὶ πέρυσι βουλεύειν λαχών, ἐπειδὴ ἡ (ἐμὴ) φυλὴ ἐπρυτάνευε καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν, γέλωτα παρεῖχον, expungenda verba sunt: καὶ οὐκ ἠπιςάμην ἐπιψηφίζειν, uae verba etiam per se spectata absurda sunt, nisi forte creas Socratem senatorem ignorare potuisse quod toties vidisset.

Ibid. p. 395 D: αἱ μιμήσεις εἰς ἔθη τε καὶ φύσιν καθίςανται· vide an non praestet μεθίςανται.

Ibid. p. 393 E. Recitat quaedam Socrates ex Iliadis exordio, sed in suam ipsius dialectum conversa: inter quae haec quoque sunt: μὴ αὐτῷ τό τε σκῆπτρον καὶ τὰ τοῦ θεοῦ ςέμματα οὐκ ἀρκέσοι. Illic certe apud Homerum legitur σκῆπτρον καὶ ςέμμα θεοῖο, sed paulo supra plurali numero Plato: ςέμματ' ἔχων et um Platone grammatici Alexandrini, etiamsi Leidae ςέμμα τ' χων edatur singulari numero.

Ibid. p. 396 D: μάλιςα μὲν μιμούμενος τὸν ἀγαθὸν ἀςφαλῶς ε καὶ ἐμφρόνως πράττοντα, ἐλάττω δὲ καὶ ἧττον (τὸν) ἢ ὑπὸ ἴσων ἢ ὑπ' ἐρώτων ἐσφαλμένον. Vides quid exciderit.

Ibid. p. 398 A. Qui varias induit formas, παντοδαπὸς γίγνεται εἰ μιμεῖται πάντα χρήματα. Dicendum hoc fuit πάντα χήματα, vide modo p. 397 A: λέξις διὰ μιμήσεως φωναῖς καὶ σχήμαςιν ἢ σμικρόν τι διηγήσεως ἔχουσα.

Ibid. p. 402 D: *ὅτου ἂν ξυμπίπτῃ ἔν τε τῇ ψυχῇ καλὰ ἦθη ἐνόντα καὶ ἐν τῷ εἴδει ὁμολογοῦντα.* Praestabit corrigere: *ὅπου.*

Ibid. p. 404 C: *τῷ μέλλοντι σώματι εὖ ἕξειν ἀφεκτέον τῶν τοιούτων ἁπάντων,* malo *σώματος,* sicuti continuo post legitur: *ἀνδράσι μέλλουσιν εὖ σώματος ἕξειν.* Eurip. Heraclid. 379:

μή μοι δορὶ συνταράξῃς
τὰν εὖ χαρίτων ἔχουσαν
πόλιν, ἀλλ' ἀνάσχου.

Itidem Eurip. Hippol. 642:

πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν
νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα μὴ δοκεῖν ὁρᾶν;

Ibid. p. 405 B: *ἦ δοκεῖ σοι τούτου αἴσχιον εἶναι τοῦτο;* Quod mox sequitur *τοῦτ' ἐκείνου ἔτι αἴσχιον,* manu dicit ad: *ἦ δοκεῖ σοι ἔτι αἴσχιον εἶναι τοῦτο;*

Interpolatio saepe fecit ut loci elegantia penitus interiret, veluti p. 406 A: *τῇ παιδαγωγικῇ τῶν νοσημάτων ταύτῃ πρὸ τοῦ Ἀσκληπιάδαι οὐκ ἐχρῶντο,* ubi perperam adscriptum est: *τῇ νῦν ἰατρικῇ.* Sed multo gravius est quod me advertit p. 406 C. Melius est, Socratis verba sunt, cito emori quam diuturno morbo cruciari: in bene constituta republica *οὐδενὶ σχολὴ διὰ βίου κάμνειν ἰατρευομένῳ* idque apud nos etiam opifices intelligunt. Serione credis ipsum Platonem addidisse quod in nostris libris est: *ὃ ἡμεῖς γελοίως ἐπὶ τῶν δημιουργῶν αἰσθανόμεθα.* Itane *γελοίως*? Si quis non statim perspicit, cur Platonis sententia lectori cuidam *ridicula* visa sit, adeat Stallbaumium qui philosophi placitum mirifice ac plane ridiculo modo tuetur. Lubet hic comparare Clementis Alexandrini locum, quem Cobetus tractavit Ἑρμ. Λογ. p. 193. Nempe Clemens stulte imitatur quod Plato minime stulte dixerat Legg. XII p. 956; res lectorem adverterat qui in margine suum apposuerat *βλακικόν* idque ipsum *βλακικόν* ab editoribus *πάνυ βλακικῶς* in textu relictum fuit.

Ibid. p. 406 D: *πιλίδια περὶ τὴν κεφαλὴν περιτιθεὶς,* praestat singularis *πιλίδιον.*

Ibid. p. 410: *οἱ δὲ μουσικῇ μαλακώτεροι αὖ γίγνονται ἢ ὡς ἄλλοις αὐτοῖς*, examinavi Stallbaumii adnotationem, sed istructionem ne nunc quidem plane intelligo; praestat, credo, *ὡς κόσμιον αὐτοῖς*.

Ibid. p. 411 E: *μισόλογος δὴ ὁ τοιοῦτος γίγνεται καὶ ἄμουσος, πειθοῖ μὲν διὰ λόγων οὐδὲν ἔτι χρῆται, βίᾳ δὲ καὶ ἀγριότητι περ θηρίον πρὸς πάντα διαπράττεται*. Postremum verbum ltorum coniecturis infame factum est, donec Hermannus ex tu eiecit, quae est expeditissima ratio interpretandi quae non elligas. Equidem, ut in incerta re, commendare ausim: *διακραίνεται*.

Ibid. p. 412 B: *κήδοιτο δέ γ' ἄν τις μάλιστα τούτου ὃ τυγχάνοι φιλῶν*, correxit Vernetus eodem modo in quem ego quo- incideram: *τοῦ ὃ τυγχάνοι φιλῶν*, sicuti recte legimus p. 9 B: *τῶν ὅσοι ἂν ἀγαθοὶ κριθῶσι*. Eadem correctione opus est 519 A: *ὀξέως διορᾷ τὰ ἐφ' ἃ τέτραπται*, ubi *ταῦτα* in libris et p. 519 B: *ἐκεῖνα ἂν ὀξύτατα ἑώρα ὥσπερ καὶ τὰ ἐφ' ἃ τέτραπται*, ubi *τὰ* plane intercidit.

Ibid. p. 413 E: *ἔν τε παισὶ καὶ (ἐν) νεανίσκοις καὶ ἐν ἀνδράσι τανιζόμενον*. Exciderat, uti vides, praepositio.

Ibid. p. 414 A: satis est *ὡς ἐν τύπῳ εἰρῆσθαι*, neque opus est plicatione: *μὴ δι' ἀκριβείας*.

Ibid. p. 414 E: *ὑπὲρ τῶν ἄλλων πολιτῶν ὡς ἀδελφῶν ὄντων γηγενῶν διανοεῖσθαι*. Eliminanda coniunctio.

Ibid. p. 415 D: *θεασάσθων τῆς πόλεως ὅπου κάλλιστον στρατοδεύσασθαι*. Nisi fallor dicendum hoc fuit *ἐνστρατοπεύσασθαι*.

AD REIP. LIBRUM QUARTUM.

P. 420 C: *ἡμᾶς ἀνδριάντας γράφοντας*, nulla causa est plurali numero *ἀνδριάντας* legatur et satis est rescribere: *δριάντα*.

Ibid. p. 420 E: *ἐπισάμεθα — τοὺς γεωργοὺς — ἐργάζεσθαι κελεύειν τὴν γῆν καὶ τοὺς κεραμέας — κεραμεύειν*, in praelonga sententia praestabit in fine iterare verbum *κελεύειν*.

Ibid. p. 423 D: *ταῦτα πολλὰ καὶ μεγάλα αὐτοῖς προστάττομεν*, in ea disputatione Socrates perpetuo utitur futuro tempore et requiro: *προστάξομεν*, vide modo p. 423 C. Similiter p. 442 A pro *πράττῃ* reddendum est *πράξῃ*, quocum coniungitur aoristus *ἐπιχειρήσῃ*. Recurrit idem error p. 530 C: *ἦ πολλαπλάσιον, ἔφη, τὸ ἔργον ἢ ὡς νῦν ἀστρονομεῖται προστάττεις*. Futurum necessarium esse apparet ex iis quae continuo insequuntur: *οἶμαι δέ γε, εἶπον, καὶ τἄλλα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον προστάξειν ἡμᾶς*. Itidem II p. 371 C: *εἰσὶν οἳ τοῦθ' ὁρῶντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν διακονίαν τάττουσι ταύτην*, arridet *τάξουσι*. Praeterea cf. p. 433 E, V 455 E, 465 A: *κολάζειν προστετάξεται*, alios locos bene multos.

Ibid. p. 424 A. *Ὁδοῦ πάρεργον* — nam viarum deverticula nec quaero nec fugito in hoc libero scribendi genere — animadvertat mihi quis primam originationem eius quam *evolutionem* hodie appellitant: *πολιτεία ἐάνπερ ἅπαξ ὁρμήσῃ εὖ, ἔρχεται ὥσπερ κύκλος αὐξανομένη. τροφὴ γὰρ καὶ παίδευσις χρηστὴ σωζομένη φύσεις ἀγαθὰς ἐμποιεῖ, καὶ αὖ φύσεις χρησταὶ τοιαύτης παιδείας ἀντιλαμβανόμεναι ἔτι βελτίους τῶν προτέρων φύονται, εἴς τε τἄλλα καὶ εἰς τὸ γεννᾶν, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις*.

Ibid. p. 424 C. Illud quoque vide, quod hodie, quantum comperi, nemo curat: *οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων, ὡς φησί τε Δάμων καὶ ἐγὼ πείθομαι*, quod intelligam, si mecum correxeris: *ἄνευ πολιτικῶν νόσων τῶν μεγίστων*. Ad rem conferre poteris quod severe disputat Polybius IV 20, de quo loco Georgius Grotus egit in docto libro de Platone IV p. 306 et 316. Operosa ratio est Verneti.

Ibid. p. 424 B: *ὑπορρεῖ πρὸς τὰ ἤθη*, satis sentimus veram lectionem esse *εἰς τὰ ἤθη*. Contra p. 433 E: *οὐκοῦν δικαιοσύνην*

τό γε τούτοις ἐνάμιλλον ἂν εἰς ἀρετὴν πόλεως θείης, multum praestare dixerim πρὸς ἀρετήν. Itidem p. 472 C: εἰς ἐκείνους ἀποβλέποντες, eo sensu positum est quo dicendum est: πρὸς ἐκείνους, itemque p. 484 C: εἰς τὸ ἀληθέςατον ἀποβλέποντες, requiro πρός et fortasse etiam alibi idem mendum recurrit.

Ibid. p. 425 A: τὰ σμικρὰ νόμιμα ἐξευρίσκουσιν οὗτοι. Corrigam ἐξευρήσουσιν, quemadmodum recte legitur p. 425 E.

Necessaria vocula excidit p. 425 E: ἐπανορθούμενοι τὸν βίον διατελοῦσιν, οἰόμενοι λήψεσθαι τοῦ βελτίςου, nam apertissime legendum est: (ἀεὶ) οἰόμενοι. Cf. p. 426 A. E.

Ibid. p. 427 C: οὗτος ὁ θεὸς περὶ τὰ τοιαῦτα πᾶσιν ἀνθρώποις πάτριος ἐξηγητὴς ἐν μέσῳ τῆς γῆς ἐπὶ τοῦ ὀμφαλοῦ καθήμενος ἐξηγεῖται. Ultimum vocabulum inutiliter additum.

Ibid. p. 436 D scribitur nullo sensu de turbinibus, qui dum agitantur, moventur nec tamen locum mutant: ὡς οὐ κατὰ ταὐτὰ ἑαυτῶν τὰ τοιαῦτα τότε μενόντων τε καὶ φερομένων. Vertit Ficinus: *quia non secundum eadem sui haec tunc moveantur t maneant*; quem si sequeris, ut Stallbaumius perhibet, scriendum erit τῶν τοιούτων· probat tamen Astii sententiam, qui ὰ τοιαῦτα delendum censuit. Multo simplicius erit corrigere: ένοντά τε καὶ φερόμενα.

Ibid. p. 429 C: τῆς δόξης τῆς ὑπὸ νόμου διὰ παιδείας εγονυίας. Equidem haec parum intelligo; sed in iis quae proxime isequuntur ipse Socrates lucem dabit: διὰ παντὸς δ' ἔλεγον ὐτὴν σωτηρίαν τῷ ἔν τε λύπαις ὄντα διασώζεσθαι αὐτὴν καὶ ἐν δοναῖς. Item p. 430 B: τὴν δὴ τοιαύτην δύναμιν καὶ σωτηρίαν ιὰ παντὸς δόξης ὀρθῆς τε καὶ νομίμου δεινῶν πέρι καὶ μὴ ἀνείαν ἔγωγε καλῶ. Vides quomodo illud διὰ παιδείας corrigenum esse censeam.

Ibid. p. 442 A: τῶν περὶ τὸ σῶμα καλουμένων ἡδονῶν. Mire ctum; num forte verum est: καλινδουμένων?

AD REIP. LIBRUM QUINTUM.

P. 449 B: ἄλλο μὲν οὐδὲν κατηκούσαμεν, requiro singularem numerum κατήκουσα, quod et per se intelligitur et confirmatur p. 450 C: τοῦτο ὃ σὺ ἤκουτας.

Ibid. p. 450 C: ὡς δυνατὰ λέγεται, ἀπιστοῖτ' ἄν, longe praefero quod legitur p. 472 D: ὡς δύνατα γενέσθαι· hinc fit ut continuo sequatur: καὶ εἰ ὅτι μάλιστα γένοιτο, κτέ. Est haec confusio longe frequentissima verborum λέγεσθαι et γενέσθαι. Veluti admodum ridiculum est apud Strabonem p. 43 Cas.: οὐ γὰρ κατ' ἄγνοιαν τῆς ἰσορίας ὑπολητέον γενέσθαι τοῦτο, pro λέγεσθαι. Apud eundem p. 244: τοῦτο χωρίον Πλουτώνιόν τι ὑπελάμβανον καὶ τοὺς Κιμμερίους ἐνταῦθα λέγεσθαι· lege: γενέσθαι. Apud eundem p. 641: ἐκείνου μὲν ποιήσαντος, λεγομένου δ' Ὁμήρου διὰ τὴν λεγομένην ξενίαν· lege: γενομένην. Plutarchum eodem modo tentavi *Mnem.* 1899 p. 196 et 402.

Ibid. p. 450 D: ὡς ἄρις' ἂν εἴη ταῦτα καὶ ταύτῃ, ἀπιστήσεται. Immo: ἀπιστήσετε.

Ibid. p. 451 A: σφαλεὶς τῆς ἀληθείας .... κείσομαι περὶ ἃ ἥκιστα δεῖ σφάλλεσθαι, ultimum vocabulum libenter expunxerim. Dixit de ea locutione Cobetus *Mnem.* 1858 p. 45 eaque fuit multarum corruptelarum origo. Veluti apud Herodotum III 52 in verbis Periandri ad filium: ὀργῇ χρεόμενος ἐς τόν σε ἥκιστα χρῆν, Cobetus pronomen personale delevit itidemque Gorg. 516 C: ἀγριωτέρους ἀπέφηνεν αὐτοὺς ἢ οἵους παρέλαβε καὶ ταῦτ' εἰς αὐτόν, ὃν ἥκιστ' ἂν ἐβούλετο, Hirschigius olim in Parisina editione αὐτὸν eliminavit οὐδ' ἔγραφεν, sed postea haud satis apparet qua de causa sententiam retractaverit et operosiorem medicinam commendaverit.

Ibid. p. 452 A: παρὰ τὸ ἔθος γελοῖα ἂν φαίνοιτο πολλὰ περὶ τὰ νῦν λεγόμενα εἰ πράξεται ἢ λέγεται. Haud parum melius erit: παρὰ τὰ νῦν γενόμενα.

bid. p. 453 D: *νευστέον καὶ πειρατέον σώζεσθαι ἐκ τοῦ λόγου*, um ni Plato scripsit: *ἐκ (τοῦ πελάγους) τοῦ λόγου*. Mox E: *ταῦτα ἡμῶν κατηγορεῖτε*, de more scribendum est *κατηγορεῖται*· etiam Vernetus hoc vidit p. 136. Cf. p. 450 C.

id. p. 454 E: *ἦ οὖν ἀνδράσι πάντα προστάξομεν, γυναικὶ δέν*; Quidni scribitur *γυναιξί*?

id. p. 457 C: *τοῦτο μὲν τοίνυν ἓν ὥσπερ κῦμα Φῶμεν διαεῖν .... ὥστε μὴ παντάπασι κατακλυσθῆναι τιθέντας κτέ.*, iritur nominativus *τιθέντες* eademque correctione in re dissimili Madvigius usus est Rep. 547 B.

id. p. 457 C: *οἶμαι περὶ τοῦ εἰ δυνατὸν ἢ μὴ πλείσην σβήτησιν γενέσθαι*. Inserenda particula: *πλείσην (ἄν)*. Esse r qui dubitent.

id. p. 459 C: *συχνῷ τῷ ψεύδει καὶ τῇ ἀπάτῃ κινδυνεύει ἡμῖν ιν χρῆσθαι τοὺς ἄρχοντας*. Libenter expungam quod additum *ἐπ' ὠΦελείᾳ τῶν ἀρχομένων*, cum praesertim sequa- *ἔΦαμεν δέ που ἐν Φαρμάκου εἴδει πάντα τὰ τοιαῦτα χρήσιμα*

ost haec ita Plato pergit: *καὶ ὀρθῶς γε, ἔΦη. Ἐν τοῖς γάμοις ν καὶ παιδοποιίαις ἔοικε τὸ ὀρθὸν τοῦτο γίγνεσθαι οὐκ ἐλά-*. Nonne hoc *ὀρθῶς* scriptum oportuit?

ifficilia verba sunt p. 460 E: *ἀνδρὶ δέ, ἐπειδὰν τὴν ὀξυτάτην μου ἀκμὴν παρῇ, τὸ ἀπὸ τούτου γεννᾶν τῇ πόλει*. Audiamus lbaumium: primum interpretatur: *quum acerrimum curriculi rem transmiserit*. Addit autem: verba, nisi fallor, ex poeta ao petita hoc significant: *exacta ea iuvenilis aetatis parte, vires adhuc quasi fervent et aestuant*. Assentitur Herwerdenus *mos.* 1883 p. 349. „Stallbaumii sententiam", inquit, „verba oeta aliquo petita esse, praeter dictionis insolentiam mirifice irmat eorum numerus. Nempe vv. *ὀξυτάτην δρόμου ἀκμήν* int hexametri clausulam, itaque aut ex epico aut ex ele- poeta sumta esse videntur." Non refragabor equidem, sed a in carmine illam *ὀξυτάτην δρόμου ἀκμήν* vix esse ferendam im. Plurimum arridet: *ὀξυτάτην σπόρου ἀκμήν*.

Ibid. p. 461 A: *οὐχ ὑπὸ θυσιῶν οὐδ' ὑπ' εὐχῶν Φύς, ἃς ἐφ' ἑκάστοις τοῖς γάμοις εὔξονται.* Vides quid in nostris libris exciderit, nempe: (*θύσουσι καὶ*) *εὔξονται.* Cf. Lys. c. Andocid. § 4.

Itidem verbum excidit p. 462 A: *ἔχομεν οὖν τι μεῖζον κακὸν πόλει* (*εἰπεῖν*) *ἢ ἐκεῖνο*; vide modo p. 462 A et 463 B. Plane idem vitium occurrit in Theage p. 124 D: *ἔχοις ἂν οὖν μοι* (*εἰπεῖν*); ubi editur sine sensu: *εἴποις ἂν οὖν μοι*;

Ibid. p. 462 C: *ὅταν που ἡμῶν δάκτυλός του πληγῇ, πᾶσα ἡ κοινωνία — ἅμα ξυνήλγησε μέρους πονήσαντος ὅλη*, illud *ξυνήλγησε* facit ut pro *πληγῇ* multo malim *ἀλγῇ*.

Ibid. p. 463 D: *Φῆμαι ὑμνήσουσιν εὐθὺς περὶ τὰ τῶν παίδων ὦτα.* Non concoquo verbum *ὑμνεῖν* intransitive usurpatum; veram lectionem esse suspicor *βομβήσουσιν.* Crit. 54 D: *ἐν ἐμοὶ αὕτη ἡ ἠχὴ τούτων τῶν λόγων βομβεῖ.*

Ibid. p. 465 C: *τά γε μὴν σμικρότατα τῶν κακῶν ὀκνῶ καὶ λέγειν.* Restitue comparativum: *σμικρότερα.*

Ibid. p. 465 C: *ἀλγηδόνας, ὅσας ἐν παιδοτροφίαις καὶ χρηματισμοῖς διὰ τροφὴν οἰκετῶν ἀναγκαίαν ἴσχουσι.* Scribendum hoc utique est: *οἰκείων.*

Ibid. p. 468 D: *Ὅμηρος τὸν εὐδοκιμήσαντα ἐν τῷ πολέμῳ νώτοισιν Αἴαντα ἔφη διηνεκέεσσι γεραίρεσθαι.* Otiosum est in tam nota re addere proprium Aiacis nomen idque sede tam parum opportuna. Consimiles interpolationes etiam supra aliquoties indicavimus. Cf. Vernetus p. 149.

Contra p. 470 D ne intelligi quidem potest: *ὅπου ἂν — διασῇ πόλις*, nisi suppleas: *πρὸς πόλιν.* Non dissimile est apud Dionysium Halic. IV 25: *εἴ τι πρόσκρουσμα πρὸς πόλιν — ἐγεγόνει*, ubi legendum: (*πόλεως*) *πρὸς πόλιν.*

Quod plurimum miror nondum quemquam animadvertisse, longa interpolatio est p. 478 A: *εἴπερ ἐπ' ἄλλῳ ἄλλη δύναμις πέφυκε, δυνάμεις δὲ ἀμφότεραί ἐσον, δόξα τε*

αἰ ἐπιστήμη, ἄλλη δὲ ἑκατέρα, ὡς ἔφαμεν, ἐκ τούτων δὴ οὐκ ἐγχωρεῖ γνωστὸν καὶ δοξαστὸν ταὐτὸν εἶναι. fale haec cum superioribus et cum sequentibus coniunguntur.]ui adnotationem in margine appinxit, tribus verbis absolvit, uod Socrates copiose persecutus fuerat, sed hoc ut luculenter ppareret, tota pagina mihi transscribenda foret. Eiusmodi inerpolationum origo nusquam melius cernitur quam in Frontonis odice.

AD REIP. LIBRUM SEXTUM.

P. 484 D: τούτους οὖν μᾶλλον φύλακας ϛησόμεθα. Eo sensu ompositum Graeci usurpant: καταϛησόμεθα.

Ibid. p. 487 C. Elegans locus est: ἡγοῦνται .... ὥσπερ ὑπὸ ῶν πεττεύειν δεινῶν οἱ μὴ τελευτῶντες ἀποκλείονται καὶ οὐκ ἔχουσιν ὅ τι φέρωσιν, οὕτω καὶ σφεῖς τελευτῶντες ἀποκλείεσθαι καὶ ὐκ ἔχειν ὅτι λέγωσιν ὑπὸ πεττείας αὖ ταύτης τινὸς ἑτέρας, ὐκ ἐν ψήφοις ἀλλ' ἐν λόγοις. Uti vides, *dare calculum* Graece dicitur ψῆφον φέρειν ac proinde etiam in altera sententiae parte itidem malim: οὐκ ἔχειν ὅ τι φέρωσιν, sed illud certe mihi videor intelligere spuria esse quae in fine adduntur: οὐκ ἐν ψήφοις ἀλλ' ἐν λόγοις, nam prorsus inutilis explicatio. Πεττεία est quam Plato nunc cogitat et dignus est qui conferatur Polybii locus I 84 de Hamilcare: πολλοὺς μὲν γὰρ αὐτῶν ἐν ταῖς κατὰ μέρος χρείαις ἀποτεμνόμενος καὶ συγκλείων ὥσπερ ἐγχέλεις πεττευτὴς ἀμαχεὶ διέφθειρε. Utrumque ludorum genus, cum πεττείαν tum κυβείαν in comparationibus Plato saepe memoravit: καὶ πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων βολάς, sicuti Sophocles dixit. Luculentus imprimis locus est Rep. II 374 C: πεττευτικὸς ἢ κυβευτικὸς ἱκανῶς οὐδ' ἂν εἷς γένοιτο μὴ αὐτὸ τοῦτο ἐκ παιδὸς ἐπιτηδεύων ἀλλὰ παρέργῳ χρώμενος. Ita loqui eius est qui omne ludorum genus plurimum adamaverit. Qui hoc argumentum de ludis veterum haud incuriose persecutus est, Aud. Becq de Fouquières: *les Jeux des Anciens*, ita verissime perhibet p. 388: „Dans Euripide (Med. 68), nous retrouvons la scène d'Homère (Od. α 107) et Platon vivait à la façon des vieillards de Corinthe. Ce qui en est un témoignage curieux,

ce sont justement ces jeux auxquels lui et ses auditeurs se livraient, tout en discourant des plus graves matières, et auxquels, comme à des objets toujours présents, il emprunte fréquemment des comparaisons vives et enjouées, qui laissent à la pensée le loisir de se reposer avec le regard sur ces jeux paisibles. Ouvrez les oeuvres des écrivains modernes, vous ne retrouverez plus ces comparaisons; elles ne leur viendraient pas à l'esprit, car ces jeux ne font plus partie de la vie de chaque jour. C'est ainsi que la langue et le style des écrivains se modifient selon les usages de leur temps et que la manière de vivre d'un peuple est en rapport direct avec la forme de ses oeuvres d'art." Περὶ τῆς πεττείας post Becquium nihil novi proferre possum, sed de talis quaedam hucusque nondum satis cognita repperisse mihi videor *Mnem.* 1901 p. 178 sqq. Verum manum de *Tabula*, ne quis me iuxta Platonem tanquam aleatorem diffamet.

Ibid. p. 488 C: in nobilissima comparatione: αὐτοὺς δ' αὖτῷ ἀεὶ [τῷ ναυκλήρῳ] περικεχύσθαι δεομένους καὶ πάντα ποιοῦντας ὅπως ἄν σφισι τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψῃ. Vides quid suadeam.

Ibid. p. 489 E: λέγωμεν ἐκεῖθεν ἀναμνησθέντες ὅθεν διῆμεν. Placet ἐξῆμεν.

Ibid. p. 488 D. Gubernator debet τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι ἐνιαυτοῦ καὶ ὡρῶν καὶ οὐρανοῦ καὶ ἄστρων, sed non video quid ἐνιαυτός huc faciat, etiamsi in vetere cantilena ἐνιαυτῶν καὶ ὡρῶν coniuncta mentio fiat:

ἦλθ' ἦλθε χελιδών
καλὰς ὥρας ἄγουσα,
καλοὺς ἐνιαυτούς.

Recte quoque p. 516 B Sol dicitur τάς τε ὥρας παρέχειν καὶ ἐνιαυτούς· verum quid hoc ad gubernatorem? Observabit ille ὥρας, οὐρανὸν, ἄστρα, πνεύματα· observabitne etiam ἐνιαυτούς? Contuli p. 527 D: τὸ γὰρ περὶ ὥρας εὐχισθητοτέρως ἔχειν καὶ μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν οὐ μόνον γεωργίᾳ οὐδὲ ναυτιλίᾳ προσήκει, et primum suspicatus sum eodem modo eliminata coniunctione scribendum esse: τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι ἐνιαυτοῦ ὡρῶν, sed

mox elegantior medicina sese mihi obtulit: *τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι ἐνιαχοῦ καὶ ὥρῶν καὶ οὐρανοῦ*, nec praeter rem hoc additum est, nam quo tempore imperiti nautae gubernatorem adoriuntur, uti credibile est, est mare tranquillum nec sentiunt quam necessarium sit gubernatoris officium, quo forte tempore ei licebit dormire in puppi beatum. Ceterum *ἐνιαχοῦ* apud Platonem exstat in Phaed. 71 B.

Ibid. p. 491 C: *λαβοῦ τοίνυν ὅλου αὐτοῦ ὀρθῶς καί σοι εὔδηλόν τι φανεῖται καὶ οὐκ ἄτοπα δόξει τὰ προειρημένα*. Sine sensu ita scribitur, sed pellucet hoc agere Socratem ut Glauco totam rem sub uno conspectu ponat et omissa singularum rerum consideratione, id quod quaeritur spectet universum. Iam habet *τὸν τύπον ὧν Σωκράτης λέγει* et nunc debebit *λαβέσθαι ἀθρόως*· hoc demum apertum est.

Ibid. p. 492 B: *συγκαθεζόμενοι ἀθρόοι*. Quod adhaeret *πολλοί*, mihi glossula videtur esse.

Ibid. p. 495 B: *ἐκ τούτων δὴ τῶν ἀνδρῶν καὶ οἱ τὰ μέγιστα κακὰ ἐργαζόμενοι τὰς πόλεις γίγνονται καὶ τοὺς ἰδιώτας καὶ οἱ τἀγαθά, οἳ ἂν ταύτῃ τύχωσι ῥυέντες*. Longe praeferendum duco: *ὅταν*.

Ibid. p. 495 C: *οἱ ξυνόντες αὐτῇ οἱ μὲν οὐδενὸς οἱ δὲ πολλοὶ πολλῶν κακῶν ἄξιοί εἰσι*. Imo *αἴτιοί* corrigendum est, cf. 490 D, 491 E, 517 C et solemnis est illorum adiectivorum confusio.

Ibid. p. 495 E: *χαλκέως Φαλακροῦ καὶ σμικροῦ*, quoniam vix assequor quomodo haec adiectiva copulari possint, propono: *Φαλακροῦ καὶ σιμοῦ*, cf. Theaet. p. 143 E et Rep. 474 D.

Ibid. p. 496 B: *πάνσμικρον λείπεται τῶν κατ' ἀξίαν ὁμιλούντων φιλοσοφίᾳ, ἤ που ὑπὸ φυγῆς καταληφθὲν γενναῖον καὶ εὖ τεθραμμένον ἦθος κτέ*. Latina Stallbaumii: „fortasse generosa aliqua ac bene educata natura, *ab exilio* deprehensa", etiam minus intelligo quam Graeca. Incidi in *ὑπὸ σχολῆς*, quod paulo melius placere poterit, quum continuo sequatur: *ἀπορίᾳ τῶν διαφθερούντων κατὰ φύσιν μεῖναν ἐπ' αὐτῇ*. Aliam rationem Herwerdenus sequitur *Mnem.* 1884 p. 321.

Ibid. p. 497: *οὐ τὸ μὴ βούλεσθαι, ἀλλ' εἴπερ, τὸ μὴ δύνασθαι διακωλύσει.* Dicitur hoc nisi fallor: *εἴπερ* (*ἄρα*), quam locutionem nube exemplorum illustravit Wyttenbachius ad Plut. Moral. p. 113 A, ubi immanis Reiskii error haud immerito castigatur. Sed Boeckhius ad Minoem p. 149 faciet fortasse ut quis subdubitet.

Ibid. p. 500 A: *παρεξιόντος καὶ παρακαλυπτομένου τοῦ λόγου.* Mire hoc dictum et interpretes intempestive memores fuerunt eorum quae leguntur Phaedr. 237 A: *ἐγκαλυψάμενος ἐρῶ.* Aut fallor aut latet *περικαμπτομένου τοῦ λόγου*, sicuti in Euthydemo est p. 291 C: *οἰόμενοι ἤδη ἐπὶ τέλει εἶναι, περικάμψαντες πάλιν — ἀνεφάνημεν.* Utar eadem medicina Plat. Epist. VII p. 340 A: *πορεύομαι δὴ τῷ λογισμῷ τούτῳ κατακαλυψάμενος*, ubi *κατακαμψάμενος* demum commode intelligi poterit, quemadmodum Aeschines dixit p. 26. 33: *ὅταν οἱ τὴν τῶν νόμων παρακαταθήκην ἔχοντες πρὸς τὰς αἰσχύνας κατακάμπτωνται.* Eorundem verborum confusionem notavit Porsonus in *Adversariis* p. 64. Alia dabunt Valckenaerius ad Adoniaz. p. 226 et Cobetus *Mnem.* 1862 p. 294. Quod ad usum verbi *κάμπτεσθαι* attinet, praeterea adscribam Protag. p. 320 B: *ἐπειδὴ δέ σου ἀκούω ταῦτα λέγοντος, κάμπτομαι καὶ οἶμαί τί σε λέγειν.* Tim. 71 C: *τὰ μὲν ἐξ ὀρθοῦ κατακάμπτουσα καὶ ξυστῶσα, τὰ δὲ ἐμφράττουσα συγκλείουσά τε.* Itidem confer Porsonum ad Athenaeum III p. 106 F.

Improprie dictum est p. 503 B: *εἰς ταὐτὸ ξυμφύεσθαι τὰ μέρη ὀλιγάκις ἐθέλει, τὰ πολλὰ δὲ διεσπασμένα φύεται.* Etenim potuit *διεσπασμένον* videri quod numquam in unum coaluit? Videtur praestare *διεσπαρμένα* eodemque verbo Plato supra in consimili argumento usus est.

Ibid. p. 508 B: *τοῦτον τοίνυν φάναι με λέγειν.* Immo *τοιοῦτον* verum est.

Ibid. p. 508 D: *ἄνω καὶ κάτω τὰς δόξας μεταβάλλον.* Cf. *Mnem.* 1900 p. 361.

(*Continuabuntur*).

MNEMOSYNE.

BLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN,
J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM QUINTUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
[illegible]
1907.

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero. Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . f 8.50

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. - 7.—

—— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. - 7.—

—— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . - 7.—

—— Hyperidis Orationes duae ὁ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ et ὑπὲρ ΕΥΞΕΝΙΠΠΟΥ. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. - 1.50

—— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . - 3.50

—— De Philostrati libello ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ. 1850. 8°. . . - 1.25

—— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio tertia, quam curavit H. W. van der Mey. 1893. 8°. - 0.60

—— Xenophontis Expeditio Cyri. In usum scholarum. Editio sexta, quam curavit S. J. Warren. 1898. 8°. . . . . - 1.20

—— Xenophontis Historia Graeca. In usum scholarum. Editio quinta, quam curavit L. Post. 1907. 8°. . . . . - 1.20

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45

—— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60

—— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75

—— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . - 0.30

—— Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90

J. J. Hartman, De Ovidio Poeta commentatio. 1905. 8°. . - 1.75

—— Analecta Tacitea. 1905. 8°. . . . . - 4.20

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Trajectinae . . . . - 1.50

Lysiae Orationes. In usum studiosae inventutis textum constituit C. G. Cobet. Editio quarta, quam novis curis recensuit J. J. Hartman. (Editio maior prolegomenis, fragmentis, indice nominum aucta) 1905. 8°. . . . . - 2.40

—— Editio minor. . . . . - 1.20

R. Mehler, Luciani dialogi quatuor (Timon, Philopseudes, Vera historiae, Gallus). In usum scholarum . . . . . - 1.00

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (f 56.50) . . . . . - 30.—

—— Nova series. Scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV collegg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXXV collegg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—1907. 8°. pro vol. - 5.25

Ex officina typographica et bibliopolio quae sedulae E. J. Brillii fertur

Indexed

464659

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OLIM QUAM PLURIMI SUNT

J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda, H. T. Karsten,
J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. Woltjer.

NOVA SERIES.

VOLUMEN TRICESIMUM QUINTUM. PARS I.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1907.

INDEX.

Pag.

De Commenti Donatiani compositione et origine, scripsit H. T. Karsten . . . . . 1—44.

Homerica (*contin. e Vol. XXXIV pag.* 410), scripsit J. van Leeuwen J. f. . . . . 45—54.

XXXIII. De Nestoris aetate.

Ad scholia Aristophanica, scripsit v. L. . . . . 54.

Minucianae (*contin. e Vol. XXXIV pag.* 179), scripsit P. H. Damsté. 55—62.

Ad Marcum Antoninum, scripsit I. H. Leopold. . . . . 63—82.

Ad Aristophanis Nubium vss. 530 sq., scripsit J. J. H. . . . 82.

Apuleiana (*contin. e Vol. XXXIV pag.* 360), scripsit C. Brakman I. f. . . . . 83—112.

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Equidem refingere velim: instructum teletae comparo *largiter*, ex studio pietatis magis quam mensura rerum ‹*stipibus*› collatis.

Vox *stipis* saepe in re sacra ponitur pro pecunia cf. Liv. V 25, 2 nihil de conlatione dicere stipis; XXVII. 37 prodigiumque id ad matronas pertinere haruspices cum respondissent donoque divam placandam esse ..... ipsae inter se quinque et viginti delegerunt, ad quas ex dotibus stipem conferrent. Apud Apuleium invenitur 183, 30 conlaticia stipe (= Ammian. Marcell.[1] XIV 1, 4): praeterea saepe pluralis adhibetur 31, 22; 32, 6; 131, 12; 237, 17 cet.

276, 17 *s̄aci* (= sacerdoti) Fφ. 19 *d.* F *d.* φ (= decem). 19 *spatali* F at *ta* non est integrum (corr. fortasse ex *al*).
276, 20 *ex* F *e* φ. 23 *gequa.* 26 *et* F. sed *t* redintegrata est. 28 *s*; (sed) φ.
277, 1 *faro* F *foro* φ¹, at m. r. scripsit *a* supra priorem *o* expunctam. 2 *estimescere* φ.

277, 2 nec extimescerem malivolorum disseminationes quas studiorum meorum laboriosa doctrina ibi *demerebat*, ac ne sacris suis gregi cetero permixtus deseruirem e. q. s.

Editor coniecit *demerebat* pro *deseruiebat*, quod librarius dedit evidenter deceptus voce mox sequente *deseruirem*. Si igitur attendimus

ibi deserbiebat et
ibide subibat

non multum inter se differre, fortasse propius ad veritatem accedimus reponendo: quas studiorum meorum laboriosa doctrina *ibidem subibat*.

Ibidem legitur 4, 8; 6, 4; 237, 13; 264, 7; 271, 24 cet. *subire* autem 79, 11; 268, 12; 276, 18 cet.

277, 5 *pastofora* F *pastof[illegible]* φ. [illegible] F [illegible] φ [illegible] (Gatscha observat).

(*Continuabitur.*)

---

1) Cf. Weyman l. c. pg. 36.

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero. Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad unum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . *f* 8.50.

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. - 7.—.

—— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. - 7.—.

—— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . - 7.—.

—— Hyperidis Orationes duae Ὁ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ et ΥΠΕΡ ΕΥΞΕΝΙΠΠΟΥ. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. - 1.50.

—— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . - 3.50.

—— De Philostrati libello ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ. 1859. 8°. . - 1.25.

—— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio tertia, quam curavit H. W. van der Mey. 1893. 8°. - 0.60.

—— Xenophontis Expeditio Cyri. In usum scholarum. Editio sexta, quam curavit S. J. Warren. 1898. 8°. . . . . - 1.20.

—— Xenophontis Historia Graeca. In usum scholarum. Editio quarta, quam curavit L. Dunt. 1896. 8° . . . . . - 1.20.

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45.

—— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60.

—— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.

—— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . - 0.30.

—— Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90.

J. J. Hartman, De Ovidio Poeta commentatio. 1905. 8°. . - 1.75.

—— Analecta Tacitea. 1905. 8°. . . . . - 4.20.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae . . . . - 1.50.

Lysiae Orationes. In usum studiosae iuventutis lectum constituit C. G. Cobet. Editio quarta, quam novis curis recensuit J. J. Hartman. (Editio maior prolegomenis, fragmentis, indice nominum aucta) 1905. 8°. . . . . - 2.40.

—— Editio minor. . . . . - 1.20.

E. Mehler, Luciani dialogi quatuor (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum . . . . . - 1.00.

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . . - 30.—.

—— Nova series. Scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXXV colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—1907. 8°. pro vol. - 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio quae sociorum E. J. Brillii fuerunt

PUBLIC LIBRARY

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERIAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda, H. T. Karsten,
J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwarz,
M. C. Valeton, J. Woltjer.

NOVA SERIES.

VOLUMEN TRICESIMUM QUINTUM. PARS II.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1907.

INDEX

	Pag.
Persona, scripsit J. van Wageningen	114—118.
Platonica (*contin. ex Vol. XXXIV pag.* 330), scripsit H. van Herwerden	119—126.
Ad scholia Aristophanica, scripsit v. L.	126.
Ad Apollodori Bibliothecam, scripsit C. Gul. Vollgraff . .	127—129.
Ad Statii Achilleidem, scripsit P. H. Damsté	130—142.
Ad scholia Aristophanica, scripsit v. L.	142.
Platonica, scripsit S. A. Naber	143—177.
Tentatur Verg. Ecl. 6, 21, scripsit P. H. D.	177.
De titulo quodam attico sepulcrali, scripsit A. E. J. Holwerda.	178—180.
Ad Timocreontem Rhodium, scripsit v. L.	180.
Forma antiquissima hymni Homerici in Mercurium secundum C. Robertum in Herme Berolinensi XLI p. 389 sqq., notatis illustravit H. van Herwerden	181—191.
Epicharmea, scripsit v. L.	191.
De Commenti Donatiani compositione et origine (*contin. ex pag.* 44), scripsit H. T. Karsten	192—249.
Ad Photii lexicon, scripsit J. van Leeuwen J. z.	250—270.
Ad Aristoph. Pacis 73 scholion, scripsit v. L.	271—278.

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON,

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda, H. T. Karsten,
J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. Woltjer.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM QUINTUM. PARS III.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1907.

INDEX

	Pag.
De Commenti Donatiani compositione et origine (*contin. ex pag.* 249), scripsit H. T. Karsten	274—324.
Ad Aristoph. Ran. 186, scripsit v. L.	324.
Ad Procopium (*contin. ex Vol. XXXIV pag.* 58), scripsit H. van Herwerden	325—334.
Ad schol. Aristoph. Ran. 501, scripsit v. L.	334.
Ὁ Αἰτωλὸς μέγιστος κάνθαρος, scripsit J. Vürtheim.	335—336.
De Ennii fragmentis, scripsit J. W. Bierma	337—352.
Ad Aristoph. Ran. 1196, scripsit v. L.	352—353.

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

D

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda, H. T. Karsten,
J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. Woltjer.

NOVA SERIES.

VOLUMEN TRICESIMUM QUINTUM. PARS IV.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1907.

INDEX.

Pag.

De Pirithoo fabula Euripidea, scripsit K. Kuiper. . . . . 354—384.

Ad Plutarchum, scripsit J. J. H. . . . . 385.

Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex Vol. XXXIV pag.* 375), scripsit J. C. Naber S. A. fil. . . . . 386—395.

Platonica (*contin. ex pag.* 126), scripsit H. van Herwerden . 396—402.

Ad Horatii Ep. I, 16, 51, scripsit J. J. H. . . . . 402.

De Commenti Donatiani compositione et origine (*contin. ex pag.* 324), scripsit H. T. Karsten . . . . . 403—439.

Ad Plutarchi de Tranq. An. c. 1, scripsit J. J. H. . . . . 439.

Additamenta ad Cobeti operum conspectum (*cf. Mnemos.* 1906 *pag.* 430 *sqq.*), scripsit S. A. Naber. . . . . 440—442.

MNEMOSYNE.

BLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN
J. C. NABER, K. G. P. SCHWARTZ, M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.

VOLUMEN TRICES MUM [illegible]

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero, Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . *f* 8.50.

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. - 7.—.

—— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. - 7.—.

—— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . - 7.—.

—— Hyperidis Orationes duae Ὁ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ et ΥΠΕΡ ΕΥΞΕΝΙΠΠΟΥ. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. - 1.50.

—— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . - 3.50.

—— De Philostrati libello ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ. 1859. 8°. . - 1.25.

—— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio tertia, quam curavit H. W. van der Mey. 1893. 8°. - 0.60.

—— Xenophontis Expeditio Cyri. In usum scholarum. Editio sexta, quam curavit S. J. Warren. 1898. 8°. . . . . - 1.20.

—— Xenophontis Historia Graeca. In usum scholarum. Editio quinta, quam curavit L. Punt. 1907. 8°. . . . . - 1.20.

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45.

—— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60.

—— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.

—— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . - 0.30.

—— Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90.

J. J. Hartman, De Ovidio Poeta commentatio. 1905. 8°. . - 1.75.

—— Analecta Tacitea. 1905. 8°. . . . . - 4.20.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae . . . . - 1.50.

Lysiae Orationes. In usum studiosae iuventutis textum constituit C. G. Cobet. Editio quarta, quam novis curis recensuit J. J. Hartman. (Editio maior prolegomenis, fragmentis, indice nominum aucta). 1905. 8°. . . . . - 2.40.

—— Editio minor. . . . . - 1.20.

E. Mehler, Luciani dialogi quatuor (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum . . . . . - 1.90.

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . . - 30.—.

—— Nova series. Scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Ploygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXXVI colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—1908. 8°. pro vol. - 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio quae antehac E. J. Brillii fuerunt.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda, H. T. Karsten,
J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. Woltjer.

NOVA SERIES.

VOLUMEN TRICESIMUM SEXTUM. PARS I.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1908.

INDEX

	Pag.
Platonica (*contin. ex Vol. XXXV pag.* 177), scripsit S. A. Naber.	1—28.
Ad Iliad. H vs. 195—199, scripsit Matth. V.	28
Apuleiana (*contin. ex Vol. XXXV pag.* 113), scripsit C. Brakman I. f.	29—38.
Johannis Jacobi Reiskii animadversiones ad Arriani Anabasin, edidit A. G. Roos.	39—61.
Emendatur Stat. Ach. I. 87, scripsit P. H. D.	61.
Ad nova fragmenta in libro Berliner Klassikertexte V, 2, scripsit H. van Herwerden	62—64.
Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex Vol. XXXV pag.* 395), scripsit J. C. Naber S. A. fil.	65—74.
De nonnullis Demosthenis et Aeschinis controversiis, scripsit Matthaeus Valeton	75—114.
Valckenarianum, scripsit S. A. N.	115—118.
Ad Ciceronis orationem pro M. Caelio annotatiunculae criticae, scripsit P. H. Damsté	119—128.

CORRIGENDUM.

Vol. XXXV pag. 448 pro *Henricum Didericum Blaauw* legatur *Henricum Didericum* de *Blaauw*.

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5,25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

0

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda, H. T. Karsten,
J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. Wolters.

NOVA SERIES.

VOLUMEN TRICESIMUM SEXTUM. PARS II.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1908.

INDEX

	Pag.
Platonica (*contin. ex pag.* 236), scripsit S. A. Naber	237—288
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H.	288.
Quaestiones Graecae (*contin. ex Vol. XVI pag.* 238), scripsit I. M. J. Valeton	289—334.
De Euripidene fabulae Pirithoi fragmento nuper reperto, scripsit K. Kuiper.	335—341.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H.	341.
Novae coniecturae in fragmenta Menandrea reperta a Lefebvrio, scripsit H. van Herwerden	342—352.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda, H. T. Karsten, J. C. Naber, K. G. P. Schwartz, M. C. Valeton, J. Wolters.

NOVA SERIES.

VOLUMEN TRICESIMUM SEXTUM. PARS IV.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1908.

INDEX

	Pag.
Annotationes ad Statii Thebaidem, scripsit P. H. Damsté	353—396.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H.	396.
Ad scholia Bobiensia, scripsit C. Brakman I. f.	397—414.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H.	414.
Notulae ad alteram Leeuwenii editionem fragmentorum Menandreorum recens detectorum, scripsit H. van Herwerden.	415—418.
De vocabuli τρόπος vi atque usu per saecula VI et V, scripsit K. Kuiper	419—434.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H.	434.
Platonica (*contin. ex pag.* 288), scripsit S. A. Naber	435—448.

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero, Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . *f* 8.50.

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. - 7.—.

—— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. - 7.—.

—— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . - 7.—.

—— Hyperidis Orationes duae ὁ ἐπιτάφιος λόγος et ὑπὲρ εὐξενίππου. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. - 1.50.

—— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . - 3.50.

—— De Philostrati libello περὶ γυμναστικῆς. 1859. 8°. . - 1.25.

—— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio tertia, quam curavit H. W. van der Mey. 1893. 8°. - 0.60.

—— Xenophontis Expeditio Cyri. In usum scholarum. Editio sexta, quam curavit S. J. Warren. 1898. 8°. . . . . - 1.20.

—— Xenophontis Historia Graeca. In usum scholarum. Editio quinta, quam curavit L. Pant. 1907. 8°. . . . . - 1.20.

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45.

—— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60.

—— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.

—— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . - 0.30.

—— Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90.

J. J. Hartman, De Ovidio Poeta commentatio. 1905. 8°. . - 1.75.

—— Analecta Tacitea. 1905. 8°. . . . . - 4.20.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae . . . . - 1.50.

Lysiae Orationes. In usum studiosae iuventutis textum constituit C. G. Cobet. Editio quarta, quam novis curis recensuit J. J. Hartman. (Editio maior prolegomenis, fragmentis, indice nominum aucta). 1905. 8°. . . . . - 2.40.

—— Editio minor. . . . . - 1.20.

E. Mehler, Luciani dialogi quatuor (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum . . . . . - 1.00.

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, P. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . . - 30.—.

—— Nova series. Scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXXVI colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—1908. 8°. pro vol. - 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio quae antehac E. J. Brillii fuerunt.